
36
10 E
1



THEOPHYLACTI Buglariæ archiepiscopi,

120

in omnes diui PAVLI *Apostoli epistolas, enarratiões, iam recẽs ex uetustißimo archetypo græco per* [redacted] *fidelißime in latinum conuersæ.*

AD HAEC,

Eiusdem Theophylacti in aliquot Prophetas minores cõpendiaria explanatio, eodem [redacted] *interprete.*

Item Victorini commentarij in Apocalypsim.

Horum omnium seriem secunda pagina indicabit.

Cum Indice copiosißimo.

[redacted]

PETIT


PETIT

PARISIIS,

Apud Poncetum le Preux Via Iacobæa, sub insigni Lupi.

1 5 4 3





ELENCHVS ET ORDO EPISTOLARVM PAVLI APOSTOLI.

PROPHETÆ ALIQVOT MINORES.



OSCE Teophylacti in Paulum commentarios, falso hactenus Athanasio inscriptos, [redacted] in suis annotationibus, super illo Pauli ad Rom. Qui prædestinatus est, & c. luce lucidius, ac vero verius attestatur. Præterea nõ tibi deerit Ioannes Fabri, doctor egregius, in Malleo suo cõtra Lutherum, tractatu notanter quinto idipsum confirmans. En, is, inquit, Theophylactus, Vulgariæ fuit Episcopus, qui egregia commentaria in quatuor Euangelistas scripsit, quę Romæ in Bibliotheca Vaticana secreti ori habentur. Hic etiam in Pauli epistolas commentaria scripsit quæ transtulit Christophorus Porsena Romanus: & Prior S. Balbinæ, in vrbe, an-
an. 1469 no a Christo nato. MCCCC. LXIX. sub pontificatu Pauli, & sunt primo Romę tẽpore Sixti titulo impressa tñ sub falso, quasi sint Athanasij Alexandrini: Quare multi decepti fuerunt, quod mihi contigisse ingenue fateor. Nec meum etiam emendassem errorem, nisi dum ex Gręcis & latinis codicibus, hinc inde collatis, aliud inuenissem: licet sẽper dubitarim, propterea quod Basilius, Gregorius quoque Nyssenus in his citati fuerunt. Error itaque fuit & extat insignis, quo pro Theophylacto Athanasium, per Germaniam, Italiam, Galliam, ac reliquas partes orbis, iam plus quam. l. annis fere omnes legimus. Hæc Fab. Accedit tertius cognomine Beraldus: cuius hac in re sentimentum, subsequens ad lectorem testatur epistolium. Quapropter lector candidissime, hosce in Paulum commentarios, nemini non Christiano summopere necessarios, funiculus enim triplex haud facile dirumpitur, non Athanasij posthac sed solius credas esse Theophylacti, Vale fęliciter.

BERALDVS LECTORI.



Ommentaria hæc in Pauli epistolas, quę aliquot iã annos sub Athanasij nomine ac titulo sunt circũlata, quidam Theophylacto, quem iam Vulgarium nonnulli, quidam Bulgarium a patria aut diœcesi, cui pręfuerit, nominant, vendicant & asserunt Nec dubito, quin optimis rationibus moueãtur, potissimum qui græca legerunt. Porro cum hæc, nuper doctissimi ac multis nominibus obseruandi patris Michaelis Bodeti episcopi Lingonensis iussu domesticis & studijs & curis occupati recognosceremus, inter alia nõ nulla, id etiam animaduertimus, in eis non semel citari Basiliũ, quem Athanasio posteriorem fuisse ex Eusebio & Hiero. facile est colligere. Cuius rei visum est lectorem commonefacere, ne quis nos altum dormijsse, aut historię temporum parum peritos esse putaret. Vnum hoc satis constat, in his cõmentarijs pia esse omnia & orthodoxa, longeque ab ijs dissidentia, quę theologorum vulgus quotidie magno supercilio indoctæ plebis auribus inculcat. Vbique enim apostolicum pectus non modo explicat operis huius author, sed etiam refert, sapit, ac spirat, Id quod quam paucis merito tribuendum sit facile intelliget, qui nouitios theologos antiquis illis, cũ Latinis, tum Græcis composuerit. Vale.

F. Christophorus Porsena Romanus, prior sanctę Balbinę, Sixto quarto Pontifici maximo. S. P. D.



Vm mecum animo volutarem, B. P. cui potissimu id opus inscriberem, quod superioribus lucubratiũculis e græco latinum feci, occurrit mox Alexandri responsum quod ferme moriens cum quereretur, cuinam tantum relinqueret principatum, ei respondit qui optimus esset. Ipse vero neminẽ habeo quẽ tibi præponã: Quippe qui vt dignitate cæteros superas, ita moribus & doctrina excellis. Nam etsi viri doctissimi sacrarum te literarum & diuinę scientiæ peritissimum iudicant, non tamen negant probatiores quique & sapiens ea etiam esse mansuetudine & in omnes clementia, ac tanta in deũ pietate, vt non minorem ex his quam ex summa doctrina laudem assequaris Nec dubitãt plane id affirmare iure te optio ad id fastigij, tuis virtutibus & deo bene iuuante fuisse euectum, non ambitione vlla vel arte: quippe qui & oblatos semper honores non magnifeceris. & ita semper ab ineunte ęta te te gesseris, vt quouis amplitudinis gradu dignus sis habitus, non vt faciunt multi, vt de se male, ita & de deo pessime meriti. qui ambiendo & pollicitando per dolos ac fraudes, & cupidius longe quam consideratius ad dignitates nituntur: existimantes fortasse nihil deo esse nos curæ & idcirco prauis cupiditatibus vt faciant satis, omni nixu contendunt, nec sentiunt hi capti haud dubie incredibili cæcitate & pręsentium bonorum auiditate pręcipites acti, nihil quippiam fieri sine deo posse, qui & Aaron vltro ad summum sacerdotium euocauit, nonsupplicantem vel ambientem admisit. Ambitio nanque plerosque hominum ad vitia quæque compellit, quippe vt primum adepti sunt quod maxime cupierunt. confestim se in praua facinora effundunt, & hauriendis incumbunt voluptatibus, cum sibi licere omnia credunt, & peccare impune queant. vel si qui forte a scelere abstinẽt superuacaneis student, vt paulo post morituri, paucorum dierum fabulam assequantur. Quanto melius tu B. P. cui deus omnipotẽs Christianæ reipubli. gubernaculum detulit, has mundi aspernatus illecebras, & honores hosce non magnifaciens; qui proculdubio non immerentu tibi & habẽtur & deferuntur, his solis rebus animam intendisti, quæ & ad commune commodum faciunt, & ad ve[illegible] quidem plęraque iam ipse peregeris: quæ & summo viro dignissima [illegible]; & in tui extabunt memoriam nominis sempiternam. Quæ cum ipse tacitus repeto. tanta animi afficior iocunditate, vt beatum nostrum hoc seculum ducam, & Roma nos nosipsos beatiores, qui te pontificem simus sortiti, cuius ductu, & prouidentia, prospere omnia cedunt. Et ita merito illud asseuerauerim, quod est a Platone dictum, & a multis iam vsurpatum; Tunc beatam fore rempublicam. cum vel regnare philosophi cœperint, vel reges philosophari. Cui igitur, B. P. id opus, vel rectius ipse dicauerim: vel inscripserim dignius, quam tibi, qui princeps sis & philosophus, & cæteris quidem eo præstantior, quo & Christi vicem nunc geris, & ad philosophiam accedat rerum diuinarum summa cognitio, & optimarum artium aliarum peritia nõ mediocris. Vale.

INDEX ALPHA beticus in Theophylacti commentarios in epistolas diui Pauli, & in ea quæ illis in hoc volumine annexa sunt.

A

D

FINIS.

ANNOTATA QVAEDAM PRO SINGVLIS EPISTOLARVM ARGVMENTIS



D Romanos ex Corintho scribit apostolus, quos nondum viderat, visendi tamen percupidus, quia de his multa acceperat, quorum & suspicit & laudat fidem, vt quam sciret fama & nomine celebrem, & vbique vulgatam &(vt caetera omittam) de gentium vocatione copiosius differit. Nec secus ex Epheso ad Corinthios scribit epistolam, illos obiurgans, quod plurimum inter se dissiderent, & primariũ quendã e suis rem cum nouerca habentem satis negligerent, vel lentque sub coelibatus praetextu nonnulli diuortia facere, & vxores relinquere; & multi idolothytis vescerentur: & alij caeteris plane cõtẽptis, eos dũtaxat demirarẽtur, qui essẽt linguarũ gratiã cõsecuti: &, quod erat detestabilius, nequaquã crederẽt humana corpora post mortẽ resurrectura. Ad eosdẽ deinceps & aliam ex Macedonia scribit, quãdo quidẽ ex priore plurimũ profecissẽt, quippe quos poeniteret tãdiu fornicãtẽ illũ tulisse, sed arrepti deinde seditiosissimorum hominum persuasu, legis dumtaxat literae inhaeserunt, indifferentẽ existimãtes gratiam quae a Christo esset in multos collata: quinetiam & praeceptores admodũ iactitabant, & gloriae ducebant, cũ Apollo vellẽt vel Cephae partes tutari, id est suũ quisque quẽ sectaretur extollere, vnde multa erant inter hos oborta dissidia: alioqui in sanctorum alimoniam abunde & liberaliter conferebant. Ex Roma ad Galatas literas dedit. Hos enim cum antea ad fidẽ quamoptime instruxisset, & credidissent eo praedicante in Christum Iesum, post eius discessum mox lapsi, improborũ hominum suggestione vt se circumciderent compulsi sunt. Quod vtique Paulus aegre ferens, quia praeter suam institutionem egissent, incusat acrius quod se celerrime adeo immutassẽt. Ex vrbe praeterea & ad Ephesios scribit, haud dum tamen per se aditos, sed auditione solũ perceptos fideles esse, & Christum Iesum optime credere, & mira quadam in sanctos omnes affici charitate, alioqui ab se praeceptore in fide hac stabiliri. Quocirca & hos per literas instruit, atque haudquaquã cõmẽtitiũ esse aut nuper inuentum hoc Christi mysterium, sed perstare a seculo: & alia multa quae ad hos in fide firmãdos maxime faciunt. Ad Philippenses insuper literas mittit ex vrbe, quos adierat sane & ad fidem instruxerat. His itaque Paulo ipsi & sanctis nonnullis ministrãtibus necessaria, exorti sunt quidam, qui prauis persuasionibus, & sub legis vmbra & circuncisionis obtentu, simpliciũ quorumdam corrũperent aures adserentes neminem posse sine lege iustificari. Quod Paulus audiens, Philippensium primo fidem probat, & eorum se memoriam habere; inter precandum fatetur, commemoratque quemadmodũ Romae sese ac Christi fidem, tutatus sit, & qui praeterea molesti sibi in vinculis fuerint. Colossensibus etiã ex vrbe literas impertitur, quippe quos cerneret per homines captiosos & subdolos falsis quibusdam argumentis circumuentũ iri, qui Christi fidẽ apertissime Graecis argutijs impugnarent, cum legis vmbrã & escas veritas sectarentur, & circuncisionẽ efferrẽt. Ex Athenis vero Thessalonicẽsibus scribit, apud quos antea fuerat diutius commoratus. & quoniam multa cum in Veria, tum Macedoniae ciuitate Philippis, tum Corinthi & Thessalonicae fuerat perpessus, veritus ne uel ex suis pressuris illi offensi, haud satis stabiles forent: vel moerore nimio ob suorum e vita discessum cõficerentur, quo patrio more certe plurimũ angebãtur, Timotheum cũ epistola ad eos dimisit, Vt in fide obfirmarẽtur, ne quoquam pacto ab ea desciscerẽt, siue ipsi afflictarẽtur, siue alios cernerent afflictari: hortaturque vt ducerent vitam quẽadmodum ab se accepissent: Cõmonefacit insuper ne grauiter ferant morientum casum, & alia pleraque. Ad eosdẽ idcirco ex vrbe & aliam scribit epistolã, quia apud eos erãt nonnulli segniores ad bonũ, & nullius momenti viri, qui alios mira arte fallebant, astruentes iamiam instare Christi aduentum, cuius & Paulum falso testabãtur autorẽ, & sese idẽ cognouisse per spiritũ affirmabant. Cuius rei certior factus apostolus, per literas Thessalonicensium primo adauctam fidẽ collaudat, & gloriae ducit quod Christi ob gratiam viriliter ferrent pressuras, solaturque, adserẽs illatas his deũ vindicaturũ quandoque iniurias. Scribit & ad Timotheum ex Laodicea eã ob causam, quia Ephesi erãt permulti qui Iudaicos ritus

seruarent, cum longe aliter ipse Ephesios instruxisset, doceretq; & fallere integriores quosq; adniterentur. Quocirca Timotheũ hortatur vt Ephesi maneat, & corruptores illos castiget & corrigat, vt tandem a suis erroribus resanescant. Ad eundem secũdo ex vrbe conscribit epistolã, monetq; vt ad se redeat. Erat enim apostolus ab omnib9 iam destitutus. qui secum Romam ex Asia cõmigrauerant, catenis absterriti, quibus erat deuinctus. Ex Nicopoli ad Titũ literas scribit, ibi nãque hyemauerat Paulus In Creta autem Titũ reliquerat, vt per vrbes institueret sacerdotes. Erant enim ibidẽ pleriq; qui sub legis prætextu seducere populum conabantur. Scribit ex vrbe ad Philemonem, cuius seruus Onesimus fugitiuus Romã se ad apostolum cõtulit, apud eũq; habitauit coniectum in carcerem, & in vinculis detentũ. Hunc itaq;, cum ei optime obsequeretur, & breui probus euasisset, vt ei esset acceptior, Philemoni cõmendat per literas, hortaturq; vt libertate donet, nec eo vt seruo, sed vt fratre vtatur. Ad Hebræos demũ ex Italia scribit: qui etsi Christi acceperant fidem, haud tamen prorsus a lege defecerant, Quod sane inique ferens apostolus. etsi ad gentes erat vt euangelium prædicaret, iã destinatus, nõ hos tamẽ ferebat legis vmbris obuolui, existimãs haud quaquã credentibus his molestam hanc fore epistolam, in qua de Christi aduentu lege ipsa vmbratili differat: quam cessasse affirmat, & nihil in posterum valiturã quia Christus aduenerit, quem illa præfigurasset. His itaq; epistolis Paulus tam valida fundamenta iecit, vt increscentis inposterum fidei tanta posset moles imponi.

Scripturæ sacræ loca quæ sparsim in his commentarijs declarata sunt, sequuntur.

FINIS.

THEOPHYLACTI Bulgariæ Archiepiscopi, in DIVI PAVLI AD ROMANOS EPISTOLAM

enarratio, [redacted] interprete.

PRAEFATIO.



Requens diuinarum scripturarũ lectio earundem intellectum parit. Nec enim mentitur ille, qui dixit: Quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Proinde & beati Pauli epistolarum mysteria seu sacramenta perdiscemus, si cum sedulo, tum frequenter in ijsdem uersati fuerimus. Siquidem reliquis omnibus doctrinæ institutionisque ratione excellẽtior fuit: neque id immeritò. postquam enim exuberantius alijs laborauit, largiorem pariter spiritus domini gratiam est adeptus. Neque hoc ex epistolis eius tantummodo planum fit, uerumetiam ex apostolorum actis. Mercurius nanque infidelibus existimatus est, propter orationis qua pollebat, præstantiam. Primo uero loco ad Romanos epistola præstituta est, nõ quod primum quoque conscripta sit: quandoquidem ad Corinthios, tum ad Thessalonicenses una, in qua de ministerio Hierosolyma transmittendo, omnes ipsos occultè quidẽ commonefacit, hanc præcesserint. Præterea Galatis inscripta, hac ad Romanos anterior est. Cæteris uerò epistolis, hæc sanè, Romanorum, nimirum titulum præ se ferens, prior est. Qui fit igitur, quòd primum locum in ordine obtineat? Quoniam in sacris literis huiusmodi ordo non est necessarius. Nam & duodecim prophetæ, etiamsi non eum uitæ cursum per tempora habuerint, quasi tamen eum uitæ temporumque ordinẽ habuerint, quo ponuntur in sacris ita literis digeruntur. Scribit autem Romanis Apostolus, perinde quasi necessariò ipsum Christi ministerio fungi oporteat: Romanis inquam, ceu uniuerso terrarum orbi præsidentibus. Iam qui capiti commodat, toti simul corpori proficit.

Math.vii Luce.xi.

Paulus Mercurius infidelibus dictus.

Epistola ad Rom. ordine prima.

CAPVT PRIMVM.



Nomē suum a ęrpe ne vbique Paulus epistolis suis adscribat.

Ex Saule cur dictus Paulus.

Aulus. Neque Moses, neque post eorum plerique, immo nec quę Euangelistæ nomina sua scriptis suis præposuerunt, D
Diuus autem hic noster Paulus vbique epistolis suis nomen iuxta suum præfigit: quod illi quidem ad præsentes scripserint, hic vero ad longinqua literas eis āmiserit, haud iniuria epistolicę characteris epistolaris ve formulę sane legem complens. In epistola certe ad Hebræos non itidem fecit, vt ne nomine statim eius audito resilirent, quando infensi [illegible] adeoque nomen isthic suum in exordio celat. Cuius autem rei gratia ex Saule Paulus dictus est? Vt neque per hoc, culmine Apostolorum, quod Cephas vocabatur, quod valet, si iter preteris, Petrum, minor esset: aut filij zebedæi, quod Boanerges, id est, filij tonitru, cognominati fuere.

Seruorū multę species.

Roma. vi

Seruus. Multæ seruorum sunt species. Alius quidem a conditione vel creatione, secundum quam omnia sunt serua, hoc est, subdita conditori deo. Alius a fide, iuxta quam dictum est: Quoniā obedistis, in quam traditi estis, formæ doctrinæ. Alius est seruus reipublicæ, vnde & Moses dictus est famulus dei. Proinde secūdum has omneis formulas Paulus nominatur seruus.

Vnctio absque oleo

1. Par. xvi

psal. ciiii.

Iesu Christi. Dispensationis adeoque ministerij sui nomina preponit, ab infernis ad superna recurrens. Etenim post incarnationem Iesu Christus vnctus quidem est, E
haud quaque oleo, verūenimvero spiritu sancto, qui quouis oleo est preciosior. Porro quod vnctio etiam citra oleum sit per spiritum sanctū, audi ex eo vbi inquit: Ne tāgatis vnctos meos. quod verbum de ijs qui ante legē floruere, accipiendum est, quo tempore neque vnctionis per oleum nomen erat.

Vocatus Humilia spirantis animi hoc verbum est. Indicat enī quod non ipse quærens inuenerit, sed vocatus accesserit.

Vocatorū differētię

Apostolus. Hoc posuit ad discrimen aliorum vocatorum. Etenim omnes qui Christo nomen dederunt, vocati sunt at illi ad credendum vsque: mihi vero muneris apostolicę functio seu legatio commissa est, quæ & Christo tradita erat a patre hunc in mundum emendato.

Hiere. i.

Galat. i.

Segregatus in euangelium dei. Hoc est, selectus ad Euangelij ministerium. Alias autē & segregatus, pro eo quod est prædestinatus ad hoc, accipitur, vt quū ad Hieremiā deus ait: Priusquā exires ex matrice, sāctificaui te. Quin ipse Paulus alicubi: Quādo, inquit, visū est et segregare me ex vtero matris. Porro non frustra dicit, Vocatus sum: & Segregatus in euangelium. Verum postquam ei ad arrogātes sermo erat se fide dignum efficit, ceu diuinitus peruenerit. Euangelium autē dicitur, non ob exacta tantummodo bona cæterum propter etiam ventura. Cōsolatur insuper auditorem, ipso statim Euangelij nomine. Non enim torua tristia ve quædā, vt prophetarū vaticinia, cæterum innumerorum bonorum thesauros Euangeliū hoc complectitur. Deinde Euangelium hoc dei est, hoc est, patris quod vt ab ipso donatū est, sic ipsum manifestum reddit, Et si enim in veteri testamento cognitus erat, solis tamen Iudęis erat cognitus, neque illis ipsis vt pater. Posthac vero per Euangeliū reuelatus est vniuerso terrarum orbi vna cum filio suo. F

Euāgeliū de quibus dicatur.

Deus quibus olim notus fuerit.

Euāgeliū etiā prophetis antiquis notum.

Psal. lxviii.

Esa. lii.

Quod ātea promiserat per prophetas suos. Quū itāquā nouā prędicationē illā euāgelij calumniarentur, demonstrat hoc ipsum vel in primis antiquius esse, & in prophetis iam antea perscriptum. Præterea ijsdem verbis euangelij vocabulum in Dauide inuenitur, dum inquit: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa, Et in Esaia: Speciosi pedes euangelizantium pacem.

Futura quæ ardua sunt, deus prædicit.

In scripturis sanctis. Nō enī verba duntaxat prophete fecerūt, sed & literis mādarūt sua, tū per literas ac scripta sua futura adūbrabāt. Hūc ad modū Abrahā per Isaacum Moses per serpentem, manuumque extensionem, agnique iugulationem, Christum prefigurabant Etenim quum ardua quæpiam moliturus est deus, multo eadem ante tempore vaticinatur ac prędicit. Quando ergo ait quod plerique vatum cupierint videre quę vos intuemini, & non conspexerint: hoc dicit, nempe quod carnem illam suam nō viderint, adeoque signa ipsa quę in conspectu omnium palam ediderit.

Mat. xiii.

De filio suo, qui natus est ex semine Dauid secundū carnē. Hic perspicue duas generationes ob oculos ponit: per hoc quod ait, de filio suo, hoc est deo, supernā generationē

per hoc autem quod apponit, ex semine Dauid, inferiorem hanc humanam intelligens
A Adijciens porro, secundum carnē, indicauit quod & secundū spiritū eiusdem ꝓdierit
natiuitas. Quocirca non de vili exiguove homine Euangelium hoc est, nam de filio dei
est: nec de exiguo deo, nam de nato ex semine Dauidis secundum carnem: ita vt idem
sit vtrinque, nempe & filius dei, & filius Dauidis. Posthac ergo Nestorius sua cū
opinione rubore suffundatur. Atqui diu⁹ hoc loco Paulus, ortus ac generationis ei⁹
secundum carnē meminit, perinde ac tres Euāgelistæ vt ab hac traducat auditores ad su
pernā illā generationē. Siquidē & ipse dñs primū visus est homo deīde cognit⁹ est de⁹.
Definitus autem filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mor Iohan. viij
tuorum Iesu Christi domini nostri. Supra commemorauit ꝙ Euangelium sit de filio
dei, nūc rursum ostendit quanam ratione cognitus sit filius dei, inquiēs: Definitus, hoc ij. Thes. iij
est, demōstratus, confirmatus, iudicatus: Definitio enim est ipsa iudicatio, suffragiū seu Actu. xiij
calcul⁹, & demonstratio. Nā cuncti definierunt decreueruntq; ipsum esse filiū dei. Vnde i. Cor. xij
nā? Per virtutem, hoc est, ex potentia & efficacia signorum quæ faciebat. Præterea secū Filij & spi
dū spiritū etiam sanctificationis, hoc est, ex spiritu, per quē sanctificauit credentes. Dei ritus com
enim est donare talia. Quinetiam ex resurrectione mortuorum, nam primus ille, & solus munio.
se ipse excitauit. Ex resurrectione igitur pariter definit⁹ est ac declarat⁹ fili⁹ dei. Ma- Apostolo
gnū quidē & hoc est, perīde atq; ipse ait: Quū exaltaueritis me ab terra, tū cognoscetis rū munus
ꝙ ego sum.
B *Per quem accepimus muneris apostolici functionem ad obedientiam fidei.* Intuere prudē-
tiam: nihil enim dicit nostrum esse, verum omnia a deo accepimus. Etenim per spiritum
paracletum accepit muneris apostolici functionē & gratiam. Siquidem spiritus, inquit
Christus, ducatū vobis præstabit. Quin & spiritus ait. Segregate mihi Paulum & Barna
bā. Ac per spiritū datur sermo sapientiæ. Ecquid hoc? Quæ spirit⁹ sunt, filij pariter sunt
& contra. Gratiam aūt, inquit, accepimus & apostolatū, hoc est, non ipsi virtute nostra
vt apostoli efficeremur, ꝓpetrauim⁹ cæterū e supna nobis id gratia contigit. Imo ipsa
ad fidē persuasio, gratiæ est. Nā circuire passim terrarum fines, & promulgare verbum,
apostolorū mun⁹ est: persuadere vero auditoribus, totū est dei. Ad obedientiā fidei, non
ad inanem verborū pugnā, non ad quæstiones disputationes vel dilutiones missus sum
inquit, vel ad munus apostolicum sum delectus, verum ad obedientiam fidei vt qui in
structi fuerint, accepta doctrina obediant, irrefragabiliter credentes.
In omnibus gentibus, pro nomine eius. In omnibus porro gentibus accepimus
gratiam, non ego solum, verum reliqui etiam apostoli, non enim tam Paulus omneis gē
tes circūierat. Nisi quispiam dicat, quod non viuus quidem, sed fato suo perfunctus, ad
omnes gentes transeat per epistolas suas, vt credant audientes de nomine Christi, non Euāgelij
de essentia ipsius. Nomen enim Christi erat, quod & signa faciebat. Atque istuc fide gratiā ad
opus habet, neque enim ratione comprehendi potest. Animaduerte hic Euangelij gra- cēs perti-
tiam, non vni videlicet genti, veteris testamenti in morem, sed omnibus prorsus omniū nere.
nationum populis communicantam.
In quibus estis & vos uocati Iesu Christi. Hic tollit illorum cogitationem de primatu
C suo. Non enim, inquit, alias antecellitis genteis, tametsi imperium vobis vsurpetis:
verumenim perinde, ac cæteris, sic & vobis prædicamus: ne igitur turgeatis fastu. Po-
test & aliam ad rationem ita intelligi: Vocati enim estis & ipsi, gratia quidem assumpti
non a vobis ipsis accedentes.
Omnibus qui Romæ sunt dilectis dei uocatis sanctis. Non omnibus simpliciter Romæ a-
gentibus, cæterum dilectis dei. Vnde quæso dilecti? ex sanctificatione. Sanctos autem
fideles vocat omneis. Rursus autem vocatos apposuit, beneficium illis ad memoriam
reuocans, ac simul indicans quod etiamsi ex Consulibus & Subconsulibus eratis, de⁹
tamen eadem vos vocatione vocauit, qua & reliquos plebeios acciuit, peræque vos di
ligens & sanctificans. Postquam igitur dilecti estis, & vocati estis, & sanctificati consi-
mili ratione, ne erga inferiores seu minores vobis attollamini.
Gratia uobis & pax. Dominus hoc primum in ædes ingredientibus verbum aposto Matth. x
lis dicere iniunxit, pacis nempe verbum. Neque enim exiguum bellum diremit, quod
nobis peccatum aduersus deū peperit, pax autem illa non ex nostris laboribus, sed ex Gratia pa
diuina gratia ꝓfluxit, prior itaq; gratia est, deinde pax. Hæc itaq; duo bona perpetua cem præ
manere optat & imobilia, vt ne denuo nobis ad petm̄ relabētib⁹, aliud bellū exuscitetur uenit.

A deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Deus bone, inquantum accreuit gratia ex diuina dilectione? Nam qui hostes & inglorij eramus, patrem habuimus deum. A deo patre igitur & domino nostro Iesu Christo, sit vobis stabilis gratia & pax. pater enim & filius vtranque cum dant, tum conseruare possunt.

D

De⁹, pater nobis fact⁹ ex gratia.

Primum quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis, quoniam fides uestra annunciatur in toto mūdo. Conueniens ac decorum est Paulinæ menti exordium, quo docemur & ipsi gratias deo agere, non pro proprijs tantummodo bonis, verum & pro bonis proximi: hoc nanque charitatis est. Gratias autem agit deo non pro terrestribus quibusdam & pereuntibus bonis, verum propterea quod Romani crediderunt. Quum ait, deo meo, affectum suum quem habuit, simul exhibuit communem omnibus, Deū ꝓpriū sibi faciens, æque ac prophetæ. Quinetiam deus hoc ipse facit deū Abrahami & Isaaci & Iacobi sese nominās, vt suam erga ipsos charitatem demonstraret. Gratias agere autem inquit per Iesum Christum. Ille enim & gratiarum actionis ad deum patrem nobis mediator existens, nedum dedit in mandatis vt gratias agerem⁹ verum nostram quoque gratiarum actionem patri adducit. Cuius porro rei causa gratias agit? Quod fides Romanorum ānunciatur prædicaturque per totum terrarum orbem. Duarum illis rerum testimonium dicit, & quia crediderunt, & quod tāta libertate & fiducia crediderunt vt fides illorum in vniuerso mundo prædicetur, adeoque per ipsam omnes iuuentur atque incitentur, ad æmulationem & imitationem imperialis ac regiæ vrbis accessi. Porro quū Petrus Romæ Euāgeliū prædicasset, quæ illius erant, sua reputās, pro fide Petri discipulorum gratias agit: adeo ab inuidia quidē alien⁹ erat.

Exo.iij.
Matt.xxi

B

Testis enim mihi est deus, cui seruio in spiritu meo in euangelio filij eius, quod sine intermissione memoriam uestri faciam semper in orationibus meis. Quia nunquam eos viderat, dicturus autem erat, quoniam semper mentionem vestri facio, testem īuocat eum qui cordis abdita nouit deum. Intuere vero hic miserationis Paulinæ affectum. Siquidem vndique meminit hominum quos etiam non conspexerat. Vbi hoc agit? in precationibus, idque incessanter. Colo autem deum, hoc est seruio deo, in spiritu meo, id est non carnali cultu, sed spirituali. Græcus enim cultus & carnalis & vanus est: iudaicus autem errore vacat, sed & ipse corporalis est. Seruitus autem quæ est secundum Christum, & vera est, & spiritualis: quod Christus Samaritidi mulierculæ simul indicat, inquiens: Veri adoratores in spiritū & veritate adorabunt. Multi sane sunt cultus modi. Alius enim deum colit, aliique instruit in suarum tantummodo rerum dispensatione: alius hospitibus & peregrinis adhibendo curam, ac viduarum præfecturam neque non solicitudinem gerendo, itidem vt Stephanus: alius in verbi ministerio. Propter hoc ipsum Paulus, Seruio, inquit, in Euangelio filij, quamquam supra dicit Euangelium esse superni patris, nec esse nouum quicquam. Quæ enim patris sunt, filij etiam sunt: & quę filij, patris. Hæc autem commemorans, necessariam suam super illis curam demonstrat. Nā seruitutis Euangelij conatus necesse habet omniū gerere curā, qui verbū receperūt.

Dei cult⁹ spiritualis.

Iohan.iiij
Seruiendi ac colēdi modi varij.

Euāgeliū & filij esse & patris.

Precans si quo modo prosperum iter adipiscar in uoluntate dei ueniendi ad uos. Nunc adijcit qua de causa illorum meminerit nempe, vt venirem, inquit, ad vos. Vide autem quam impense quidem eos amauerit, ac festinauerit videre coram, non tamen præter volūtatem dei. Nos vero aut neminem amore complectimur, aut si quem vnquam complexi fuerimus, hoc præter voluntatem dei agimus. Atqui diuus Paulus dum assidue orat, tanquam vidisset eos, ex vehementi hoc charitate faciebat: dum vero dei nutui obtemperat, timorem, quod ardebat in deum, ostendebat. Nos itaque siquando preces nostrarum non efficiamur compotes, ne ægreferamus. Neque enim Paulo sumus potiores, qui pro cruce etiam sua remouenda dominum precatus, non est tamen quod voluit assecutus: hoc enim illi commodabat.

F

Pręces nostras non exaudiri, patiēter feramus.
ij.Cor.xij

Vt donum quodam spirituale uobis impertiam. Alij pro alijs quidem rebus longam profectionem suscipiunt: ego vero, inquit, vt vobis aliquid impertiam. Hoc autem dicit modestiam spirans. Non enim ait, vt instituam vos, sed vt quod accepi, communicem, hocq; cum exiguum, tum modulo meo respondeus. Donum autem est χάρισμα quod ad audientium commoditatem doctores proferunt; etiamsi res præclare gesta, officiū, seu honesta videatur actio. Atqui honestæ ac strenuæ virtute renidentes operationes nobis peræque charismata sunt, quandoquidem cœlesti momento, pondere, & flamine īdigēt.

Vt fulciamini uos, hoc autem est, ut simul consolationem acciperem ex uobis per mutuam fidem uestram & meam. Clanculum indicauit multa ipsis opus esse correctione.

Postquam autem & hoc valde molestum erat, dicere nanque potuissent: Quid ais? con
A cutimur? circunferimur? tuaque ad fulciendum nos opera indigemus? subinfert, hoc est,
vt consolationem simul accipiam. Quod vero ait, huiusmodi est: Multas sustinuistis af
flictiones: desyderaui igitur vos videre, vt quadantenus vos consolarer, imo autem vt &
ipse nonnihil consolationis acciperem: commune enim hoc lucrum est. Quemadmodũ
enim in captiuitate degentes, qui tum fideles erant, opus habebant mutuo conuentu,
quod impense alter alterum animarent. nunquid igitur & diuus Paulus, ecclesiæ illa Pauli in
columna, illorum auxilio indigebat? haudquaquam. Verum ne impetuosum sermonẽ scribendo
faciat, neue illos feriat seu perterrefaciat, vti diximus, huius gratia & sese eorum con- prudẽtia.
solationis indigere ait. Sin autem quispiã consolationem hic dixerit esse lætitiam quã
erga fidei Romanorum communicationem habuerit, atque ea indigere Paulum, recte
mea quidem sententia dixerit: quod & perspicuum est ex eo quod ait, per mutuam fi-
dem & vestram & meam: vt sit hæc sententia: Et ego quidem conspecta fide vestra sola
men capiã, atque lætabor ex animo, ac vos per meam fidẽ cõfirmabimini consolatione
accepta: quandoquidem forsan propter pusillanimitatem concutimini. Verum hæc nõ
aperte dicit, cæterum orationem strictim & breuiter enunciat, vti dictum est.

*Nolo autem vos ignorare fratres, quod sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum hu-
usque.* Postquam supra dixerat, opto venire ad vos, ac verisimile erat quosdam co Dei consi
gitare secum, Si optas & concupiscis consolari, & consolationem rursus accipere, quid lia curiose
B est quod prohibeat, quod minus venias? subintulit, quoniam prohibitus sum a deo. Ani non indaganda.
maduerte vero, quomodo non curiose inquirat quur sit prohibitus. Nam dominicis
adeoque herelibus mandatis subditus plene erat, erudiens & nos, vt ne curiose indage
mus ea quæ deus facit. Denunciat itaque Romanis, quod non per socordiam aut con-
temptum non venerit. Adeo enim ardenter vos diligo, vt neque prohibitus destiterĩ,
sed iterum atque iterum conatus sum venire, ob nimiam erga vos dilectionem.

Vt fructum aliquem habeam in vobis, quemadmodum & in reliquis gentibus Quia celeberri
ma erat vrbs, & omnes ad eam confluebant propter miranda quæ in ipsa spectabantur
& magnificentiam eius, vt ne quispiam existimet Paulum ob eandem causam eos vide
re desyderaret, propter hoc, inquit, desyderabam venire, vt nonnullum fructum habe- Romę ma
rem. Simul autem & aliam suspicionem diluit. Forsan enim aliquis dicere potuisset: gnificẽtia
Eam ob causam prohibebaris, quod non secundum dei voluntatem venire volueris.
Dicit igitur, quoniam fructum habere volui. Non autem ait, vt instituam, vt doceam,
verũ moderate loquẽs, vt aliquẽ fructum habeã: perĩde ac supra, vt aliquid doni imper
tiam. Committens autem ipsos, inquit, quemadmodum & in reliquis gentibus. Non
enim quia imperium orbis penes vos est, arbitremini vos reliquis gẽtibus meliores esse
æquali enim ordine collocamini.

*Græcis & barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum. sic quantum in me est, paratus
sum & vobis qui Romæ estis, Euangelium prædicare.* Hoc etiam ex modestia manat.
Nihil enim, inquit, ego dono, verum domini mei mandatum adimpleo, deoque vos paulus de
C gratias agere conuenit: siquidem ille benefactor est, ego vero debitor sum, & irrecu- bitor.
sabile debitum habeo, prædicandi ipsum scilicet munus: quod & Corinthiis retuli: Prędican
Væ enim mihi, si non euangelizauero. Proinde sane promptus sum & vobis Euange di officiũ;
lium annunciare, etiamsi pericula præsto cernẽtur posita. Adeo in Christi studio & Euã i.Cor.ix.
gelio flagrabat.

*Non enim pudet me Euangelij Christi. Virtus enim dei est ad salutem omni credenti, Iudæo
primum & Græco.* Quum Romani mirifice attoniti essent, & plane demirarentur
mundi gloriam: ipse vero prædicaturus erat, qui nihil non ignominiæ pertulerat, Iesum
ac verisimile erat ipso pudere huiusmodi, ve videbatur, seruatoris, propterea. Non
pudefio, inquit, ob Euangelium. Illos iuxta docens, ne pudefiant: quandoquidem &
ipse nedum non pudefiebat, quin potius pulchrum sibi putabat, & gloriabatur eo no- Virt⁹ dei
mine. Quia vero & ipsi sapientiæ nomine fastuosi erant: Ego, inquit, Christum venio diuersa.
prædicaturus, ac propterea non erubesco: nam virtus dei est in salutem. Est etiam vir- Matth. x.
tus ad punitionem, atque atq; Aegyptijs suam deus potẽtiam demonstrabat, ipsos pœ Euãgeliũ
na afficiens. Est præterea vis ad interitum, ve quum ait: Timete eum qui potest perde- quibus sa
re in gehenna. Quæ igitur ego prædico, non pœnam neque perniciem continent, sed sa lutiferum.
lutem. Cui? omni credenti. Non enim simpliciter cunctis Euangeliũ cedit ad salutẽ, sed
accipientibus illud, Iudæo primum & Græco. Primum hic est ordinis honos, nõ gratię

Iudę^9 dei de gręcus

exuberantia. Nō enim plus habet Iudæus, nec excellātior est ideo quod maiorē iustitiā acceperit: verum q̄ primus eam accepesit, honoratus est: solius idcirco verbi est honor. D

Iustitia enim dei in ipso reuelatur ex fide in fidem, perinde atque scriptum est: Iustus autem ex fide uiuet. Dicto quod salutem parat Euāgelium, exponit quid hoc sit: quoniam iustitia dei seruat nos, nō sane nostra: Qualē enī iustitiā nos haberemus exiccati operib^9 & corrupti? At vero deus iustificauit nos, non ex operibus nostris, sed ex fide quæ ad fidem vberiorem & maiorē promouere debet. Nec enim satis est primum credidisse, cæterum ex introductoria fide opus est nos ascendere ad consummatiorē fidē, immobilē nēpe & firmam sedē, seu stabilimentū: sicut & Apostoli dixerunt ad dominū: Adijce nobis fidē. Confirmat autē quod ait, nēpe. Ex fide iustificati sumus, ex ꝓphetia Habacuk. Iustus .n. inquit, ex fide viuet. Postquā enim quæ deus nobis per gratiā suā impertit, excedunt humanas cogitatiōnes, merito nobis fide opus est. Nam si cœperimus curiosi diuinarum rerum scrutatores esse, vniuersum perdidimus, planeque occidimus.

Haba. ij. Hebr. x. Galat. iij. Lu. xvij

Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum ueritatem in iustitia detinentium. Quum à commodioribus orsus esset, dixissetque iustitiam dei per Euangelium reuelari, nunc ea profert quæ terrere queant. nouit enim quod plures terrore ad virtutem trahuntur. Hac ratione deus regni mentionem faciens, simul gehennæ meminit: prophetæ item primum bona præponunt, deinde mala subijciunt: Nam illa quidem sunt præcedentis dei consilij, hæc autem nostrę ignauiæ. Consydera autem hic orationis cōsecutionem. Venit, inquit, dominus iustitiam sibi adferens, noxæque dimissionem: quæ si non receperis, tum reuelabitur ira dei de cœlo, per secundum nempe aduentum. Ac hodie quidem experimur iram eius, verum ad correctionē & emendationem: tum vero ad supplicium tantummodo. Et nunc quidem ab hominib^9 videmur multum lædi, multa sufferre: tunc vero manifesta erit pœna super omnem impietatem. Verus sane cultus & pietas vnius est formæ, impietas vero multifida est eam ob rem dixit, super omnem impietatem, ceu multæ sint eius viæ, & iniustitiam hominum. Aliud est impietas, & aliud iniustitia. illa enim ad deum, iniustitia vero ad homines pertinet. Ac illā quidem in speculatione mentis versantis peccatum est, hæc vero in opere consistentis. Haud paucæ huius porro viæ sunt. Nam iniurius est quispiam proximo, quum in pecunia & facultatibus, tum vxore, & gloria. Quidam hic asseuerant iniustitiam de traditiōnibus a Paulo esse positam. Quid vero sit, veritatem in iniustitia detinentium, audi. Veritas siue de deo cognitio, mortalibus principio, adeoque natura est insita. Hanc veritatē atque notitiam Græci in iniustitia detinuerūt, hoc est, iniusti fuerunt, quantum in ipsis erat, idolis attribuentes gloriam dei. Perinde ac si quisquam pecunias accipiat, quas in regis gloriam impendat, & interim tales in prædones & scorta insumat, recte dicetur iniurius esse aduersus Regis gloriam & magnificentiam: haud dissimilem ad modum Græci in iniustitia detinuerunt, hoc est, cooperuerunt, & iniuste veluti tenebris obfuscarunt gloriam dei & cognitionem, quum non decenter neque commode illa vterentur. E

Ira dei in hoc seculo, differt ab ea quę erit i futuro.

Impietas & iniustitia deffe runt

Quia quod de deo cognosci potest, manifestum est in illis: deus enim ipsis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi ex operibus intellecta conspiciūtur, ipsaque sempiterna eius potentia & diuinitas, ut sint ipsi inexcusabiles, eo quod quum deum cognouissent nō ut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Supra dixit quod cognitionem de iniuria adfecerunt Græci, ea nimirum abutentes. Vnde igitur perspicuum sit quod dei notitiā habuerint, nunc explicat: quoniam quid de deo cognosci potest, manifestum est in ipsis. Deinde hoc ipsum corroborat, inquiens, quoniam ex bona creaturarū constitutione prædicatur artifex: quemadmodum & Dauid ait: Cœli enarrant gloriam dei. Cognitum porro dei quid sit, ita discere queas. Diuinæ naturæ pars est incognita, vt ipsa incomprehensibilis essentia: pars vero cognita, vt omnia quæ sunt de essentia, nempe bonitas, sapientia, virtus, potentia, diuinitas, siue maiestas, quæ & inuisibilia eius diuinus Paulus nominat, intellecta quidem ex operibus Gręcis itaque monstrauit id quod de sese cognosci posset, siue quæ circa essentiam eius sunt omnia, quæ & oculis quidem sensibilibus inuisibilia sunt, mente vero comprehensibilia propter concinnam in operibus ordinationem. Quidam per inuisibiliā, angelos accipiunt, minus tamen apposite, vt opinor. Patrum quispiam sempiternam potētiam, filium dixit: diuinitatem autem, spiritum sanctum. F

Psal. xviij Diuinę naturæ pars cognita, pars incognita.

Vt sint ipsi inexcusabiles. Hoc ex euentu contingit. Non enim propterea deus hæc
A fecit, vt illi sint inexcusabiles, verum ex euentu hoc accidit. Animaduerte itaque talem scripturæ proprietatem, & non offendes, pleraque nanque huiusmodi plerisque in locis dicuntur, quę sic diluenda sunt, vt per euentum illorum reddatur ratio: veluti Dauid inquit: Quoniam prauum feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas. Quod etiamsi absurdum apparet, tamen minime est absurdum. Ait enim, Quia vbi beneficia abs te accepissem domine, præter omnem spem peccaui aduersum te: atque ex hoc contingit te iustificatum, iureque defensum aduersus me, vincere. Ex effectu itaque adeoque exitu iustificatur Deus, dum nos & insipientes & ingrati sumus ipsius in nos collatis beneficiis, nec quicquam quo nos defendamus, habemus. Græcis itaque nihil quo sese defendant, relinquitur: quandoquidem ex creaturis deum cognoscentes, non vt deum glorificauerunt, neque egerunt gratias tanquam creatori & factori, verum idolis honorem qui solius veri dei erat, tribuerunt.

Gentes inexcusabiles.

Psalm. 50

Sed euanuerunt in disceptationibus suis, obtenebratumque est insipiens cor ipsorum. dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Causam reddit, qua ad huiusmodi amentiam exciderint. Ratiocinationibus, inquit, suis omnia permiserunt: volentesque forma quapiam, forma vacantem, adeoque corpore, incorporeum comprehendere, vani deprehensi sunt: vt qui non possent ad finem cogitationum rationis ve suæ peruenire. Insipiens autē, seu intellectu carens cor ipsum dicit, quod fide nolit omnia percipere. Vnde
B autem errauerunt? Ex hoc, quod ratiocinationibus suis cuncta permitterent & ex eo quod putarent se esse sapientes, stulti facti sunt. Quid enim stolidius ac lapides & ligna adorare?

Et permutauerunt gloriam incorruptibilis dei, similitudine imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum & serpentium. Qui permutat aliquid, quod habet in aliud permutat. Habebant ergo & ipsi notitiam, cæterum perdiderunt, & aliud quiddam habere voluerunt præter id quod habebant, amiseruntque id quod habebant. Attribuerunt autem gloriam incorruptibilis dei, non homini quidem, sed imagini corruptibilis hominis. Et quod longe deterius est, ad serpentes etiam delati sunt imo vero & ad horum imagines: adeo palam insanierunt. Nam cognitionem quam oportebat habere de eo qui omnia incomparabiliter excellit, hanc ei quod omnium est incomparabiliter vilissimum, apposuerunt. Porro gloria dei est ipsum ceu creatorem & prouidentem rebus mortalium gubernatorem cognoscere: idque genus alia, quæ ei conueniunt. Atenim qui sunt, qui adeo vsque deliquerunt? Sapientissimi, subtiliumque rerū maxime gnari Aegyptŋ. Nā serpentū etiam & reptilium imagines illi coluerunt.

Gloria dei quę sit.

Propterea tradidit eos deus in cupiditatibus cordium suorum, ad immunditiem, ut ignominia afficerent corpora sua semetipsis: qui permutauerunt ueritatem dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ præter creatorem, qui est benedictus in secula, Amen.

Aegyptŋ idololatrę

Tradidit, est pro permisit, dimisit: quemadmodum medicus succurrens laboranti, deinde videns ipsum inordinate, ineptęque gerentem, haudque dietæ obseruantem, & immorigerum sibi tradit eum vt vehementius ægrotet, pro eo quod est, dimittit ipsum
C amico, vt qui proprio arbitratu feratur, ne releuetur a morbo. Sunt qui, Tradidit eos deus, sic intellexerunt, nempe pro iniuria qua deum affecerunt, ac temulentia, perīde ac dicim⁹ quod quēdā pecunia perdiderit. Atqui argētū non perdit, sed abusus. Saulē itidē regnū corrupit, at Solomonē, pro eo quod est, regni abusus perdidit. Traditi sunt ergo per propriam nequitiam suam, ad impuritatē, vt non opus habuerint aliis iniuriam inferentibus, sed ipsi sibi vim fecerunt, impuris nempe operationibus. Vnde autem ad impuritatem traditi sunt? Ex iniuria qua in deum impegerunt. Nam qui deum non vult nosse, statim in vitæ moribus etiam perditur: quemadmodum & Dauid inquit. Dixit insipiens, non est deus. Tum subdit illico, corrupti sunt & execrati facti sunt in studiis. Permutauerunt igitur quæ proprie ad deum pertinebant, apposueruntque ea vanis diis. Voluerunt, est pro honorauerunt. Seruierunt, est pro, operibus seruitutem exibuerunt: id enim est λατρεία, honor nimirum per opus. Nec simpliciter dixit; cæterum præter creatorem, ex comparatione delictum attollens. Verum ille, inquit, benedictus est in secula, hoc est, nihil quicquam læsus est ex ipsorum iniuria sed est benedictus in æuum, stabiliter ac certo: hoc enim Amen significat.

Tradere dei, quid sit.

Psalm.

Amen.

Propterea tradidit eos in passiones ignominiæ deus, Fœminæ enim ipsorum permutauerunt naturalem usum in eum qui est præter naturam. Similiter & masculi. dimisso

naturali usu fœminæ, exarserunt cupiditate sua inter se mutuo, masculi in masculos turpitudinem suam operantes, & mercedem quam oportebat, erroris sui in seipsis recipientes. D

Dei derelictio, traditio.

Voluptas naturalis suauior.

Rursus dei derelictionẽ traditionẽ nominat, propterea factã, quod inseruierũt creaturæ. Sicut ergo in traditionib' de deo corrupti sunt, relinquentes ea quæ a natura est manuductionem, ita & in vita execrabiles facti sunt, dimittẽtes quæ secundũ naturã est voluptatẽ; quę & facilior, ad eã quæ præter naturã est lapsi, quę & difficilior minusq; est iucũda. Permutare enim hoc significat, quod quæ habuerunt, amiserunt aliis electis. Magnũ igitur accusatorem vtrique sexui, naturam, quã transgressi sunt, constituit. Quũ enim de fœminis occulte turpe quidem ac indecorũ plane dictu protulisset, de maribus etiã profert, quod exarserint inter sese mutuo, œstrum & furorem indicans. Non dixit autem, concupiscentiam efficientes, sed turpitudinem, innuens quod naturam pudefecerint. Postquam vero dixit quoniam in cupiditate exarserunt: ne quis existimaret cupiditatis tantummodo esse morbum, ipsi, inquit, operabantur, hoc est, studiosi ac diligẽtes erant circa impuritatem, opus ipsum facientes, & mercedem defectionis ab deo, & ad idola erroris recipientes in tali turpitudine, & in ipsa voluptate pœnam habentes, tanquam præter naturam sit, & plena impuritatis. Dicit autem hoc Paulus, vt qui nondum potuerit eis persuadere esse gehẽnam. Ipsam, inquit, immundam operationem, supplicium illis esse crede, si nondum credis de gehẽna sermonibus.

Ac quemadmodum non probauerunt deum habere in agnitione, tradidit eos deus in reprobam mentem, ut faciant quæ non oporteat. En iam tertio eiusdem sententiæ meminit, E eadem dictione vsus, tradidit inquiens. Vndique autem derelictionis dei causam, mortalium impietatem esse dicit, sic & nunc quidem. Quemadmodum non probauerunt deum habere in cognitione, tradidit eos deus in passiones, non ignorantiæ, inquit, sed meditationis, sed exercitationis quæ est iniuria in deum. Non enim dixit, quemadmodum non nouerunt deum, sed quemadmodum non probauerunt, hoc est, iudicauerunt ne deum in cognitione firma tenerent, ac suapte sponte impietatem elegerunt. Non igitur hi carnis errores sunt, vt quidam hæreticorum putant, verum corrupti iudicij. Primum igitur illi reprobauerunt nosse deum, ideoque deus permisit illos ad reprobam mentem deferri. Auersio nanque dei & derelictio, traditio nominatur in scriptura. Porro amabili quospiam diuorum interpretũ vsus est exemplo, quo explanatur hoc quod ait, Tradidit eos deus: perinde ac, inquit, si quispiam conniueat nolens intueri solem, deinde cadat in scrobem, dicimus, etiam non visus sol quendam in fossam deiecit: non quod ira percitus sol hominem deiecerit, verum quod oculos eius non illustrauerit. Iam quod non illuxerit oculis, vnde est? a claudente videlicet oculos, & conniuente. Sic & deus tradidit eos in passiones ignominiæ. Quanam ratione? non agnitus hominibus. Non vero agnitum esse, vnde? ab illis nimirum qui non probauerunt nec iudicauerunt vt agnoscerent ipsum.

Impietas, derelictionis Dei causa.

Traditio dei quæ dicatur.

Repletos omni iniustitia. Vide vniuersa attente ac diligenter. Repletos enim omni iniustitia, cum epitasi ait, quum extremam vniuersæ malitiæ eos mensuram anteuertisse dixisset, ceu præmisso genere species deinceps eius malitiæ recenset.

Fornicatio.

Fornicatione. Omnem simpliciter impuritatem, fornicationis nomine est cõplexus. F

Prauitate. Insidijs erga proximum.

Auaritia. Pecuniarum & facultatum cupiditate.

Malignitate. Vindictæ affectu.

Refertos inuidia, cæde. Nunquam non sedes est ex inuidia. Sic Abel inuisus Caino redditus, occisus est. Hanc ad rationem Ioseph intertimendus erat.

Cædes omnis ex inuidia. Genes. iiij. & xxxvij.

Contentione, dolo. Ex inuidia & lis & dolus prodeunt, ad perniciem eius cui inuidetur.

Morum asperitate. Profunde occultata malitia, quæ bonitate quadam sit oblita.

Susurratores. Clanculum calumniantes.

Obloquutores. Palam detrahentes.

Deo inuisos. Deum odio prosequentes; vel odio dei obnoxios, quo illos deus prosequitur.

Iniuriosos, superbos, ostentatores. Ad omnium vitiorum arcem superbiam cõscendit. Et enim si boni quicquam aliquis faciens, hoc perdit fastu turgidus: quanto magis bonum amittit, quum scelesta perpetrat, inque iis gloriatur? neque enim ita affectus resipiscere potest. Veruntamen noueris, quod superbia quidem dei est contemptus,

A ostentatio vero vel arrogantia est hominum, e qua nascitur iniuria. Nam qui homines aspernatur, omnes iniuria afficit & conculcat. Quamuis autem arrogantia natura prior est quam iniuria, nobis tamen iniuria videtur prior: deinde mater eius manifestatur arrogantia.

Excogitatores malorum. Non enim contenti erant prioribus. Hoc autem non subiti motus, sed meditationis est & studij.

Parentibus immorigeros. Aduersus ipsam etiam naturam, inquit, pugnantes.

Insipientes. Non intelligentes, idque non immerito. Quid enim aliud intelligerent, qui parentibus non obtemperant?

Incompositos. Hoc est, in foedere non permanentes, foedifragos.

Implacabiles, charitate uacantes, misericordiae expertes. Radix omnium malorum est ipsa charitatis refrixio. hinc enim est quod alter alteri non reconciliatur, alter alterum non diligat, non misereatur, nulla erga alium tangatur miseratione. Quod & Christus dixit: Quando multiplicata fuerit iniquitas, refrigescet dilectio. Porro natura nos inter nos ipsa conglutinat, atque ac reliqua animalia verum homines parum intelligunt. Matt. 24.

Qui iustitiam dei cognoscentes, quod qui talia committunt, digni sint morte: nedum huiusmodi agunt, uerum agentibus etiam assentiuntur. Ostendit iam, quod quia noluerunt agnoscere deum, repleti sint omni vitiositate: nunc indicat neque venia eos esse dignos. Non enim dicere possunt quod bonum ignorauerint: norunt nanque iustitiam dei,

B Sua sponte itaque faciunt, ac quod deterius, consentiunt agentibus, hoc est patrocinantur malo quod irremedicabiliter est aegrotare.

CAPUT II.



Ropterea inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas. eadem enim agis, qui iudicas. Postquam diuersarum sin... [illegible] homines nos, alias malo patrocinantes, alias alienctum iudices malorum sedentes, aequales nobis condemnemus: praeuenit quidem dicens de consentientibus prauis ac operantibus. Nunc vero de iudicando sermonem facit: propterea, inquiens, inexcusabilis es o homo, hoc est, quandoquidem nosti eam esse iustitiam dei, quod digni sint poena mali, inexcusabilis es, defendi non potes, qui iudicas eadem tecum facientes. Videtur autem hic sermonem dirigere ad principatus & magistratus, praecipue vero ad Romanos, vt qui orbi terrarum praesiderent. Magistratuum enim est iudicare. Attamen cuiuis iuxta mortalium haec conueniunt quiuis enim sententiam ferre potest, etiamsi tribunal minus occupet. Adulterum igitur, inquit, condemnans, teipsum condemnas, quum ipse moechus sis.

Nouimus autem quod iudicium dei est secundum ueritatem super eos qui talia agunt. Vt ne quis dicat: Quoniam ego hactenus, moechus quum sim, effugi supplicium

C non sum punitus: porro moechum puniens peccare faciendo inquit, quod sic sese res non habet apud deum. Hic enim alius quidem poena afficitur, alius vero supplicium euadit, patria quamuis facias: illic autem sic non est. iudicium enim dei est secundum veritatem super malos.

Cogitas autem hoc o homo qui iudicas talia, & facis ea, quod effugies iudicium dei? Aut diuitias bonitatis eius, & patientiae, & longanimitatis contemnis: ignorans quod bonitas dei ad poenitentiam te ducit? Secundum autem duritiam tuam, & cor poenitere nescium, congregas tibi ipsi iram in die irae & reuelationis & iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. In superioribus assueuerauit, quod merces erroris, & creaturarum culturae, per mala in quibus lasciuiebant, sit reddita: siquidem ipsa impuritas satis erat pro poena. Nunc igitur ipsis in posterum obuenturum supplicium reuelat. Est enim, inquit, & alia tibi relicta poena o homo: nam iudicium dei non effugies. Quomodo enim, qui tuum ipsius iudicium non effugisti? etenim in quo alterum diiudicasti, teipsum condemnasti. Sin autem ea propter quod nondum puniaris, diuitias bonitatis eius aspernaris, hoc ipsum ad maiorem tibi poenam cedet. Nam longanimitas se ad emendationem vtentibus salutaris est, insurgentibus autem eam ad peccati augmentum, maioris est supplicij occasio: non ob sui naturam caeterum ob istorum duritiem. Thesaurizas enim tibi ipse iram. non deus, sed tu tibi ipse colligis iram. Vnde (ex impude

tia, duroque ad bonum corde tuo. Quando enim neque bonitate molliris, neque terrore flecteris, quid quæso te durius? Porro diem iræ dicens, adiecit simul, reuelationis & iusti iudicii dei: idque non immerito, ne putet aliquis iudicium esse ex iracundia tantũ. Detectio nanque fit, inquit, omnium, vt iuxta reuelatorũ meritũ fiat retributio, hinc iustum etiam est iudicium. Hic sane, quia opera quidem occuluntur pariter, non semper iustitia dominatur: illic autem reuelationem sequitur iustum iudicium. Obserua locum hunc conferẽtem tibi ad hoc quod deus inquit: Indurabo cor Pharaonis. Paulus enim illa propemodum non adeo dissimilibus verbis exprimit. D

Alius quidem ex perseuerantia operis boni gloriam & honorem & incorruptibilitatem quærentibus, uitam æternam. Quum dixisset quod vnicuique dominus reddet, a bonorum retributione orsus est, iucundiorẽ hac ratione orationẽ reddens. Dicendo autẽ ex perseuerantia operis boni, duo denunciat: alterum, quod non sit a bono recidendum neque ignauiter agendum, verum in bono ad finem vsque immorãdum. alterum quod non soli fidei confidere oporteat: nam & opere est bono opus. Quum aũt, incorruptibilitatem, de resurrectione fores aperit. Deinde quando cuncti quidem resurgimus, sed non cuncti pari ratione; sed alij quidem ad gloriam, alij quidem ad honorem, alij ad punitionem: ideo gloriam inquit & honorem. Est igitur vniuersa sententia talis. Deus inquirentibus futuram gloriam & honorem, ac nunquam non illa cogitantibus, præterea incorruptibilitatem in resurrectione expectãtibus, reddet vitam æternam. At quo pacto quæritur futura gloria, honos, & incorruptibilitas? per operis boni perseuerantiam. Nam in opere perseuerans bono, ac firmiter aduersus quamlibet tentationem consistens, is cum gloriam, tum honorem vere quærit & incorruptibilitatem, siue in incorruptibili corpore incorruptibilium bonorum fructũ & voluptatem. E

Operis boni necessitas.

Ex contentione autem non obtemperantibus quidem ueritati, obtemperantibus uero iniustitiæ indignatio, ira, afflictio & angustia super omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci. ἐριθεία, quam per contentionem verti, amor est iniustus & irrationalis quæpiam instantia & pertinax. Ex contentione igitur, inquit, id est, contentiosis. Indicat autem hic non ex ignorantia, verumenim e studio rixandi prauos factos, vnde haud sunt venia digni. Præterea obedire quidem iniustitiæ, nec obedire veritati, propositi seu deliberationis est peccatum. Non enim dixit, vi oppressis vel tyrãni degrauatis, verum obedientibus. Obserua hic quomodo vitam æternam deum dixerit redditurum, tristia vero non item ab deo ventura disseruerit. Indignatio nanque, inquit, ira & afflictio, non adijcit quod a deo reddentur, sed ita reliquit absolutum, vt subintelligeretur erit. Nam viuificare proprium est dei, pœna vero ab nostra socordia accedit. Quum omnem animam hominis ait, contrahit & imminuit fastum Romanorum. Etiamsi enim imperator quispiam fuerit, non euadet iudicium, vbi flagitium commiserit, id est, si perseuerat in malo, & non resipiscat. Non enim dixit, ἐργασάμενος, id est operãs, sed κατεργαζόμενος, hoc est, perseueranter operans, siue exercitium faciens ex malo. Postquam vero Iudæi vberiore doctrina & institutione imbuti fuere, maiore iuxta supplicio digni fuerint. Nam potentes potenter examinabuntur, F magis vero intelligentes.

Sapiens. 6

Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco. Non enim personarum est respectus apud deum. Scopus est Apostolo, monstrare in sequentibus, nihil prodesse circũcisionem, nihil item obesse præputium, ac inducere posthac fidem, quæ hominem iustificet. hoc igitur sibi præfixo scopo præconcutit res Iudæorum. Intuere hic eius sapientiam. Enarrat enim quæ sunt ante Christi aduentum & quod mundus fuerit repletus malitia. tum quod castigationi fuerint obnoxij, Iudæus primum & Græcus. Quum vero proposuisset palam, quod Græcus malorum suorum causa punietur, ab eodem simul astruit quod & bonorũ causa honore afficietur. Quod si ab operib᷒ & irritos prouenit & ignominia, relinquitur legem & circũcisionem superflua esse: nec superfluas tantum, cæterum vtranque maioris Iudæo pœnæ causam & largitricem. Si enim Græcus eam ob causam, quod non a creatura, adeoque naturæ lege institutus sit, condemnatur: quanto magis Iudæus, qui cum his a lege simul doctrinam & educationem accepit? Simul ac iam didicisti, assequere deinceps verba Græcos hic dicit, non idolorum seruitores, verum dei cultores, naturæ legi morem gerentes, & citra legem pios, qualis Melchisedec, qualis Iob, quales Niniuitæ, qualis tandẽ Cornelius. Pari ratione Iudæos nominat eos, qui ante Christi aduentum vixere. Dãs enim

operam vt demonstret circunscicionem nihil valere, recurrit ad superiora tempora,
A indicans nihil fuisse discriminis inter Græcum dei colentem, & Iudæum bene & pie
viuentem, & bona operantem. Iam si ante Christi aduentum, quando potissimũ flore-
bant Iudaica, nihil præstabat Græco Iudæus, multo potius nihil ab deo differet quã-
do lex est abolita. Huc autem fertur & spectat, vt Iudæorum fastum deiciat, qui non
recipiebant eos qui ex gentibus erant. Gloria, inquit, & honor, & pax, mũdi huius bo
na semper bella & tumultus habent, inuidiæ & insidijs exposita. Ac etiam si nemo fo-
rinsecus vel exterorum insidias meditetur, dolumve struat, ipse tamen hæc possidens,
cogitationibus perpetuo suis turbatur, gloria vero & honor apud deũ pacẽ continẽt,
quandoquidem quuũ insidijs, tum cogitationũ turbatione vacẽt. Quia vero incredibi
le videbatur Græcũ honorari, quippe qui neq; legẽ neq; ꝓphetas audiuerit, cõfirmat
id ex hoc ꝙ deus nõ sit personarũ acceptor. Nõ enim personas ĩtuetur, sed res & ope-
ra explorat. Postquã igitur Græcus nihil differt ĩ reb⁹ a Iudęo, nihil prohibet quo mi
nus peræque honoretur. Proinde ne glorieris Iudęe contra eũ qui est ex gẽtibus post
legis abrogationẽ, vbi quando tua florebãt, honore tibi par erat Græcus bonũ faciens

Quotquot enim citra legem peccauerunt, citra legem etiam peribunt & quotquot in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti apud deum, uerũ factores legis iustificabuntur. Indicauit in superioribus, quod græcus eodẽ cũ Iudęo
& loco habetur, & honore afficitur: nũc ostẽdit ꝙ supplicij tẽpore grauior sit obuen-
B tura Iudæo cõdemnatio. Græci enim, inquit, citra lgẽ peccauerunt, hoc est, sine quę per
legẽ est instructione. propterea & sine lege peribunt, id est, punientur leui⁹, vt qui legẽ
accusantem nõ habuerint. Nã sine lege, est citra illius cõdẽnationẽ. Iudæus autẽ ĩ le-
ge peccauit, hoc est cũ institutione quæ est ex lege. ideo & legitime seu per legẽ iudica
bitur, id est condemnabitur, lege vehementius ipsi incũbẽte & accusante, maioremque
cõdẽnationẽ faciẽte. Qũo igitur dicis Iudæe, nam gratia ego nõ indigeo, quippe qui
ex lege iustificer? Ecce enim demonstratus es ab lege nihil adiutus esse: itaque Christi
gratia perinde opus habes atque græcus, ceu non iustificatus apud deum ex sola legis
auditione. Nã apud homines, auditores legis & graues & iusti videri queunt: atenim
apud deum res sese aliter habet. isthic enim factores duntaxat legis iustificantur.

Quando enim gentes quæ legem non habent, natura legem fecerint, ille legem non habentes sibi ipsæ sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium simul dicente ipsorum conscientia. In quibus confirmat quæ sunt contra Iudæos,
hac eos ratione moderate scilicet aggreditur, adeoque prudenter sermonẽ texit, vt nõ
videatur quicquam aduersus legẽ dicere. Veluti enim extollẽs & magnificans legẽ in
quit, quod legem non habẽtes, natura tamẽ quę legis sunt facientes, admirabiles quo-
dammodo sunt: quandoquidẽ legis quidẽ nõ eguerint, & legem interim cõpleuerint, nõ
literas sane, verum opera cordibus suis insculpentes & conscientia & naturalibus co
gitationibus vsi ad testimonium boni & honesti. Treis autẽ leges hic efficit, scriptã, na
turalem, & eam quæ est in operibus. Gentes, inquit, legem nõ habẽtes, qualem? scriptã
C ab natura quæ sunt legis, qualis eius quę in operibus consistit, faciunt. Illi legẽ nõ ha-
bentes, sibi sunt ipsi lex quanam ratione? Naturali nẽpe imbuti, qui exibent opus le-
gis. qualis? eius quę per opera constat. Intuere autem hic sapientiã, quomodo nõ per-
cusserit Iudæos perinde ac sermonis consequentia postulabat. omnino enim per con-
secutionem sic debebat dicere. Quando enim gentes sine lege, natura quæ sunt legis
faciunt, longe meliores sunt ijs qui ex lege instituuntur Iudæis. Atenim sic non dixit:
cęterum lætius quiddam subdidit, Sibiipsis, inquiens, sunt lex. Ostẽdit autẽ ex hisce ꝙ
& prioribus temporibus, adeoque multis retro seculis, ante legis etiam sanctionem o-
mnis prouidentia humanę naturæ obtigerit. Obstruit porro & ora dicẽtibus: Ecquid
non iam olim a principio adueniens deus boni operationem ostẽdit quum dicat, bo-
ni & mali cognitionem omnibus a principio indidit. quia vero nouit ꝙ nihil ita per-
fectum sit, in nouissimis temporibus ipse aduenit.

Et inter se inuicem cogitationibus accusantibus & defendentibus, in die qua iudicabit deus occulta hominum, secundum euangelium meum per Iesum Christum. Ab alio ad
eoq; nouo principio hoc lege. Nã de eo nũc sermonẽ facit, nempe qua ratione cũcti ex
æquo mortales iudicãdi simus. Tũc enim stabũt nostrę cogitationes, aliæ quidẽ accu Iohan. v.
santes, alię vero defendentes. Nec opus habet alio accusatore vel patrono homo apud
illud iudicij forũ. Terrorẽ autem exaggerãs nõ dixit, peccata, cęterũ occulta. Hoĩes eĩ

de manifestis tantummodo iudices sedēt: Deus vero occulta, inquit, iudicabit per Iesū Christum, hoc est pater per filiū. Nā pater neminē iudicabit inquit, sed iudiciū ōe dedit filio. Vel sic intelligere queas quod ait, per Iesum Christum secūdū euangeliū meum, per Iesum Christum mihi collatum & exhibitum. Innuit autem hic ꝙ nihil monstruosum prædicatur per euangeliū verū quæ natura ipsa præoccupans docuit, videlicet iudicium & supplicium, hæc euāgelion etiam testatur. D

Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti voluntatē probasq; meliora, institutus ex lege. Quū dixisset ꝙ Græco faciēti ea q̄ sūt legis nihil desit ad hoc vt seruetur: deinceps Iudæorū recēset magnifica, q̄ ꝓpter cōsidētes efferebantur supra gētes. Et primū quidē nomine. Etenim valde honorificū erat Iudæū esse, adeoque haud in minimo precio erat Iudaismus, æque ac hodie Christianismus. Non dixit autē, Iudæus es; verū Iudæus cognominaris, verus enim Iudæus est qui cōfitetur. Etenim Iudas, si interpreteris, cōfitētem sonat. Et requiescis in lege, ꝓ eo quod est, non defatigaris circūiens & discens quid oporteat agere, sed legem habes, quæ te omnibus in rebus facile instituit. Et gloriaris, inquit, in deo, ceu dilectus ac ille, qui ab ipso cæteris īs mortalibus prælatus. Est autem maximę dementiæ symbolū, dei dilectione ad cōtemptum contribulium seu congenerū vti. Et nosti volūtatē, nempe dei. Probas autem meliora. id est iudicas quæ agere conueniat, & quę non conueniat agere. Per meliora, quæcunque conuenientia intelligenda sunt, vel vtilia.

Confidensque te ducem esse cæcorū, lumen eorū qui in tenebris agūt, institutorem insipientium, doctorem infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege. Supra dixit ꝙ nihil commodaret legis auditio, nisi & actio accederet. Neque enim auditores, inquit, legis iusti sunt apud deum, sed factores. Hic vero maius quippiā ait. Etiāsi inquit: legis doctores & quæ legis sunt: non facis, non tantū nihil tibi prodes verūetiā eo maiore pœna afficeris, postquā in qua maxime gloriabātur legis & doctrinę dignitate, ex ea potissimum eos perridiculos fuisse cōmonstrat. Quū .n. inquit, ducē cęcorū eruditorem insipiētiū idq; genus alia, fastū illorum recēset. Adeo enim vocabāt semet ipsos duces & lumē, & pręceptores: istos autē qui ex gētibus Iudaismo accesserāt, ꝓselytos appellabāt, in tenebris agētes, & stolidos & amētes. Habes autē formā cum cognitionis tū veritatis, non in operibus & officiis, sed in lege. confidens ipsi ceu formātē virtutem: perinde ac si quisquam imperatoriam imaginem habens, ipse quidem nihil ad eius exempla effingat depingatve, alij autem quibus huiusmodi non est commissa, citra in tutum etiam eius re vera ipsam imitentur. Omnis itaque doctor & minister verbi format & effingit cognitionem boni, adeoq; veritatem in discipulorum animis. Quod si opere exprimat, perfectus erit: sin minus, talis erit, quales nunc ab Apostolo culpantur. Sunt qui per formationem illam intellexerunt fucatam neq; non fucatā imaginem cognitionis. Non vere, inquit, notitiam & pietatem habes, cæterum oblitam, & colore tinctam. E

Qui igitur alium doces, teipsum non doces. qui prædicas non furandum, furaris. qui dicis adulterium non committendum, adulterium committis. Qui abominaris idola, sacra deprædaris. qui in lege gloriaris per transgressionem legis deum ignominia afficis. Nomen enim dei vituperatur propter vos inter gentes, sicuti scriptum est. Per interrogationem verba facit. Pudefaciens eos, qui ob docendi munus gloriabantur. Sacrilegium vero appellat ablationem eorum quæ idolis consecrata erant. Nam etiamsi execrarentur idola, auaritiæ tamen tyrannidi victi, idolis dicata, turpis quęstus gratia contrectabant. Deinde quod grauius est infert, inquiens: Qui in lege gloriaris, vt qui honore sis affectus a deo propter legem, propter legis pręuaricationem deum ignominia afficis. Tria sunt enim hic peccata: primum, quod honore viduant: alterum, quod deum a quo sunt affecti honore, honore viduant: tertium, quod qua lege decus & honorem sunt adepti, ea ignominia afficiant deum, transgredientes ipsam. Deinde ne videatur ipse solus ipsos in iudicium vocare, prophetam Esaiam ipsorum accusatorem producit in medium, culpam illorum duplicem faciens. Non enim ipsi soli iniuriam inferunt, cæterum & ipsi ad hoc alios præparent: non tantum quæ legis sunt docentes, verumetiam contraria docentes, nempe blasphemiam dei, quod contrarium est legis. Si namque gentes hos corruptos conspicentur, quomodo, inquit, illi deum diligent? nonne igitur deus verus est, qui huiusmodi charitate prosequitur? F

Circuncisio quidem prodest, si legem opereris: sin vero transgressor legis extiteris. circum-

cisio tua preputium factum est. Quoniam magnam circuncisionis rationem habe
A bant, plurimi eam facientes, non statim a principio dixit quod superflua & stolida res sit circuncisio, verum verbis quidem eam recipit, opere vero adeoque reipsa tollit, inquiens: Fateor equidem prodesse circuncisionem, tum scilicet, si legē obserues: sin minus, circuncisio tua preputium factum est. Incircuncisum itaq; ipsum commonstrat corde. Duas enim circuncisiones, duoque preputia dicit, alteras quidem secundum id quod videtur, alteras, secundum id quod intelligitur. Circuncisio itaque iuxta apparens est, quę carnalis est. circuncisio verò secundum spiritū, est carnalium affectuū reiectio. Rursum est preputium secundum carnē, quando aliquis incircuncisus fuerit carne: & est preputium secundum spiritum, quando quisquam infidelem habens animum nihil affectum prauorum absciderit. Dicit itaque diuus Paulus: Si quādo circuncisus fueris carne, nihil autem egeris eorum quę sunt legis, preputium tibi adhuc est, & incircuncisus es iuxta spiritum: perinde ac qui carnis adhuc præputio vestitus est, si fecerit quę sunt legis, circuncisus est secundum spiritum, quippe cui carnei affectus sunt ademti, æque ac per insequentia dicit, quæ audi.

circũcisio duplex.
Præputiũ duplex.

Quando igitur preputium iustificationes legis custodit, nonne præputium eius in circuncisionem reputabitur? Non ait quod circuncisionem preputium vincat aut excellat ve, hoc enim inuisum erat: verum enim in circuncisionem reputabitur. Proinde vera circuncisio, res est & vera & bona: præputium similiter res mala. Obserua autem quod
B non dixerit, Quando præputium legem seruarit. Verisimile nāq; erat quēpiam sic occurrere: Qui fieri potest vt lex ab eo cui præputium est, seruetur, quū hoc ipsum quod quisquam præputium habeat sit legis transgressio? Sed quemadmodum dixit iustificationes nimirum legis, hoc est, quæ videntur iustificare per operationem cessū. Circūcisio enim non est operatio, sed passio patientis, nēpe circuncisi. Ne iustificatio igitur quidem legis dici queat. Nam est data in signum, vt cum gētibus Iudæi misceerentur.

Et iudicabit præputium ex natura legem perficiens, te qui per literam & circuncisionem præuaricator es legis. Non enim qui in manifesto, Iudæus est, neque quæ in manifesto est in carne, circuncisio est: verum qui in occulto, Iudæus est, & circuncisio cordis, in spiritu non in litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo, est. Hic aperte palam ostendit quod duo præputia ponat, alterum quidem ex natura, alterum vero ex deliberatione & voluntate: quæ sese habent vti commemoratum est, quando nihil carnalium, quisquam affectum habuerit, vt qui sint ablati. Duas item circuncisiones dicit, alteram secundum carnem, alteram in spiritu cordis. Ait itaq; quod ex fide existēs preputiū, affectuū carnis circuncisionem habēs, per hoc legem perficiat, id est legis (vt supra dictum) iustificationes. Iudicabit, pro eo quod est, condemnabit, non circuncisionē, hoc enim horrificum erat: verum te, qui, quantum ad carnem attinet, circuncisus quidem, visus es, corde vero incircuncisus, quatenus transgressor es iustificationum legis. Quo circa haud ignominia circuncisionem afficit, sed honorare potius videtur: cū vero increpat, qui in ipsam ceu præuaricator iniurius extiterit. Hisce peractis manifeste definit quisnam sit verus Iudæus, ostendens eos cuncta ad demonstrationem agere, nimirū
C vt videantur. Non enim qui, inquit, in manifesto Iudæus apparet, Iudæus est: cæterū qui est in abdito. qui neq; simpliciter quod corporale est perficit. verum spiritualiter intelligit & sabbata, & sacrificia, & purificationes. Porro quum ait, Circūcisio cordis in spiritu, ecclesiasticæ rei publicæ viam præstruit ac fidem inducit: siquidē ipsa est i corde & spiritu. Laudē porro, inquit, a deo habet corda sen per explorāte neq quicquā secundum carnem iudicante. Quod vero ex hisce omnibus colligitur tale est. Quandoquidem vbiq; viuendi, sibi incumbat necessitas & consuetudo, si præputio vestitū vel Grecum audiueris ne idolorum cultorum intellige, verum dei cultorem, & virtute prędit um, extra legis tamen obseruationes, perinde ac supra dictum est.

circũcisionis signũ,

Cordis circuncisio.

CAPVT TERTIVM.



Vae igitur excellentia est Iudaei ecqua commoditas circuncisionis? D *Multa per omnem modum. Primum quidem, quod illis credita sunt oracula dei. Quid enim si increduli manserunt quidam illorum num-quid incredulitas eorum fidem dei abrogauit? haudquaquam.* Simulac legem eiecisset, per hoc quod diceret, Non enim qui in manifesto, Iudaeus est: in posterum obiectionem quampiã sese exerere conspicatus, illi se opponit. Ecquaenam est obiectio? Si nihil prosunt, inquit, haec, quur gentes Iudaeorum sũt electae? Diluit igitur hanc pro sua sapientia, quae verbo quidem est consona, multam inquiens Iudaeo inde commoditatem prouenire. Quod sane confirmans, non Iudaeorum virtutes resque strenue gestas adducit, verum dei potius dona & gratiam. Nec enim dixit quod multum pręstiterint caeteris gẽtib⁹ Iudaei eo ꝙ hoc vel isthuc grauiter transegerint, verum quod commissa sint illis oracula dei: quae certe dei est beneficentia, nec vlla ratione illorum vel dignitas vel praestantia. Quid vero est, credita sunt pro, sane acceperunt, vel in manus sumpserunt, dignique, visi sunt deo vt acciperent diuina responsa coelitus demissa. Haec autem dicens, ipsos pariter defendere videtur. Attamen aliam rursus accusationem in medium aduersum ipsos profert; demonstrans quinam ipsi diuinis eloquiis non adhibuerint fidem, per quae tamen plurimo sint honore affecti. Verumtamẽ hãc accusationem veluti ab alio E quopiam factam introducit, quippe qui dicat: Ecquid emolumenti confert Iudaeis ꝙ oracula dei acceperint, quum increduli erga eadem perseuerauerint? Hanc obiectionem porro diluit, non pro ipsis, sed pro deo potius apologiam afferens. Quod si increduli manserunt, quid hoc ad deum? Num incredulitas istorum fidem dei faciet irritã, hoc est, fidem & veritatem oraculorum & beneficentiae dei? Vsqueadeo nanque deus ex illorum incredulitate haud laeditur, vt glorificetur potius vt benignus & humanus: quandoquidem & illi qui eum ignominia affecturus est, beneficum sesę exhibeat. Viden' quomodo eos reos fecerit ex iis per quae sese venustos reddebant, siue ex hoc quod legem acceperint?

Iudęi plurimum a deo honorati.

Sit autem deus uerax, omnis autem homo mendax, sicuti scriptum est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas quum iudicaris: Dixit supra, quod quidã increduli mãserint, deinde quum nedum quidam, verum omnes in vniuersum videãtur ĩcreduli esse sapiẽtissime orditur sermonẽ, qui molestus & inuisus uidebatur, atq; id quod re vera factum est, veluti per permissionem ponit, inquiens: Ponamus ꝙ omnes increduli mãserint: ecquid isthuc, nisi quod vel hinc iustificetur deus? Hoc est, si iudicatio fiat & exploratio eorum quae a deo Iudaeis sint collata, ac vicissim eorum quae ab iis per eũ, sint accepta: niceteria, victoriaeq; & praemium & laus stabit penes deũ, perinde ac Dauid etiã ait. Quod vero inquit, Sit deus uerax, vsurpauit ꝓ manifestetur, demõstretur

Quod si iniustitia nostra dei iustitiam commendat, quid dicemus? Num iniustus est deus qui infert iram secundum hominem dico. Absit. Nam quomodo deus iudicabit mundum? Obiectionem hic huiusmodi adducit, ceu nonnulli sint qui dicant; F Si deus vbi in nos beneficia contulerit, ac a nobis contemptus fuerit, iustus appareat, magisque vincat, per exuberantem nempe humanitatem suam indignis etiam beneficia conferens: quur in posterum iram infert, hoc est, punit nos, quippe qui facti simus autores cum iustitiae, tum victoriae illius? Atque tale quidem est argumentum, quod hanc ad rationem diluit omnino sapienter & rotunde & cõnuerse. Quia, inquit, te punit, propterea non es ipsi victoriae causa autorve: iniustum enim foret victoriae autorem ab vincente puniri. Atqui deus non est iniustus. Alioqui, qui iudicabit mundum, si ipse sit iniustus? Proinde, quum te & punit deus & non est iniustus; non es igitur ipsi victoriae causa per commissa flagitia tua: poterat enim & alias vincere, etiamsi non visus fuisses sceleratus. Quod adiicit, secundum hominem dico, hãc equidem mentem habet: Ego quidem, inquit, haec pro deo defendentis instar adduco, iuxta humanam ratiocinationem, hoc est, perinde ac possibile est homini ratiocinari, atque adeo iustas afferre causas. Nam quaecũq; agit deus, nonnullas occultas rationes habent, supra humanas cogitationes & argumenta existentes, vt quae non egeant nostra defensione.

Deus, nõ est iniust⁹

Dei opera inscrutabilia.

Si enim ueritas eius in meo mendatio exuberauit ad gloriam eius, quur adhuc ego tanquã

A *peccator iudicor, & non, quemadmodum blasphemamur, & sicuti aiunt quidam nos dice*
re, faciamus mala, ut ueniant bona quorum condemnatio iusta est. Rursus idem
resumit, vt apertius reddat, Si enim deus iustus & verus apparuit ex eo qꝫ deliqui, qu
ur ego in posterum cōdēnor, qui ista in gloriam dei flagitia cōmiserim? Non enim di
gnus sum condemnatione, sed coronis potius. Quod si hoc verum, igitur & quod Græ
ci de nobis dicunt, verum erit. Nā Græci simulac audiuissent paulum dicentem, Vbi
abundauit peccatum, superabundauit & gratia: ridebant hoc, asseuerantes Christianos
dicere, Faciamus mala, vt veniant bona: & peccemus multū, vt exuberet gratia. Isthuc
igitur quod aiebant Græci & infideles vituperantes proscindentesqꝫ nos, hodieqꝫ con
tingit: nempe si ita intellexerimus hunc locum, qꝫ deus eluceat esse bonus ex mea vi Græci mē
tiositate, necnon insipientia. Verum aliter sese res habet Gentium enim nūquā nō mē daces.
tientium iste sermo est, quarum condemnatio iusta est, id est qui iuste puniuntur. Haud
quaqꝫ igitur ego meū ob peccatum deo sum causa iustificationis, condēnor enim tan
quam peccator. Neque enim iudicarer, si ad gloriam dei peccassem.

Quid igitur? excellimus nos? haudquaquā. Antea enim causati sumus & Iudæos & Gre
cos omneis sub peccato esse, perinde ac scriptum est: Quoniam non est iustus ne unus qui psal. xiij
dem, non est intelligens, non est qui inquirat deum, Omnes declinauerunt, pariter inutiles
facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usqꝫ ad unum. Sepulchrum apertum guttur
eorum, linguis suis dolose agebant. Virus aspidum sub labijs ipsorum, quorum os execra
B *tione & amarulentia refertum est, ueloces pedes ipsorum ad effundendum sanguinem*
Cōtritio & calamitas in uijs eorum, iterqꝫ pacis non nouerunt. Non est timor dei ante o
culos eorū. Supra dixerat qꝫ esset aliqua excellētia Iudęis, vt quib⁹ omnino esset
credita traditaqꝫ lex: nunc vero commonstrat nihil eos habere eximiū quo excellant,
quantum ad propria opera pertinet. Etenim quū non obseruassent quę eis credita erāt
magis condēnantur. Proinde præstantiam quandam habuerūt, electi ab deo. Simulac
uero proprijs operibus contumelia affecerunt eū, a quo honore erant affecti, deum, qui
eos iuxta elegerat: nedum nihil quo excellant, habent, verumetiam plus condēnantur. Iudęi a de
Velut igitur in persona Iudęorum ait: Quid igitur? excellimus? pro eo quod est, Habe o primū
musne aliquam excellentiam? ac præstamus alijs, & beneplacemus deo præ cæteris Iu electi, po
dæis nos, quippe qui legem ac circuncisionem acceperimus? Non omnino dixit. ꝑ ne stea ingra
quaquā. Iudæi enim æque ac Gręci peccarunt, vt non plura dicam. Vnde vero hoc per ti, & ob
spicuū est? Ex prophetis nimirum, Dauide ac Esaia. Dauidis nāqꝫ sunt illa, ab eo loco id iuste
cuius initium est, Non est iustus quisquam vsqꝫ ad eū vbi inquit, execratione & ama damnati.
rulētia refertum est. Esaiæ aūt, Veloces pedes eorum, adhucqꝫ locū vbi inquit, Viā pa Psal. xiij:
cis non nouerūt Postea rursum sunt Dauidis quę sequūtur. Celeberrimos igitur pro Esaiæ. lix
phetarum adducit accusatores ipsorum, sibiqꝫ ipsis consentientes inter se mutuo in
dicat, quando post Esaiæ verba rursum Dauidica adfert. Esaias enim perspicue de Iu
dęis disserit, perinde ac Dauid. Porro a bono quispiam declinat, ac statim inutilis red Inutilis
ditur. Malitia enim nihil est aliud atqꝫ peruersio naturalium erga bonum motuum. redditur,
C Vnde ad id quod præter naturam est, hominem auehens, inutilem ipsum efficit. Non qui a bo
enim natura ipso vtitur, quemadmodum nec ægrotante vtitur ad propria opera. Præ no diuer
terea contritio & calamitas peccatum est: nihil enim adeo conterit animam atqꝫ ipsum, tit.
ob difficultatem inæqualitatemve viæ eius. Virtus nāqꝫ ceu naturale nostrum bonū,
leuiter & æqualiter nos ferri facit: cæterum vitium, ceu præter naturam, alias quidem
sursum, alias vero deorsum facit ferri in defectu & excessibus apparens, ac propterea
inæqualem & incisum motum exhibens, vt ne dicam supplicia posthac secutura.

Et uiam pacis. Diuinam administrationem intelliges, seu diuinam institutionem:
ipsa enim est via quietis ac tranquillitatis. Hinc, Tollite, inquit, iugum meum: & inue Math. xi.
nietis requiem. Atque hæc via est iter veræ pacis, qui Christus est.

Nouimus autem: quod quæcunque lex loquitur, ijs qui in lege sunt loquitur ut omne os
obstruatur, & obnoxius fiat omnis mundus deo, quia ex operibus legis non iustificabitur
oīs caro coram illo. Vt ne dicāt Iudęi qm̄ hęc ad nos nō pertinēt, ait: Quęcunque
lex dicit, ijs qui in lege sūt loquitur. Nāque ista est necessitas vt q̄ nobis tradita est lex
alijs verba facere iudicetur? Legem autem appellat totum verus testamentum, non so
la Mosaica. æque ac iam nunc Esaiæ Psalmorumqꝫ vaticinia legem nominauit. Quod
vero ait, vt omne os obstruatur, per hoc Iudęorum fastum indicat, leuemque & vani

A virtutē, sed solā gloriationē. Ac subdit, exclusa est, ꝓ eo quod est, nō habet porro locū. Ante Christum enī opportunū erat gloriari in lege, iā vero minime opportunū est: si quidē inutilis esse lex demōstrata est, Quod si lex potuisset nos iustificare, nō habuissemus opus Christo. Per qualē sūt legē, inquit, exclusa est? nūquid per legē operū quę dicit: Quoniā qui fecerit hæc, viuet ī eis? id enim dixit lex Mosaica. Haudquaq̃, iquit, sed per legem fidei, quę gratia iustificat, & non ex operibus. Ecce fidem legem etiam vocat, ob nominis apud Iudæos reuerentiam, in posterum itaque Iudæe in fide gloriare, quæ te iustificare poterit.

Lex iustificandi, vī nōhabuit

Arbitramur itaque fide iustificari hominem sine operibus legis. An Iudæorum deus tantum nonne & gentium? Profecto & gentium: quandoquidē unus est deus, qui iustificabit circuncisionem ex fide, & præputiū per fidē. Quū subiecisset oculis, ꝙ ex sāguine Christi & non ex operibus esset iustificatio, cōcludit sermonē, inquiēs: Quoniā ex cōmemoratis omnibus colligim⁹ fide iustificari omnē hominē, ne turberis o Iudęe, ceu absurda res sit isthęc iam. Non enī partiū studiosus est, vel diuisus deus, vt te solūmodo seruet, nec omnē hominē. Hic aūt Iudæos rubore suffundit, ac perterrefacit supra modū ceu eos qui aduersus deū pugnāt, si nō permittant gētes seruari per fidē: id ꝙ fit, quū non credunt ipsum omnium peræque deum esse, curamq; gerere omnium ex æquo. Vnus igitur, id est, idem & Iudæorum & gentium deus, qui & circūcisū iustificat non ex lege, cæterum ex fide, ac pręputio vestitum intermediante fide suscipit. Recordatus autem circūcisionem & præputium, meminit iuxta eorum, quæ paulo ante dicta
B sunt, quibus indicabat ꝙ neque circuncisio prosit absentibus operibus, neque præputium per sese quicquam obsit. Vtraque igitur fide opus habent.

Iustificatio, nō ex operibus legis.

Legem igitur destruimus per fidem? Haudquaquam, sed legē statuimus. Quia non nihil turbabat Iudęos, legē fide dissolui, mitigat & curat isthuc vulneris ingēti sua sapientia Paulus, inquiēs: Quoniā legē stabilis fides. Quod enī voluit quidē lex, nēpe iustificare hominē, nō potuit autē pręstare, hoc fides perficit. Etenim per fidē quisque iustificatur: haud igitur destruit legem fides, sed statuit potius. Per hoc statuendi vocabulum ostendit iacere legem. Nam qui iacet, opus habet rectore, qui ipsum statuat, erigatq; in pedes.

Fides legem non destruit.

CAPVT IIII



Vid igitur dicemus Abraham nostrum inuenisse secundum carnem? Nam si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriationem sed non apud Deum. Quid enim scriptura dicit, Credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam. Abunde satisque confirmato hoc, nimirum ꝙ omnes plane fide indigeant, Abrahę exēplo id fortius monstrat, vt quod apud eos in magno admodum loco fuerit, summoq; precio. Dixit itaq; ꝙ neque is qui talia tantaque transegerat, minime citra virtutem ex operibus iu-
C stificatus sit, verum enim ex fide. Patrē hunc porro appellat secundum carnē, eiiciēs eos a cognatione quę est secundū spiritum. Si enim ex operib⁹ iustificatus est, habet quidem quod glorietur, sed enim non apud deū, hoc est, gloriari potest quod suis ex viribus, atque adeo ex ꝓprijs operibus recte egerit: quod ad deū nihil effecit aut valet, neq; ad eū recurrit. At enim qui ex fide iustificatur, habet quod apud deum glorietur: nam gloriatur apud eum, ipsius sese gratia seruatum, seque ab eo dilectum. Præterea gloriatur etiam is qui credit quod deum glorificet in hoc quod ipsi fidem adhibeat, vt qui impossibilia nobis visa præstare queat. Proinde est quod a iactet, adeo q; depręedicet, nempe fiduciam ac libertatem erga deum: veram nāque de eo opinionem habet, ac credit ei, ceu qui omnia possit.

abraham, ex fide nō ex lege iustificatus.

Gloriari ī deo, quis dicatur.

Ei autem qui operatur, merces imputatur non ex gratia, sed ex debito. Non operanti autem, sed credenti in eum qui iustificat impium, imputatur fides eius ad iustitiam. perinde ac David etiam ait beatitudinem esse hominis cui deus iustitiam adscribit sine operibus Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputarit dominus peccatum, Qui operam suam cuipiam ad opus & laborem collocat, mercedem accipit, ceu quę debeatur ei pro labore: qui credit autē

psal. xxxi

etiam si non operatur, fidem tamen adfert, rem sane minime exigui momenti. Certum D enim esse quod possit Deus eum qui impie vixisset, nedum pœna liberum facere, verumetiam iustum efficere, magnum revera est. Eam ob rem fides credenti ad iustitiam imputatur, hoc est, suscipit fidem eius Deus, non vt mercedem ipsi reddat, verum vt iustificet ipsum. Proinde qui credit, adfert etiam nonnihil, fidem videlicet. Ante conspectum itaque statuens, Abrahami exemplo, quod ex fide sit iustitia seu iustificatio, producit in testem Dauid vatem, beatum prędicātem illum, cui non imputet Deus peccatum. Ac maius quiddam per excessum indicat. Nam si felix est atque beatus, qui remissionem peccatorum accepit ex gratia: multo potius qui fidem demonstrat, ex ea iustificatus, beatus esse censebitur. An ne admittes igitur, quod credens secūdum gratiam accipiat remissionem peccatorum? atqui ille ipse est, qui beatus esse prædicatur. Non autem ipsum beatum prędicasset, nisi immensa ipsum gloria frui compexisset. Nā beatitudo, eximium quiddam est, ac maius ipsa iustitia, puta omnium quæ ab Deo nobis obtingunt bonorum fastigium & culmen.

Beatitudo ergo hæc ad circuncisionem tantum pertinet, an etiam ad præputium? Assereramus enim: imputatam esse Abrahamo fidem ad iustitiam. Quomodo igitur imputata est cum in circuncisione esset, an in præputio? Non quum in circuncisione, sed quum in præputio, Si beatitudo ei conuenit, cui haudquaquam imputauerit dominus peccatum, hoc est, iustificato, iustificatus est autem Abraham, & omnino beatitudinem E est nactus: videamus igitur quomodo iustificatus est, in præputione, an circuncisione in pręputio sane prorsus. Beatitudo igitur in præputium cadit, hoc est, ipsi magis, quā circuncisioni conuenit.

Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio, ut sit pater ipse omnium credentium per præputium, ut & eis imputetur iustitia: & pater circuncisionis, non iis tantum qui ex circuncisione sunt, sed & iis etiam qui per uestigia fidei ingrediuntur, quæ est in præputio patris nostri Abrahami. Obiectionem

abraham si iustificatus, cur circūcisus

emergentem diluit. forsan enim aliquis dixisset: si Abraham, cum in præputio esset, iustificatus est, quam igitur ob causam circuncisus est? Ait igitur quod circuncisionis signum acceperit, pro sigillo obsignante ac prædicante quod ex fide iustificatus est: quam sane fidem iam antea quum præputio amictus esset, ostēdit. Quum itaque duo cernantur circa Abrahamum, præputium & circuncisio per præputium sane eorum

abraham præputij, & circūcisionis pater.

qui præputium habent, pater commonstratur: sed qualium? talium videlicet qui ipsius instar crediderunt, vt perinde ipsis fides imputetur ad iustitiam, hoc est, vt iusti fiant. Per circuncisionem vero rursus ostenditur esse pater circuncisionis, hoc est, circuncisorum. Est autem pater non illis tantum, qui solam circuncisionem habent, enimuero incedentibus etiam per vestigia fidei ipsius, quæ in circuncisione illi obtigit. Hunc itaque ad modum hic est legendus locus: Et patrem eum circuncisionis esse, non iis qui ex circuncisione sola ipsi adæquantur, sed incedentibus etiam per vestigia fidei, hoc est credentibus æque atque ipse crediderat in mortuorum corporum resurrectionem. Nam quum esset grandæuus & mortuus, credidit quod posset viuum Deus semē sibi F excitare, ac dare gnatum. Est igitur vniuersa sententia huiusmodi: Quum in præputio esset Abrahamus, credidit & iustificatus est, vt hoc pacto credentiū qui in præputio sunt gentium pater existat. Rursus accepit circuncisionem, sigillum & signum fidei quam in circuncisione habuit, vt esset pater circuncisorum, ingredientium videlicet per vestigia fidei, quam habuit dum adhuc incircuncisus esset. Hæc itaque si non adsit, nequicquam circuncisionem gloriæ ducunt. Quemadmodum si quis crumenam ostentet & solam & vacuam, in qua nihil sit abditum repositūve: sic Iudæus crumena quidem est circūcisione signata, in quo tamen fides nulla est, cuius est circūcisio sigillū

Non ei per legē promissio Abrahamo & semini eius, ut esset ipse hæres mūdi, sed per iustitiā fidei. Nam si qui ex lege sunt, hæredes sunt: euacuata est fides, & irrita facta promissio.

Ostēdit iustificationē haudquaquā ex lege, sed fide fieri. Nūc vero asserit Abrahę promissionē nō ex lege, sed ex fide fuisse ęquitate effectā. At qualis fuit ista promissio? Nēpe vt mūdi hęredes efficerētur, hoc est, vt in eo vniuersus bndiceretur orbis terrarū nationib⁹. Si ēm, īquit, lex fidē donaret: esset hęc fides exinanita hoc est inanis prorsus & inutilis esse cōuinceretur. Quis ēm vltra illius cōsequendę suscipere curam; si lex pro-

A missionē pręberet? Nequaquam res ita se habet. Nam Abraham promissionis factus est
hæres non lege, quippe quæ nulla tunc esset: sed fide quemadmodum & scriptis prodi- Geñ. xv.
tum est. Credidit Abraham deo.

Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Confirmat hoc loco pro-
missionē ipsam per legem inanem reddi. Inquit enim, legem sequitur pręuaricatio, legis
vero transgressio iram operatur & maledictionem & supplicium infert. Qui autem sup
plicio fuerit adiudicatus, quo pacto poterit mundi hic hęres fieri?

*Ideo ex fide, & secundum gratiam firma sit promissio omni semini, nō ei qui ex lege est solū sed
& ei qui ex fide est Abrahæ, qui est pater omnium nostrum. Sicut scriptum est Quia patrē mul-
tarū gentium posui te ante deum, cui credidisti.* Cum constet legē irā inducere, ideo Abra
ham, inquit, fuisse iustitiam & hæreditatem adeptū, vt omnia per gratiam cedāt. At cui
rei conducet hæc gratia? Nimirum vt promissionem confirmet. Non enim in legis mo-
rem, vllam habet in se præuaricationem, vt quæ semel effecerit, nihil habeant firmitatis
verum cum vniuersa sint in dei cum gratia tum misericordia sita, profecto quę ab eo cō
feruntur stabilia fore & certa omni semini. i. credentibus cunctis existimanda sunt. Ne-
que his solum qui ex lege fuerint. i. circuncisis: quinetiam & in præputio cōstitutis qui
semen Abrahę sunt & ijdem ex fide. Ita fit, vt qui fide caruerint neque eius ex semine ar
guantur producti. Qui oīm nostrū est parens credentiū. s. Quemadmodum scriptū est.
quia patrem multarum gentium te cōstitui coram deo cui credidit. Horum talis est sen Abrahā
B sus. Abrahā cunctorum est pater ante deū. i. ad instar dei est pater. Et quemadmodū il- cunctorū
le est oīm parēs, ita & is nō naturali sanguinis nexu, sed fidei propinquitate cunctorū pater cur
est genitor. Propterea & illud adiecit, cui credidit, vt arguat hūc pro pręstita fide in pręi dicatur.
mium accepisse, vt pater omnium fieret. Quod si hunc Iudæus ipse haudquaquam ami- Ge. xvij
seris, imminuisti proculdubio honorem, quem ille est ex fide promeritus.

Qui uiuificat mortuos, & uocat ea que non sunt, tanquam ea que sunt. Quod supra dixerat
hoc loco confirmat, credidisse. s. Abraham posse deum, & huius corpus demortuū exci
tare, redderetq; & illi seminis genitalis vigorē. Iccirco nunc, inquit, qui viuificat mortu-
os. Illud vero, qui vocat ea quę nō sunt tanquam ea quæ sunt: ideo intulit, vt ostēdat deo
nil, prsus impossibile: vel eos Abrahę liberos facere, qui non essent Abrahę liberi. Et se
nescentis demortuam viri naturā ad filios procreandos habilem reddere. Nec sane qui de
ducit, inquit, sed qui vocat. Nam quēadmodum nobis difficile est suis nominibus appel
lare, quæ visuntur, & constant, sic illi facile quæ nunquam sunt, constituere.

Qui contra spē in spē credidit, ut fieret pater multarum gentium. Nequaquam, inquit, ex- Ismaelitę
istimes fuisse honoribus Abraham temere insignitum. Qui enim fieri aliter poterat, qui ex Abra
spem præter humanam diuinæ præstitit fidem, futurum se multarum gentium patrem hā per na
nec Ismaelitarum quidem, qui ex se non fide sed natura fluxissent, sed eorum qui fide turā, non
sui similes forent. per fidē.

*Secundum quod dictum est ei. Sic erit semen tuū, sicut stella celi & sicut arena maris: & nō est in
firmatus fide, nec considerauit corpus suum emortuū, cum ferè centum annorum esset, & emor-
C tuā Saræ uuluam. In repromissione etiā dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide,
dans gloriā deo plenissime sciens, quia quæcunque promisit deus, potens est & facere.* Illud
quod pauloante diximus, spem præter omnem humanam diuinæ Abraham fuisse pote
stati confisum, hoc loco confirmat videlicet, quod denunciatum illi fuisset semen eius vt Geñ. xiij.
astra cęli futurum & vt maris arena. Ipseque nil fide infirmus, quin ea, vel enixe seruata & xv.
nulla sui corporis ratione habita, quod esset ętate multa confectum. Nec Saræ vulua Sara se-
considerata, duplici mortificatione affecta. i. senio & sterilitate demortua. Non hæsita- nio & ste
uit, hoc est nil prorsus habuit quod ille ambigeret. Quin statim per fidem fortior est ef rilitate af
fectus. Aduerte autem quemadmodum asserat magnis animi viribus indigere credentē. fecta.
Fuere tamen nonnulli, qui fidem eo parui existimarent, quia nihil in se pręferat difficul
tatis. Opera vero ob id magnifaciant, quia plurimum habent sudoris, firmitatemq; &
robur exposcunt. Necessarius, inquit, credenti erit excelsus, & fortis animus, vt diffidē-
tiæ repellat suggestiones. Siquidem Abraham vt fide inualuit, deo retulit gratias: nil
humanis, inquit, fisus est viribus: quin ea quę digna dei sunt gloria contemplatus, credi
dit illum indubitanter facere posse, quæ fieri nequirent: quod sane in dei gloriam cedit,
Qui igitur deo fidem non adhibuerit, sed hærens & dubius pleraque animo versat, nul
lam refert gloriam deo.

Ideo reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantū propter ipsum. Quia reputatū

est illi ad iustitiam:sed etiam propter nos quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum dominũ nostrũ à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Cum magna quædam de Abraham explicasset, ne quis forte occurrẽs, inquiat. Quid nostra hoc interest? Sic subdit, q̃m nostri ob gratiã scripta hæc sunt, & ad iustitiã, nobis fides ista concedet, hanc isto mõ paremus in eum credẽtes, qui & Iesum a mortuis reuocauit. Quod subdubius maneas, quo pacto poteris adipisci salutem? Noscendus præterea, qui tua omnia aboleuit delicta, qui nullo suo facinore, sed ob mundi errata mortem oppetijt. Cum ita prorsus innoxius perfunctus est vita, merito etiam resurrexit. Quo enim pacto, qui fit peccati imunis, detineri apud inferos potuit? Mortuus igitur est, & excitatus a morte, vt a prauis nos facinoribus eximat, & iustos reddat. Vt igitur Abraham, cum eius esset corpus demortuum, vigorẽ pristinũ recuperaturũ se credidit: sic ipse pro certo habeas velĩ, Iesum & mortẽ obijsse, & ad vitã fuisse a mortuis reuocatũ, quod tibi hauddubie vt tuo progenitori iustitiæ tribuetur.

Fidesquõ paranda. Heb ix. i.Pe.iij.

Abrahæ fides.

CAPVT QVINTVM.



Iustificati igitur ex fide, pacẽ habeamus ad deũ, per dominũ nostrum Iesum Christum per quẽ accessum habemus per fidem in gratiã istam, in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. De modo viuendi hoc loco disserit. Nam cum de fide magna quædam dixisset, & opera verbis extenuasset, ne desides forte efficiamur, & nihil agendo inhæsisse inerti ocio videamur: refert demum, quemadmodum ducenda sit vita. Cum enim, inquit, iustitiam nobis attulit fides, nequaquam vltra peccandum erit: quin potius pacem cum deo conciliemus, & vitam hanc ita degamus, vt illum oblectet. Quo pacto (inquies) fieri hoc liceret? Nimirũ per Iesum Christum dominum nostrũ: is enim nobis (quos cum delictis obstringemur, iustificauit) opẽ est simul & operam præstaturus, vt in iusticia perseueremus, eoque ad illũ accessum habuimus Quod si longius non aberrantes reduxit, longe magis adeuntes se detinebit. Inuexit aũt nos in hanc gratiam. Quo pacto? In fide scilicet. i. cum fidẽ intulissemus. Verũ quę ita est gratia? bonorum, inquam, omniũ quæ nobis per baptismum obueniunt affectio. In qua stamus, hoc est, in qua obsirmati & stabiles sumus. Permanent neq; bona illa cælestia, nec casum aliquam patiuntur. Nec solum eorum quæ consecuti iam sumus, est nobis firma possessio, sed alia capiendi spes est. Gloriamur enim, inquit, in spe bonorum, videlicet quæ in nos sunt ferendo quæ cum ad dei gloriam faciant, nobis vt conferantur, necesse est, & si minus nostri ob gratiam, vt illi tamen gloria deferatur.

De modo viuendi

Gratia q̃ ex baptismo.

Non solum autem, sed & gloriemur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiã operatur: patientia autem probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit. Non solũ, inquit, futuris in bonis nos gloriamur, sed quod pręstãtius est, & in pręsentibus hisce nostris angustijs. Neq; enim id iniquo ferendum est animo, quod angimur ipsi & vrgemur cum Christiani potius sit hęc gloriatio. Quo pacto? Nimirum quia pressura patientiam parit, patientia vero eum qui fuerit oppressus, probatissimum reddit, qui vero de se experimentum dederit, suę conscientiæ bonitatis confisus, quia dei ob gratiam malis plurimis vrgeatur, speret haud dubia pro his præmia recepturum cuiusmodi spes nec labi eur vnquam, nec sperantem confundit, nec fallit siquidem rerum humanarum spes omnis cum exitum qui sperabatur nacta non fuerit, confusionem affert in se confidẽtibus. Quod tamen haudquaquam ea spe quæ in ea sit habita potest contingere. Ille nanque nobis, cum immortalis & bonus sit: largitus est bona. Quæ vtrique se capientibus pari unt vitam, qua vel defuncti fruuntur. Quo fit, vt nihil impediat, quo minus vobis advota succedit spes ista in deo sitã.

Patientia xpianorũ propria. Spes humana fallax.

Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Confirmat quæ nobis a charitate ipsa, quam erga nos deus ostendit, sunt obuentura. Quasi in huiusmõi (inquiat) nil diffidas. Non enim bonorum cælestium spes ipsa cõcidet. Qui eñ nos adeo est charitate cõplexus, vt per spiritũ sanctum, vel nulla nostra industria dei filios fecerit: quo pacto post multos labores non palma & coronis donabit. Diffusa est itaque charitas dei in cordibus nostris, hoc est abundans & opulenta est visa spiritum nobis in corde habentibus, quem ipse immiserit.

Spes bonorum cęlestiũ non concidit.

Accedat etiam, quod Christus (cum infirmi essemus) secundũ tẽpus pro impijs mortuus est. Vix enĩ pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Cõmendat autem suã charitatẽ deus i nobis quoniãsi cũ adhuc pc̃tores essemus, Christus pro nobis mortuus ẽ, Multo magis igitur

A *iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum* Dixerat dei charitatem
in cordibus per spiritum sanctū præferri, quem ipse contulerat. Exprimit præterea chari
tatis ipsius diuinæ magnitudinem ob eam, quam Christus nostris gratia, qui sumus in-
firmiores, hoc est qui delinquimus, subijt mortem. Siquidem infirmitas ipsa peccata præ
cendit, quēadmodum & iustitiam sanitas. Nec solū pro peccatoribus ille, sed etiam pro
impijs vltro mortem adiuuit. Quod sane debet maius videri, tametsi pro iusto vix quis
piam moriatur. Præfertur itaque amoris immensitas eius, qui voluit pro delinquenti-
bus nobis & impijs mortem obire. Secundum tempus, hoc est tempore decenti & desti-
nato (cum enim oportunum est visum) mortuus est. Quod si ex charitate mortem ille
perpessus est, & per mortem iustificauit, longe magis hoc ipse ab ira nos tutabitur: quip
pe quos iam iustificarit, Contulit enim, quod præstantius videbatur iustificationem vi
delicet, & ab ira nos demum, vtrum sit necne exempturus addubitamus? A qua cū eri-
mus liberi, & bona est ob ingentem suam in nos charitatem daturus,

Christus nos per mortem quō iustificauit.

Si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis recōciliati salui erimus in uita ipsius. Videtur de rebus ijsdem habere sermonē, tametsi diuersa sint
sensa, quæ cōparationibus exprimuntur. Superius namque illud esse nos peccatis obstri-
ctos proposuit deinceps iustificati subijciens, per cōparationem intulit, cū peccatores esse
mus, iustificauit per mortē, & longe magis iustificatos saluabit. Nunc vero & Christi vi
B tā & mortē repetens sursum cōparando explicat sensum, hóc pacto inquiens, Tūc qui-
dē conciliati per Christi sanguinem & mortē fuimus, nunc vero eius in vita haud salui
efficiemur. Qui em̄ nec proprio filio pepercit, qui illum morti cōciliandi nos gratia ob
tulit, nonne vel in præsentiarum maxime illius in vita saluos nos reddet?

Non solum autem, sed & gloriamur in deo per dominū nostrum Iesum Christū, per quem nunc reconciliationem accepimus. Non modo, inquit saltem sumus iam consecuti, quin etiā
gloriamur in deo, id solum, quia cum impij fuissemus, salui sumus iam redditi, & per
vnigeniti sanguinem gloriamur, & per dominū Iesum, quippe cum ipse sit huiusce no
bis gloriæ causa, qui & reconciliationis fuerit.

Pauli gloria

Propterea sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors: ita in omnes homines mors ipsa pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Cum iustificauit nos
dominus Iesus, dixisset: ad ipsius mali radicem diuertit, peccatum videlicet & mortē. In
dicatque id vtrunque, vnius hominis Adæ vitio inuasisse mundum, abscessisseque item
hominis vnius, id est Christi virtute. Quod vero illud sibi (in quo omnes peccauerūt) ve
lit, explicabo. in Adam scilicet omnes homines deliquerūt. Nam eo labente, vel qui de
ligno nihil edissent, suo crimine mortales sunt facti: Perinde ac si ipsi forent peccato ob-
noxij, quia ille peccasset.

In Adam quō deliquisse oēs dicantur.

Vsque enim ad legem peccatū erat in hoc mūdo. Peccatum autem non imputabatur, cum lex nō esset. Sed regnauit mors ab Adam usque ad Mosen, etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ qui est forma futuri Arguere nititur qui de ligno nec mandu
cassent, nequaquā pari cū Adā obstringi facinore, aliqui ob Adæ peccatū haberi pro pec
C catoribus, & fuisse mortales effectos, idipsum quo pacto confirmans. Ad legis vsque pro
mulgationem regnauit peccatum, hoc est antequā lex aderetur. Quare aliquis. Quo er-
go pacto cōmittebatur? Nimirum non ex legis præuaricatione quod em̄ erat futurum
peccandi genus, lege non edita? Tunc em̄ delictum admitti existimatur, cum leges con-
duntur, quas hoīes aliqn̄ transgressi, dicuntur fuisse in crimen collapsi. Mors aūt ad Mo
sen vsque regnauit. Id est, antequā lex vlla ferretur, nec profecto illa vnquā regnasset, nisi
aliquod extitisset quod hāc cōfirmasset, pctm̄ Cū aūt perspicuū sit, ex legis trāsgressu (quæ
nulla esset) nondū deriuasse pctm̄, relinquitur sane Adæ fuisset præuaricationem, q̄ oc
casionem attulerit, qua mors ipsa vel in eos regnaret, qui quātum in se esset nil deliquis
sent. Qui em̄ non legem accepit, neque illam transgressus est haudquaquam dicitur faci-
nus cōmisisse. Veruntū præuaricantis Adæ similitudine vel cæteri omnes crimine ob-
stringuntur, & cū Adam, qui forma est Christi tanquā primogenitore fiunt peccati par-
ticipes. Nam quemadmodū Adam ille vetustior, cunctos vel immerentes crimini suo fe
cit obnoxios. Sic Christus omnes iustificauit, vel si iustificationem minus essent comme
riti, & Adam idcirco est forma futuri, hoc est christus.

Adæ præuaricatio

Vetustus Adam.

Sed non sicut delictum, ita & donū. Si enim unius delicto multi mortui sunt, longe magis gratia dei, & donū in gratia unius hoīs (Iesu Christi) in plures abūdauit. Et nō sicut per unū peccatū, ita & donū. Nā iudiciū ex uno in condēnationē, gratia autē ex multis delictis in iustificationē.

Adã forma xp̃i. Non mõ, inquit, tantũ profuit Christus quantum Adam offecit. Si em̃ peccati tanta vis fuit, vt delinquente vno, vel cæteri oẽs, nullo admisso crimine quia ortum ex eo duntaxat habuissent dãnarentur, longe magis dei gratia & patris. Nec huius solũ sed filij insuper in multos affatĩ defluxit. Nec tanti illud est dei minus, quãtĩ ob vnius erratũ damnatio i. addictũ dãnationi peccatũ, quod ex Adã vno manauerit. In damnationẽ. i. in mortẽ. Vel qua eius posteri, multũ increscentibus vitijs, tantopere sunt euecti ad scelera, vt non solũ delictis, verũ & moribus infecerint homines. Gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Hoc est gratia non mõ pristinum illud deleuit peccatum, quin & reliqua sustulit mala q̃ postmodũ inualere mortales. Quippe cum crimina, quę post præuaricationẽ sunt consecuta, prorsus dissoluerit, nobis ad iustitiam cessit. D

Simile. *Si enim in unius delicto mors regnauit per unũ, multo magis abundantiam gratiæ & donationis iustitiæ accipientes in uitã regnabunt per unũ, Iesum Christum. Igitur sicut per unius delictũ in in oẽs homines in cõdemnationẽ, sic & per unius iustitiã in omnes homines in iustificationẽ uitæ:* Si enim, inquit, de ligno homine vno gustante, mors ipsa regnauit, longe magis & nos, qui gratiæ sumus vbertatem & abundantiã nacti, & iustitiam consecuti, per vnũ Christũ Iesum & vita potiemur & regno, cuius & fratres sumus effecti, & vnius panis participes. Nec secus illi inhæsimus quam capiti corpus. Neque enim simplici aliquo & vnico bono affecti iam sumus, vt quicquam sit de futura gloria hæsitandũ. Sed gratiæ abũdantia bona nobis impartit, qui haud secus habendi sumus, ac alius quispiam qui æris alieni sit obstrictus magnitudine. Vbi cum liberis & vxore in carcerem traditur, non solum carcere & debita pecunia liberetur, sed donetur etiam talentis mille, inuectusque in regiam aulam dignetur honore amplissimo, sicque demum ab imperatore in filium adoptetur. Vt itaque sensum concludat, sic inquit. Igitur sicut per vnius delictũ omnes homines pereunt: sic per vnius iustitiam in omnes homines diffunditur gratia, hisque & iustificationem pro peccato condonat, & vitam pro morte. B

Sicut enim per inobediẽtiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiam iusti constituentur multi. Non enim rei eiusdem repetitio est vt apparet, sed

Delictũ vnius. Vnius iustitia. cũ diceret superius, sicut per vnius delictum: sic per vnius iustitiã. Nunc quid sit vnius delictum interpretatur, exprimitque quid in obedientia sit, per quam cõstituti sunt peccatores multi, id est homines supplicijs obnoxij, & mortis rei. Quidve sit vnius, id est Christi iustitia, atque hanc esse mortis obedientiam & crucis mortem, per quam obedientiam, morte contrita, ex mortis sumus erepti damnatione.

Lex autẽ subintrauit, ut abũdaret delictũ. Vbi autẽ abũdauit delictũ, superabundauit & gratia: Postquam Adæ culpa ostendit fuisse omnes damnationi adiudicatos, Christi vero iustitia salutem adeptos, iure quis posset ambigere, quęrereque. Quid ergo tot sęculis lex ipsa effecit, si iustitiam nobis impertitus est Christus? inquit igitur legẽ subintrasse, hoc est ad tempus aliquod fuisse hanc traditam, non vt prior ipsa iustificaret, quippe quę subiẽs, peccatum potius accumulabat. Multa enim iniunxit, quę cum homines trãsilirẽt,

Grã superabundauit per xp̃m. augebatur delictũ. Lex itaque tradita est imminuendi gratia tollendique praua facinora. Habuit tñ longe diuersum rei euentũ hominũ sane, non legis incuria Cum itaq; per legem abundauit peccatum superabundauit tamen per Christum & gratia, quæ non solum a peccatis arceret, quin & iustitiã largiretur, cælestesque faceret homines, & in dei filios adoptaret. Ideoque non abundasse, sed superabundasse dixit, vt eius gratiæ exprimeret vbertatem:

Vt sicut regnauit peccatũ in mortẽ, ita & gratia regnet per iustitiã in uitã æternam Cũ superabundare grãm diceret, & rei indicat rõnem, ne diffindamus. Inquitque ad instar regni alicui᷒ se habere peccata: mortẽ vero in multis armati amorẽ. Si nobis igitur dñatur peccatũ, ꝙ mortẽ habeat sub se militantẽ: lõge magis & gratia in nos imperiũ est habitura, q̃ iustitiam ducet, delicti perniciem. Quod cum perdiderit, & morti sit interitum allatura, & vitam inductura sempiternã, & quasi acie vtrinque instructa, Peccatum quidem pro milite mortẽ habebat: gratia vero iniustitiam sustulit, Igitur iustitia quod regnaret peccatum, & mors vna cum peccato, ita effectum est, vt vita sit sempiterna inducta

Grã sustulit iniustitiam.

CAPVT SEXTVM.



Vid ergo dicemus: permanebimus pctõ, ut gratia abundet? Absit. Qui enim mortui peccato sumus, quo pacto adhuc uiuemus in illo. Cum dixisset, vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Dicturus est & forsitã aliquis. Nil ergo committere designamus, vt increscente delicto concrescat & gratia. Id igitur hunc in modum nunc soluit, absit inquiens quod

A prohibẽtis est. Idque Paulus dictum in rebus solet absurdum admodum per alios affirmatis, vsurpare. Ita mox subdit: quia pctõ mortui sumus, id est quantũ in eo est morti adiudicamur: ergo nec vltra illi gerendus est mos, verum quo pacto in delicto viuimus, cum illi scilicet ita afficimur, vt ei obtemperemus. Ex eo autem nouimus fidelem omnem esse baptismatis gratia peccato demortuum: eundemque si negligentius agas, excitatum tandem & ad vitam redactum, vt cum delicto feratur in pręceps, vt impiger contra & diligens apud se, semper huiusmodi mortificationem seruat, peccatoque imperas & illi non obsequitur.

Mori peccato quid sit.

An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum ipso per baptismum, in mortem: ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Confirmat quemadmodum peccato mortui sumus. per baptismum videlicet Sumus enim in Christi morte nos baptizati, hoc est vt ille morte affectus est, & nos moriemur. Baptisma enim in nobis eum obtinet locum, quem crux ipsa & sepultura in Christo. Ille nanque carni & mortuus est, & surrexit: uos vero peccato morientes, virtuti sumus resurrecturi, vt quemadmodũ Christus carni surrexit a mortuis per gloriam patris, hoc est, per suã diuinitatem. Patris eñ est gloria filius. Sic & nos per aliam quandam surgamus resurrectionem, id est per vitæ nouitatem. Sic & mœchus aliquis & lasciuus cũ fit continentior: & si mortuus fuerat, résurrexisse dicetur, confecta nequitia: & excitata virtute.

Virtutis resurrectio.

B *Si enim cõplantati, facti sumus similitudine mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc sciẽtes quia uetus hõ noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato.* Non enim dixit, quoniam participes sumus similitudinis mortis suę effecti, sed contemplati, vt ipsius plantæ nomine & fructum simul ostendat. Domini enim corpus cum esset in terris sepulturæ mandatum, fructum protulit. Et quoniam in terra ille; nos vero sumus in aqua sepulti, Et ipsi quidem peccato, ille corpore, Propterea nõ mortę dixit: sed mortis similitudine: qui etiam vel resurrectionis participes erimus & vitæ illius sempiternę hæredes, quia bonis operibus resurrectionem pertulimus Nam & vetus ille noster homo, id est nequitia, simul est cruci affixus, hoc est haud secus quã Christi corpus suspensum patibulo, baptismo est consepultus, vt corpus peccati destruatur. Vel etiam dixit nequitiam quę varijs composita sit tanquam vnum sit corpus, vel ꝙ ex ea in illa corpus hoc nostrum prætenditur, in peccata procliue. Et ideo inferat, vt nõ vltra seruiamus peccato. Velim autem corpus hoc nostrum morte affici, non vt intereat, sed vt non delinquat.

vetus hõ id est nequitia.

Qui enim mortuus est peccato, iustificatus est à peccato. De quouis hoĩm hęc loquitur. Nã quẽadmodũ qui hac sit vita perfectus, a pctõ iustificatur. i. soluitur & liberatur, sic & ipse qui sit baptismo perfusus, & pctõ demortuus, in hac morte persistas necesse est.

Si autem mortui sumus cũ Christo, credimus, quia simul etiam uiuemus cũ eo. Scientes quia Christus resurgens à mortuis, iã non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enĩ mortuus est, pctõ mortuus est semel: ꝗ autẽ uiuit, uiuit deo. Ita & ipsi existimate uos mortuos quidem esse pec-

C *cato, uiuentes autem deo, in Christo Iesu domino nostro.* Videtur hoc loco Apostolus longiori oratione prouectus, ꝙ tamen haud ita se habet. Superius nanq; disseruit oportere nos semper peccato esse demortuos. Nunc vero vt in nobisipsis vitæ illius diuinæ habenda sit resurrectio. Nã si cum Christo mortem per baptisma obiuimus, credimus tñ nos vel vitæ ipsius nouitate resurrectionem assequi posse, nobis perpetuo affuturã. Christus, siquidem non amplius moriturus, viuit in sempiternum. Et quia mortuus sit, peccato dicit obijsse, hoc est nostris erratis, tametsi morti non esset obnoxius. Quod aũt viuit, viuit deo. i. diuinę potentię. In dei eñ & patris virtute vitã agit perpetuã. Et qm nõ iterato moriturus est Christus, nec ipsi quidẽ secundo mortẽ baptismi ob gratiam patiemur. Maneamus igitur in prioribus, hoc est in mortem quidẽ peccati resurrectione vero eius q̃ secundum deum est vitæ, hoc est in Christo Iesu adipiscemur. i. illius ope. Qui eñ vel mortuos suscitat longe magis & uiuos in vita tutabitur.

Christus quõ mortuus peccato dicatur.

Manẽdũ in morte peccati.

Nõ ergo regnet peccatũ in uestro mortali corpore, ut obediatis illi in cõcupiscẽtijs eius. Postquã fas patefecit, nos nec violẽtia vlla nec necessitate coercitos, sed volũtarios ab ipsa nequitia detineri. Nequaquã huiusmõi intulit, ne scilicet tyrannidẽ in vos peccanũ exerceat, sed minime regnet. Rex siquidẽ volẽtibus p̃sidet. Cũ vero in nostro mortali corpore, inquit, duo q̃dã p̃tendit alterũ, quia minus stabiles sunt corporis voluptates, quippe ꝙ mortale, & non diuturnũ. Quo fit; vt nihil illi quo diu lętandum sit, possit accidere;

Voluptates corporis quales

neq; quę laboriosa sunt,tolleras. Vnde nec ei licebit tristitia quęq; vel agonē defugere,q̄ D
sunt plerunque voluptatibus præuia. Altera aūt nos cōmonefacit,mortalitatem hanc a delicto fuisse corpori inductam Noli ergo morem ei amplius gerere,q̄ mortē inducit. At quale est peccati hoc regnum? Tunc quidem illud videbitur potiri imperio, cū in his ei obtemperabimus,quæ & voluptatis sunt,& corporis concupiscentiæ. Fit itaq; vt nihil officit corpus,sed id quod ad peccandum præstatur obsequium,maxime noceat. Aduerte aūt quam sumus ipsi a Christo gratiam consecuti. Deliquit itaq; Adā,immortale corpus sortitus:nos vero & si mortali obducimur,peccata simul & vitia superamus.

Mortalitas inducta corpori pro delictum.

Neque exhibeatis mēbra uestra arma iniquitatis,peccato , sed exibete uosipsos deo,tanquam ex mortuis uiuentes,& membra uestra,arma iustitiæ deo. Vbinam gentium sunt Manichæi, qui corpus suapte natura nequā & improbū astruebant,cū constet, armorū loco id esse Arma vero mediū teneant,virtutem inter & vitia. Mihi siquidem ad ciues tutandos,cōceditur. A prædonibus vero ad ciues perdendos,ferrū arripitur. Nolite ergo exhibere membra vestra arma iniquitatis peccato. Qui enim delinquit,in proximum sępe,in seipsum semper nequiter agit. Sed deo exibete, plane discernentes quantum inter deum & peccatum inter sit,vel quæ sit conditio potior peccati , ne quod afferat mortem iugum subire:an dei,quę vitā. Cū vero arma iustitiæ mēbra ipsa appellat, & simul(quod paulo ante dictum est)patefacit:non est corpus per se iniquum. Si potest illud ad iustitię arma conuerti:simul, etiam vt ostendat imminere & bellum,ob idque sub deo duce militiam exercendam,& arma fore in animę defensionem exponenda. E

Manichęi arguūtur

Corpus p se non est iniquum.

Peccatum enim uobis non dominabitur:non enim sub lege estis,sed sub gratia. Corpus, inquit, hoc vestrum ante Christi aduentum,facile a delicto expugnabatur. Neque enim spiritus aderat opem laturus, neque qui peccatum vim trucidandi haberet baptismus. Propterea neque lex,quę facienda iniungeret,quicquam proficiebat. Cum vero Christus in mūdum prodisset,facilior facta est colluctandi potestas. Vnde eo acrius nobis sint allata certamina,quo maiora sunt transmissa subsidia. Nullum igitur in nos imperium habet peccatum,nisi enixius ipsi succubuerimus,quippe quibus nulla sit imposita lex,quę iubeat solum & nihil afferat opis. Sed gratia cōtributa,quę superioribus delictis omissis, de bonis futuris faciat certiores.

peccati imperium in nos malū

Quid ergo , Peccabimus? quoniā non sumus sub lege , sed sub gratia? Absit. An nescitis quoniā qui exhibuistis uos seruos ad obediendum,serui estis eius cui obeditis,siue peccati ad mortem,siue obeditionis ad iustitiam? Vbique occurri posse obiectionibus Paulus suspicatur ideoque illas & inducit & soluit,quemadmodum illud,cum absit,inquit. Deinde perfacilē nobis arguit esse peccādi abstinentiā:pernoscite itaque vtrunq; sit satius,peccati ne obstringi nos seruitute,vtroq; illud adire(id em̄,cū exibete,inquit, prętēdit)& mortē lucrifacere.i. īmortale suppliciū nobis parare. Siquidē Adę pctm̄ mortem pepetit corporis p̄sens vero delictū mortē intulit sempiternam.i.perpetuis hoīes suppliciis tradidit. An Christo obtemperare,iustitiāque,& quæ hanc consequuntur bona adipisci.

Gratias autem deo,quod serui fuistis peccati,obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in quam traditi estis. Ideo inquit deo habendę sunt gratiæ, quoniam non humanæ illud F
sed diuinæ potentię est,fuisse vos e tantis erutos malis. Non enim coacti , sed voluntarii, & e corde obtemperastis. Non ergo vobis pristina illa repetenda sunt mala, a quibus sponte iamdudum defeceritis. Ostēdit prętere a cum fuerint non induti ad bonū traducti,esse id omne diuinæ gratiæ ascribendū. Traditi em̄ estis , id est a deo deducti estis in formam doctrinæ. Qualis autem sit doctrinæ hæc forma,si quæras,Certe vitam dixerim rectorem,& bonis operibus incumbentem.

Doctrinę forma quid.

Liberati autem a peccato,serui facti estis iustitiæ. Humanum dico propter infirmitatem carnis uestræ,Sicut enim exhibuistis mēbra uestra seruire immunditijs,& iniquitati ad iniquitatem,ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitia in sanctificationem. Duplici estis a deo affecti beneficio,& quia estis a tanta scelerum fœditate erepti , tum etiam quia vobis permissum est iustitiæ inseruire , quod sane vobis ad gloriam cedit non mediocrem. Cum vero esset illi dicendum,quandiu peccato obtemperastis; tandiu & deo præstate obsequium:anticipans,inquit,humanum dico,id est tenue,quod & exiguum, & vestrę infirmitati conueniens. Nam & si longe magis deo sit peccatis inseruiendum,ob vestram tn̄ infirmitatē vel parem ei⁹ quā delicto exhibuistis,deo p̄stare nūc seruitutē. Videte quā p̄spicuū id obsequium fecerit,q̄ vltro imdendebamus,cū inquit. Quemadmodum exhibuistis membra vestra in seruitutem,tanquam vosipsi mancipantes peccato, imunditiæ

Immunditia.

A iugum subistis, incœstus videlicet, adulterij, & rerum earum quæ nequeunt, cum obscœna sint, explicari. Tametsi cum de sola immunditia dixerim, de quouis scelere dictum velim, vtpote quæ ad omnes per hunc ipsum sermonem commune quid habeat ad iniquitatem, id est, cum nequitiæ plurimum studeatis. Neque enim cum facinus aliquod vnum admittebatis, illo continēti reliquis peruos finis imponebatur, sed scelus vnum aliud succedebat, vt vestra nequitia in maius excresceret. Pari ergo mensura exhibete mēbra hęc vestra iustitiæ inseruire, hoc est, o[?] virtute contendite, vt continēter & sancte pro pristina illa immunditia, quod reliquum vobis est vitæ degatis. Peccatorū nexus.

Cum enim essetis serui peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Cum in nequitia, inquit, versabimini, eratis a iustitia soluti & liberi, Hoc est, nō illi subiecti, eidemque obsequi aderat omnino voluntas, sed procul ab ea ferebamini. Nunc vero iustitię huic seruientes, nil prorsus eritis peccati seruitute detenti, quem præterea ex ea cœpistis immunditiæ fructum? Præter pudorem profecto nullum. At quid illi erubescebant? Olim nimirum commissa & praua facinora, quorum finis mors est. Quæ etsi corporalis plerunque esse deprehenditur, animę tamen ad perniciem semper est interitum. Factum est tamen, vt mortem huiusmodi euaseritis munere dei singulari. Pudor vero ille perutilis & in vobis restiterit, quippe quos præteritorum nunc pudeat scelerum. Pudor immunditiæ

Nunc vero liberati à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationē, B finem vero uitam æternam. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem dei, uita æterna in Christo Iesu domino nostro. Ex delicti operibus qui sequitur fructus, erubescentia est. Ex iusticię vero actionib⁹ sanctificatio, puritas & castimonia in fructū obuenient, illi⁹ finis mors est, huius, vita perpetua. Delictī stipendiū mors est. Stipendium vero pecunia dicitur, q̄ militibus a principe ad commeatum dependitur. Peccatum igitur nobis, quos seruos habuerat, seruitutis in præmium mortem retribuebat. Gratiam autem nō mercedem dixit a deo futuram, perinde ac si inquiat. Non enim laborum accipitis præmia, sed per gratiam fiunt hæc omnia in Christo Iesu, qui hæc operatur & factitat. Stipendiū peccati. Stipendiū quid.

CAPVT SEPTIMVM.



Nignoratis, fratres (sciētibus eni legem loquor) quia lex in hoīe dominatur quāto tēpore uiuit. Nam quæ sub uiro est mulier, uiuēti uiro alligata est legi. Si aūt mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro. Omissa mortalitate ad legum sanctionem trāsgreditur. Ostēditque nōvitra debere legi hos esse obnoxios. Lex enī inquiens, cuius vos notionem habetis, in hominē dominatur, quandiu vitam hanc duxerit. In mortuos vero nullum habet imperium. Fit itaque vt ipsi legi n ortui sitis, cū nihil illa in vobis habeat potestatis. Idipsum ante exēplis corroborat. Viro enim (inquiens) mortuo, mulieri facultas est alteri se viro coniungere. Sic & hoc loco, C lex ipsa viro similis potest videri, vos vero fœminæ, proinde vt ita prosequeretur exigebat oratio. Itaque, fratres, nihil amplius vobis lex dominatur, quia mortua sit. Abstinuit tamen huiusmodi dicere, ne Iudæos offenderet, sed mulierem inducit, sub cuius persona Iudæos ipsos expressit, vt quemadmodum illa viro hac vita defuncto libertatē adepta est, sic & Iudęi lege cessante, legis sunt potestate exempti. Iudæi lege cessante legis potestate sunt exēpti.

Itaque, fratres mei, mortificati & uos estis lege per corpus Christi, ut sitis uos alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus deo. Si mortui fueritis ipsi effecti nequaquā sub lege estis. Nā si viro iā mortuo nō vitra est mulier obligata, longe magis cū & ipsa e vita abscesserit, a legis erit iugo soluta. Estote ergo & vos a lege liberi, per Christi corp⁹ cruci ꝑ nobis suffixū, Ideo nanq; hoc corpus fuit morte affectum, vt legi vos moriētes sub altero sitis, qui vestri ob gratiam & mortuus sit & resurrexit. Lex enī vbi semel interit, vita nō amplius fruitur. Christus vero moriens viuit, nequaquā ergo vobis licebit ab eo deficere qui viuens sit. At quid nobis inde lucri obueniet? Nempe vt deo fructificemus, hoc est, vt ex eo quod cum Christo iniuimus fœdere, deo rectas pariamus rationes. lex Iudęorū interit. lex nihil facit ad corporis vitia vincenda.

Cū enim essemus in carne, passiones peccatorū, quæ per legē erant, operabantur in mēbris nostris ut morti fructificarent. Cū ostendisset legem nihil nobis proficere ad vitia corporis curanda propterea quia commonefaciat duntaxat vt recte viuatur, non demat vitia, mox illud subdit. Cum essemus, inquiens, in carnis vitia per praua quædam facinora, pecca-

D

Aīa citharistę, mēbra citharæ loco.

torum passiones, quæ nobis per legem innotuerunt, per animam in nostris membris operabantur. Neque enim apertius dixit membra ipsa nequitiam exercuisse, ne p̄beat carnē criminādi occasionē Anima siquidē citharistæ loco habēda est, mēbra vero ꝓ cithara, quā si ineptus forte ille pulsauerit, & ipsa incōcinnū sonū reddat necesse est. Si legi itaq; ipsi subijcimur, cum minus liceat vitia nobis defugere, morti praua opera gignimus.

Nouitas spūs, literæ vetustas.

Nunc aūt soluti sumus lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spūs, & nō in uetustate literæ. Non enim dixit legē fuisse irritā redditā & inanem, ne Iudæos lacesseret: sed ipsi, inquit, sumus a lege soluti, id est moriendo dimissi, & in libertatem redacti & mortui, & immobiles ad eam rem facti qua antea tenebamur peccatū scilicet. In hoc em̄ eramus quasi vinculis irretiti: mortui aūt illi sumus, vt deo seruiamus in nouitate spiritus, non in literę vetustate: Olī nāque haud facile virtus poterat vendicari, cum Adam in corpore illo mortali pleraque naturę vitia excepisset. Nunc vero Christi munere in baptismi ablutione natura hæc nostra per spiritū est obfirmata, qui nos innouauit & iuniores effecit, & ab literæ infirmitate liberauit. Propterea & in veteri lege perrarus erat hominum cælibatus. Nunc vero nostræ huius ecclesiæ homines innumeri sunt qui non modo Veneris abstinentiam, sed etiam sibi mortis contemptum pepererint.

E

Quid ergo dicemus? Lex peccatū est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legē. Nā concupiscentiā non cognoscebam, nisi lex diceret, non concupisces. Cum pleraque attulisset, quę legē visa sunt obtrectasse, cuiusmodi illa sunt, peccatū vobis non dominetur. Neque em̄ sub lege estis, sed sub gratia, Et lex subintrauit, vbi abūdauit delictū, & pauloante, qm̄ passiones pc̄tōrum quę per legem proferuntur & literę vetustatem, & istiusmodi omnem mitiget suspicionem, quasi obiectionem quidam inducens, & perinde ea in re cōsulturus sic inquit. Quid igitur dicemus de lege, num illam peccati insimulabimus? Moxque id soluens. Primum nititur interdicto, absit inquiens, vt in his solet q̄ absurdiora videntur. Deinde rationes quasdā proponit. Lex, inquit, peccato non est, sed peccatum aperiens. Neque em̄ cōcupiscentiam cognouissem, si lege non esset concupiscentia interdicta. Verum quo pacto vel extitisset diluuiū vel Sodoma conflagrasset, nisi vel ante ęditam legē, mali notionem habuisset hęc cupiditas. Noscebatur sane peccatum, sed nondum erat cōcupiscentia interdicta. Neque adeo illud cognitum erat, vt non magis in posterum legis testimonio innotesceret. Superioribus enim seculis naturali quadā lege literis postmodū, demandata delicti habita est cognitio, quod profecto maioris vesaniæ causam p ębuit non legis vitio, quæ ad bonū instrueret, sed eorum neglectu, qui legi minus vacarent, q̄ in sequentibus perspicuum facit.

lex pc̄tm̄ non est.

Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnē concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuū erat. Non em̄ legem dixit concupiscentiam peperisse sed peccatum. Quod dici secundum aliquos potest iners quædam & corrupta voluntas, vel dęmonem per peccatum designat, quod vtique sensere nōnulli, vel voluptatis est studium. Impetuosus em̄ est quidā ad peiora prolapsus, qui legis doctrina ad cautatur, quę secundū se fuerint. Quēadmodū em̄ & medicus febricitanti cuiquā, & gelidā potionē intempestiue optāti, quominus explere sitibundā illam permiserit auiditatē, eo magis augebit, non imminuetque sitim, & medici officiū sit potum eiusmodi interdicere, ęgrotātis sine potione manere. Sic & lex ipsa homines instruebat, vt hos a concupiscendo abigeret voluntas tamen peccati oblectatione detenta, prauā hanc propagauit cupiditatē, neque vnum aliquod huiusce concupiscentię genus, sed multiplex & varium proseminauit, malū enixe operata. Siquidem cū quis aliquid exequi quod ferat animus ꝓhibetur illico insanit & furit maxime, & peccatum tum magis patebit, cum lex pręteritur. Nam sine lege delictum emoritur, id est nusquam esse existimatur. Lege autem extāte & decētia suggerente, viuit peccatū, id est extat & delictum esse conuincitur. Vnde scienter delinquunt qui legem transgrediuntur.

Iners & corrupta voluntas

F

Ergo autē uiuebā sine lege aliquando Sed cum uenisset mādatū peccatū reuixit, ego aūt mortuus sum. Sub sua persona apostolus humanam naturā prętendit, sic inquiens. Ante traditam Mosi legē, viuebā equidē sine lege. Propterea nec vehemens erat in me condemnatio. Cum aūt mandatū venisset, peccatum apparuit delictum esse. Enuero & prisci illi, si quod in crimen collaberentur, vel imprudentes & nescij delinquebant. Legi vero id boni inest, quod hominibus quæ praua sunt aperit. Illud autem mortuus eram, duplici modo potest intelligi. Vel quia deliquerim, vel quia acriori supplicio obnoxius sum effectus. Quod sane non legis est crimē, sed eius qui legē offenderit. Exēpli gratia. Ægrotat

j

A quispiam, nec valetudine se affectum intelligit, accedens medicus laborare hunc morbo significat, iniungitque hoc illove cibo abstineat, quo minuere ægritudinem queat, sic ille cum medico nihil obtemperat, moritur.

Et inuentum est mihi mandatum quod erat ad uitam, hoc esse ad mortē. Nam peccatū occasione accepta per mandatū seduxit me, & per istud occidit. Neque em̄ mandatū mihi factum est ad mortē dixit, sed inuentū, vt hunc in modū rei absurditatē exponat. Legi nanque mēs erat vt ad vitā traduceret, eoque & tradita est. At si ex ea, mors ipsa defluxit, nō est propterea illa culpanda, sed peccatū. i. īpetus ille, qui ad malū defertur, & corruptus & voluptuarius animus quin potius, vt proprius loquar, voluptas me ipsa seduxit, occiditque sub mādati prætextu; Quod pfecto si nullū fuisset quod errata monstraret, neque cōmisisse videret, ne forē tormētis obnoxius. Occidit vero, cum inquit, ad vtrumque potest accōmodari. Peccatum videlicet & pœnam, vt illud est quod dictū est supra, mortuus sum. Apostolus id demū concludit & sentit, lege non existente nec imputari peccatum. Illa vero iam ædita, nec tamen seruata, apparuisse delictum & reuixisse. Vnde quia fuerit mandati facta transgressio, subsecutum est crimen. Hoc est, in apertum prodīt, & peccati substantiam subīt, quæ antea nunquam cessante lege subīsset, nec mente sit & cogitatione comprehensa, cum nec lex quidem aliqua esset. Itaque cum neque ad peccandum, quantum in ea erat, lex ipsa causam vllam obtulerit, nec a peccato quidem homines eximendi vim habet. Fit ergo, vt legis ob impotentiam, dei gratia egeamus

Lege non existente non īputatur delictū

B *Itaq; lex quidē sancta & mandatū sanctū, & iustū, & bonū.* Ecce apertissime hoc loco Marcionistarū, Manichæorūque, & Simoganorū vetus obtrectantiū testamentū ora obstruxit. Sanctā ei perspicue pdicat legē, sanctū insuper & mandatū æquū & rectū. Lex autem sctā a mandato hoc differt, tanquā a particulari quod vniuersale sit. Leges em̄ partī dogmata sunt, partim mandata, vt quæ legis sunt dogmata sanctiora, sic & quę in operibus versantur mādata & sctimoniā, habent & iustitiam & bonitatē, tāetsi quos diximus, huiusmodi legē hęretici, tāquā ab īprobo aliquo Deo latā, blasphemēt, & criminētur.

Legis āti qua impotentia.

Quod ergo bonū est, mihi factū est mors? Absit, sed peccatū ut appareat pctūm per bonū mihi operatū est mortē. Lex quidē haudquaquā, inquit bona, Absit, sed peccatum me interemit. Vt perspicuū sit quantū illud sit malum, quod sane peccatū vel si a lege ipsa medelam acceperit, deterius redditur. Peccatum autē vt ante diximus & voluptuosum animū esse intelliges, peccandique impetum, siue dæmonē ipsum, vel opera quæ a voluptate trahūtur. Sint itaque deo & gratiæ, qui a tantis nos malis euerit.

Marcionistæ. Manichęi

Lex a mādato quō differt.

Vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Vt fiat, hoc est, vt appareat quanta sit peccatum pernicies. Quemadmodum & illud, fiat deus verax, id est, appareat, innotescat. Hoc vero peccatum patuit per mandatum legis, videlicet quæ ad interitum vtebatur mādato. nec secus ac morbus solet, qui cū medicorum medelis & cura fiat deterior; malā sui habitudinem dicatur præferre, quandoquidem medētis arte nihil pfecerit.

Scimus enim quod lex spiritalis est, ego aūt carnalis sum uenūdatus sub pctō. Cum per mādatum dixisset patuisse pctm̄, ne forte existimes legē hmōi esse criminis causam respondet

C pro lege, & eius patrociniū suscepit, profertque cōmunē quandā sententiā. Nouimus, inquit, spiritalē hanc legem esse. Est nanque illud certissimum & oībus plane compertū, tāto pere legem abesse, delicti sit causa, vt ad virtutem erudiat & nequitiæ aduersetur. Id em̄ spiritalis ptendit. At vnde ergo peccatum hoc prodīt? e discipulorum nimirū, vel negligentia vel imbecillitate. Ego enim carnalis sum, inquit, hoc est, natura hæc nostra humana omnis, siue ante æditam legem, siue cum esset in lege omnem in se vitiorum turbam excepit, nec solū ob Adæ puaricationē sumus mortales effecti, quin natura hæc ipsa ve mundata & legi subiecta, tantopere vitia cuncta admisit, vt nequeat respirare.

Quod ei operor non intelligo. Non oēm hic ignorantiam pdicat. Si enim per iustitiam delinquerent homines, quo iure cruciarentur. Sed quid inquit obducor? Quibusdam ipse & corripior tenebris, & nescius sum quemadmodū rapiat me delictum, vt quod ignorē id faciam, sit itaque, vt non facti imprudētiam pręferat, sed angi se potius & insidias per peri & dolos, & inuitum arripi fateatur. Hæc autem omnia etsi de his diceret, qui ante Christi aduētum fuissent, illos tamē in sui persona expressit.

Peccatū quō interdum accipiat Paulus.

Sed quod odi hoc facio. Vides quemadmodum neque violentiam indicat; neque necessitatem. Adiecisset enim & illud, quod cogor facere id ago. Nunc haudquaquam inquit huiusmodi aliquid, sed quo odio, volo itaque illud; ita vt dixim⁹, est capiēdum. Verum quo pacto & parua homines cōmiserunt? quia & rapti & malū, & fragiles sint & hmōi fragilitatem ex Adę trāsgressu exceperint. Quibus rebus nec mederi lex pote

rat, tãetsi quæ faciẽda essent, denũciaret. At xp̃s aduenlens hæc cũcta sanauit. Hic. n. per hæc p̃tendit Apost. quæ vel antea dixit vel dicturus deĩceps est, vt arguat humanã naturã insanabilia quędã fuisse perpessam, nec potuisse nisi a xp̃o adiutã deniq; resanescere. D

Humana natura nõ nisi a xp̃o sanari poterat.

Si aũt quod nolo id facio, consentio legi quod bona sit. Quod autẽ bona sit lex, patet ex his quæ ipse cognoui, inquit, nec corrupta sum mente, tametsi mala pertracto.

Nunc aũt iam nõ ego operor istud, sed quod inhabitat in me peccatũ. Scio enim quod nõ inhabitat in me, hoc est in carne mea bonũ. Nõ. n. carnẽ dixit effecisse, sed peccatũ. i. pecatiuiolentiã, quæ me arripuerit. Quid ergo deblaterant qui carnẽ obtrectant, & a dei opere faciũt alie alienã? Quærat aliquis, quõ id inquit Apost. non in me habitat, hoc est in mea carne bonum? dicã quidem cum cõstat hoĩem ex duobus esse cõpositum, anima s. & corpore, horum sane, alterũ cæteris dñatur & præsidet, alterũ vero. i. caro, vt serua obsequitur. Nõ igitur inhabitat, in carne quod bonũ est, hoc est, nõ residet in corporis potestate, sed animæ. Quicquid itaque destinauerit anima faciendũ, & corpus faciat necesse est. Neque id secus se habet quam si dixerit quispiam non in cithara esse, sed in citharœdo, vt pulcher aliquis, & concinnus edatur sonus. Neque id inquiens citharam ille insimulabit, sed organo illum & citharæ præstare monstrabit, qui hanc ex arte pulset.

In eos qui carnẽ obtrectant.

Homo ex duobus constat.

Nam uelle adiacet mihi, perficere aũt bonum non inuenio. Non enim quod uolo bonum hoc facio, sed quod nolo malũ hoc ago. Si aũt quod nolo istud facio, non ego operor istud, sed quod inhabitat in me peccatum. Cum non inuenio, inquit, molestiam & insidias peccati ostendit. Liberat enim cum animæ, tum carnis substantiam crimine, & omnium summam in prauas E actiones, & voluntatem ipsam conuertit. Cum enim dicit quod volo, animũ eximit culpa. Cum vero non amplius operor illud, carnem a detractione tutatur. Quis igitur malum hoc operatur? Praua certe & peccatis assueta voluntas, quam non ex deo esse opifice constat, sed ex nostri animi motu quodam & impetu. Nam aliquid velle simpliciter, dei est opus, velle autem mala, nostræ mentis est vitium. Dictum est supra quid sit peccatum, & quemadmodum peccati violẽtia animum nostrum per voluptatem corripiat.

Velle aliquid simpliciter dei op' ẽ. Velle malum, mentis est vitium.

Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Obscure dictũ, quasi aliquid desit. Sic enim dici oportuit inuenio ergo legẽ fauentem, volenti mihi quidem bonum facere. Non autem facienti, q̃m mihi adiacet malum, sed summa rei est hæc boni eram (inquit) cognitionem cõplexus, quod bonum & legem inuenio iuuisse & extulisse. Et idem ipse quod bonum est exequi velim, comprehendor tñ a peccato corriporque. Ita fit vt iuxta me iaceat malũ. i. mali operatio nondũ a me sublata sit. Est & aliorũ eiusmodi in ea re sententia. Primũ quod imperfecta sit hæc & manca oratio, deinde quod construi hoc pacto possit. Inuenio aũt legẽ nemini alteri esse impositam, nisi mihi facere bonum volenti. Siquidem soli duntaxat recta agere cupienti hæc erit in legem, vtpote quæ idem sentiat quod ipse cupiat, vt in sequentibus patet.

Condelector enim legi dei secundũ interiorem hominẽ, uideo aũt aliã legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati quæ est in membris meis. Nouerã quidem vel antehac quod dicimus bonum, quod cum mandatum literis comperissem, & legem laudo & cum ea secundum inferiorem hominẽ sentio vel secundum meum hunc sen F sum. Video aũt aliam legem. i. peccatum, quod eo legem appellat, quia q̃ qui ab ea falluntur obtemperant, verenturq; hanc legem deserere, tanquã lex sit quã præteriri non liceat. Delictũ id igitur mentis meę legem oppugnat. i. naturalem. Verũ quod pauloante interiorem hominem dixit, hoc ipsum nuncupat mentẽ, & me inquit peruincit, quin potius captiuũ ducitur, quod sane naturę legem & scriptam superat. At quo pacto cõprehẽdit & ducit in seruitutem? nimirũ peccati lege. i. violentia & viribus. Nõ. n. dixit carnis impetu aut natura, sed lege peccati quod meis in membris dominatur, q̃ profecto nihil ad carnis facit detractionem. Nam quemadmodum si inuaserit quispiam regiam domũ, incolatque, nihil illud adscribitur ædibus cõtumeliæ. Sic & peccatũ cũ in nostris ĩsederit mẽbris, non ea propter caro nequitiæ arguetur. Quippe cui vis fuerit illata. Nõnulli vero quatuor esse legũ species asserũt. Priorẽ dei q̃ nos instituat quid sit factu decorũ. Secundam q̃ plane impugnet quæ nobis diaboli opera suggerit. Tertiam qua mentis est lex. i. naturæ. Quartam quæ in membris consistat, hoc est voluntatem ad peccatum procliuem, & consuetudine quadam obfirmatam ad malam animi promptitudinem.

Lex pc̃ti in mẽbris cur ita dicatur.

Legum quatuor species

Infelix ego hõ, quis me liberabit de corpore mortis huius? Lex naturalis insufficiẽs videbatur per se scripta lex nihil valuit. Sũt ergo vtręq; pc̃ti tyrãnide superatę. Vñ igitur erit salutis spes aliqua? quis me liberabit a corpore mortis huius. i. morti subiecto. Nã postq̃ illud est ex Adę præuaricatiõe patibile redditũ, simul & eo redactum est vt facile queat

Lex naturalis insufficiens.

a delicto cōprehendi. Sed dicet quispiam. Si corpus tanta felicitate a pctō corrumpitur,
A cur ergo sunt tormentis affecti qui ante Christi aduentum deliquerant? Sane quia ea face
re videbantur, quæ vel dominante peccato perficere potuissent.

Gratias ago deo meo per Iesum Christum dominum nostrum. Cum enim inops cōsilij esset
& dubius nec aliū inuenisset, qui sibi salutem afferret, necessario Christum conuenit, eoq;
deo & patri gratiā refert per Iesum Christum dominum nostrum. Hoc est qui vt patrī
gratię haberentur, prębuit causam. Quippe qui ea perfecerit, quæ exequi lex ipsa nequi
ret, & me hac corporis fragilitate exemerit, illudque adeo roborauerit, vt nulla possit
peccati violentia superari. Sed quemadmodū ob Adę transgressum, cū mortale esset ef-
fectum facile poterat peccato conuinci, sic per eius qui & affixus est cruci & resurrexit,
obedientiam pignore incorruptionis accepto, peccato viriliter aduersatur.

CAPVT OCTAVVM.

I*Gitur ego ipse mēte seruio legi dei, carne aūt legi peccati. Nihil ergo nunc damnatio
nis est is, qui in Christo qui non secundū carnem ambulant: sed secundum spiritum.*
Seruio pro seruiebam. Meminit enim pręteritorum: nā cū dicendum fuisset
nulla ergo nunc relinquitur condemnatio, &c. & explicanda esset Christi in-
effabilis gratia: recordatur tamen quemadmodum nobiscum prioribus secu
lis ageretur, vtque boni habuerimus nationem. Sed carne .i. per carnis fragilitatē legi pec
cati subiiciebamur. Nūc vero nihil dānationis, inquit, hos manet qui sunt in Christo, hoc Lex spūs lex pcti.
B est vt baptismo eluerentur dignati: quinetiam illud obiecit, qui non secundum carnē am
bulant, vt arguat id omne nostra negligentia factu, præsertim cum liceat in præsentia &
facile sit secundum carnem minus incedere, quod sane tunc graue omnibus & perdiffi-
cile erat, nec solum est, inquit, ab huiusmodi carnis incessu abstinendum quin accedat o-
portet & quę spiritu fiat, deambulatio. Neque enim quempiam magis nequitię abstinē-
tia ipsa coronat, quam virtutis, & spiritualium operum participatio.

Lex enim spiritu vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Legē spiritus spiri
tū sanctū appellat, quemadmodū & legem pcti ipsum delictū. Vitæ aūt legem eo intu-
lit, vt hanc a peccatis lege secernat quę mortem inuexit. Dei nanque vel gratia peccatum
simul & mortem peremit, & certamen nobis cū leuius effecisset mox & colluctationē in
duxit. Ausæ sunt iniquę quorundā linguę hoc loco vitę legē pro Mosi lege interpræta
ri quam tamen & Apostolus haudquaquam hoc modo, sed sanctam appellat & spiritua-
lē. Si spiritalis, inquiens, Mosaica est lex, quid igitur differt a lege spūs? Valde quidem
Mosi enim per spiritum data est lex, hæc vero spiritum subministrauit.

*Nam quod impoßibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in simi
litudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne.* Cum spiritus mentio-
nem fecisset, nunc patrem commemorat & filium & trinitatem nos edocet. Videtur aūt
aduersus legem dixisse, quod tamen non ita se habet. Non enim legis nequitiā dixit, qua
mali quippiā egerit, sed in quo erat infirmior. At quo pacto sit infirmior facta in carne,
inquit, hoc est, quia quæ carnis sunt, saperet: omnium autem sensus quæ per apostolum
C dicta nunc sunt, in sequentibus explicatur. Inquit enim (quemadmodum supra diximus)
legem ipsam instruendi habuisse facultatem, non tamē quiuisse ingenitam carnis sensibi
lem peruincere. Pater itaque filium suum demit in carnis peccati similitudinē, id est car-
nem habentem, & si nostrę huius peccatis obnoxiæ similitudinem quidem secundū sub-
stantiam peccati tamen expertem. Et quoniam peccati fecerat mentionem, adiecit simili
tudinem. Neque enim aliā Christus præter humanam hanc carnem assumpsit, quā & san Similitudo optia:
ctificauit assumptam, & coronauit, condemnauit, condemnato peccato, quod carni ines-
set, quam suscepisset, hanc ipsam ostēdit nequaquam esse natura peccatis addictam. Nec
secus Christus effecit quam faceret quispiam, qui muliere aliqua in foro vapulante con-
specta, vt eam a verberantium manibus eruat, fœminæ illius se vel priuatæ, & infimæ
sortis filium fateatur, cum regius sit. Potest & de peccato superiori quodammodo intel-
ligi, videlicet quod pater filium de peccato transmiserit .i. expugnādi gratia peccati, vel
quia conuincitur peccatum graue admodum & exitiale. Quandiu enī in facinus aliquod
labentibus exitio erat peccatum, iure his videbatur mortem inferre, at vbi & Christi cor
pus: quod esse sine delicto deprehenderat, morte affecit, quia inique egisset, commisisset-
que grauiter, damnationem excepit. Misit itaque suum filium deus cum vt peccatum ini
quitatis & errati argueret, tum vt iustius id condemnaret. Ne forte illud iactaret Diabo
lus, Christum vi & propria potentia superasse.

A rum qui inde nobis plus quippiam est obuenturum, si Christus apud nos commoretur. Nimirũ, quia quo ad peccatum demortuũ erit, hoc corp⁹, & vitã spiritus est largiturus, cum nobis inhæserit. Hoc est, non solũ spiritus ipse fruitur vita, sed alῆs hãc potest præstare. Est autẽ vitę spiritus ipse per iustificationem, hac obseruata, nõ erit delictũ: delicto autẽ prorsus sublato, nec mors quidem futura est. Ergo id omne ad vitam concedet, si ætas hæc nostra secundum deum per nos transigatur. Hæc enim vera est vita, cum eiuius peccato demortui, & in futurum insolubilis illa manet & sempiterna.

Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christũ a mortuis, uiuificabit, & mortalia corpora uestra, propter inhabitantẽ spiritũ eius in uobis. Iterato de resurrectione nũc disserit, inquitq;. Ne perturberis animo, quod mortali obductus sis corpore, habes nanque dei spiritum qui Christum a mortuis excitauit. Vtq; & & illum eduxit ab inferis, sic plane & te suscitabit, quinetiam condonabit & vita. Resurgent præterea & qui hoc spiritu carent, sed in suppliciũ: qui vero spiritus fuerint, in vitam suscitabuntur. Eoque Paulus nõ dixit, corpus suscitabit, sed uiuificabit propter inhabitantem in vobis spiritum Nec qui Inhabitasset, intulit, sed inhabitantem, vtpote qui vobiscũ ad fidẽ vsque sit permansurus. Vt enĩ minime laturus est deus, si suũ in vobis spiritũ inesse ꝑspexerit, quin suis in nuptῆs vos simul admittat: sic si spiritus videbit esse immunes, oĩno disperdet, etiã si a mortuis reuocabis ad vitam. Mortificate igitur corpus hoc vestrum, vt spiritus in vobis inhabitet, vt huius gratia & vita donemini.

Resurrectio bonorum, & malorum quõ differat.

B ⁼| *Ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus.* Cum iam patefecerit quantum spiritalis hæc vita afferat commodi: quippe quæ Christum nostri faciat inquilinum: cadauera ipsa excitantem. Commonefacit deinum & arguit nil nos esse carni sed spiritui ipsi obnoxios. Nam dei in nos beneficia per gratiam conferuntur. Nostra vero benefacta ex debito exiguntur. Edisserens autem quare mẽti non carni dixerit, ne id de carnis natura dictum intelligas, secundum carnem viuere intulit: perinde ac si inquiat, non enim penitus carnis curam ademerim, quippe cui plurimum sumus, quia souet nutritque, beneficio hoc ipso obstricti: sed studium omne quod carni impenditur, quod ad peccandum inducit, prorsus sustulerim. Viuere autem secundum carnem is dicitur qui carnem vitæ præfecerit sempiternæ eandemque & animæ heram constituat.

xp̃s nostri inquilinus.

viuere secũdũ carnem.

Si enĩ secundũ carnẽ uixeritis, moriemini, si autẽ spiritu facta corporis mortificaueritis, uiuetis. Mortem dicit, futurum in gehenna immortale supplicium, alias tñ & mortẽ vitam appellat, quæ in hoc seculo prauis facinoribus obuoluta degitur. Quemadmodum contra, cum spiritualem ducim⁹ vitã, improba corporis facta mortificamus & vitam illam incorruptibilem sumus in futurum victuri, & in præsenti hanc Ipsam acturi, cum officio & virtute siquidem qui mundo moritur, is sane viuit. Aduerte aũt quemadmodũ, nõ corpus asserat morte conficiendum. Quod proculdubio ꝓ homicidio haberetur, sed corporis opera mortificanda, & praua præsertim. Nec visum simpliciter & auditum qui naturales sunt corporis actiones, necandos inducit, sed horum abusum.

Corp⁹ nõ esse morte cõficiẽdum sed corporis opera.

Quicunque enim spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. Dixit superius illos esse victuros, si D praua opera morte conficerent: nunc vero mercedem his & coram superiorl illa longe maiorem promittit, qui a deo videlicet in filiorum sint adoptionem recipiendi. Ideoque haudquaquã dixit, quicunque spiritu viuunt, sed quicunque aguntur .i. gubernantur & diriguntur. Et spiritum ipsum cum animę tum corporis constituunt dñm. Nam & si baptismum acceperis, & dei sis filius per baptismum effectus: spm̃ vero nequaquã fueris ducem sortitus feceris sane donorum huiusmodi omnium iacturam. Vniuersi profecto per lauacrum accipimus spiritum duci autem per omnem vitam hoc spiritu quasi nostro quodam iter deposcimus, & ideo non illud dixit, quicunque acceperit spiritum, hi dei sunt filῆ, sed quicunque spiritu ducuntur.

Esa. I.

Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. Dixit filios dei esse qui spiritu agerentur, & quoniam Iudæi sibi sunt visi adoptionem hanc vendicasse, vt illud. Filios & genui & exaltaui. Et alibi, Filius meus vnigenitus Israel? Ostendit hoc loco quantum nostram inter & illorum intersit odoptionem, inquitque, spiritum illos accepisse seruitutis, literam scilicet legis hoc modo appellans, quæ & si fuerit a spiritu promulgata, seruis tamen maxime congruit, vtpote quam & supplicia & corporum lapidationes, vstiones insuper subsequantur & minæ, vt illud. Gladius nos deuorat, & ideo ingens est illis præ oculis obiectus timor, rursumque & his æqua sunt præmia. Nam & terræ promittuntur, & parui sunt

Exod. iiij
Spũs seruitutis litera legis

A xp̄i mēsa qui repelluntur

mandata tormenti:& seruilia quædam. Fit itaque vt illi, & si filij dicebantur, iustus seruorū tamen hoc loco sint habiti. Nos vero pro ingenuis ducamur & liberis, quippe quibus & cælestia præmia proponuntur, & cæli regnum Non pro tormentis lapidibus ipsi obruimur, neque huiusmodi pœnis a sacerdore afficimur. Sat habet si pro graui facinore a Christi mensa repellimur. Sunt præterea & dei mandata ingenuis nobis satis accommoda, cuiusmodi illa sunt. Nihil cupide respexeris alienum, nullum feceris iusiurandū, mitte quæ possides, non timore supplicij, sed spiritus potiundi cupiditate. Vnde & charitas comparatur quod sane liquet ex his, qui etsi mandata magnum in modum excesserint, non tamen acerrime cruciantur. Cumque a Iudæis spiritus ipse abesset, in nos tamen gratia abunde defluxit. D

Abba patet verbū Iudaicum

In quo clamamus: Abba pater. Iudaico vsus est verbo, quod a pueris solet & filijs, cum patrem appellant, vsurpari. Quid ergo? Nonne & Iudæis mos erat, deum patris hoc nomine, clamitandi? Maxime Deum inquit, genitorem tuum dereliquisti Et rursum, Deus vnus nos effinxit, & pater vnus est omnium nostrum Quæ & si dicta de illis fuisse cōstat, eorū tamen est nemo inuentus, qui interpretandum deum dixerit patrem. Quod ipsi in præsentiarum facimus omnes baptismo accepto. Quod si forte Iudæorum nonnullos id egisse comperimus, suopte ingenio, non vulgata quadam eorum consuetudine fecisse credendum est, cum fideles ipsi spiritus sancti suggestione id factitent. Nam quemadmodum nouimus vaticinandi spiritum ei inesse qui illum exceperit, idque ex rebus futuris quæ ille prædixerit, coniectare solemus, sic spiritus adoptionis eo dinoscitur, quia illius instinctu, qui hunc ipsum accepit, deum dictitat patrem. Est enim hoc vel vnum spiritus sancti inter cætera donum, quemadmodum Paulus idem in subsequentibus explicat. B

Sp̄us adoptionis

Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij dei. Paracletus ipse suo testimonio gratiam adstruit, quæ nobis est data. Non enim vltro Abba illud sine alterius assertione pronunciamus, sed paracleti illud est donum: & ipse nos per spiritum instruxit, id est per gratiam, vt ita precando loquamur, Abba pater.

Galat. iiij
Hæredes cuius

Si autem filij & heredes. Heredes quidem dei, coheredes autem Christi. Cum constet non omnes filios hæredes esse arguit nos & filios esse & hæredes. Et quoniam non omnes ingentium rerum sunt hæreditatem adepti, ostendit nos grandes quosdam futuros hæredes; quippe qui dei sumus hæredes. Rursus etiam & si dei hæredes fuerint plerique, haud tamen omnes cum Christo hæreditatis participes videbuntur. Vnde & id Paulus, sumus, inquit, iam assecuti, vt Christi simus cohæredes affecti.

Mat. xvij

Si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Cum dixerit Christi futuros nos cohæredes, ostendit nunc iure hanc non esse adeptos hæreditatem. Nam si eos quorum facinus nullum extat præclarum, tanta beneficiorum munificiorum munificētiam prosequutus est Christus, nonne & illos qui rectis operibus plurimum insudarint, maiori mercede donabit. Quod sane Paulus infert: ne eos pudeat, vel sine vllo labore accepisse, & gratis ꝙ adepti sunt munus. Aduerte tamen quemadmodum hoc loco prætēdat, oportet eos qui tali sint dono affecti, vt intrepide discriminibus se & supplicijs offerant.

Existimo enim quod non sunt condigne paßiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Postquam asseruit eos comites passionis futuros, ne id reformident auditores, quippe qui iam in medium essent discrimen coniecti, & ad adeūda tormenta cōpellebantur, sic, inquit. Haudquaquam tibi vtendum est, non enim dignæ sunt temporis huius passiones: hoc est, momentanea hæc & labentia, gloria illi futura quæ in nobis est reuelanda. Nec ad præsens otium dixit & quietem, sed gloriam cuius vel nomen pergratum est multis. Nam vbi otium fuerit nil prorsus gloriæ residebit. At vbi gloria, & otium inesse necesse est. Cum aūt reuelabitur, inquit, astruit illam: & si interea delitescat, præesse tum etiam reuelatum iri, hoc est perfecte manifestam fore. Et qm̄ prægrandis sit huiusmodi gloria, & tantopere excedat hoc seculum vt explicari sat nequeat, Ideo in cælis reconditur & asseruatur, vt cum temporum illa æternitate prouehatur in longius. Cum itaque compertum iam habeatis, temporis huius passiones esse ad breue mensuras, seculi vero illius futuri & sempiterni gloriam fore perpetuam, contēnendæ vobis erunt passiones huiusmodi, & gloria hæc vendicanda. F

Passiones tp̄is hui⁹ breues

Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum dei expectat. Velim, inquit, iam patefacere quantum simus gloriæ vendicaturi. Nam si mundi hæc machina & creata omnia īmutabuntur in melius, longe magis & ipsi, quæ potiora sunt assequemur. Enimuero quod &

Mūdi machina in melius cōmutabitur.

prophetę assolent, vt flumina manibus prudentes, & montes ipsos inducant saltantes, & A rebus demum insensibilibus & inanimatis viuentium personas imponent: itidem & Paulus faciens, inquit, creaturæ omnis magna est expectatio, videlicet vt ipsa in id quod potius est, immutetur, opperturq; gloriæ nobis futuræ reuelationē, qui dei filij sum⁹. Tūc eñ & hæc incorruptionem glorificabitur, cum eandem, & nos assequemur.

Prophetę reb⁹ insensibilibus & inanimatis viuentiū personas imponunt.

Vanitati autem creatura subiecta est, non uolens, sed propter eum qui subiecit eā in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. Vanitati id est corruptioni, subiecta est creatura, videlicet corruptibilis reddita propter te o homo. Nā cum mortale & partibile corpus susceperis ideo terra & sentes & tribulos ꝓtulit, & cælū vetustate confectum, īmutatione indiget. At cur alterius gratia corruptibilis facta est creatura, quia ꝓpter hoiem omnē prorsus subijt seruitutem. Non volens autem cū, inquit, diuina ꝓuidentia id oēm effectū demonstrat, & nulla terræ ipsius virtute. Factū præterea est, vt in cōmodū cedat vt scilicet cum hanc corruptibilē noueris cōtēptui habeas, & cęlū ipsum suscipiens demireris. Liberabitur igitur hęc mundi structura, nec ipse solum libertate potieris, quin etiam quod te inferius est, hac perfruetur. Inanimatum dico & sensibile aliquid tecum bona hæc sortietur. Nec iam corruptionem, sed te mirabitur, & quemadmodum ipse cum corruptibilitatem iam excepisses, effecta est & structura hæc incorruptibilis: sic & te corruptibili permanente, seruabit & illa incorruptionem. Si itaque id quod creatum est tui ob gratiā patitur, debes & ipse ob deum quod pateris ęquo animo ferre. Cunque & creatura hęc glorificanda sit, longe ma-
B gis & tibi debetur hęc gloria. Nam vt assolet pater in liberorum gloriam seruos ornare, sic deus hanc terræ machinam in vestram laudem decorabit.

Cęlum vetustate cōfectum indiget mutatione.

Scimus enī quod oīs creatura ingemiscit & parturit usque adhuc. Non solum aūt illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorū dei, expectantes redemptionē corporis nostri. Cogit his dictis auditorem præsentia hęc aspernari: perinde ac si hunc in modum commonefaciat. Noli esse creatis rebus īferior, nec te pręsentibus hisce īmerseris, sed potius ingemisce, quia nondū futuram sis gloriam assecutus. Nam si idipsum vel hæc terræ machinam deflet, longe magis & ipse debes dolore angi. Infert deinceps & nobis ingemiscendum spiritus primitias noctis qui cum futura iam degustarimus, nondū carne simus hæc consecuti. Ex his nanq; spiritalia dona accepimus, quæ ipsas pretendūt primitias. Per hęc eñ & futura nos contemplamur. Verum ne occasionem hęreticis prębeat, oblectādi ob mundi huius prauitatem nos gemere, quia adoptionem subdit, accepimus. Verū quo pacto? Num cum semel fuerimus in adoptionem admissi, alteram operimus? Etiam inquit: non eñ hanc dixerim adoptionem qua sumus iā per baptismum potiti, sed gloriam illam vndique absolutam, quæ in corporis incorruptione consistit, idque per redemptionem prætendit. Est enim litrosis perfecta quædā & expedita, mortis & passionum liberatio quando non amplius nobis sit ab ipsa adoptione ad seruitutem peccati diuertendum.

Terrę machina decoranda.

Adoptati nos alterā adoptionē expectamus

litrosis gręce, redēptio latine.

Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ uidetur non est spes. Nam quod uidet quis, quid sperat Si autem quod non uidemus, speramus per patientiam expectamus. Quoniam de futuris dis-
D seruit quæ apud plerosque fidem nec sortiuntur, sic inæuit: noli, fidelis ipse cū sis, quoquā pacto dictis his meis diffidere: quin potius vel horū quæ iam es adeptus, experimēto, & futuris fidē præstiteris. Vtque & ante hac præter fidem cum nihil attuleris magna tñ a deo in præmiū accepisti, sic velī pari nunc fide vtaris ad futurorum spē assequēdā. Tunc enim vera spes erit & certior, cum ea sperantur quæ humanis obtutibus minus patescunt, Quod enim quis videt quid sperat. Hoc est, nō eñ dicimus quæ visuntur sperari. Non igitur omnia in hac vita nobis quęrenda sunt. Siquidem per patientiam speramus futura. Cum aūt proponi patientiā audis, certamina & sudores intelligas designari inungique. Debet itaque christianus vir tolleranter omnia ferre, ea operiens, quæ & si sub aspectum non veniunt, fide tamen sperantur.

Quæ cernūtur, nō ꝓprie dicuntur sperari.

Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Paulus ideo patientiæ meminit vt auditorem faciat fidentiorem. Inquit enim & spiritum opem nobis laturum. Noli ergo tollerando, & futura sperando deficere. Spiritus nanque tibi opitulabitur, spē duntaxat & tollerantiam inferenti.

Nam quid oremus sicut oportet, nescimus. Ostendit quemadmodū nostrę faueat spirit⁹ fragilitati. inquitque. Adeo ipse fragiles sumus & infirmi, vt nulli hominum teneant nec ipsi nos, quid votis sic & precibus deposcēdum. Orabat enim & ipse pro carnis stimulo

a se demendo, vtique & Romam concedere. Precabatur & Moses ne Palestinam videret; pro Iudæis & Hieremias, ignorantibus plane quæ expedirent. Hæc autem Paulus ifert, quia non iniuria qui Romæ essent ex Christianis cum fuissent persecutiones perpessi, & plurimum affligerentur erant tandem remissionem laboribus, & quietem postulaturi futurum quod, vt si minus id impetrarent obturbarentur animo, & grauiter ferrent. Propterea dicit neminem posse, quod expediat postulare. Sunt itaque vobis cuncta ferenda, solus nanque spiritus nouit, quæ vobis conducant, eoque & eiusmodi subdit. D

Sed ipse spiritus postulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus. Quemadmodũ enim & olim his deus dona plurima largiebatur, qui baptismum susciperent, quæ & spiritualia vocabantur, vt alius esset prophetiæ spiritum nactus, alius sapientię, & alius aliud quippiam assecutus. Sic deus orationis gratiam condonabit, quæ spiritus dicebatur. Etenim quę nobis profutura sunt ignoramus, & inutilia sæpe deposcimus, conferebat spiritus donum in vnum aliquem ex illis, qui tunc adessent, qui stans quod videbatur conducere in medium precabatur, & alios idem vt peterent, edocebat. Spiritum itaque hoc loco donum appellat, & animam ipsam quæ orationis excipiat donum, ideoque obuersetur & ingemiscat. Adstabat enim spiritualis vir ille gemebundus & dolens, cuius hoc tempore diaconus præfert figuram, & assiduas pro populo preces fundebat.

Inutilia sæpe poscũt hoĩes & noxia.

Diacon⁹ cui⁹ figurã pferat.

Qui autẽ scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. Haud sane deo ignaro adstat homo supplicaturus: quippe qui corda disquirat, teneatque quid spiritus sentiat, id est spiritalis homo, qui omnia pro dei nutu exposcit, oratque pro his qui in ecclesia & fide & sanctimonia pollent. Quod eo fit sane, vt perdiscamus ipsi quæ sunt secundum deum postulare, id est quæ illi placida sunt & grata. Cum igitur pro nobis spiritus, & precetur & intercedat, nil doleas necesse est, cum aduersis opprimeris. E

Scimus autem quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum: his qui secũdum propositum vocati sunt sancti. Quod dictum est ante, & creatura vanitati subdita est, & iterato corruptioni subibit. Illud vero (vt credimus) quod quid petendum sit ignoramus, vt qui Romæ essent, acrius afflictati commonefaceret & solaretur intulit, quod & in pręsenti clarius explicat. His em, inquit, qui dei charitate tenentur vel ea quæ difficilia sunt & vrgentia ad bonum cooperantur. Non enim dixit, nihil molestum aut graue deum colentibus accidisse, sed accidunt quidem, & in eorum vtilitatem qui afflictantur: deum inquir, vt ingerantur hæc mala permittere. Deinde cum parum id credibile videretur, pręteritis ex rebus idipsum confirmat: his dico, qui secundum prædestinationem vocati sunt sancti. Te enim si vel longius abeuntem vocauit, & sibipsi familiaritate cõiunxit deus, quanto enixius & vocatum iuuabit. Accitur autem homo secundum prædestinationẽ, id est voluntate propria. Nec sat habet hæc euocatio. Nam si omnes habituri essent salutem vocarentur & omnes. Sed omnino nostra accedat voluntas necesse est.

Dei cultores cur molestiã interdum patiantur.

Nam quos præsciuit, hos & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, hos & vocauit. Præscius vtique deus est, præuidetque qui sint vocatione digni, deinceps prædestinat. Præcedit itaque prædestinationem agnitio. Pręde stinationẽ autem velim intelligas optimam dei & immutabilem voluntatem. Nouerat itaque Paulum euangelio dignum: & ita prædestinauit. i. immutabiliter definiuit, & statuit ad euangelicum munus vocare. Conformes præterea facit imaginis filij sui quos dignos prænouerit. Quod enim natura est primogenitus, hi per gratiam sunt adepti, qui & dei filij nuncupantur. Est igitur ille inter fratres multos primogenitus per dispensationem denominatus: vnigenitus vero per diuinitatem. Nam vbi carnẽ assumpta in omnium conspectu, & propalam baptismo abluta, & nobis primitiæ est effecta, & natura illa humana peccato obnoxia in eo sanctificata est, iure hic & primogenitus est & fratres nos huius appellamus. F

Agnitio pręcedit prædestinationem.
Quid prędestinatio.

Quos autem uocauit, hos iustificauit. Per lauacri scilicet regenerationem, & a peccatis exemit, & iustos reddidit.

Quos autem iustificauit, hos & magnificauit. Quia adoptione hos dignos effecit: & donis aliis condonauit.

Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos? Vides quemadmodum apertissime hoc ostendat ad oppressos se habere sermonem, cũ subinde id inquiat. Si nos cum hostes essemus post iustificationem acceptã & gloriam tot bonis dignatus est deus quãto magis cum nos ille tutabitur, quis tum poterit aduersari? Quoniam vel si terrarum

Subinde pro freqñter more suo.

A in nos orbis insurgat, in nostrā diuina sapientia gloriam, hunc omnem vertet insultum.

Qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis oibus tradidit illum. Quō non etiam cum illo oia nobis donauit? Vt reliqua omittā, quę dixeram videlicet quod iustitiam nobis & gloriam dederit. Attendas id velim, quemadmodū nec filio suo proprio, hoc est vnigenito & amantissimo, qui ex se natura sit genitus (cum cæteri sint per baptismū in adoptionē admissi) pepercit deus, sed pro nobis hunc obtulit, siue ingenui & conspicui gloria siue minus generosi & inglorij fuerimus. Neque id modo nostri gratia egit quin & occidendum hunc tradidit. Cur ergo, qui tantis nos affecerit beneficijs, non cuncta est nobis hoc tempore largiturus, qui enim pro nobis filium dedit? nonne & creata hæc conferet? Si itaque votis ille minus annuerit, arguit sane haudquaquam ꝓfuturaque poscimus. Noli ergo tantopere ocium & quietem percupere, qui pressuris & malis pro Christo exagitaris. Eris nanque & voti compos, si conducere arguetur quod flagitas. Patris in nos beneficia.

Quis accusabit aduersus electos dei? Cum post tentationes alias, & illud a Iudæis Christianis obijceretur, quod instabiles essent & nutabundi, & gregatim sese in Christi fidem proriperent, ideo nunc Paulus inquit. Cum nos deus elegerit quis poterit electionis huiusce nos incusare? Opificem sane, quod seorsum se legerit quippiam: nemo insimulabit Deum uero si quid secreuerit, quis criminabitur?

Deus qui iustificat? Quis ē enī qui cōdēnet Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit. Non deum dixit qui peccata dimittit, sed quod præstantius est, qui iustificat. Nō itaque

B timendi sunt qui, vel molestiam inferunt vel iniuriam, & probra ingesserint, quandoquidem elegit nos deus, & iustos effecit, quive nostri ob gratiam mortem subiuit, & resurrexit Christus est dei filius, quis ergo, quos deus tot bonis dignatus sit, damnabit?

Qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis. Interpellare illum ꝓ his dixit, vt Christi erga nos explicet charitatē, qui etsi carnis assumptæ dispensationē perfecit, haud tamen suam in nos clementissimam sustulit animi affectionem, sed intercedit pro nobis. Non enī intercessio hæc vnigeniti ipsius imminuit gloriam, cum dixerit prius, qui est ad dexteram dei, ꝙ plane magnitudinem præfert, & filij maiestatē. Deinceps intercedit adiecit, nil ex eo aliud iudicaturus (vidiximus) quā summā huius in nos charitatem. Dicet aliquis. Cum enī patris facta sit mentio, vtpote cui a deo nostri ob gratiam supplicetur, imminuitur ergo gloria dei & authoritas, quia supplex precetur: quin potius id vel ineffabilē dei in nos ꝓuidentiā patefacit. Nonnulli vero interpellat sic accipiunt, videlicet in quantū corpus hoc filius gestat, nec deposuit, vt garriunt Manichæi, perinde ac si corp⁹ ipsum sit apud patrē interpellator. Nā cū intuetur hoc (inquit) deus charitatis sū reminiscitur, quā erga genus humanū ostenderit: sic plane & ad misericordiam flectitur. Hęc aūt eo Paulus (vt sæpe diximus) explicat, vt Christianos oppressos mitiget & consoletur, cum aperit & spiritum pro nobis intercessisse, nec nostri de causa pepercisse filio patrem, quin iustificasse nos, & gloria condonasse. Supplicare præterea pro nobis & patris filium. Cum itaque tam multiplex fiat apud patrem intercessio, optime vobis sperandum erit, nec quoquam pacto animo concidendum.

Manichęi stulte garriunt, xp̄i corp⁹ deposuisse.

C *Quis ergo nos separabit a charitate Christi? tribulatio? āgustia? an fames? an persecutio? an nuditas? an periculū? an gladius?* Postquā ineffabilem patefacit patris & filij & sancti spiritus in nos charitatē, spū ceu arreptus sic fatur. Quis nos segregabit ab amore Christi? Eum nāque qui tāto sit charitatis ardore affectus, nihil est quod seiūgere possit a deo, quippe cui tā egregie diuinitus sit ꝓuisum. Hoc vero tribulatiōis & angustię noīe cōplex⁹ est Paulus, quæcunque possunt nos malis afficere, & si minus hæc sigillatim enumerat. Ps. xliiij.

Sicut scriptū est. Quia propter te mortificamur tota die, & æstimati sumus sicut oues occisiōis. Ne forte ob id videantur quia fuerint a deo hi destituti, malis ijs afflictari, ꝓphetā inducit huiōi proclamantem, agentemque, consolationis plurimū illa habere quę dei ob gratiam, toleramus. Vel si quotidie mors ipsa sit subeunda, quod fieri voluntate potest, natura non potest. Mortificari autē illud, immolare est & sacrificium deo offerre. Id enim ꝑtendit, cum inquit, tanquā oues occisionis, vt quemadmodū ille, dū occiduntur, nihil repugnant, sic nobis cum malis afficimur, erit æquo id animo tolerandum.

Vel hoc loci atten de quā fidus inter pres fuerit.

mori quotidie volūtate possumus, non natura.

Sed in his oibus superamus propter eū qui nos dilexit. Cum mortificamur dixisset, mox & cōsolationem adiecit, ne quis humanitatis sectatus fragilitatem desperet. Nec simpliciter vicimus, inquit, sed maxīe superam⁹, hoc est, summa facilitate, sine labore ac sudore vel in his ipsis victores euadimus, in quibus & insidias patimur. Hęc enim perfectior est & summa victoria, cum exagitati persecutores ipsos & affligentes tolerando euincimus,

victoria perfecta.

Neq; his dictis ipse diffidas, deus em̄ tecū vna in hostē decertat. Accedit etiam q̃ amore nos ille ꝓsequitur, vnde nec mirū videri debet, si in malis medijs victoriā reportamus. D

Certus sum enī quia neq; mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque uirtutes, neque fortitudo, neq; præsentia: neque futura, neque altitudo, neque profundū, neque creatura alia, poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Primū de dei in nos charitate disseruit, nunc suū in deum exponit beneuolentię ardorē: vtq; magni aliquid dicere de se videatur, sic inquit. Eo em̄ magnitudinis sumus ex nostro hoc flagrātissimo in deum amore prouecti, vt non modo quæ in hac vita sortiri mala solemus, queant nos ab eiusmodi charitate distrahere: quin etiam vel si quis mortē futurā illā in æternis supplicijs cōminetur, vel vitā polliceatur īmortalē, ob id duntaxat, vt a Christo diuellat, is nunquā suis bonis fecerit satis. Verū quid mihi vel imperatores vel tyrannos ꝓtuleris, qn̄ nec angeli ipsi, nec potestates supernę oēs poterūt nos a deo eruere. Quinetiā me nec præsentia hæc, nec futura: nec altitudo .i. cælestia: neq; profundū .i. quæ in terris sunt, nō gloria, non ignominia commouebunt. Nonnulli aūt altitudinē pro cælorū imperio acceperunt profundū vero pro imperij huiusce iactura. Si alia præterea esset creatura, siue visibilis, siue q̃ mente non obtutu comprehenditur nunquam a Christi me charitate auertet. Neq; eo hæc intulit, perinde ac si angeli, homines a deo disiungāt, sed sui erga deum amoris vt exprimat magnitudinem: nec eū quidem quem se Iudæi profiterentur habere, sed quem in Christo Iesu adeptus est quispiā Iudæi quidem & si deum colere se iactitent, non tamen in Christo nunc colunt, quippe cui nec fidem adhibeant. E

Iudęi deū colūt, sed nō i xp̄o.

CAPVT NONVM.

VEritatē dico ī Christo Iesu, & nō mētior, testimoniū mihi perhibēte cōsciētia mea in spiritu sc̄tō, quoniā tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Futurū est oratiōis ꝓgressu ostēdat nō oēs qui ex Abrahā sunt, Abrahę fuisse ex semine ꝓcreatos. Et ne ex aīi passione aliqua videatur id dicere, ꝑueniēs Iudęorū ꝑdicat bona, suspitionem huiōi sublaturus, faceturq; se vel summa erga hos teneri beneuolētia. Vt aūt dictis suis nō abroget fidē, veritatē, inquit, dico in Christo, & non mētior: producitq; testes tres numero. Christū propriā conscientiā & spiritum sanctū: inquitque, ingens me inuasit mœror, qui cor meum pro Iudæis obrodit, qui de gratia sunt eiecti, id enim erat, & si minus expressit dicturus.

Optabā enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundū carnem. Perdiscendum est tibi prius quid anathema sit. Est sane seiunctio quædā & alienatio. Anathema præterea gręce, potest latine oblatio dici & sacrificiū. Et quēadmodum quæ deo & offerūtur, & dedicantur, attrectare audet nemo: sic eum qui anathema sit ratione quadā nullus conueniet, aut cum eo versabitur. Nam sacris oblationis honoris gratia, tanquā deo dicatis appropinquare nulli hominū audebunt. Ab hoc vero qui maledictioni fuerit obnoxius, non secus ac prophano, & ab ipsa diuinitate alieno secedunt omnes. Quid igitur sibi vult quod Paulus dicit. Videtur nanq; dictis suis superioribus aduersari. Nam supra id clamitans profitebatur, quis nos separabit ab amore dei nunc vero optat a deo seiungi. Vidētur itaque dicta hęc inter se esse contraria. At non ita se habet. Illud nanque vehementissima quadam in deum charitate dictabat incensus: F hoc vero vt cum deo perpetuo maneat. Cum em̄ vniuersi deum criminarentur, q̃ Hebræos, quos antea adoptione & gloria dignissimos iudicasset fuissentque Christi progenitores, eiecerit & affecerit ignominia, & is postmodum gentes suffecerit, qui sui nullam habuissent antea notionem, eoque & diuinā prouidentiam obtrectarēt plerique & maledictis insectarentur, tanquam nullam in hos æquitatem seruasset deus, vtpote qui suos fefellisset maiores, quos suis ornare beneficijs promisisset. Dolens itaque Paulus & ꝓ dei gloria tutanda, & istorum maledictis perculsus, optabat se anathema fore, dum modo detractores, huiōi salutem assequerentur, & abolerentur eorū in deū conuitia. Vides vt Paulus pro sua in deū ardentissima charitate cupientissimus sit, & si fieri liceret, sese vel a cœtu sanctorum, qui deo assistunt se positum iri, & gloriæ illius ęternę fruitione. Non tn̄ a dei amore seiungi, quēadmodū plerunque consueuere parentes qui dulcissimo sese liberorum cōmercio abdicant, vt absentes gloriā pariāt, cū nihil interea illi omittant pristinę in liberos charitatis: quin etiā abiectos se & inglorios haberi perpetiuntur, vt illi prouehantur honoribus. Ipse igitur, inquit, qui res innumeras gesserī, vt deū vltra quā humana natura coluerī, cupiditate teneor & ingēti dei ob gloriā (si dici fas est) vel a dei excidere gloria. Quod sane dictū non gloriam tollit, sed vendicat potius. Cū vero cum

Anathema quid.

Conuitia Iudæorū in deum

A fratribus meis qui cognati mei sunt secundum carnem, inquit, suę in illos charitatis pręcordia patefacit, aperitque quam illorum sit salutis percupidus.

Qui sunt Israelitæ, quorū adoptio est filiorū, & gloria, & testamentū, & legislatio, & obsequium, & promissa. Quorū patres & ex quibus Christus, secundū carnē. Qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen. Hoc loco Iudæos laudat & magnifacit, ne videatur (vt diximus) & animæ passione hæc dicere. Tacite autem ostendit diuinæ voluntatis fuisse, vt salui redderentur Iudęi, quod patet ex his, tum quia illos sit adoptione dignatus & gloria, tum etiam quia & patribus sit multa pollicitus. Tum demum quia alia cōplura his sit perpetua sane & egregia impertitus, placuitque vt ab his & Christus originem duceret. Hi tamen huiusmodi dei in se beneficia repudiarunt. Ob idque dei charitatē magnū in modum obstupescens Paulus, agit vnigenito gratias, qui est super omnia inquiens, benedictus deus. Si enim alij, inquit, maledictis deum incessuerunt, existimātes haud merito excepisse hunc ad se gentes, nos tamen qui dei mysteria nouimus, scimus hunc & gloria esse & laude dignum. Ex his hauddubie verecundia & pudore obruitur Arrius, cum Paulus vbique Christum prædicet & astruat Deum.

Beneficia dei in Iudæos.

In Arriū

Nunc autem quod exciderit verbum Dei. Vror equidem, inquit, ob hanc in deū blasphemiam cuperemque, & si haudquaquam sint omnes habituri salutem, vniuersos tamen saluos futuros. Non enim mentitus est deus, aut factas patribus promissiones conuellit, tametsi maledici asserant deum, quæ alijs promisisset, contulisse in alios, sed aduerte quę

B subsequuntur.

Non enī omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ. Neq; qui semen sunt Abrahæ oēs filij. Quod pollicitus est Deus, inquit, & executus est. Dixit vtiq;, tibi & semini tuo dabo hanc terrā videamus ergo quod illud sit semen, non enī oēs qui ex Abrahā prodiere sunt Abrahę semen, Neque qui ex Israele, item & israelitæ. Sed qui secundū Isaac geniti sunt, quive & Israelis sunt digni virtute qua deū ille videre promeruit, Neque enī ex Iacob dixit, sed Israel venerandū illud cōmemorans nomen. Si itaque, qui hominum ex Iacob oriātur didiceris, comperies sane dei pmissa nil esse mentita. His nanque sunt promissiones factæ. Quo fit, vt haudquaquam dignus videatur conuicio deus, quia perfecerat q̄ fuerat pollicitus tametsi id plerosque clam habeat. Nec multis sit cognitum.

Israelis nomē venerandū.

Sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, nō qui filij carnis, hi filij dei existimātur, sed qui filij sunt promissionis, hi deputantur in semē. Promissionis.n. verbū hoc est. Secundū hoc tempus veniā & erit Saræ filius. Nil ipse, inquit, interpretor, quod verum sit Abrahę semen, sed vero id testamentum edisserit, in Isaac tibi semen vocabitur asserens. Quicunque itaque semē Isaac fuerint progeniti, ex promissione videlicet certiores sunt Abrahæ filij, vel dei potius. Quippe cum id omne verbo sit diuino effectum, nec enim Isaac vel legis est ortus vel naturę potentia, sed promissionis virtute. Secundum tempus hoc veniam, inquit, & erit Saræ filius. Dei itaque verbum Isaac illi formam & ortum dedit. Haud secus & in nosipsos, qui & dei filij sumus cum in baptismi eluimur lauacro, tanquam in vulua quadam materiali diuina dicta pronunciantur, quæ nos iterato & effingunt & pariunt. Nā in patris & filij & sancti spiritus nomine baptizati renascimur. Et quemadmodum tunc

C promiserat deus Isaac nasciturum, & res ipsa hunc est euentum sortita. Sed & nostram quam per Prophetas fuisset pollicitus genituram complevit, quæ per baptismum constaret. Illud itaque in Isaac vocabitur tibi nomē sic intelligitur, videlicet eos esse Abrahæ filios qui eodem quo ortus est Isaac modo, sunt geniti, id est, lauacro illo diuino. Nō ergo frustra dei excidit verbum, sed vero semini, id est, his qui ex gentibus Christi fidem cœpere. & dei sunt filij facti, promissa seruauit, quemadmodum & in Isaac egit, qui horū præfert figuram.

In Isaac vocabitur tibi nomen quō intelligendum,

Non solū aūt illi, sed & Rebecca ex vno concubitu habens duos filios, Isaac patris nostri. Ostendit etsi multos haberet & varios Abraham liberos, Isaac solum id seminis nomen fuisse sortitum. Vnde & qui haud absimilem illi ortum haberet, eandem esse apellationem adeptos. Nunc igitur, inquit, non in Isaac solum idipsum poteris contemplari, sed quod maius est, in fratribus ipsis, ex parentibus vnis susceptis, vel gemellis & partu vnico ędítis, Esau & Iacob videlicet. Hi nanque haud quaquam pari sunt sorte vsi, cum alter electus sit, alter odio habitus. Nulla itaq; erit per te ratio exigēda, cur gētes elegerit deus, & Abrahę semē vel diuinū potius illas effecerit, propulerit vero Iudęos & prorsus eiecerit.

Esau & Iacob īpari sorte vsi.

Cū nondū nati fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, vt secundū electionē propositū dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictū est ei, quia maior seruiet minori, sicut dictū est, Iacob di

lexi, Esau autem odio habui. Necessario mihi hoc loco vel eorum explicãdus est sens⁹, D
q̃ longe post dicturus est Paulus. Et qm̃ quęrebant pleriq; cur deus gentes p̃tulisset Iu-
dæis auxeritq; amplissimis semper honoribus, p̃sertĩ cũ constet ,pprijs nullis virtutibus
diuina bñficia fuisse ,pmeritas, quippe cũ ęque essent & ipsę p̃ctis obnoxię, colligit apo-
stolus pleraq; quę in dubiũ veniunt, nec cõprehendi a nobis sat possunt, & soli deo sunt
cognita. Et primũ ex geminis illis demõstrat, neq; alterũ fuisse ob virtutẽ electũ, neque
ob nequitiã alterũ odio habitum, cum nõdũ aut prauis facinoribus essent infecti, aut bo
nis imbuti. Vtpote qui materno adhuc vtero conderentur. Sed diuina prædestinatione;
id est præscientia illum amorem promeruisse, hunc odium. Sicuti & propheta testatur:

Gentes Iudæis prælatæ.

Alium amaui, alium odio habui. Vt perspicuum sit omnia dei nutu & præscientia fieri.
Sed quid istos commemorem, cum & Israelitę omnes vitulum effixerint quem colerent.
Quorum nonnulli sunt affecti supplicis, nõnulli euasere impunes? Et Pharao certe obsti
nat⁹ erat, suique similes habebat multos, solus tamẽ quo iure excruciatur? Vides vt hęc
mortalibus incomprehensibilia sint, & soli pateant deo. Sic vobis quod electæ sunt gen
tes, & reiecti Iudæi, absurdum videtur, deo vero æquissimum.

Multa esse hominibus occulta, & soli nota deo.

*Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Moysi enim dicit, Misereor cuius mise
sereor, & misericordiam præstabo, cuius miserebor.* Addit insuper (vt dictum est ante) &
aliud quiddã ex veteri testamento, ostẽsurus soli deo cognitos fuisse Iudæos Qui & par
tĩ amore essent, partim tormẽtis digni. Tametsi vniuersi in vitulo illo conflando pariter
deliquissent, istorum tñ nonnullos miseratus est deus, nõnullos vero leuitis tradidit mor E
te mulctandos. Cuius commiserationis & sæuitiæ causa vel Mosen latuit, qui tantum
apud deũ autoritate valeret. At ipse rationem deposcis, cur gentes, præsertim cũ essent
delictis obstrictę, Iudæis honoribus pręferãtur. Poterat autem apostolus quam alibi cau
sam attulisset, vel hoc loco afferre, cum diceret Israelitas extimasse ex operibus se iustifi
catum iri, Gentiles vero fide & gratia, quod tamen enunciare in pręsenti abstinuit. Cum
vnum illud præcipue adnitatur, vt huiusmodi homines diuinorum operum indagato-
res coerceat, persuasurus nihil esse dei facta a mortalibus perscrutanda.

Igitur non volentis neq; currentis, sed miserẽtis est dei. Voluit Isaac Esau benedicere, iussus
ille in campũ contendit, ut ex venatione patri cum aliquid detulisset, benedictionem ac-
ciperet. Deus vero iusto iudicio benedictionẽ hanc Iacob, quia dignior esset, vt asseque
retur effecit. Dicet aliquis, videtur sane liberũ hoc loco arbitrium sustulisse apostolus,
nequaquã hoc tollit. Nã quẽadmodũ cũ condenda est domus, in opifice pẽdere oĩa dici-
mus, tametsi ille id op⁹ per se exequi nequeat, sed & materia est ad structurã necessaria
& iuuãtium ministrorũ opera. Sed qm̃ illi absoluenda est domus, fatemur illius esse om
ne id opus. Sic itẽ dicere de deo solemus, & in eius potestate cũcta consistere, qui nihil a
nobis, nisi animi exigat promptitudinẽ. Et qm̃ finem ille rebus imponit, & benemerẽtes
coronat, damnatque sontes, dicimus vniuersa in eius potestate consistere.

Paul⁹ nõ sustulit liberum arbitrium.

*Dicit enim scriptura Pharaoni, quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostẽdam in te uirtutẽ meã, & ut
annũcietur nomẽ meũ in uniuersa terra, ergo cuius uult miseretur, & quẽ uult indurat.* Perorat
itã & decernit, nullas esse a deo in quẽpiã poenas efflagitãdas, cũ ipse cui velit ignoscat, & F
quẽ velit obduret. Cui rei Israelitę sunt argumẽto, qui vitulũ excitarũt. Et Pharao ille, cu
ius & cor est obduratũ. Tunc vero de⁹ mortaliũ corda obdurat, cum illos pro sua magni
tudine tolerat diu, cuius deinceps ob tolerãtiã redduntur, ijdem obstinatiores ad malũ.
Nec sec⁹ deus se habet quã herus aliquis qui seruũ nactus sit improbũ. Quẽ, vbi huma
niter & clementer vtatur, facit deteriorem. Quod quidẽ non eo fit, ꝙ dñs seruum mali-
gnitate imbuerit, sed quia seruus domini placabilitate sit ad augendã improbitatẽ & ne
quitiam abusus. Vtpote qui herilem hmõi in se benignitatem contempserit.

Dices itaque mihi, quid adhuc queritur, uoluntati enim eius quis resistit? Omni studio nititur
(vt sępe diximus) patefacere Paulus dispẽsationes huiusmodi omnes & iudicia soli deo
innotuisse. Ideoque ambiguitates vndequaque colligit multas. Nec tamen soluit, vt au
ditorem vrgeat magis, suadeatque ab homine hęc comprehendi non posse nec plane co
gnitione vlla teneri. Quærat aliquis. Si itaque quem velit deus obdurat, quid ergo delin
quens culpandus est? Quis enim poterit eius volũtati obsistere. Voluit ille & obdurabit
eo, nec illud iniuria fit, si obduratus aliquis in aliquod ,plabitur facinus. Hunc ergo quo
iure vel culpat, vel cruciat deus? Hæc itaque obiectio, idcirco inducta est, vt arguantur
quæ diximus hominibus esse obscura, & deo duntaxat comprehensibilia. Propterea ne
que apostolus ea soluit, sed hęsitantes & dubios obstruit inquiens.

deus mortaliũ corda quando obduret.

A *O homo, tu quis es qui respondeas deo?* Vides quam reprimat intempestiuam hanc & super uacuam hominum curã, & frenos imponat hæc conquirentibus, erudiatque ad diuinam cognitionem, vt intelligant quantus sit deus, & quid videat homo. Tu quis es, num is, qui cum eo habeas partiri imperiũ? At tibi licet decernere quid illi agendũ sit, quid ve minime? Scrutari nanque virum hoc illud ve deceat necne, eius est sane qui in faciam deo respondeat, & iudex sit in hanc constitutus: Nequaquam hoc pacto agendum sed reb⁹ ipsis parendum est, & fides præstando, vtcunque per eum sint gestæ.

Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit. Quid me fecisti sic? An non habet potestatẽ figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem uas in honorem, & aliud uero in contumeliam? Istiusmodi exemplo vsus est Paulus non vt liberum nobis demat arbitrium, neque vt ociosos & desides, arguat, sed vt instruat quemadmodum deo sit obsequendum, vtque intentio & quædam taciturnitas ad obsequendum sit præferenda. Nam quemadmodum figul⁹, inquit, eodem ex luto, nihil fictilibus ipsis contradicentibus, effingit quod animus tulerit: sic tibi cur deus qui ex vno eodemque hominum genere tormentis hos cruciet, illos honoribus augeat indagandum nil erit, quin potius ceruice summissa, hunc pronus adora, & lutum quod fingitur, imitare: vtque illud figuli manum subsequitur, sic & ipse dispo nentis dei voluntatem sectare. Velim tamen intelligas, quod quemadmodum non fictili ratione, sed vtentium partim hæc vasa preciosa redduntur, partim vilia, cum ex vno eo demque luto conficta sint. Sic in hominibus non natura, quippe quæ mater sit omnium, B sed voluntas hos facit supplicio dignos, corona illos & præmiis.

Esa. xlv. Hie. xviij

Cur honoretur alij; alij dedecentia tur, nõ est se quærẽdum.

Quod si uolens deus ostendere iram suam, & notam facere potentiam suã sustinuit in multa patiẽtia uasa iræ apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam. Quos & uocauit, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus.

Postquam illorum ora obstruxit, qui diuina iudicia inuestigare aditterentur, demũ obiecta dissoluit. Est tamen hec rei totius sententia Iræ vas Pharao erat, hoc est, homo ob innatam duriciem dei iram succendens. Hunc sustinuit deus & tolerauit, & mira in eum longanimitate est vsus qua tamen ille abutens in animi duritiam vertit, & factus est iræ susceptibile vasculum, & ad perditionem idoneum, quam scilicet sponte adierit. Nil enim deerat quod ad eius perditionem faceret, sed cuncta prẽsto fuere, apta profecto & accommodata, quæ illum ad interitum ferrent. Vt igitur hunc furentem, & iracundiæ vasculum sponte sua effectum, excrucians deus, suam præ se tulit potentiam, sic & de his de⁹, qui plurimum ex gentibus deliquissent, & suæ gloriæ diuitias patefecit. Et ideo tandem est illos commisertus, quia illi se commiseratione dignos fecissent. Nec eñ clementię dixit, sed glorię: nam venia quę peccantibus datur in summã, cedit deo ad gloriam: Quę autem pparauit, id est ille præsciuit, nec gentiles dixit saluos esse per eum omnes effectos, sed ex gentibus aliquos scilicet. Noli ergo Iudæe id ferre molestius: acce ex gentibus, & si plærique ignoscitur, tamen non omnes sunt veniam consecuti.

Pharao vas iræ.

Sicut in Osea dicit. Vocabo non plebem plebem meam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam & non dilectam dilectã. Et erit in loco ubi dictum est eis. Non plebs mea uos. Ibi uocabuntur filij dei uiui. Ne forte id dicant Iudæi. Quid nos fallis o Paule talia prędicans? Inducit Oseam clamantem, dicentemque, Vocabo, qui non est populus meus, populum meum. Verum quis erat hic populus: Gentes nimirum Quæ illa dilecta: Ecclesia gentium, quorum alij in populum concesserunt: admirataque sunt, & uiuentis dei filij redditi, quod proculdubio videtur præstantius. At si dixerit quispiã de Iudęis hęc dicta fuisse, qui etsi fuerint ingrati, admissos tandem in gratiam rediisse, non erit ei fides præstanda. Nam etsi dei illis dicta hæc esse constaret, quid impediret, quo minus vel in gentes idipsum cadere videatur.

C

Osee. ij. i. Par. ij. Osee. i. Ecclesia.

Esaias autem clamat pro Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Non vno contentus Osea, quinetiam & Esaiam inducit, clamãtem, hoc est, vocem libere edentem, & nihil repressum, quia non omnes Israelitæ salui essent futuri, nisi qui digni salute forent. Reliquiæ autem saluæ fiant, cum inquit, electos prætendit, quos scilicet reliquerit deus, seiunxerit que vt dignos videlicet. Cum vero dicit secũdum maris arenam admonet eos promissionis quæ sit in veteri testamento conscripta, cuius indignos se fecerint. Perinde ac si inquiat, nolite animo obturbari, si mentita esse videatur hæc repromissio. Cum constet prophetas omnes clamitando præcinuisse, nõ esse omnes salute dignos.

Esaiæ. ix.

Exod. iij. & xiij.

Verbum enim consummans & abreuians in æquitate, quia verbum breuiatum faciet dominus super terram. Ostendit hoc loco, quemadmodum reliquum illud Israel saluabitur, inquitque. Nec laboribus opus esse ad illorum salutem, nec certe ob id longius sunt obeundæ, nec misera quæque ad calamitosa sunt tolleranda quę legis operibus insunt. Sed deus ipse consummans abbreuiansque fidei verbũ, in oẽs terras, id quidẽ in æquitate & iustitia, hoc est vt iustificet omnes qui verbum illud sunt suscepturi. Nam si Iesum dominum tuo ore fateberis, credideris que corde & animo hunc ipsum fuisse a mortuis excitatum, saluus haud dubie fies. Hoc sane abreuiatum est verbum. Hęc inquam compendiosa & breuia fidei dicta. D

Esaiæ. i.
Sodoma Gomorrha amora Hebręi dicunt.

Et sicut prædixit Esaias, Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen sicut Sodoma facti essemus & sicut Gomorrha similes fuissemus. Dixit saluas fore reliquias illas. Nunc vero cur sic illud effectum interpretatur, inquitque, semen illud electum & fermẽtum ipsum reliquit iam deus. Quod enim elegit, dixerat, reliquit nunc dixit. Perinde ac si inquiat. Nisi nos deus ipse tuetur, vniuersi haud secus quam Gomorrha ipsa & Sodoma in perniciẽ ibimus, vtpote qui ob praua facinora sumus damnationi obnoxij.

Gene. ix.

Quid ergo dicemus, quod gentes quæ non sectabantur iustitiam apprehenderunt iustitiã, iustitiã autem quæ ex fide est. Israel vero sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit.

Cur gentes susceptę, Iudęi vero reiecti.

Hoc loco apertissime causam refert, qua & susceptæ a deo sunt gentes, & reiecti Iudæi. inquitque, gentes ideo iustificatas esse, quia ex fide tenerent iustitiam. Israelitas vero, quia iustitiæ legem, id est quę ex operibus tota constaret, sequentes conquirerent. Non dum tamen eo prouectos, vt iustificari potuerint, neque enim tanti lex erat, vt exactionibus ipsis iustos redderet homines. B

Quare? Quia non ex fide sed quasi operibus legis. Quæris quamobrem non sunt Israelitæ iustitiã assecuti, & si enixissime vt assequerentur, incumberent. Edisce ergo nõ ex fide illos iustitiã, sed ex legis operibus cõquisisse. Ex legis vero operibus, inquit, non iustificabitur ulla caro. Attende aũt nõ ex operibus dixisse simpliciter, sed quasi ex operibus, vt arguat non veris illos incubuisse operibus, sed fucata potius quædam præ se tulisse.

Esa. viij. & xxviij.
Syon hebręi dicũt
Christ9 lapis offendiculi Iudæorum.
p̄s. cxvij.
1. Pe. ij.

Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est. Ecce pono in Syon lapidem offensionis & petram scandali, & omnis qui crediderit in eum non confundetur. Qui offendit ideirco illuditur, quia rebus alijs vacet, neque ea q̃ coram sunt, videat. Igitur & Iudæi cum legi inhærerent ad Christum offenderunt, id est illi non crediderunt. Nam ab eorum euentu qui minime credidissent Christus est offendiculi lapis & petra scandali dictus. Ipse nanque quantum in se erat: pro fundamento fuerat, & firmamento impositus. Inquit em̃. Et oĩs qui crediderit in eũ: nõ confundetur, siue gentilis sit ille, siue Iudæus. Fides itaque sola est, non opera ipsa: quæ & operatur omnia & iustificat.

CAPVT DECIMVM.



Fratres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio apud deum pro Israel, est ad salutem. Cum Iudæos sic perfidię incusaturus, demulcet hos peius: ne ex odio dicere quæ dicturus est videatur. Inquitque. Voluntas mea & vehemens desiderium, neque id modo, quinetiam & preces meæ pro nobis maxime contituntur, non solum vt tormenta illa futura euadatis innoxij, sed vt salutem etiam consequamini. Qui ergo possum vobis videri infensus, quibus sim ipse comprecatus salutem. F

Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem quidẽ dei habent, sed non secundũ scientiã. Ignorantes enim dei iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti.

zelum habentes secundũ scientiã, Iudęi contẽtiosi & cupidi principatus.

Videtur initio quidem illis gratificari demulcens. Inquit enim hos dei zelum habere, non tamen secundum scientiam. Vnde commiseratione dignos potius eos quam supplicio arguit. Legis siquidem hi zelo tenentur, quę a deo sit tradita. Zelus tamen huiusmodi haud quidem secundum scientiam est. Neque enim scire volunt quemadmodum lex illis cessauerit, nec vltra vim habeat. In sequentibus vero ostendit contentiosos hos esse, cupidos principatus, quippe qui cum propriam quærant obfirmare iustitiam, eam videlicet, quæ legis sit & labore proprio & operibus parta, quæ iã & plane collapsa est, nec queat consistere, neq; hanc statuisse coarguuntur, nec diuinę se iustitię subiecisse, quod sane horũ & superbiam retegit, & mentem præfecturæ percupidam, vel insanam potius patefacit. Quandoquidem id quærat statuere, quod instabile sit, & ea in re frustra versetur. At dei iustitia ex fide constat, quippe quæ nihil exigat, quod nobis gloriosum sit aut graue, sed omnis spes sit diuinã in gratia sita.

Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Postquam & legis iustitiam dixit, ne
A forte qui ex Iudæis crediderant, dicerent Ergo & ipsi hæc amissa iustitia, legem transgressi sumus. Et item, qui prorsus nil crederent, id forsitan obijcerent. Cum constet igitur in lege inesse iustitiam & si minus nos ad id temporis hanc adimpleuimus, omnino tamen sumus hanc obituri. Vtrunque itaque confutans Paul⁹, inquit, legis finem Christus est. Quod enim lex ipsa volebat, vt hominem iustificaret, nec tamen est quod voluit exe cuta, id Christus perficit, & hominem iustificabit. Nec dixeris, qui ex Iudaicis institutis ad Christi fidem contuleris, legem te fuisse transgressurum, cum videas potius legis hãc voluntatem, fuisse in te finem iam nactam, quia in Christum credideris. Nec contra tibi quidem Iudæę hondum fide suscepta ad sperandum est in te perfectum iri legis iustitiã, cuius perfector est Christus. Si iustitiam igitur vindicare hanc cupis, Christus est tibi per fidem suscipiendus: hoc pacto omnium factus es compos.

Christ⁹ p fecit quod lex non p fecerat.

Leui. ij. xviij.

Non enim scribit, Quoniam iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo, uiuet in ea. Confirmat quod dixit Christum fuisse quod lex minus implesset, iam executum: & Mosen asserit dixisse hominem posse ex operibus iustificari, neminẽ tamẽ inuentum esse, qui legis opera ista perficeret, eo ne licere quidem per legem iustificari.

Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo. Quis ascendit in cœlũ? id est Christum deducere. Aut quis descendit in abyssum? hoc est Christum à mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura. Prope est uerbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est, uerbum fidei quod prædicamus.

B *Quod si confessus fueris in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod deus illum excitauit à mortuis, saluus eris*. Audistis legis opera non posse homini iustitiam imperti-ri. Perdiscendum tibi insuper erit, quæ facile liceat, & nullo labore in Christo iustitiã cõparare. Quandoquidem perspicuum sit fidem apostolum in corde fundatam, nec solam oris confessionem exigere. Necessarium autem erit dictum latius explicare. Et quis nam ille qui cœlos sit conscensurus, qui ve in profundum descensurus ad inferos, quod Paulus a Mose sumens longe aliter quam litera habeat, interpretatur. Moses interea quantũ ad literam attinet exteriorem, sic inquit. Dei mandatum Iudęæ iacet tibi sub oculos, nec tibi vt hoc ipsum & potiaris, vel cœlum est inscendendũ, vel subeunda abyssus, sed præsto est illud, & tibi propinquius. Ecce tuo scilicet in ore & mente adest. Nam cuncta tibi per legem aperuit deus. Hæc quidem secundum literam disseruit Moses aliter tamen lõge apostolus. Nil hæsites, inquit, neque id animo subdubius verses, quẽadmodum e cœlo Christus descenderit, & cruci affixus sit, vel ex abysso cum mortem obisset. i. ex abdi-tissimo & ꝓfundissimo loco emerserit, quid potius crede carnem sumpturum descẽdisse de cœlo, quod item a mortuis suscitatus ascendit: deus enim hunc suscitauit. Potes itaq; vel ob suscitationis dignitatem Christo fidem præstare. Quid ergo hac re facilius? Cum in ore salutis vis omnis consistat, & ne ob facilitatem hmõi contemptibile appareat fidei verbum, ostendit fidei aduersari incredulitatem: quæ mente & cogitatione voluatur, eo que his viriliter obsistendum. Ne dixeris, inquit, in corde tuo, hæc illave. i. nihil animo agites quod ambigas, vel si quid occurrat quod te in dubium vertat propelle.

Deuter. xxx.

Nota.

Fidei quid in-cernũ ad-uersetur.

C *Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*. Opus habet & cor oris ministerio. Quid enim prodesset animo duntaxat credere, nisi in hominum conspectu, & verbis profiteremur quod credimus. Iustificat enim q̃ menti insidet fides, perfecta autẽ salus in confessione versatur. Ex ea nanq; & fides splendescit & plurimos iuuat. Eget p̃terea & eos ipsum cordis officio. Nam plerique veritate mentita, & si christum ore fatẽtur, corde tamen ab eo sunt longius.

Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illum non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Nam idem dominus omnium diues in oibus qui inuocant illum. Omnis enim qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Cum diceret corde pręstari crudelitatem, & ore confessionem producit sacris ex literis testimonia, vt quemadmodum fidei, ita & confessionis, & inuocationis, ipsius necessitate nobis commendet. Quia omnis qui credit, & fidem præ se ferat necesse est, qua iusti non confundentur. Cum vero omnis qui inuocauerit inquit, confessionem designat: quæ operatur salutẽ, vnusquisque igitur siue Iudęus sit ille, siue Græcus acceptus est deo, quippe qui sit omniũ dñs, & diues in omnibus qui inuocant illũ. Hoc est, opes in his possidet sempiternas, qui eius inuocauerint nomen, perinde ac si dixeris quispiã imperatorẽ in auro argentove amplissimas habere fortunas. Cũ itaq; credentes deus q̃ diuitiis habeat, nequaquam ipse, & si quauis venia, indigna admiseris, desperes. Est enim ille vel te suscepturus, vel suarum opum in partem locet.

in fide os cordis, et cor oris officio indiget.

Esaiæ. xxviij.

Ioel. ij.

Actu. ij.

Quomodo ergo inuocabunt eum, in quē non crediderunt? Aut quō credent ei quem non audierunt? Quomodo aūt audient sine prædicante? Quomodo uero prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est Quam speciosi sunt pedes annunciantium pacem, annunciantium bona. Dixit superius, quicunque inuocauerit eum saluabitur, coarguit itaque negligentiæ & incredulitatis hoc loco, quia non inuocauerunt. Cur enim (inquit) non inuocauerunt? Qui nō crediderunt, quamobrem nō crediderunt? Num quia nō audierunt? Nequaquam. Audierūt quidem & persæpe. Mox obiectionem hanc subdit. At quo pacto poterant sine prædicante audire? Proinde hanc soluit, dicens. Atqui multi sunt ad eos, qui prædicarent transmissi. At vnde id liquet (dicet aliquis) fuisse hos ad illos dimissos? Ad id demum Prophetā producit dicentem. Quam pulchri sunt pedes annunciātium pacem, annūciantium bona. Nihil enim circumamuētē prædicabant Apostoli, præter bona illa ineffabilia & pacem, quæ esset iam deo cum hominibus ipsis conciliata. Fit ergo vt fidei non susceptæ crimē ascribatur Iudæis, quia non cœperint prædicantes.

Actu. ij.

Esaie. liij.

Sed non omnes obediunt Euangelio Esaias enim dicit. Domine, quis credidit auditui nostro. Cum prædicatores dixisset Prophetarum fuisse testimonio comprobatos, quod diuinitus essent in mundum transmissi, eo quod oportuisset vt audirentur ab omnibus haud dubie, inquit, non omnes Euangelio paruerunt, nihil tamen id iacturę patitur veritas. Illud vero iampridem Esaias prædixit. Quis credidit auditui nostro. Perinde ac si dicat perpauci auditui nostro obtemperarunt.

Ioan. xij.
Esaiæ. liij.

Ergo fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi. Hoc dictum a superioribus pendet, ac veluti perorat, & terminat quæ superius dixerat, prætenditque aliud quiddam se dicturum. Nam tum Iudæis per singula tempora postulantibus signa, & resurrectionem quęrētibus pene oculis intueri, fidem dicit ex auditu constare, quinetiam auditu esse pręstantiorem, eoque præter hanc non esse aliud quippiam expetendum Siquidem auditio hęc non in dictis quibusdam simplicibus, sed diuinis consistat. Itaque si miracula quę a deo prodeunt flagitas, erit tibi & verbis, vt ab eo enunciatis, fides pręstanda.

Ex auditu fidem constare

Ps. xviij

Sed dico Nunquid non audierunt? Et quidem. In oēm terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Haud secus respondet, quam si quispiam diceret. Quid ad iudęos illud, si missi sunt qui Euangeliū pdicarent. Hi tamen horū neminem intellexerunt. Inquit igitur terrarum orbis hos audiuit, & hi dumtaxat sunt auditionis huius expertes, apud quos tandiu sunt prædicantes Apostoli diuersati, essentque & eorum ex genere oriūdi. Quo ergo pacto rationis quippiam habere in se videbuntur hęc dicta.

Sed dico. Nunquid Israel non cognouit? Alia rursum obiectio. Si constat, inquiet aliquis, prædicasse Apostolos, hos uero istorum dicta nihil exaudisse. Ergo ne ueniam merebuntur. Primus Moses dicit. Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam. Et si non aliunde, ex honore saltem, qui gentilibus ipsis imprimis sape re debuissent. Nam cum eos spectarent qui idolis inseruiissent, fuisse tot bonis repēte donatos, oportuit eos vel zeli ductos pernoscere, hos esse gentes, de quibus Moses præcinuisset. Non enim solum honoris immensitas hęc satis iam videbatur, vt sese ad gentes sectandas impelleret, quin illud etiam quod abiecti & viles adeo haberentur, qui tantis essent affecti honoribus, vt nec pro gentibus quidem credi apud alios possent. Id eīn designat, quod, inquit, qui gentes non sunt, & insipientes. Nam quid dari gentilibus ipsis poterat insulsius, qui lignis & lapidibus inhiarent.

Deuter. xxxij.

Esaias autem audet dicitque. Inuentus sum à non quærentibus me, palam apparui eis qui me non interrogabant. Mosen cum dixisset priorem fuisse de gentibus vaticinatum, mox alium inducit prophetam, eadem illa apertius asserentem. Esaias, inquiens, audet, & dicit id est visus est que vera sunt nudius explicare, & potius discrimen subire, quam obticere. Inuentus aūt sum, inquit, a gentibus qui minus me quęrent, nec plane rogarent. Quos aūt Moses Gentem insipientem appellat, hos Esaias non quærentes neque rogantes dicit tanquam indociles & rationis expertes, & quibus essent dei verba insensa. Oportuit itaque vel ex his omnibus Iudæos non ignorare sese fuisse depulsos, & esse alienos & Gentes inductas.

Esaię testimonium.
esa. lxvij.

Esa. lxv.

Ad Israel autem, dicit. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem sed contradicentem mihi. Ne causam habeāt excusandi, φ se gentibus deus inuētu facilē præbuisset, sui vero cōuersationē defugerit. Si inquit. Tota die. i. per omne tēpus, manus meas expandi, vt vos ad me traherē: at vos populus incredul⁹ quidē & cōtumax obstitistis, vobis itaq; id crimini datur non mihi. Ipse nanque distentis brachijs, ad me vt uenias, hortatus sum;

Populus Iudæus contumax. & incredulus.

A vos tamen minime paruiſtis. Vnde patet ſane Iſraelitas & prædicantes aduenisse Apoſtolos,& cognouiſſe,haud tamen voluiſſe illorum dictis obtemperare.

CAPVT VNDECIMVM.



Dico ergo, Nunquid repulit deus populū ſuum? Abſit. Nā & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abrahā de tribu Beniamin. Non repulit deus plebē ſuam quam præſciuit. Cum Iſraelitas affirmet populum contumacem, perinde ac ſi dubitās,inquit. Num quod populus ſit inobediens,eo & falſæ ſunt repromiſſiones? Minime. Neque enim quem præſciuit populū de⁹ reiecit, id eſt quem nouerat eſſe ad fidem ſuſcipiendā idoneum. Sum etenim & ipſe Iſraelita. Deinde, ne illi obijcerent te ergo ſolum pro populo ducis:rurſum infert,non reieciſſe deum populum ſuum, cum cōſtet videlicet ad hominium tria milia exitiſſe,ſicuti patet in Actis apoſtolorum,& alijs infinitis,qui in Chriſtum crediderint. Actu.ij.

An ignoratis in Helia, quid dicit ſcriptura, quemadmodum interpellat deū aduerſum Iſrael. Domine prophetas tuos occiderunt, & altaria tua ſuffoderunt, & ego relictus ſum ſolus, & quærūt
B *animam meam? Sed quid dicit reſponſum diuinum? Reliqui mihi ſeptem milia uirorū, qui nō curuauerunt genua ante Baal:* Ne forte id dixerint, quid ais Paule, tribus milibus aut milibus quinque,vel numera multitudine tantum populi innumerabis,qui arenæ & ſtellis aſſimiletur. Inquit igitur Heliæ temporibus milia hominum ſeptem ſuperfuiſſe,quibus erat de ſalute ſperandum,quod tamen nec Heliç ipſi innotuit. Nunc vero non iniuria dixerim,quamplurimos eſſe qui Chriſti fidem exceperint. Quod ſi vos latet, nil mirum,quandoquidem & Helias ille ſuç ætatis homines ignotaret, qui ſalui eſſent futuri. Helias. iij. Reg. x
Tacite autem cum rem aliam videtur tractare,& Chriſti mortem interſerit,cuius ſe cæde hi inquinaſſent iampridem & ab initio prædicatam. Verum aſſerant illi Chriſtum ſe ſe occidiſſe vt ſeductorem, quo pacto,inquit, & priſcos illos prophetas maiores veſtri e medio ſuſtulerunt: num & illi ſeductores fuere? At nobis dicturi ſunt pro eorum licētia,& moleſti erant & graues:verum cur illi & altaria diſturbabant, num illa poterāt improbrare? Cur prçterea & Heliam qui pro eorū ſalute intercederet,factitaretq; admiratione quæque digniſſima vt morte afficerent,conquirebant. Cum itaque tantus eſſet improborum hominum numerus,ſeptem milia duntaxat ſibi elegit dominus,ſicuti reſponſum diuinum dicit,id eſt apparens deus & loquens. Haud igitur eſt quoquam modo mirandum,ſi vel gentes & quos dignos præſciuerit, ſelegerit deus, quod clarius inſequentibus demonſtrabit. Iudçi prophetas primo & īde xp̄m e medio ſuſtulerunt.

Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ ſecundum electionem gratiæ dei ſaluæ factæ ſunt. Quemadmodum enim frumentum,contuſis eiectiſque paleis prius reſidet, ſic malos reprobans deus,ſibi digniores reliquit. Cum autem ſecundum electionem, inquit, gentiū
C ſtudium patefacit,quo ſibi ſint electionis huiuſce dignitatem adepti. Cum vero gratiæ dicit,dei dono id factum prçtendit.

Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non eſt gratia. Maximum ſane in modum inexcuſabiles fore hos aſſerit, qui ex Iudæis Chriſti fidem non exceperint, perinde ac ſi dicat. Nec enim excuſare illud poteſtis,negotia deum & labores exacturū, ab hisqui ſe & ſectētur & colant,quippe qui omnia ſit per gratiam elargiturus, Cur ergo ſalutem reſpuitis:præſertim cum id boni poſſit tam facile vendicari. Volentes itaq; omnes ſalui ſunt facti,quos dei ex populo eſſe conſtaret. Nequaquam ergo populum ſuum repudiat deus,qui dignus ſalute ſit. Nota diligenter.

Si autem ex operibus non ultra eſt gratia. Quoniam opus non amplius eſt opus. Si ex operibus deo grati efficeremur,vacaret gratia:ſi vero gratia vacet & ſuperuacanea ſit,vel opera ipſa tollantur neceſſe eſt. Vbi enim gratia inerit,nulla requiritur operatio: & vbi operatio,gratia nulla exigitur.

Quid ergo? Quod quærebat Iſrael, hoc non eſt conſecutus, electio autem conſecuta eſt. Cum aperuit quid gratia ſit, eamque dei donum ſine vllis operibus hominum eſſe monſtraſſet aſſerit demum Iſraelitas cum iuſtificationem conquirerent, nequaquam fuiſſe hanc conſecutos,quia nec recte quæſiſſent. Et ex operibus ipſis,q̄ fieri non poterat, iuſtitiam ſe habituros ſperarent. Electio autem,hoc eſt,qui electi fuiſſent illam ſunt nacti. Oſtēdit Iſraelitæ iuſtificationē non aſſequuti ſunt.

A quid profundius aperit, videlicet queadmodũ a mortuis resurrectio, vt non Iudæorum gratia futura est, sic est, nec illorum respectu alijs obuentura est salus, nisi fide habuerint. Quæcunque autem dicere pro Iudæis nititur, lenta quadam gratificatione & frigida ad illorũ gratiã loquitur, nec secus ac solẽt medici ægrotantibus plerũque gratificari.

Quod si delibatio sancta est, & massa Et si radix sancta, & rami. Deliberationem & radicẽ patriarchas appellat: fermentum vero & ramos, qui illorũ persuasu crediderint. Consolatur itaque infideles Iudæos, & vos (inquiens) credentes, sanctimoniã comparabitis. Est em̃ necesse vt delibationi, id est fermento & massa persimilis sit & radicibus rami. Quod si & vos non hanc fueritis similitudinem nacti, & summe erit in vobis & pertinacis nequitiæ argumentum.

Patriarchę delibatio vocantur.

Quid si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Infideles Iudæos ramos appellat confractos, sunt enim sanctiori hac indigni radice redditi. Et recte confracti sunt, dixit. Siquidem nunquã antea constat perdidisse hos deum, vel grauiter deliquentes, vt in præsentiarum sunt perditi. Pro his itaque insertus est, inquit Gentilis, non tamen plãtatus dixit, sed insertus, ostendens Iudæum pro arbore. Quinetiam vel eadem in arbore, id est in patriarchis ipsis, Gentium consistere nationem participemque & radicis esse & qualitatis effectam, id est eiusdem sortiam esse a deo cum illis, & ingenuitatis & gloriæ portionem. Haud quaquam ergo in ramos iactabundus ipse insurgas.

Insertus; non plantatus.

B *Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.* Id sane auulsorum ramorum erit officiorum, nam radicis est fulcire. Vides quam frigide gratificetur Iudęis, consolari illos duntaxat studens, quin potius vt gentes sectentur, hos conciat, aperiens qualẽ sint iacturam perpessi, & quemadmodum alij sua possideant.

Dicit ergo: Fracti sunt rami, ut ego inserar. Bene propter infidelitatem fracti sunt: tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time.

Ostendit hoc loco non propterea fuisse gentiles inductos, quia commisissent Iudęi, sed fidei gratia, quã prę se tulerint illi. Quibusvero in rebus videtur gentiũ nationẽ frenare, Iudæos magis emendat venia quãuis cõmisisse indigna. Interea tamẽ & Gentilẽ instituit & Iudæum, Inquies igitur tu, qui Gentilis sis, ideo fuisse Iudęos effractos, vt insereris ipse. Effracti sunt quidem, sed præ ipsorũ infidelitate, non vt honorẽ aliquem tibi deberet deus. Stetisti enim fide, id est per fidem radici insertus. Itaque & tibi ne cadas verendum est quando non naturæ insertio, sed fidei fit.

Gentiles fidei beneficio iudęis sũt prę lati.

Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, forte nec tibi parcet. Illi (inquit) sanctorum erant patriarcharum filij, & fuere ob infidelitatem diffracti. Timendum ergo & tibi erit, qui inductitius sis, & nuper admissus, ne forte & delinquenti tibi non parcat.

Vide ergo bonitatem & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt, seueritatẽ, in te autem bonitatem si permanseris in bonitate. Alioqui & tu excideris. Sed & illi si nõ permanserint in incredulitate, inserentur, Potens est enim deus, iterum inserere illos.

Non enim quod recte egeris, aduerte inquit, sed dei bonitatem attende. Nam omnium

C summa, huiꝰ in gratia versatur. Et cura, vt incumbas, nõ fidei dixit, sed bonitati, hoc est, adusque finem ea facito sedulo, quæ dei sunt, non indigna clementia. Nam si haud ita te gesseris non aliter ipse es perdendus. Atque illi certo sunt inserendi, si non in fidelitate persti terint, Neque enim illos peior præcedit deus, sed ipsi per se sunt ob suã incredulitatem præcisi. Dei autem dicit seueritatem, quia in illis perceperit tã praue labentibus sed indignos potius iudicarit, qui primoribus & sanctis patribus participes essent, vel aliquo cum illis vinculo necterentur. Prudenter aũt ex his, quæ Iudęo obtigerunt, Gentilem perterrefacit, & Iudæum hortatur gentilis exemplo, vt per fidem & ipse inseratur, redditque illum ob dei potestatem, & spei plenum. Potens enim, inquit, est deus insertionem hanc facere, qui omnes supra humanam spem operatur.

Gẽtiles infici tij & inductitij, quia infidelitate Iudæorũ honorẽ successerint.

Nam si & tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuã quãto magis hi qui secundum naturam inserentur suæ oliuæ. Si gentilis ipse cum improbus sis, maiores tuos habeant oleastro assimiles, a quibus si ob fidem abscisus, & præter naturam fueris bonæ oliuæ, id est patriarchis, insertus quanto magis Iudæus qui natura id boni possideat: nonne ad suam oliuam, id est ad suos patres confugiet? Secundum naturam cum a Paulo dictum inueneris, pro re decenti, & quæ vt sequatur necesse sit accipias. Exempli gratia. decuit sane Abrahæ filium patris sanctitatem sectare, & sanctum fore. Et contra, cũ præter naturã dixerit pro indecenti & alieno sumendũ est. Præter na-

Scd'm naturã, & p̄ter naturã quid apud Paulum.

turam est enim, filium quia scelerato Gentili sit ortus, posse sanctitatem seruare.

Nolo autem vos ignorare fratres mysterium hoc, ut non sitis vobisipsis sapientes. Quia caecitas, ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret: & sic omnis Israel saluus fieret. D
Mysteriū hoc loco illud, inquit, quod nondum vel sciri queat, vel explicari. Quod illud erit? Id scilicet, quod non penitus infideles Iudaei futuri sint, sed ex parte illorum sic caeci tas. Nam, vt superius diximus, ex eis plaerique quos deus praesciisset, fidem sunt assecuti, & alij rursum sunt credituri. Sunt tamen interea caecitate hi capti, donec ex gentibus prę destinati saluentur: tunc demum quicunque crediderit, Israelita videlicet, saluus fiet.

Sicut scriptum est. Veniat ex Syon qui eripiat & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum. Esaiam rursum clamitantem inducit, ex Syon proditurum qui habeat condonandae salutis potestatem & Iraelitarum purgandi peccata. At quando haec dicis futura? Nimirum cum illorum delicta sustulerim, id est cum per baptismum venia dignos reddiderim, quam nondum sunt consecuti, quippe qui caecitate laborent, cum hanc tandem omnino sint habituri.

Esaiae verba a Paulo citata Esa. lix

Secundum Euangelium quidem, inimici propter vos: secundum electionem autem, charissimi propter patres. Sine poenitentia enim sunt dona & uocatio dei. Quoniam euangelio (inquit) ipsi obtemperastis, & estis a deo experti contentiosiore illi effecti sunt, & desciuerunt magis, & inimicitias actius vobiscum exercēt. Et quemadmodum istorum progenitores ab initio deus elegit, sic nec sinet hoc prorsus iri disperditum, quippe quos diligat & susceperit sit demum, si credant.

E

Sicut enim aliquando & uos non credidistis deo: non autem misericordiam consecuti estis propter illorū incredulitatem, ita & istis nūc non crediderūt in uestram misericordiam, ut & ipsi misericordiam consequantur. Confirmat Israelitas adhuc demum futuros. Vos quidem Gentiles, inquiens, & si priores vocati, parere deo nil voluistis, quo factum est vt Iudaei acciti sint & legem acceperint. Deinceps his rursum excisi, nec Christo obtemperantibus, reuocati vos estis & misericordiam consecuti, & commissorum remissio per vos impetrata, vel his condonabitur, quandoquidem & ipsi vos imitati, credituri sunt tandem. Vnde & eadem quam ipsi iam estis adepti, misericordiam consequentur.

Paulus israelitas cōfirmat.

Conclusit enim dominus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur. Id est, coarguit hos incredulos, vt alterna contentione alteros saluos reddat. Prius nanque ob gentilium contumaciam sauabit Iudaeos (vt dictum est) Iudaeis minus obtemperantibus, Gentiles salui sunt facti. His salutem adeptis, aemulatione impulsi Iudaei, salutem nouissimis seculis vendicabunt, ita vt omnes dei misericordiam assequantur.

O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uiae eius. Dei dispositiones reputans secum Apostolus, vel quae a mundi cōstitutione fere vnquam, animo versans, quemadmodum scilicet contraria constare cōtrarijs faciat, per quae alterius inobedientiam, alterius obsequium arguat, miratur & obstupescit. Nihil diffusus, qui nostra tam optime disposuerit, vel in futurum de Iudaeorum salute rationem denique habiturum. Diuitias vero bonitatem appellat, cuius vel solam altitudinem demiratur, qui de quantitate differens conticescat. Diuitiarum vero ideo intulit, quia gentiles ipsos ex fide praediuites fecerit. Cum bonitate praeterea dei sapientiā expauescit, mirabundus & stupens qua & nostra dispenset, & gentiles indociles reddat prudentiores. Et scientiam stupet, qua quod cuique vtile sit, facile internoscit. Nec eius comprehensibilia iudicia dicit, sed inscrutabilia, id est quae scrutari nequeāt prorsus, nec plane disquiri. Et viae, id est, dispositionis, quae non modo nulla possunt cogitatione cōplecti, sed ne inuestigari quidem cum nec vllum pateat.

Sap. ix

F

Altitudo diuitiarū dei.


Quis enim cognouit sensum domini? Aut quis cōsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, ut retribueretur ei? Solus, inquit, quae sua sunt nouit deus, & praeter eum alius nemo. Cumque & sapiens sit, & alio consultore nemine est ad sapientiam eruditus, sed ipse sibi est satis, & bonorum omnium fons quodcunque largitur, non accepti muneris vicissitudine, nec vili obnoxius, sed bonitate largitur. Quis enim prior tadidit illi, id est deo vt ei retribueretur, id est, vt dei beneficium tanquam remuneratio aliqua accepti officij reddita existimetur.

Esaiae. xl. Rom. ix i. Cor. ij.
Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso facta sunt omnia. Ipse fons omnium est & origo quod cum ex ipso, inquit, praetenditur, & omnium rerum affector, quod per ipsum significatur, & in se cuncta complectitur, q cum in ipsum dicit, exprimitur. Vniuersa nanque ab ipso ortū hñt, & per ipm effecta sunt, & in ipsum tanquā in fundamentū aliqd' mixta

A perstant & continentur, & vertuntur omnia.

Ipsi gloria in secula seculorum, Amen. Solet Paulus cum magni aliquid dixerit, & gratias agere perorans, quemadmodum & hoc loco facit. Nam postquam dei & bonitatem & sapientiam scientiamque & dispositiones contemplando obstupuit, gloriam illi & laudem reddit, nosque facere item instituit, vt bonis affecti ingentibus, & verbis & optimis vitae actionibus, gratias deo & laudes referamus. Paulus semp perorat cũgratiarũ actione.

CAPVT DVODECIMVM.



Bsecro itaq; uos fratres, per misericordiã dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam deo placentem, & rationabile obsequium uestrum. Postquã satis est sermoni dogmatico immoratus, ad moralẽ procedit. Vbi vero ineffabilẽ dei erga nos dispensationẽ ostendit & bonitatẽ, hortatur & orat, per dei misericordiã. Proinde hanc mediatricẽ proponit, vt huius saltem pudore ducti, nil ipsi agamus quod sit ea indignum. Verum quid ille orat? Nẽpe vt preparemus corpora nostra, id est vt illa ad praelium exponamus, dici enim sic vulgo solet. Parauit militiae princeps ad bellum acies, & instruit. Vel quia debemus ipsi deo membra haec nostra, tanquam imperatori, proferre probatiora, & fortia.

B Istiusmodi enim sunt qui principibus astant, quin etiam eadem illa in hostiam viuã sunt offerenda, vt hisdem castigatis tandem & fere confectis, secundum spiritum vitam ducamus. Enimuero nõ est Iudaeorum immolatio deo accepta. Quis enim hanc, inquit, a manibus vestris requisiuit. Fidelium vero sacrificium & rationabilis seruitus, magnum in modum a deo reposcitur. Inquit enim, immola deo sacrificium laudis, & illud sacrificium laudis honorificabit me. Rationalis autem seruitus non solum quae ratione & iure optimo deo impenditur dici potest, sed etiam quae secundum Christum ducitur vita, cum nullum in nobis, quod absurdius sit, vitium, dominatur. Sed nostra omnia & ratio ipsa moderatur & aequitas. Et quemadmodum pontifex aliquis maximus sui iuris efficitur, cum internam mactat nequitiã, & siue verba hic faciat, siue quid agat, deo videtur assistere, sic tibi stepidandum assiduo, nec secus ac solet pontifex ille, cum rem agit diuinam, & sacris astat altaribus. Rationalis seruit° q̃ dicatur a Paulo.

Nolite confirmari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri. Et modum suggerit quo sit rationalis haec seruitus cõparanda, qui modus tunc sane per nos adhibebitur, cũ nihil erimus huic saeculo ipsi conformes, quod nihil habet quod aut diu constare possit, aut stabile sit; sed illius cuncta & momentanea sunt, & figuram vel solam asseruant, nec substantiam habent aliquam quae subsistat, & firmior sit. Nolite igitur huic seculo conformari, nutabundo & labili. Id est, nolite sapere quae seculi sunt, sed mentis vestrae innouatione transformamini. Hoc est, innouate vosipsos, exẽpli gratia. Es ipse diuturnis criminibus obuolutus, obduxit animum tuum prauis facinoribus, & vetustior iam affect° est ille, nouum hunc reddito. Castiga & stude vt magis ac magis in viam redeat castigatus.

C Sic proculdubio innouaberis cum formam hanc tuam ad meliora transtuleris. Aduerte autem eum nos conformari minus debere huic saeculo dixisse, quia breue sit illud & facile dissoluitur, & figuram prę se labilem ferat. Cum vero de virtute agit, & spiritus innouatione, transformamini intulit, vt virtutem ostendat nullam habere in se adumbratam figuram, sed formam veram & subsistentem, nec illo indigere exteriori ornatu, quẽadmodum mundus qui se & comit quidem, & figuris quibusdam expolit, vt nos fallat. Debemus itaque semper in virtutis effigiem transformari. Innouatione a prauis ad bonum desumpta, & a minori virtute prouehi ad maiorem. quęrenda spiritus innouatio.

Vt probetis quae sit uoluntas dei bona, & bene placens, & perfecta. Cum innouamini dixerit, noui semper effecti, infert etiam cui rei conducat istiusmodi mentis innouatio. Inquitque vt praebeatis, id est, vt noscaris quae dei uoluntas sit, qui enim mentem gesserit vetustate confectam, longe abest a diuinae voluntatis cognitione, quae sane exigit vt in spiritu & paupertate viuatur, & luctu, & alijs in rebus, quas lege cauit. At qui mente & animo innouatur, tenet hauddubie quid deus velit. Nec tamen ea cognitione qua & Iudaei qui a lege pendebat. Quae etsi pro Dei voluntate in legem sit habita, alio quin nec grata fuit, neque perfecta. Non enim vt praecipua lata est illa, sed ob illorum imbecillitatem concessa. Testamentum vero hoc nouũ & perfectum est, & deo acceptum. Potest secundum Basilium dei voluntas vel in hunc modum intelligi. Quod Cui rei cõducat mẽtis innouatio, quãpostulat Paul°. Testamẽtum.

multa vult deus quæ partim quia nobis in beneficium cedant, & bonitate sunt plena bona dicuntur, partim mala, quia inferunt malum. Quod profecto tum fit, cum nostris prauis facinoribus irascitur deus, tametsi illorum finis optimus sit futurus. Debemus igitur bonam hanc dei imitari voluntatem. Quæ vero fuerit ad malum procliuior, nequaquã erit sectanda. Non enim ipsi inferendorum malorum sumus ministri, sed potestates illę peruersæ funguntur hoc munere. Primum itaque aduerte quæ sit dei voluntas in bonũ. Qua præcepta, quid illi deinceps sit beneplacitum, specta. Sunt nanque bona pleraque quæ vel temporis ratione, vel personæ nihil placeant. Exempli gratia, Bonum est quidẽ deo offerre incensum. Ozias tamen cum id obtulisset, non placuit. Bonum præterea fuit vt dei arcana discipulis crederentur, haud tamen erat cum nõdum tempus adesset deo id placitum. Non enim, inquit, potestis nunc portare. Cum autem simul & bonum erit & bene placens, curandum vt perfectum & integrum sit. Quod bonum cum erit hoc modo absolutum, vti res postulabit, tribuendum est. Non mancum vel imminutum, sed in simplicitate, id est affatim & liberaliter. Quod si parce illud donetur, nil plane perfectioris mensurę modum assequetur istiusmodi largitio.

Sapere plus quã oportet quid sit apud paulum.

Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omni qui est inter uos, non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Præ sua humilitate Apostolus nullibi dignum se dicit cui fides præsietur. Sed dei clementiam & gratiam sæpe interserit, quibus omnia se consecutum fatetur. Nõ meum aliquid, inquit, edissero, sed dei ex gratia & eius suggestu dicta hæc profero. Omnibus autem edico tam priuato quam magistratum gerenti, non esse vltra quam scire oporteat sapiendum. Et primum quidẽ de humilitate differit. A qua & Christus exorsus est, cum inquit. Beati pauperes spiritu. Quod autem Paulus hoc loco sentit, huiusmodi est. Oportet quidem sapere, hoc est excelsam habere mẽtem, sed ad habendam cælestium cognitionem, & conculcanda terrena. Non vt in proximos superbiamus. Id enim fore longe plus sapere quam oportet. Sed vt sapiamus ad sobrietatem, id est, ad humilitatem. Accepimus enim sapientiam non vt ea ad sapientiam, sed ad sobrietatem, hoc est ad humilitatem vtamur. Quod eo dixit, vt arguat qui se non humilẽ exhibet, desipere, & plane afferri. Qui vero præ se tulerit humilitatem, mẽte hunc esse integra, eoque & optime sapere prædicari. E

Vnicuique sicut deus diuisit mensuram fidei. Cum diceret nobis non vltra sapiendum, quã ratio ipsa deposcat, sed sobrie sapiendum differit, & quemadmodum sapere debeamus. Et vt sic sapiamus, vt putemus vnicuique deum fuisse mensuram fidei impertitum. Et quoniam singulis deus fidei mensuram diuisit, non enim id tua virtute, sed Dei munere effectũ est, quod siue magnum sit illud, siue exiguum, deus ipse largitus est. Fides autẽ hoc loco pro dei gratia sumenda est, qua illi miracula factitarent. Duplex nanque est fides nostra. Altera vt illud. Fides tua te saluum fecit. Altera dei est donum, qua fiunt mirãda, vt illud, si habueritis fidem, vt coccum sinapis, diceretis monti huic &c.

Fides nostra duplex.

Sicut enim in uno corpore multa mẽbra habemus, omnia aũt membra non eundẽ actum, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli aũt alter alterius membra. Corporis & membrorũ exemplo eorum tollit elationem, qui sapere vltra modum conquirunt. Nam quẽadmodum vnum est corpus, & membra habet diuersa, varios actus operantia, sic & fideles, ipsi, vnum in Christo sunt corpus, tãquam capiti innixum, & pro se quisque adinuicem est alterius membrũ. Ita vt non solum qui maior est, minoris sit membrum, sed minor maioris. Nolite ergo inuicẽ superbire, qñquidẽ & ipsi nõ secus ac mẽbra, alterna ope ĩdigetis. F

Habentes aũt donationes, secundũ gratiã quæ data est nobis differentes: siue prophetiã secundum rationẽ fidei. Non enim numerum vel magnitudinẽ vel paruitatem expressit eos habere, sed varietatẽ. Vt vel ex nomine ipso eorum qui efferuntur reprimat insolẽtiam. Nec officia dixit & virtutes, sed donationes appellat, vt a deo asserat ista concedi. Quinetiam vt seniores ad studium excitet, ostẽdit & ipsos, vt frui his donis liceat, conferre aliquid posse. Vnde, inquit, siue prophetiam secundum fidei proportionẽ, quæ etsi gratiæ sit loco habẽda, haud tamẽ effunditur temere, sed tantum influit, quantum vas aliquod offeratur, quod excipere sit accommodum. Cuius prophetiæ idcirco meminit prius, vt nos commonefaciat, ne condẽnemus vel delinquentes, qui id muneris sint consecuti, diceret deus quos mea gratia ipse non spoliarim, tu quis es, vt contemptui habeas?

Prophetia.

Siue ministerium in ministrando. Est sane priuatum quoddam dispensandi donum administratio, qualis illa septem diaconorum fuit. Potest tamen pro quouis opere spiritali intelligi. Infert igitur. Si quis administrationem susceperit, in administratione vide-

A icet maneat neque præter hanc aliud quærat, neque in alium superbiendo, insurgat, sed maneat accepto contentus.

Siue qui docet in doctrina Si generalem quandam administrationem intelligis, accipe etiam huius & species innumeratas. Si priuatam, attende quemadmodum vel huius prius fecerit mentionem. Vel si inferior sit, & doctrinam quę sit longe pręstantior secundo loco posuerit, indifferentem in his ordinem præferens, & plane per hæc instructurus, neque intumescendum his esse, nec quodam pacto superbiẽdum, qui alijs præstare quauis gratia videantur.

Qui exhortatus in exortationibus. Quinetiam vel huiusmodi exhortatio doctrinę quędam est species. Ea quippe dicitur esse doctrina vel simplex, quę possit de re qualibet disputare obiecta. Exhortatio vero quæ animum mœrore vel ira effectum: & continet verbis & frenat. Qui igitur (inquit) hortatur, in hortationibus perstet, hisque & operam impendens, neminem per insolentiam aspernetur. matt.xxv

Qui tribuit in simplicitate, qui præsidet in solitudine. Cum doctrinam & exhortationem commeminisset, quæ animis præsident ad tutelam, nunc de rebus corporeis differit, quę secundo sunt loco habendæ. Simplicitatem autem abundantiam dicit. Est enim necesse abunde largiri. Nulla nanque permansura est virtus, quæ exercetur remissius. Accedit & virgines, cum oleum haberent, alioqui quia satis esse non videbatur, fuisse re- Negligẽtia in prælatis.
B lictas. Nec minus pręsidentem oportet diligentissimum esse, nec munus sibi iniunctum exequi negligentius. Præsidere nanque est, cum verbis, tum proprij corporis adminiculo opem præstare indigenti. Et quoniam pecunijs iuuandos fore inopes dixit, & earum non multis sit copia, esse tamen cum præsidemus egenis pro viribus studiosissime succurrendum iniungit.

Qui compatitur in hilaritate. Dixit superius abunde esse & solicite tribuendum. Et quoniam plærique, & si multa impartiantur, inuiti tamen id agunt, mœstique conferunt sua, necessarium fore, inquit, vt in abundanti largitione nulla insit tristitia, sed hilaritas potius & tranquilior facies. Est nanque lętandū magnopere cum tibi tenui quodam, & perexiguo precio cælum vendicas. Aduerte autem hoc largientis esse; & commiserantis discrimen, quod alter quod ab alio ceperit, in alium confert, & alter vero quæ sua sunt tribuit. Dādū est hilaritate

Dilectio sine similitudine. Ostendit quemadmodum perfici possint prædicta, nūc charitatem ait nequaquam debere fucatam esse. Tunc em̄ & amorem dicit subsequuturum & cuncta factu fore facillima, cum is qui clementior sit, hilarem se in locando beneficio præstet, & diuitias alienis perinde ac sibiipsi impartiat. Et si præfuerit oī studio pręsit, quandoquidem proximi gratia non secus ac pro seipso contendat.

Odientes malum. Dixit in charitate. Et quoniam est noxium quoddam amoris genus, eiusmodi prædonum, vel istiusmodi ad furta conspirantium beneuolentia, illud infert. Odientes malum, id est ex animo malum odio habetote. Cūque plerique sint qui & si res ipsa a prauis abstineant facinoribus, sunt tamen ea perpetrandi cupidiores. Odium
C inquit, aduersus nequitiam ꝙ ex corde prodeat a vobis exegerim, vt anima purior sit & interior. Neque cum illud auditis, amate vos inuicem, existimetis vos cōcitari, vt cōspiretis ad malum, sed velim (quod ex his longe diuersum) alienos vos fieri, nō modo ab actionibus prauis sed etiam ab omni mentis affectu qui ducat ad malum.

Adhærentes bono. Nec sat est mala defugere, sed incumbendum etiam vt bona operemur. Propterea & bono inhærentes dixit, id est, vt animi quodam affectu quo bonum est prosequamini. Nec secus ac deus, cum virum fœminę arctius copularet, vxori inhærebit, subiecit. Gene.ij

Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Commonefeci vos, inquit, vt mutua vos beneuolentia complectamini & merito quidem id erit per vos exequendum, estis nanq; fraternitatis vīculo nexi, & vna ex vulua & lauacro procreati. Æquū est itaque, vt ad inuicem amicitiam ineatis, qua vel magis fraternitas hæc innotescat, vt amicitia quam fraternitas parit, gratior sit futura & firmior.

Honore vos inuicem præuenientes. Differit hoc loco, quemadmodum fraterna hæc charitas diu sit permansura, tum scilicet, cum se fratres honore præuenerint, in eoque exhibendo se, vel offlcīs alternis anticipent.

Solicitudine non pigri. Quoniam videntur plerique proximum animo duntax

xat prosequi, nec tamen manum porrigunt indigēti, vel opem ferunt, studio esse, inquit, D.
& diligentia committendum, vt dum alijs præsidemus, & auxilio simus.

Nō sufficit amare nisi man^9 porrigatur egēti.

Spiritu feruentes. Haud secus hæc quispiam roget, quo pacto efficiemur solicitudine non pigri? Respondet, Si spiritu erimus feruentiores, id est si exciti fuerimus & charitatis ardore incensi. At illud velim aduertas, quod cum plerasque virtutis species explicasset, demum & spiritu feruentes intulerit, perinde ac si quis fuerit dicta hæc omnia consecutus & spiritus sit gratiam habiturus, & ab eo incensus feruescat.

Mat. xxv

Domino seruientes. Cum fraternitatis amore teneris & charitatem simul habueris, & reliqua (quæ superius narrata sunt) nactus, tunc deo videberis inseruire qui in se excipit, quodcunque in fratrem contuleris.

Spes de futuro.

Spe gaudentes. Quoniam magna quædam & factu difficilia egisse videtur, ait nunc quemadmodum fieri hæc facillime queant, si spe, videlicet ipsi iuuabimur: etenim virilem admodum animum reddit spes, & ad obeunda pericula fidentiorem.

In tribulatione patientes. Et quoniam spes de futuris habetur, asserit eum tam in præsenti hoc seculo, quam in futuro magni aliquid boni vendicaturum, qui ex angustiæ & pressuræ tolerantia de se periculum fecerit.

Orationi instantes. Magno vel id futurum est adiumento, id est oratio ipsa, vt consequi cuncta possim, quæ sunt superius explicata. Nec quidem simpliciter orantes, dixit, sed orationi insistentes, vt si nihil initio statim acceperis deprecatus, instando tamen ad votum cuncta perficias. E

Eleemosynæ.

Necessitatibus sanctorum communicantes. Superius dixit qui in hilaritate commiseretur, vniuersis plane manum porrexit, & opem tulit. Nunc uero de eleemosyna meminit, quę in fideles ipsos conferiur, quos sanctos appellat: nec solum inquit istorum necessitatibus subuenire, quin velim & participes fieri: arguens pro mercimonio id haberi oportere, cuius & lucrum commune sit concessurum: siquidem tibi tribuenti argentum, illi contra daturi sunt cælum, sic sane cum nummis cælestia commutabis. Nec delicijs sanctorū dixit: sed necessitatibus succurrendum, vt ocius impetret quod hortatur. Nam quo pacto non inhumani vel immanes potius videri debent, qui sanctorum non subueniant indigentiæ?

Non delicijs, sed necessitatibus succurrēdū.

Hospitalitatem sectantes. Non dixit tractantes: sed sectantes, vt nos instruat, nil expectandum fore, & nos adeant pauperes, sed occurrendum his potius esse. Insuper & prosequendos hos esse, vt Abraham & Loth illum fecisse memoriæ proditum est.

Gē. xviij. xix.

Benedicite persequentibus uos, benedicite, & nolite maledicere. Postquam eos de charitate fraterna, & erga proximos amore instruxit: demum quemadmodum nos erga inimicos debeamus habere, edisserit. Neque id dixit, nolite vel odia exercere vel vindictas, sed qđ præstantius est: benedictis prosequimini vobis infestos. Porro qui pro Christo se insectantibus benedixerit, arguit se id lætiori animo ferre, quod eius gratia tolerat quem colat plurimum. Contra vero qui maledictis se lacessentem insequitur, eo grauiter se id ferre quod patitur patefecit, quia cum nihil amet, cuius ob gratiam iniuria lacessitur.

Gaudere cū gaudētibus animi est ab oī inuidia liberi.

Flere cum flentibus, & gaudere cum gaudentibus. Mira est opus animi magnitudine vt nō modo vacemus inuidia, sed etiam adgaudere possimus, lætitia exultantibus. Per id nanque arguitur animus omni prorsus inuidia liber. Siquidē longe est maius gaudentibus congratulari, quam edere cum flentibus gemitum. Lachrymas nanque natura suggerit, & ad commiserandum faciles reddit. Ad misericordiam igitur nos erudit, & vt animo simus erga omnes beneuolentissimo, vel in eos ipsos qui nos persequuntur.

Superbię morbo laborabant Romani.

Idipsum inuicem consentientes. Rursum de sobrietate & humilitate nunc differit, & merito quidem. Insederat enim in vrbe regia, vtpote rerum potita, superbiæ morbus. Sēsus autem huiusmodi est: & si magni te ducis, haud tamen qui frater sit, te inferiorem existimabis. Vt enim tenuem illum & humilē putas, sic velim de te & ipse sentias. Nunc enim in modum omnem disparitatem æquabis, nec illum contemnes tanquam tibi sit impar, sed æque hunc ad ipsum te honoribus persequeris.

Non alta sapientes, sed humilibus consentientes Quo pacto dicet aliquis, quod paulo ante dictum est, consequi quispiam poterit? Nēpe si altiora, inquit & superba minime sapuerimus, sed cum humilibus, id est vilioribus, abiectis, & contemptibilibus consentiemus id est deferemur, & illorum nos sorti annumerabimus.

Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Hoc est, nolite vel vestræ prudentię vel viribus A ita confidere, vt existimetis nemine vos indigere consultore, & quæ recta sunt suggerente. Moses em̄ & si dei colloquio fruetur, opus tñ habuit quẽ consuleret socero.

Nulli mundus pro malo reddentes. Si alium quempiam dixeris nequam esse & improbũ cur ipse hunc imitaris, & quæ praua sunt peragis? Nec solum inquit, nil mali credent intuleris, sed neminem dixit, vel Græcus sit ille, vel quiuis alius fuerit.

Moses soceri consilio iuuabatur.

Providentes bona coram omnibus hominibus. Non enim vt adiactant iam viuamus, hoc intulit, sed nec causam alijs præbeamus nos obtrectandi præsertim cum plurimi sint qui dicta nostra & facta obseruent.

Si fieri potest quod vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.
Recte dixit, si fieri potest. Nã sæpe quietẽ ducere possumus, nec pacem seruare, præsertĩ cum de fide certamen aliquod oritur. Age igitur, inquit, nullam pro viribus cuiquã dissidij vel obturbationis occasionem obtuleris. Verum si religionem fidem ve offensum iri prospexeris, obsiste virili & ingenti animo pro veritate tutanda decertans. Nec dixerim, hominem ipsum odio habeas, sed illius sit tibi odiosa impietas, vel potius hunc cõmiseratus curandum per te, & ad sanitatem reuocandum existimato Sic fiet, vt quod interea videbatur non posse, factu facillimum sit, & quantum in te fuerit, pace sis vsus, impietate duntaxat oppugnata.

Impios odio non esse habẽdos, sed impietatẽ.

Non vosmetipsos vindicantes charissimi, sed date locum iræ. Scriptũ est enim. Mihi vindictam & B *ego retribuã, dicit dominus.* Cedite inquit iræ, id est, diuinæ, quæ illatas vobis iniurias vĩdicabit. Nam si pœnas de iniuriam inferentibus sumpti vos estis, non vobis opem laturus accurret deus. At si illos missos feceritis, acerbius in hos vindicabit. Apostolus autẽ eo hæc intulit, sacratum literarum testimonio comprobata, vt consoletur intollerantes, qui nihil magis voluptati habent cum offenduntur, quã vt cõtumelias vindicent.

Deutero. xxxij.

Sed si esurierit inimicus, tuus ciba illum. Si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis cõgeres super caput eius.
Plurimus a nobis sapientię exigit. Quid ergo, inquiet quispiã: num erga lacessentes iniuria, pax erit vtenda? quin etiã vel beneficia conferenda esse iniunxeri, inquit, quippe qui sis in caput illius congesturus carbones. Quod eo intulit, vt eorũ qui lacessuntur & affuciuntur iniurijs subleuet animi pusillitatem, quibus nihil adeo videtur suaue, quam hostẽ spectare cruciarum subijsse: quasi illud inquiat deus. Visne in contumeliosum & lacessentẽ exercere vindictã? Boni aliquid in eũ conferto tunc acerbior ero tuæ iniurię vindex. Vnde & cũ acriora tormenta p̄tenderet, fore dixit vt ardentes in eũ carbones accumularet, & ea propter illud prædixit esse diuinæ iræ concedandum.

Cõgerere carbones in caput inimici quõ sit intelligẽdũ

Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. Hoc loco tacite arguit, non eo esse inimicos cibandos, vt acriora illis supplicia inferamus. Hoc plane sibi vult illud, cum inquit. Noli vinci a malo, hoc est, in quempiam iniquo & maleuolo animo gesseris, nec hunc tibi imitandum desumpseris, qui officere soleat & obesse. Hæc nanque tua erit victoria, quin potius quouis studio nitere beneficio vincere eundemque ex improbo reddere probiorem. Quę autem supra commemorauit apostolus, vt eos qui pusillo sunt animo, & impatien C tes demulceat [illegible], nunc vero hæc quæ perfectiora sunt, explicauit.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.



Mnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Postquam satis iã auditorũ mores instituit, eosdemque vt humanos se erga hostes exhibeãt, cõmonefecit, inducit aliud quoddam instructionis genus, & vniuersos erudit, siue sacerdos sit, siue monachus, siue apostolus, vt se principibus subdant, cuiusmodi subiectio nil prorsus est dei sublatura cognitionem. Quod idcirco Apostolus admonet, vt ostẽdat euangelium homines non vt a deo desciscant instruere neque ad crudelitatem hos erudire, sed ad gratitudinem potius & fidem.

Non enĩ est potestas nisi a deo: quæ autẽ sunt, a deo ordinata sunt. Quæret aliquis Quid ais Num singuli a deo principes instituuntur? Non illud assero, inquit, neque de singulis qui hoc principatus munere, funguntur nunc mihi est sermo, sed de re ipsa. Namque constitutę sint potestates, & alij dominẽtur, alij vero dominorum

Non omnis princeps a deo

imperio pareant, ne confuse omnia differantur, diuinæ sapientiæ esse dixerim opus. Neque D enim dixit, nō est princeps: sed nulla est nisi a deo proficiscatur potestas: ita vt de ipso principatus munere non de principe disseras. Sicuti cum sapiens aliquis dixerit. A deo vxor viro coniūgitur, haud sane inquit, quicunque cum vxore rem habeat ex eo sibi vxorem connectere, sed deū hanc copulasse, qui & nuptias fecerit. Potestates itaque omnes quascunque animo & cogitatione versaueris, a deo sunt institutæ, siue patris in filium, siue in vxorem viri, vel si quas alias dixeris, siue cæteras omnes quas esse vel inter bruta animantia constat, quales apium, anserum, & piscium sunt, & eiusmodi.

Potestas oīs a deo instituta quā late pateat.

Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui aūt resistunt, ipsi sibi damnationē acquirunt. Ne forte illud fideles obijcerent, nos ipse reddis obiectiores, qui cum sim⁹ regno cœlorum potituri, principibus subdas, ostendit deo esse subiectos qui magistratibus parent. Quinetiam quod est horribilius adijcit, eum videlicet qui his minus paruerit, deo obsistere, qui illos instituit. Qui vero obstiterit, cum deo, tum hominibus pœnas daturum. Quod sane per illud significatur, quod inquit damnationem sibi acquirunt.

Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonū fac, & habebis laudem ex ipsa. Quid trepidas, aut quid timore corriperis, num tibi recta agenti: mala ingesturus est princeps? Non enim ille formidini futurus est ei, qui virtuti incūbit, quin potius si bona egeris, in tui gloriam assidebit, tantumque aberit, vt se tibi formidolosum exibeat, vt vel laudum tuarum sit præco futurus.

Dei enim minister est tibi in bonum.

Princeps enim dei voluntati obsequitur. Consulit tibi per euangelium deus vt pudicitiā & castitatem secteris, has ipsas & principes iubet seruare. Auaritiam commonefacit, et legem vt futura defugias, & ille de his præsidet cognitureus. Ita fit: vt si principi illi obtēperaueris ad optimas actiones tibi vel operam præstet.

Si autem malum feceris, time: non enim sine causa, gladium portat. Non enim princeps nobis formidinem parit: sed nostra malignitas, qua & principis gladius exercetur, id est principis potestas, quæ pœnas exigit. Neque enim temere ille succinctus est ferro: sed vt improbos tormentis afficiat.

Dicit enim minister est vindex in iram ei qui malum operatur. Cum laudibus princeps virtutē extulerit dei voluntate exequitur: cum gladio vtitur, dei minister est. Cum vero vindex fuerit virtutis nequitiam insectatur. Plerique enim non dei magis quam principis formidine ducti sese ad virtutem exercent. Præsul itaque ille, cum animaduertit in improbos ob virtutis vindictam dei ministerio fungitur.

Princeps iustitiam exercens, est dei minister.

Ideoque necessitati subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Necesse est inquit, vt subeas, vt non modo vel dei vel principium iram nil peorsus periclitaris vt contumax: nec intollerabili afficiaris supplicio, sed etiam ne conscientia carere appareas, id est ne ingratus in beneficos arguaris. Maximis enim beneficijs principes ciuitates condonant. Per illos nanque & nostra vita hęc constat. Qui si tollantur e medio, auferantur & cuncta necesse est vocantibus infirmiores potentibus. Suadeat ergo sibi conscientia tua: eis honorem vt deferas, qui nobis bona huiusmodi largiuntur. F

Pricipes quā sint necessarij.

Ideo enim & tributa præstatis, Ipse, inquit, principiū istiusmodi in te beneficia testificaris & probas: cum eis tributum & mercedem dependis. Quod sane perspicuum est: eo te illud persoluere: quia & tui curam illi susceperint. Neque enim præsidibus ipsis hos cēsus a principio detulissemus, nisi nobis fuissent pernecessarij, quippe cum ipsis curis vacui non hos habeamus qui pro nobis inuigilent.

Ministri autem dei sunt in hoc ipsum permanentes.

Fit itaque vel dei id voluntate: vt tributa suis ministris pendantur. Vult enim deus vt pax ipsa & virtus exerceantur: & propulsetur iniquitas: additque deo volente ministri sunt principes, & illi parent cum ministerio isto funguntur: & pro communi hominū statu labores insumunt, in eoque & præstant & connituntur: vt vitam ipsi per quietem ducamus. Si quis vere hoc principatu abutitur, nihil his pricipi officit, quin suum ille: & ministrandi decus tuetur.

mat. xxij

Reddite ergo oibus debita, cui tributū, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorē: cui honorē, honorē. Debitū inquit, tibi quoddā inexcusabile impositū est, quod persoluere pricipibus debeas, gratitudini. Redde itaque vniuersis quibus creditus est magistratus, quod debes: cui fueris pro cēsu obligatus, censum depende, cui pro vectigali, vectigal: cui pro tributo, tributum persolue, nec solum pecunias deberi illis affirmat, quin & timorem, hoc est,

Tributa principibus esse pēdenda.

pudorem & verecundiam, & honoris plurimum principibus exhibendum: ita, vt cui debeatur hic honor, honor reddatur. A Timor autem duplex est: altero noxij, ex malorum facinorum conscientia corripiuntur: alterum vicissitudine quadam impertiuntur, qui mutuo detinentur amore cuiusmodi timor, honor est quidam præcipuus. Qualis ille videtur, cum inquit. Nihil deest timentibus eum, & timor domini permanet in seculum seculi. Timor autem hoc loco venerationem quandam prætendit

Timor duplex. psalmus xxxiij. & xviij.

Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Soluite, inquit, quę maiora sunt debita, nunquā tamen persoluere charitatem velitis, quin potius sit illa vobis in debitum quoddam perpetuum. Neq; existimes velim si hodie proximo te beneuolum præstitisti, fuisse te ob id beneuolentię vinculo liberatum, vt eundem mox in crastinum negligas, sed existima te proximo cuique perpetui amoris esse obnoxium.

Qui enim diligit proximum, legem impleuit. nā, non adulterabis: non occides: non furaberis: non falsum testimoniū dices: non concupisces, & si quod est aliud mādatum, in hoc uerbo instauratur.

Diliges proximum tuum sicut teipsum. Totam legem implet qui proximum amore prosequitur. Itaque amare hunc debet, cum ex hoc animi affectu, tantum quisque beneficij vendicet, vt legem ipsam adimpleat: enimuero & mandatorum summam breuibus explicat. Virtutis nanque vt principum, ita & finis est charitas. Lex ergo interiorē quandam beneuolentiam exigit, quippe quæ istiusmodi iubeat, haud secus ac teipsum, proximum colas. Christus vero, quod præstantius est, longe magis hunc esse beneuolentia complectandum iungit, quem nosipsi complectimur. Quandoquidem vel animam ipsam amici gratia ponendam commonefacit.

Totā legē iplet, qui proximū amore prosequitur.

B *Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis, est charitas.* Duas charitati inesse virtutis species patefacit, mali videlicet abstinentiam, cum malum inquit, non operatur & boni operationem cum infert, Impletio igitur legis. Quo fit vt integram nobis virtutem pariat charitas, quę lege prætenditur.

Ioan. xv.

Et hoc, scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. Debetis, inquit, plurimi facere charitatem, per hanc namque & reliquę constant virtutes, & temporis gratia, quia in proximo est resurrectio, in propinquo & dei iudicium. Necesse est itaque vt ab ignauiæ torpedinis somno excitemini: promptioresque sitis & parati ad opera, quę resurrectione sunt non indigna.

Per charitatē reliquę virtutes constant.

Nunc enim propinquior est nostra salus, quam cum credidimus. Quoniam par erat vt illi in fidei ipsius primordijs, maiorem de se diligentiam & feruorem pręstarent, & deinceps temporis processu refrigescerent, dixit magis hoc tempore futuro sęculo appropinquamus, quod potiore quodam salutis nomine expressit. Siquidem peccantibus illud non saluti sit, sed exitio futurū. Cū itaque ad diem illum propinquiores accedimus, maiori studio virtuti est incumbendum, quod postmodum ex his quę insequuntur ostendit.

Nox præcessit, dies autem appropinquabit. Id est ad finem nox ipsa declinat. Exempli gratia, Concedamus horis duodecim producit noctem, e quibus decem exactis, prouectam hanc discimus. i. propemodum sidem transgressam, breuique fore vt finiatur, quia in auroram iam vergat. Sic sane per noctem hoc sęculum exprimit, cum quia in eo plerique C versentur in tenebris, tum etiam quod singulorum sit occultior. Deinde vero per diem, futurum illud prætendit iudicium, quia in eo sunt iusti splendorem habituri & gloriā, & quæ adhuc cælata sunt, & occulta patebunt cuncta. In euangelio tamen per diem præsens hoc sęculum dicimus, quia in ea sit bonis operibus studendum, per noctem vero futurum: quia nemini in eo licebit aliquid operari.

nox seculū hoc exprimit, dies futurū iudicium Ioan. ix.

Abijciamus ergo opera tenebrarum: & induamur arma lucis. Opera vocat peccati actiones: vt potè quę plurimum difficultatis habeant & negocij, & in maximo sint, cum in hac vita, tamen in futura discrimine. Iustitiæ vero arma, quæ virtutis sunt opera: quibus hi quidem securiores redduntur & tuti, qui illa sunt nacti. Ea nanque armorum sunt loco securiores redduntur & tuti, qui illa sunt nacti Ea nanque armorum sunt loco, & afferunt charitatem. Abijciamus autem tenebrarum opera: cum inquit, & lucis arma induamur: & quemadmodum possint delictorum actiones defugi, & ad virtutem possimus induci, facilitatem ostendit. nam vt nobis perfacile est altero deposito indumento vt alterum induamus: sic leue admodum resecta nequitia, vt virtutem sectemur.

Sic ut in die honeste ambulemus. Dixerat supra appropinquare diē, nunc imminere hunc indicat, cum honeste inquit in die vt ambulemus. Et quoniam ea apud Romanos gloria plurimi erat, que esset a multis delata, pellicit eos & moderatur, per honestatis eiusmodi

appellationem. Neque ambulare dixit, sed ambulamus, vt minus molestam exhortationem hanc reddat. Nihil enim a deo impudentiam parit, quam praua facinora. Vti contra nulla te magis quam virtute comparatur honestas. D

Paul⁹ nō prohibet potū sed vini intēperantiā.

Non enim comessationibus & ebrietatibus. Non potum prohibet, sed vini potius intemperantiam. Nec vino frui, sed temulentiam interdicit: κῶμοι enim græce cantationes dicūtur, quæ post nimiam vini luxuriam & potum abundantissimum per luxum & incontinentiam decantantur, quod etiam παροινία dicitur.

Non in cubilibus, impudicitijs. Cum ebrietatis mentionem fecisset, nunc & mala quæ hanc subsequuntur cōmemorat. Nam vel ex hac vinolentia, sæuitia, & impietas oritur. Hoc autem loco non legitimum mulierum concubitum prohibet ineundum, sed incestum & adulterium.

Non in contentione & æmulatione. Sublatis quæ ex concupiscentia prodeūt malis, nūc quę ab ira nascuntur comprimit vitia. Nil enim adeo Venerem ipsam succendit, & iracundiam concitat, quam temulentia. Ex ęmulatione autem contentio oritur. Qui enim alteri inuidet, & ad conuitia demum deuenit. Contentionem itaque cum sit sublaturus ad liuorem vnde illa originem sumpsit, decurrit. Et quoniam ex ebrietate & comessationibus incenduntur & bella, & domus euertuntur plerumque post illas: contentionis & inuidiæ meminit.

Mala temulētiæ.

Sed induimini dominum Iesum Christum. Cum nos sordidis vestibus exuisset, & optimis ornet, non vltra lucis armis nos induit, sed quod honorabilius est pro veste Christū largitur. Hoc si quis fuerit obductus, omnem prorsus est virtutem adeptus. E

Carnis cura quō sit habēda & quatenus

Et carnis curam ne feceritis in desiderijs. Nihil sane quo minus carni prouidendum sit, impedijt: sed illi ne ad voluptatem & luxum indulgeatur, iniungit. Perinde ac si dicat, carnis duntaxat ad sanitatem, non ad continentiam habenda est ratio. Nec enim dici prouidentia posset, quæ carni flammam ad incendium excitaret, & ignis caminum & gehennam illi succenderet. Ad vnum illud quęrendum, vt carnem bona valetudine habeas. Neque præter id quippiam curæ habendum, & libidinem nimia carnis indulgentia excites, quin studium omne tuum spiritalibus in rebus impendas.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.



Nfirmum autem in fide assumite. Ex Iudęis plerique vel post Christi fidem susceptam, escas a lege olim interdictas cauebant. Et ita vt a carne suilla his quondam in esum vetita, abstinerent, nondum confisi a lege prorsus descisscere, sed cum minus se tolerabiles fore existimarent si suillam & solam nō ederent, cęterarum carnium esu intermisso, holeribus vescebantur. Cæteri vero qui perfectiores iam essent, nec huiusmodi escam, & si lege interdictam cauerent, ca. uentibus conuiciabantur. Veritus itaque Paulus, ne si potiores illi & stabiliti iam fide imperfectiores alios minus opportune incesserent, nec decenter, & leniter castigarent, ob turbarent potius, & a fide suscepta summouerent, qui aliquid viderentur proficere. Et rem prudenter pertractat, & alternatim horum partes tutatur. Siquidem nec conuitiantes audet obiurgare, quod nequiter agant, ne imperfectiores in sua pertinatia confirmet nec rursum iure illos ab his castigari, ne ad criminandum hos redderet acriores sed modeste hos admonet. Et videtur quidem fide iam obfirmatos potius increpare, tum tamē sub sermonis quem ad hos habet prætextu castigationem omnem in infirmiores conuertat. Quod plane ex verbis quibus ad hos vtitur, potest intelligi. Nam cum infirmos appellat cōfestim valetudine affectos ostēdit. Cūvero assumite, inquit, hoc est iuuate, arguit illos cura indigere, & medela non mediocri, q̄ vltimū sane est morbi iudiciū. F

Non in descriptionibus cogitationum. Hoc est, nil altercantes & varijs suggestionibus perturbemini, quin ęgrotantem curandum existimate.

infirmitatis est i cibis delectū Iudaiciū facere.

Alius enim credit manducare se omnia, infirmus autem holus manducat. Cōparat cum imperfecto qui sit perfectionem adeptus, Inquitque. Perfectus, quidē in fide confisus, indifferēter omnia comedit. Imperfectior vero, vtpote qui nutabundus sit & instabilis, holus babet in esum. Æquum est igitur, vt curetur potius quam offendatur infirmior.

Is qui manducat, nō manducantem non spernat. Et qui non manducat, mādūcātē nō iudicet: deus enim illum assumpsit. Qui omnibus vescebantur tanquam in fide perfectiores cæteros aspernabantur. Qui pro Iudæorum more a plurimis abstinebant, & rursum qui minus ederent, & eos qui omnibus vescentur, gulæ vitio condemnabant. Et quoniam horum plerique erant gentiles, vel horum inquit, apostolus, deum suscepisse tutelam, ho-

A est, ineffabilem suam gratiam in eos ostendisse. Quid igitur cùm eis vltra de lege contendis? Quandoquidem & eos deus iustificabit. Iaco. iiij.

Tu quis es, qui iudicas alienum seruū? Suo domino stat aut cadit. Perfectiores alloquitur isti usmodi, vt quēadmodum eos a proximi contemptu auertit, sic ne alios iudicēt, dehortatur. Vtrumque enim id factitabant qui magis in fide profecerant: Nam & minus perfectos aspernabantur & iudicabant. Tacite autem carpit hoc loco, qui nondum ad fidei perfectionem euaserit: neque enim quod huius facta iudicanda non sint, eo iudicium interdico, sed quod alteri sit in seruitutem ascriptus: hoc est, non eum sit, sed dei mancipium. Qui & si morbo affectus, haud tamen seruitutem euasit, nec ob id penitus desperādus. Rursum vt hunc consoletur, non prorsus eum infert fuisse collapsum, sed siue stet pedibus, ait, siue labatur vtrumque in domini, siue lucrum, siue damnum cedit.

Stabit autem. Potens est enim deus statuere illum. Cum, inquit, a deo hunc obfirmatum iri, labantem arguit, & ita vt ad consistendum diuina ope indigeat. Quod dicere de his consueuimus, de quibus nulla haberi spes possit.

Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Erant nonnulli qui etsi a carne suilla non abstinerent, statutis tamen diebus ab ea cauebant. Alij vero qui illam assiduo hęsitarēt, qui tamen abstinentes illos, quod minus ederent incusabant. De his itaque mentionem nunc facit: inquit que, alius aliter iudicat, ita vt in æquo sit res haud tamē ob eiusmodi abstinentiam incessandi sunt fratres. Ex his quidem & abstinentibus condescēB dere videtur Apostolus, vtpote in quibus tecens esset fides plantanda.

Vnusquisque in suo sensu abundet: Perinde ac si inquiat, cum de dogmatibus agitur, nequam est opus vt nostro sensu ducamur, quum erunt quæ ab alijs accepimus tenenda, vel si angelus e cœlo demissus diuersa denunciet. Cum vero de ciborum abstinentia contencio oritur, vel alijs istiusmodi, si qui sunt ex Neophytis cui delinquant, vel indulgentia egeant, laxanda his erit, non intendenda seueritas. Neophytis parcebat Paulus, & indulgebat

Qui sapit deum, domino sapit. Qui diem, inquit, obseruat domini ob gratiā seruat quia eum veretur. Qui vero minus hunc obseruauerit propter dominum, tanquā in Christo perfectionem adeptus, omnibus legis obseruationibus euasit, superior.

Et qui manducat, domino manducat: gratias enim agit deo, & qui non manducat, domino nō manducat, & gratias agit deo. Vnum, inquit, illud perquirimus, si dei respectu gerantur omnia eidemque per eos si aguntur & gratiæ, qui abstinent, & qui cibum sumunt: quod sane si mente hac geritur, calumniari, poterit nemo. Hæc quidem (vt diximus) Neophycorum ob gratiam differit, & tacite carpit, qui Iudaicæ legis instituta sectantur, cum inquit. Et qui non comedit Deo gratias refert: quo enim id pacto ageret, qui adhuc a lege penderet? Solus itaque qui comedit, Deo gratias agit.

Nemo enim uestrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur. Siue enim uiuimus, deo uiuimus: siue mori mur, deo morimur. Dominum inquit, habemus, cui curæ nos sum⁹, qui pro diuitijs, vitam hanc nostram ducit, & mortem pro damno. Neque enim nobisipsis duntaxat viuimus, sed etiam domino. Vitam autem hoc loco intelligit quæ fide constat, & mortem quæ a fide exciderit. Nequaquam igitur eos permissurus est deus, qui fuerunt infirmiores, subire hunc secundum fidem interitum, vel in fidei huius causam prolabi. Vita q̄ fide cōstat.

C *Siue igitur uiuimus, siue morimur, domini sumus.* A fidei morte ad naturalem pertransit, quæ de nunc differit, videlicet siue naturæ vitam hanc viuimus, inquiens siue mortem obimus, domini sumus.

In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, ut & uiuorum & mortuorū dominetur. Vel hoc ait, tibi vt suadeat dominum eorum qui imbeciliores sunt suscepturum curam, vt in viā redeant tandē, quia & sanguinem fuderit, & subierit mortem, vt in nobis ius & imperium habeat. Quo ergo pacto non & illis prospiciat qui in eius sint seruitutem redacti, & quorū causa sit tam multa perpessus? Porro si vita perfunctis solet deus prospicere: quid illis facturus est, qui adhuc in humanis agunt? Hæc vero ideo intulit, vt pudore offundat qui Iudaicos ritus sectetur, suadeatque vel eum qui adhuc legi intendat, ingratū se Christo præstare, qui pro se mortem obierit. Iudaicos rit⁹ obseruantes tacite reprehendit.

Tu autem quid iudicas fratrem tuum, comedentem ut gulosum, & tu autem comedēs, quare sperneris fratrē tuū tanquā modicæ fidei? Frater est, non oportet aspernari propriū membrum. Num tu pro ipso redditurus es rationem? Ipse constituetur ante tribunal, & ipse pœnas subibit. Vides quēadmodū per hęc ad perfectiores edisserit perterrefacit iudaizātem, vtpote qui apud tribunal illud horribile subiturus sit cruciatum.

D

Esa. xlv

Scriptum est enim. Viuo ego dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo. Itaq; unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. Quod, inquit, fore vt tanquam serui apud dominum iudicemur, & Propheta testatur, cum dicit. Omnes mihi genu flexuri sunt, & omnis lingua, vel eorũ qui ante conditam legem fuere mortalium vel legis tempore confitebitur mihi, id est, factorum reddítura est rationem. At cui? Nimirum non legi, sed Christo. Quid ergo amplius a lege dependes?

Non amplius ergo inuicem iudicemus: sed hoc iudicate potius, ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum. Vtrique, inquit, quæ inter vos oborta est: soluite contentionem. Et ita; vt neque ipse, qui comedis, imbecilliorem incesses, nec tu quia vetitis escis abstines, fratrem quoquo pacto offendas, quia ipse legem obserues: scandali autem & offensionis appellatio vtrisque videtur pro mutua quam sese offendendi vicissitudine tam vescenti scilicet quam abstinenti competere.

Nihil ciborũ immundum

Scio & confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat, quid inquinatum commune esse illi commune est. Postquam commonefecit minus esse offendẽdum qui infirmioris su fidei, de cibis etiam statuit, imbecillum erudiens, ne illos sumere uereatur, nec tanquam immundos abhorreat, inquitque. Noui & confido non in cogitationibus hisce humanis sed in domino, hoc est edoctus ab eo, certior factus, quod nihil per se sit inquinatum, id est, quod ad eius naturam immundum, sed id ad eorum hominum fieri opinionem immundum, a quibus & solis sordidum habeatur, non cæteris.

1. Cor. viij

Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Ad perfectiores hoc loquitur, & si nequaquam natura sint inquinata cibaria, oportuit tamen te a carne suilla abstinere, si charitatem eras obseruaturus, ne tristitia frater offensus afficeretur, moxque & ita subiungit.

E

Perfecti sua perfectione nõ abutẽtur.

Noli cibo tuo illum perdere: pro quo Christus mortuus est. Nec sane eduli gratia fratrem eneces velim, aut peruertas, quia Christo tanto sit studio, & curæ habitus, vt huius gratia vel mortem subierit. Nam si te porcinam ille edentem carnem perspexerit, ex mutuo iurgio & astu obstinatior fiet, & in discrimine erit, ne Christo relicto, legi prorsus inhæreat.

Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Hoc est, tu cum perfectionem sis nactus in fide (hanc enim & bonum appellat) noli hac tua perfectione abuti. Nec causam præbeas, vt quis hanc detestetur. Nã cum perfectior sis, si imperfectum perdideris, idipsum quod tibi inerat boni obtrectatoribus carpendum expones. Potes etiam id bonum pro dogmate capere, quasi sic sentiat paulus. Futurum omnino ob vestra dissidia & escarum contentiones huiusmodi, vt exercentur infideles: vestrum id bonum, id est, dogma vestrum.

Non enim est regnum dei esca & potus. Neque enim ob escam potumve probatum nos iri existimemus, nec id quidem cœleste illud in regnum inuexerit. Carpit autem eos qui ob cibatum huiusmodi plurimum sibi laudis vendicarent.

Iustitiæ noĩe oẽs virtutes cõplectitur Theophylact⁹.

Sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Ad regnum dei aditum iustitia patefacit, id est, vniuersæ virtutes, inculpabilis vita & pax, quæ proximo sine iurgio exhibetur, & lætitia quam parit concordia, commixta tristitia, quæ proximi ex affectione oboritur. Et quoniam uel prauis in rebus pax quædam, & gaudium videtur inesse, in spiritu sancto adiecit. Perinde ac si inquiat, de pace equidem & hilaritate, quam in spiritu sancto constat inesse edissero, non aliqua quauis pace vel mundana lætitia. Potest & sensu alio quodam profundiori id dictum interpretari, dicique. Qui a carne suilla haudquaquam abstinuit, saluti inferre iniuriam, quam ei moriens Christus iam comparasset, Sic contra, qui fratris ob gratiam ab eiusmodi esca se continuerit, iustitiam operatur quæ cœleste elargitur imperium. F

Qui enim in his seruierit Christo, placet deo, & probatus est hominibus. Ostendit hoc loco inanis gloriæ & iactantiæ gratia obiurgasse se imperfecto, qui haberentur perfectiores. Qui enĩ vult inquiens, hoĩbus esse admirationi, nõ tm̃ ex ipsa vitæ perfectione, quantũ ex pacis & reliquarum virtutũ laudẽ consequetur, quas inter vel eam esse maximam constat Christo. s. inseruire & deo placere. Non tamen carnis suillæ substantiam virtuti & laudi.

Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus. Quæ pacis sunt imbecilliores: cuiuspiam causa intulit. Is nanque erat qui cæteros diuexaret. Quæ vero ad ædificationem spectant: propter perfectiorem aliquem dixit, vtpote qui fratrem carpat & turbet. Qui vel vtriusque id crimen impertit, cum adinuicem inquit. Cumq; & pacis prius cõmeminisset, ædificationis deinceps, arguit haud facile posse proximi ædificationem sine pace constare.

Noli propter cibum destruere dei opus. Dei opus, fratris esse salutem affirmat. Non ergo A hanc ipse dissolueris, quam Christus proximo comparauit, & cibi præsertim gratia, videlicet ab istiusmodi esu absitere, vt fratrem sic lucrifacias.

Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Cum perfectiorem acrius increpasset, veritus ne infirmior in sua praua conscientia perseueret, rursum hunc immũdum decernit. Sunt quidem omnia munda, officiunt tamen hæc homini, qui improba conscientia obturbetur. Imperfectus enim suillam immundam existimans, si hanc degustare cogatur, magis incessitur. Necesse est itaque vt a re prius edifcat, munda esse in esum omnia. Et si munda sūt omnia infirmis tñ scãdalizãdi nõ sunt.

Bonum est non manducare carnem, & non bibere uinum, neque in quo frater tuus offenditur aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu, inquit, fratrem manducare compellis, quibus ille vti in cibum minus confidit. Ipse vero ea dixerim per te esse vitanda: quę fratrem offendũt. Nec ideo quod mala hæc videantur quippe cum mũda sint omnia, sed quod scandalum ex his inferatur infirmo. Scandalizatur enim vt leuis, offenditur autem quia morbo laboret, vtpote qui fidei sit perexiguæ. Ex his itaque omnibus pellicit firmiorem, vt fratri opituletur qui profusus & fragilis sit, & imbecillus.

Tu fidem habes: penes teipsum, habe coram deo. Hic plane explicat qui perfectior videretur, iactantiæ gratia suam hanc ostentasse perfectionem, infert igitur. Visne te mihi nũc aperire quemadmodum de istiusmodi escis & sentias recte, & credas perpuras esse? nil B mihi dixeris vel alteri cuiquam significandum, sed satis sit tibi vel tacita consciẽtia tua & deus ipse, cui tu pares.

Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Si hominum nemo perspexerit ipsemet tibi, ad id consequendum facturus es satis, si te ipsum minus condemnes, nec ea in re tua te conscientia criminis arguat: quam vel probaueris: vel elegeris consectandam. Intelligas autem hæc de propositis escis duntaxat dici.

Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide. Qui hæret, inquit, ne fidentius edit, damnatur. Nec eo quod immundus sit cibus, sed quia diffidit hunc mundũ esse: & illum perinde ac si inquinatus esset, libauit.

Omne autem quod non est ex fide peccatum est. Quotiescunque quispiam vel nihil confidit, vel autumat obsonium aliquod immundum esse, & ita vt deprauata conscientia illud degustet, prorsus est peccato obnoxius.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

D*Ebemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmiorum sustinere.* Lenit hoc loco, & hortatur perfectiores vt alios instituendi secum vna onus insumant, ꝙ sane prætendit, cum inquit: nos fortiores sumus. Nec simpliciter infirmos dixit, sed infirmorum imbecillitates. Duplici vsus vocabulo, vt ad maiorẽ hos commiserationem alliciat.

Et non nobis placere. Cum diceret oportere nos sustinere, docet quemadmodum fieri id queat si ea videlicet quæ nostra sunt nil requiramus. Intẽpestiua obiurgatio nihil ædificat.

Vnusquisque uestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Ne forte perfectus ille C id inquiat: ecce ipse ad me quod bonum est, attraho. ad ædificationem adiunxit: perinde ac si illud inferat, nunc quidem etsi quod agis sit rectius, verum quia minus sit opportune, ad perditionẽ potius facit. Siquidem intempestiua obiurgatio nil ædificat.

Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptũ est. Improperia improperantiũ tibi ceciderunt super me. Christum producit in medium, vt arguat nobis eius exemplo viuendum. Psalmus lxxviij. Illi namque licebat ipse a quouis opprobrio & contumelia vindicare, neque ea quę passus est perpeti, si sibi ipsi placere maluisset, hoc est, si quod sua intereat, non quisisset, Sed suo iure repudiato, tum cruciatus & tormenta potius excepisset, haud sane bonam de se multitudini opinionem ingesserat. Quippe quia impotens esse & nullius momenti videretur Matth. xxviij. habereturque pro malefico & seductore. Alios, inquit, saluos facit, seipsum autem saluare non potest. Exprobrantium itaque improperia tibi patri in veteri testamento obiecta, in me filium ceciderunt. Ita fit, vt nil noui mihi obtegisse sit visum.

Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationẽ scripturarũ, spẽ habeamus. Hęc autem, inquit, ideo sunt scripta, vt ea sectemur. Hoc loco etiam ad tentationum tolerantiam illos hortatur cum ait. Vel scripturæ ipsius hortatu validiores effecti toleremus, tolerandoque ostendamus nobis spem esse vegetam quandam & stabilem. Siquidem qui sustinet, sperare futura bona videtur, quemadmo-

dum contra impatientior est, a spe ipsa excedisse conuincitur. D

Deus patientiæ & cõsolationis cur dicatur.

Deus aũt patientiæ & consolationis det uobis seipsum sapere alterutrum secundum Christũ Iesum Arguit ex sacris literis deum vna & tolerantiam & consolationem largiri, eoque ipsum patientiæ deum & consolationis appellat, vtpote qui harum sit & largitor & causa. Optat itaque & his comprecatur, idipsum ab eo adinuicem sapere exhiberi. Illud enim est certioris charitatis iudicium, vt quod de se quispiam sapiat, itidem & de proximo sentiat. Et quoniam est alius quidem huius seculi amor, intulit secundum Christum Iesum, hoc est, vt illa sapiatis, quæ a Christo Iesu sunt placita.

Vt unanimes, unum ore glorificetis deum, & patrem domini nostri Iesu Christi. Quidnam lucri consequimur cum vnum omnes sentimus & sapimus? Nempe quia deum laudibus ipsi efferimus. Nec ore duntaxat vno id agimus: sed & animis vnis. Hoc enim cum vnanimes, ait, prætendit, Mox illud seorsum oritur, & patrem domini nostri Iesu Christi. Quod si ita perlegas videlicet ipsius Christi deum & patrem esse, neque potest id absurdum videri. Est enim secundum humanitatem Christi deus, & pater secundum humanitatem.

Ioan. x

Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit uos in honorem dei. Superioribus monitis iterato insistit, & in exemplum Christum inducit. Id sane inquiens, cum vobis inuicem opem tuleritis, deo in gloriam cedet. Istiusmodi nanque vestra animorum coniũctio, deo laudem affert. In hoc enim, inquit, cogniturі sunt omnes, quod ipse me miserit, si in vnum conuenietis: quemadmodum contra vestra dissidia deo blasphemiam. Nam & Gentiles cum Christianos homines viderint factionibus inter se concertare, fidem ipsam criminantur & culpant. E

Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter ueritatem dei ad confirmandas promissiones patrum. A superioribus quæ subsequuntur dependent. Ostendit autẽ hoc loco Paulus Christum haudquaquã sibijpsi gessisse morem: sed nostri potius gratia omnia tolerasse. Et gentibus suadet, ne in Iudęos qui credidissent superbe & insolẽter se gererent. Constat enim Iudæos ex diuinis pollicitationibus suis moribus factis, fuisse salutem assecutos, Gentiles vero misericordia solũ & dei benignitate saluos factos. Quod autem dicit tale promissum Abrahæ fuerat, iampridem fore scilicet vt eius semen mundum hęreditaret. Verum cum omnes qui ex Abraham ortum duxissent fontes, essent & peccatis obnoxij, vtpote qui fuissent legem præuaricati, eoque & promissione illa viderentur indigni, venit Christus & legem impleuit, & circuncisionem insuper in se admisit. Lege itaque adimpleta, circuncisionis & Abrahæ semen effectus, dei iram dissoluit, efficitque nos ad excipiendas promissiones idoneos. Ob id igitur circuncisionem suscepit, vt vera redderet dei promissa, non vt legem statueret. Quid igitur, heus tu, qui Iudaicos ritus sectaris a lege pendes? Cuius gratia vt a promissionibus excidas, haud sane in paruo versaris discrimine.

Gentiles ex dei misericordia salui facti Ge. xxij. Christus cur circũcisionem admisit

Gentes autem super misericordia honorare deum. Qui ex Iudæis essent oriundi, & si videbantur indigni, habuisse tamen constat promissiones. Ipse vero gentilis ex sola dei clemẽtia saluus est redditus. Propterea & merito debes laudem deo enixius deferre & gloriam. Haudquaquam igitur me incusandum existimatis, si vos appellor & alloquor. F Exposcit enim sacerdotale hoc meũ officium, vt euangelium prædicem. Qua in re verbis vtor pro cultro. Estis enim vos hostiæ loco. Quis ergo sacerdotem insimulabit illatæ iniuriæ, quia nouaculam admoueris ad immolationem iam destinatis?

Sacerdotale officiũ euangeliũ prædicare.

p̄s.xvij. ij. Reg. ij p̄s.cxxi. Esa.xi.

Sicut scriptum est, propter hoc confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gentes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait. Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, & in eo gentes sperabunt. Testimonijs omnibus his inductis, nititur Paulus demonstrare, futurum omnino ex gentibus homines cum crediturіs Judæis iungantur, & vnum sentiãt oẽs Iudæos præterea frenat & comprimit, ne in Gentiles superbiant, cum pateat plane prophetas Gentiles vacasse. Quinetiam & his qui ex Gentibus sunt, persuadet humilitatem dei se sectandam, arguitque eos tanto plura deo debere, quo & multa affatim acceperint. Siquidem cum essent non populus, vniti sunt populo. Confitebor autem in gentibus, sub CHRISTI persona prolatum est, hoc est, prædicabo te o pater in gentibus. Erit autem radix Iesse, id est ex radice Iesse prodibit, qui surget dominari gentibus, hoc est, Christus.

Gẽtes cũ Iudæis crediturę

Deus autem spei, repleat uos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe, &

A *uirtute spiritus sancti.* Precatur his, vt omni lætitia impleantur, qui ex Iudæis videlicet erant fideles effecti pace vero gentiles. Hi nanque sunt visi infensos illos habuisse qui adhuc a lege penderent. Vel potius vtræque hæ nationes odia inter se exercebant. Verum quo pacto hi possunt gaudio repleri & pace? In credendo quidem. Fides vero qua in re vobis est profutura. Nimirum vt in spe abundetis, sperantes futura, & aduersa & grauiora tolerantes. At quid præterea, & spes nobis conduxerit, si queras? Ad consequendam hauddubie spiritus sancti virtutem, quæ spem nobis ipsam reddit validiorem. Largitur enim & spes ipsa nobis spiritus sancti potentiam, & rursum spes hæc a sancto spiritu stabilitur.

Odiũ inter gentiles & Iudęos.

Certus sum autem fratres mei, & ego ipse de uobis, quoniam ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere. Cum duriorem habuisset multis in locis orationem consolatur hos tandem. Nec solum audiui, inquit, sed certior sum vel ipse ego effectus, qui vos obiurgo & criminor, quod estis bonitate referti, hoc est mente bona, & erga fratres beneuola, vel integrã virtutẽ ipsam bonitatem appellat. Nec bonitatem dixit habetis, sed pleni bonitate estis. Nã nihil ꝓdesset, si essemus bonitatẽ adepti; nec sciremus quemadmodũ illa vtendũ sit. Propterea omni sciẽtia subdidit, vt possitis alterutrũ monere. Hoc est non solum vos discere sed alios commonefacere & castigare.

Audacius autem scripsi uobis fratres ex parte tanquam in memoriam uos reducens. Erant Romani id temporis in summo dignitatis fastigio: ideo & elati animi videbantur & tumidi. B Et eos nunc propterea lenit, cum inquit, audacius scripsi. Admodum namque istiusmodi verbis hos frangit. Neque his contentus, sed ex patre adiecit, id est placide & breuiter. Nec in docenti morem id egi, sed in memoriam redigentis, hoc est, paululum admonentis.

Romani tumidi, & ideo sermone blãdo leniendi.

Propter gratiam quæ data est mihi à deo, ut sim minister Christi Iesu in gentibus, sanctificãs Euãgelium dei. Humili admodum sermone vtitur, inquiens, non enim mihi ipsi honorem vltro arripui, sed deus hunc mihi decreuit, qui me ad id operis segregauit. Nec meis promeritis, sed sua ex gratia. Ad quid autem mihi data est gratia. Certe vt euangelij ministerio fungar & sacerdotio. Nil itaq; mihi succenseatis si vos alloquor. Id eñ mihi est sacerdotij munus, vt euangeliũ prædicẽ, & pro cultro sum sermonem sortitus, & vos hostiæ loco. Quis ergo sacerdotem insimulabit qui cultrum adigat, in sacrificium destinatis?

Vt fiat oblatio gentium accepta, & sanctificata spiritu sancto. Neque eo ad vos scripsi, vt laudem mihi aliquam vendicem, sed cum reliquis gentibus, vt salutem & vos consequamini. Hoc pacto gentilium ipsorum oblatio omni fit ex parte accepta. Quandoquidem vniuersi deo sanctificant, sanctificato in spiritu sancto, hoc est in puriori quadam & spiritali vita. Neque enim sola ex fide, quin & ex optimis vitæ actionibus sanctitatẽ quis adipiscitur. Credentes enim, & baptizati accipimus spiritum. Verum si rectis operibus cernimus extinguitur omnis suscepta illa spiritus gratia. Reprimit insuper Romanorum elationem, ne eum dedignentur in præceptorem habere, qui vniuersas gentium deo obtulerit nationes.

C *Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad deum.* Postquam se humilem admodum reddidit & abiectum, rursum tamen suum sermonem Paulo effert, ne omnino contemptui habeatur. Inquit pro mea gloria non in meipso aut in meo studio, & ĩdustria posita est; sed in Christi gratia. Verum si quibus in rebus gloriam & ipse quæsierim, in his equidem quæ dei sunt dixerim, hoc est non in vanis his, & momentaneis, sed in spiritalibus ipsis mea omnis est gloria.

Sanctitas non ex fide tm̃ sed ex bonis operibus.

Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non effecit Christus, in obedientiam gentium, uerbo & factis, in uirtute signorum & prodigiorum, in uirtute spiritus dei.
Quoniam Euangelij se ministrum vel in omnes gentes asseruit; nunc subdit, nil equidem glorior neque vt iactabundus & insolens prædico, quod ipse non gesserim; qui potius nil ipse confeci, sed deus me pro instrumento quodam vsus & organo operatus est omnia. Quæcunque enim vel loquor, vel sum de cœlestibus philosophatus, vel si quid aliud ago, vel si vitam duco cœlestem & miracula factito, deo sunt accensenda, non mihi. Differt autem a prodigio signum, quod signum dici in rebus naturalibus solet, cum nouum aliquid & insolutum editur, vt illud quod Petri socrus febricitans statim conualuit. Cum enim febris curatur naturæ officium est; Quod autem mox post tactum febris abscesserit, nouitatem præfert. Prodigium vero in his haudubie constat, quæ præter naturam videntur; videlicet, cum biceps aliquis oritur,

Prodigiũ & signũ differunt. Luce. iiij. Ioan. ix.

vel cum his visum recuperat, qui cæcus sit natus. Et quoniam signa huiusmodi & prodigia dæmonum opera quadã plerunque eduntur, in spiritus dei virtute adiũxit. Vnde quanta sit eius prætenditur dignitas, cuius tantum valeat spiritus, vt istiusmodi admiratione dignissima factitet.

Ita ut ab Hierusalem per circuitum usque ad illiricum repleuerim euangeliũ Christi. Perinde ac si inquiat, visne dictorum meorum spectare iudicium? Respice discipulorum meorũ multitudinem. Ad Hierosolymis quippe ad mare vsque Illiricũ, quod eius est regionis confinium, quę nunc Bulgaria dicitur non prædicaui, inquit, sed compleui euangelium. Vt arguat se non inanem habuisse sermonem, sed vtilem plurimis & perfectum. Et ne forte existimes cum ab Hierusalem dicit ad illiricum vsque recta illum fuisse profectũ: Et in circuitu addidit, hoc est eas oras, quæ in septentrionali sunt plaga, & ad meridiem vergunt, verbo transegi & peragraui.

Illiricum confiniũ bulgarię.

Si autem hoc prædicaui euangeliũ, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentũ ædificarem. Non solũ tot numeris gentibus euangelium prædicando, quod visum est persuasi, sed me etiam ad hoĩes contuli, apud quos fuerat Christi nomen inauditum. Adeo ipse ab eo absum, vt me alienis discipulis ingeram, vel gloriæ gratia id agam. Itaque neq; ideo ad vos literas dedi, quasi a vobis cuipiam laudem vendicare, sed vt ministerium meum absoluam. Alienum autem fundamentum, Apostolorum instructionem dicit. Neque eo ꝙ illi essent abinuicem alieni, vel contraria prædicarent: id dixit, sed mercedis ipsius ratione. Siquidem aliorum apostolorum merita pro susceptis in Christi fide vulganda laboribus aliena a Paulo videbantur, quia nihil sibi afferrent mercedis, cum alijs ex euangelio venirent. B

Sed sicut scriptũ est, Quibus nõ est annũciatũ de eo, uidebũt: & qui nõ audierunt de eo intelligent. Prophetiã hoc loco ostendit adimpletã. Plurimum aũt insudat & laborem insumit ingẽtẽ, qui indociles admodũ & rudes elegit instruendos, cui rei Paulus erat intentus.

Esaię. lij.

Propter quod & impediebar plurimum, uenire ad uos. Vel idipsum epistolæ initio dixit, impeditus sum vsq; adhuc. Nunc vero impedimẽti exponit causam, videlicet quia euãgelium prædicando circumcursaret. Vnde ob id, inquit, equidem plurimũ impediebar hoc est persępe cupidus vos ad eundi iter aggrediens interpellatus sum & detentus.

Nunc uero ulterius locum non habens, in his regionibus, cupiditatem autem habens ueniendi ad uos, ex multis iam præcedentibus annis, cum in Hispaniam proficisci cœpero, quòd præteriens uideo uos: & à uobis deducar illuc, si uobis prius ex parte fruitus fuero.

Impediebatur, inquit, meus ad vos aduentus, quia inerat animus his in regionibus prędicandi. Nunc vero cũ nullũ mihi, his ipsis in locis negocium superest, ideo ad vos scribo, & facio de mea profectione futura propediem certiores. Deinde ne forte illi obijcerẽt, cũ nil habeas vltra ibi negocij, ad nos quos parui æstimas quasi ex ocio abundanti, non necessitate conferre te cupis, sic infert. Habeo equidem ad vos iampridem veniendi cupidinem, eamque iam tandem explere contendo. Vtque rursum gloriæ ducant, a Paulo se tantopere concupisci. tanquã cæteris præstantiores, & illud intulit. Cum autẽ in Hispaniam ipse concessero, ad vos proficiscar, & ne illud etiam Romani obiectent. Perinde ac superuacaneum hoc tuum ad nos iter nunc Paule paras, cum alio sis concessurus, adiecit. Et a vobis eo traduci, hoc est vosmet inspecta quæ me vrget necessitate. Vt vel Hispanos conueniam, priores estis ad illos me dimissuri. Non itaque quia vestri praua quædam apud me ratio consiet, sumvos ipse præteriturus, sed quia sic cogor, vt faciam. Cumque vel id afferre Romanis molestiam videretur, maiorem illos in modum solatur, cum inquit. Si prius & vobis ex patre fruar, vnde & summam suam erga Romanos aperit beneuolentiam. Ex parte autem dixit, quasi id inquiat, nullam posset vnquam tempꝰ vel animum meum explere, vel vestræ mihi conuersationis afferre satietatem. Pergratũ itaque fuerit si vobis quiuero, vel in partem aliquam frui. F

Nunc igitur proficiscar Hierusalem ministrare sanctis, Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem. Pollicitus fuerat superius se ad Romanos prætereundo iturum, sed cũ esset suam profectionem aliquantisper moraturus, ne illos videatur eludere, & morę causam explicat. Sum equidem inquiens, Hierosolymam concessurus, vt sanctis illis ministrum me præbeam. Quod eo intulit, vt intelligamus quanta sit, & quæ præclara huius ministerij virtus. Et Romanos hortatur ad eleemosynam erogandam, quandoquidem probatum est ait, hoc est rectum est id Macedonibus, & Achaicis visum. Nec minꝰ & hos incitat, illos vt imitentur, Vbiq;

Pauli beneuolen. in Roma.

A autem Paulus eleemosynam cōmunicationē appellat, vtpote quę in cōmunem cedat vtilitatem, tam præbentis videlicet, quam accipientis. Cum vero aliquam dicit eleemosynæ tenuitatem expressit, ne videatur Romanis auaritiam exprobrare, & parcitatem. Pauperes autem sanctorum, id est fidelium, qui duplici sunt ratione misericordia cōplectendi, & quia pauperes, & qua virtute sunt prædici.

Eleemosyna cur a Paulo dicatur.

Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. Nihil inquit. mirum est, si visum sanctis necessaria ministrare, quippe qui his plurimum debeant. Quo pacto id inquis? Quidni, cum ex Iudęis, quibus assero hos esse obnoxios, oriundus sit Christus, & bonorum gratia in mundum concesserit; Ab hisque & apostolos & prophetas, & bona reliqua fluxisse constat, quorum omnium particeps factus est terrarum orbis. Vnde & merito debent gentiles istiusmodi viris, bona saltem carnalia suppeditare. Nec communicare his dixit sed ministrare, quippe quos vt ministros constituit. Nec in carnalibus suis dixit, cum spiritalia Iudæis adiudicasset, quandoquidem non vltra essent carnalia illa, hoc est bona externa in gentium potestate, quæ fidem iam excepissent, sed fidelibus cunctis communia.

Hoc igitur cum consummauero, & assignauero eis fructum hunc. Hoc est, in regium ærarium condam, tanquam in asylum aliquod & locum tutissimum. Quæ enim sic reconduntur, dici possunt & obsignata Fructum autem eo dixit, vt arguat eum maxime lucri facere, qui aliquid egentibus impertitur.

B

Proficiscar per uos in Hispaniam. Rursus Hispaniæ meminit, ostendens necessarium sibi illuc fore inter suscipiendum. Nec tamen interea vrbem prætereundam, quasi eos parui existimaret.

Scio autem quoniam ueniens ad uos in abundantia benedictionis euangelij Christi ueniam. Hoc est conspecturus sum vos in omnibus bonis, quę secundum euangelium sunt, profecisse. Abundantiam autem benedictionis euangelij bona vniuersa appellat, quę benedictione sunt digna, id est, laude, quā per euangeliū promeremur. Poteris etiā pro benedictiōe eleemosynā intelligere, perinde ac si dicat, Inuenturus sum vos cū in eleemosynis erogandis, tum in præstita in omnes humanitate ad perfectionis apicem euasisse. Hæc aūt dicit, vt eos anticipet blandiendo, vt laudum cupidine capti, tales præstare se studeant, vt digni possint haberi quos & efferant omnes, & laudibus prosequantur.

Paulus tribuit Romanis q̄dā, vt illi eadem assequi niterentur.

Obsecro igitur uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem spiritus sancti. Haudquaquam fide se dignum existimat, sed mediatores in pręsenti facit, Christum inducit & spiritum sanctum. Patris vero ideo mentionem non facit vt intelligas, nec filium, nec spiritum sanctum excludi, cum patris tantum enim erit. Spiritus autem intulit charitatem, quemadmodum enim, inquit, pater & filius dilexit mundum, sic & spiritus.

Vt adiuuetis me in orationibus uestris ad deum, Ingentis sane humilitatis indicium eum se vel horum precibus asserit indigere.

Matth. xxvi. mar. xiiij. Luc. xxij.

C *Vt liberer infidelibus, qui sunt in iudea.* Non enim dixit, vt hos impugnem & superem, sed vt liberer: legem executus diuinam, iubentem orandum esse, ne in tentationē protinus inducamur. Simul etiam patefacit, administrandum his esse, qui in medio tot infidelium diuersentur, a quibus & se liberari precatur, vereturque ne fame illi in posterum deperirent.

Et obsequij mei oblatio accepta fiat in Hierosolymam sanctis. Hoc est, vt animo libenti oblata excipiant. Vnde & illud comprehendi potest, hanc satis esse eleemosynam impertiri, nisi & vltro hāc contulerim: sitque illa ex rebus bene partis oblata, non ad iactantiam & gloriam contributa. Sic enim omnis ex ea deperit fructus.

Vt ueniam ad uos in gaudio per uoluntatem dei. Ideo, inquit, ab his exemi precor, vt quā plurimum, cum animi voluptate vos visam, si modo id fieri dei voluntate liceat.

Et refrigerer uobiscum. Non vt vos, instruam dixit, aut commonefaciam, sed vt refrigerer, hoc est & vos in me estis ob doctrinam habituri quietem, & ipse in vobis ob auctam fidem. Arguit pręterea sese & illos iamdudum certantes, & laboribus multis affectos, quiete iam & ocio indigere.

Deus autem pacis sit cum omnibus uobis, Amen. Consueuit vbique Paulus auditoribus bene precari, vbi illos instruxit.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

D



Commendo autem uobis Phœbē sororē nostrā, quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est Cēchreis. Hanc enim illis, cum esset epistolam delatura, commendat. Magnificat etiam, cum sororem appellat, quod primum ad authoritatem facit: nec minus & cum ecclesiæ ministram dicit.

Vt eam suscipiatis in domino digne sanctis. Hoc est ob domini gratiam hanc honorate. Qui enī ob dominum aliquem excipit, vel minimū quemque magnopere honore ꝓsequitur, præsertim si sanctior sit qui suscipitur, longe magis est honorādus. Propterea digne sanctis adiecit videlicet quemadmodum excipiendi sunt sancti.

Et aßistatis ei, in quocunque negocio uestri indiguerit. Hoc est pro viribus illi opitulemini, & manus porrigite.

Etenim ipsa quoque aßistit multis & mihi. Huius primo laudes explicauit mox vt susciperetur orat. Postremo & laudes repetit, vndequaque hos cogens vt in honore hanc habeant, cuius sit ecclesia ministerio via, & plerisque tulerit opem, & mihi ipsi orbis terrarum præconi & tanta perpesso.

Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu. Fuere hi quidem mihi adiumento in sermone & doctrina, laborum insuper & periculorum participes. Nonnulli vero eo adiutores nos dicunt, quia tentoria texerent, quorum ex opificio, & ipsi cum Paulo victitarent.

Paul⁹ ex opificio victitabat, nā texebat tentoria.

E

Qui pro anima mea ceruices suas supposuerunt. Perfecti quidem & hi martyres extitere quippe quibus Neronis tempore magnum omnibus impenderet discrimen.

Quibus non solus ego gratias ago sed & cunctæ ecclesiæ gentium. Hoc loco istorum in se hospitalitatem prætendit. Et ne ad gratiam hæc falso videatur dixisse, & alios testes producit.

Et domesticam eorum ecclesiam. Tanta erant hi probitate imbuti, vt suam domum & familiam omnem fideles reddiderint. Horum itaque domum ecclesiam dixit, nec solū quia Christi fidem exceperant, sed quia hospitio credentes admitterent. Eorum præter ea domus dici pro ecclesia debet, in qua dei timor insit & virtus. Audiant hæc qui nuptijs copulantur: & intelligant, eas non esse ad virtutem impedimento.

Nuptię īpedimēto virtutinō sunt.

Salutate Epænetum dilectum meum, qui est primitiuus Achaiæ in Christo Iesu. Permagnum est sane a Paulo quempiam coli & obseruari, qui non ad gratiā nouit, sed vero iudicio suā impertiri beneuolentiam. Primitiuum vero ideo dixit, vel quia maiorem quam reliqui omnes præ se tulerit pietatem, eoque & in Christo adiecit, hoc est non se pro huius seculi bonis, sed pro his quæ sunt Christi, priorem obrulit.

Salutate Mariam, quæ multum laborauit in nobis. Ex susceptis pro veritate laboribus, mulierem exornat. Non solum (inquiens) sumptius gratia vigilijs, & humi cubationibus insudauit, sed in nobis apostolorum officio functa laborem insumpsit. Quæret aliquis, Cur Paulus fœminam hoc loco produxerit, viros erudientem ad fidem, cum nullam huiusce modi permittat mulieribus facultatem? Haud quaquam doctrinæ Apostolus interdicit sermonem, sed ne in concessu præsideat mulier, vel suggestum conscendat, alios instructura, prohibuit. Sed priuatam vbique instructionem maxime probat, sic enim & vxor virum instituit, & Prisca Apollo edocuit. Nec illam ait multum alios instruxisse sed laborasse plurimum, vt arguat illam vel in erogandis priuatis pecunijs & modis alijs fuisse hoc mysterio vsam.

Fœmina apostolica fungēs officio.

F

Paulus priuatam fœminæ instructionem permittit nō publicam

Salutate Andronicū & Iuniā cognatos & cōcaptiuos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo. Non tantum laudis affert cum Paulo iuncta necessitudo & propinquitas sanguinis, quantum subdita cum Paulo seruitus. Longe enim grauiora tolerabant fideles, quam solem captiui, qui compedibus vinciuntur. Magni est sane faciēdum Apostoli nomen fuisse sortitam & Iuniam, præsertim quæ mulier esset; quod prætere a maioris æstimandum, & nobiles inter Apostolos dici & insignes. Sunt enim hi ex rebus gestis & optimis actionibus adepti nobilitatem. Nec Paulum pudet hos profiteri in Christi fide suscipienda se præuenisse: quin potius & laudibus effert quod ad id boni anticipandum prosilijssent.

Salutate Ampliā dilectißimā mihi ī domino. Si ab imperatore obseruari & coli maximi sit: quāto magis ab apostolo, qui virtutis gratia & dei respectu homines claritate cōplectitur.

Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu. Id quidem superiorem illam excedit laudem, quinimo ab hoc illa originem sumit. Et enim hauddubie ille dilectus qui sit in tali opere adiutor & socius.

A *Et Stachin dilectum meum.* Hunc pari dignatur laude.

Salutate Appellem probum in Christo. Hoc est, qui nec criminis potest coargui, nec vlla affectus est nota. Nonnulli dicunt probum hunc appellasse apostolum: quia alter quidam tunc erat Appelles idem nomen sortitus: moribus deprauatus & improbus.

Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo. Hos nominatim non explicat, quia forte erant eorum, quos supra meminit similes.

Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate & eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in domino. Id est fideles.

Salutate Tryphenam & Tryphosam, quæ laborant in domino. De Maria quidē dixit, quod laboris plurimum insumpsisset. De his vero, qui adhuc labori incumbant, quod vtrique his summam in laudem cedit, continenter aliquid factitare & insudare negocio.

Salutate Persidem mihi charissimam, quæ multū laborauit in domino. Hæc quidem eo habetur præstantior quo a Paulo sit charitate complexa, & opere simul pro domino impenderit plurimum hoc modo singulos pro dignitate appellat, & reddit ad opus diuinum promptiores, & alios vt imitentur instigat.

Salutate Ruffum electum in domino, & matrem eius ac meam. Duplex id bonum, quod filius & mater irreprehensibiles sint. Nec temere suam & matrem hāc intulisset, nisi per magnam inesse mulieri illi virtutem perclaruisset.

B *Salutate Asyncritum. Phlegontem, Herman, Patrobā, & Hermen, & qui cum eis sunt fratres.* Haudquaquam attendas, quod nullam his adiecerit laudem, sed illum aduerte, quod cū cæteris essent inferiores, dignatus est tamen hos sua salute: quin potius vel hanc in eos cōtulit laudem, quod fratres appellet.

Salutate Philologum, & Iuliam, Marcum, & sororē eius, & Olympiam, & reliquos qui cum eis sunt sanctos. Ingens sane vel horum est laus quos sanctos nuncupat.

Salutate inuicem in osculo sancto. Ne altercatio oriatur, quod varia quadam, per se appellatione sunt nuncupati, & in pari prorsus laudem genere affecti, hos demum ex osculo sancto permiscet, & pares facit, ne maior inferiorem contemnat, vel inferior maiori inuideat, osculo hoc sancto mitigante omnia & coæquante. Olympia Osculum sanctum;

Salutant vos omnes ecclesiæ Christi. Nec solum hos pares & vnanimes reddit, quin etiā & ab ecclesiarum vnitate salutē transmittit. Nam ecclesiarum hoc nomine fideles omnes complectitur, nil hunc illumve exprimēs. Tam multis igitur personis, quod in aliis nusquam seruauit, hac in epistola salutem his impertitur, quia nondum vrbem ac romanos conspexerat, & plerique, quos antea cognouisset, Romam confugerant, eoque haud iniuria sigillatim illos commemorans, Romanis commendat.

Rogo aūt vos fratres, ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula, præter doctrinā quā vos didicistis faciunt. Rursum eos commonefacit, non consulendo, sed obsecrando, & cum honore non mediocri fratres appellat. Et tentantium se, vt patefaciat dolos: obseruate, inquit, hoc est diligenter illos cauete. Præcedūt autem dissentiones, quas mox & scandala subsequuntur. Quandiu enim vnitum est ecclesiæ corpus, nullum habent aditum scan- In ecclesiis
C dala, hoc est hæres. Præter doctrinā quam vos didicistis, inquit, non quam ipsi docuim⁹: concordē anticipans eos & arguens excepisse iam se eius doctrinam & credidisse, & permanendū nō subire in his esse quæ accepissent. Dissentiones vero & scandala, hoc est hæreses ab his induci, scandala. qui præter apostolorum doctrinam & dogma aliquid afferant.

Et declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro, non seruiunt, sed suo ventri. Defugite hos, inquit, qui si vel nescii vel errore ducti delinquerent, reduci aliquando possent in viam, & corrigi. Sed quoniam scienter in id facinus prolabuntur, vitandi sunt maxime. Iudæos vero hos esse indicat, quos acerrime solet gulositatis insimulare. Istiusmodi enim Iudæorum vniuersum est genus. Ex hac igitur ventris ingluuie & vitiorum seruitute omnes eruperunt hæreses. Aduerte autem eum, qui sit ventris & gulæ addictus, Christo seruire non posse.

Et per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Insidiantur; inquit, & blandiuntur, Id enim verba suauia proferunt & benedicta. Siquidem verba beneuolentiam exprimunt, mens vero dolis est plena. Nec sane vos, inquit, seducunt, & fallunt, sed innocentium, id est simplicium corda. Vētri addict⁹ deo seruire nō potest.

Vestra autem obedientia in omnem locum diuulgata est. Incautos profecto alios & imprudentes, non vos inescant & alliciunt, quandoquidē vestra obedientia quæ a summa mansuetudine oritur, ad omnes peruasit. Quo fit, vt non solum ipse testificari hanc possim

vobis inesse,sed orbis terrarum vniuersus.

Gaudeo igitur in uobis. Hoc est, vestri gratia,quia decepti non estis,afficior iucunditate.

Matth.x. *Sed nolo uos sapientes esse in bono,& simplices in malo.* Arguit ex his circunuentos fuisse nõ nullos persimile id sane dictum ei,quod dominus ait. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Vult autẽ hos & sapientes in bono & prudentes fieri, hoc est in propriam,tam salutem quã cõmodum. Simplices vero in malo id est ad mala alijs irroganda nil docti. Simplex enim & integer vita,nocet nemini.

Deus aũt pacis conteret Satan sub pedibus uestris uelociter. Cũ essent inter illorum nõnullos & ortæ dissentiones,pacis inuocat largitorem,vt sedet hæreses tollatq;. Neque subdat in

Satanas in tenebras tradend⁹

tulit,sed quod acrius est conterat dixit. Nec eos modo qui dissidia moliuntur, sed horũ etiam præfectum & ducem commoliuntur. Hos autem a tempore consolatur, cum velociter & breui futurũ id intulit. Conterat vero & optantis est & prædicentis futura. Futurum siquidem est,vt Satanas ille tradatur in tenebras & deligetur.

Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Gratiam eis cõmemorat vt vel ex his quæ iã per gratiam acceperunt,promptiores reddãtur:vel futuris bonis ad fidem. Si enim vos deus,& si olim hostes,& sibi infensos saluauit,longe nunc magis perditurus est Satanam, qui mala ista intersterit.

Salutat uos Timotheus adiutor meus. Hic enim apostolum in euangelio subleuabat. Magnæ sane id laudis,vt eadem faceret Timotheus,quæ & Paulus factitaret. E

Et Lucius & Iason & Socipater cognati mei. Iason site in Actibus Apostolorũ plurimum vendicat laudis, vtpote qui viriliter pericula pro Christo subiret. Cognati autem & propinqui dicuntur,non modo qui carnis necessitudine, sed qui fide & religione nobis sunt iuncti. Ne enim tales se præstitissent,& arctissimo vinculo fratribus iungerentur, nullã horum fecisset Paulus mentionem,

Saluto ergo uos Tertius,qui epistolam scripsi in domino. Id autem non suæ laudis gratia scribit: sed vt vehementiorem vindicet a Romanis in se beneuolentiam,vtpote qui in his literis conscribendis operam hic præstitisset,

Tersi⁹ siue (vt alij) Terentius hanc epistolã scripsit Paulo dictãte.

Salutat uos Caius hospes meus & uniuersæ ecclesiæ. Hoc est, qui me hospitio excipit, & quod maioris est gloriæ,& vniuersam ecclesiam domini recipiebat, quoscũque scilicet se adeuntes fideles Neque enim temere apud hunc Paulus diuertisset, nisi dignum, se hospitem comperisset.

Salutat uos Erastus arcarius ciuitatis,& Quartus frater. Hoc est,ciuitatis præfectus & moderator. Vnde datur intelligi, neque opes nec dignitates & magistratus, cuiquam esse vel ad fidem,vel ad recte viuendum,impedimento.

Actu.vi. *Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus uobis,Amen.* Epistolam vel inde exorsus est inquiens. Gratia vobis & pax,&c. cuius & in calce & gratiam subdidit,eandemq; illis adesse precatur & optat. Tunc enim nostra arguitur vera & certior disciplina cum non solum verbis verum & precibus sumus discipulis profuturi. Propterea & illud dicebat. Nos autem orationi & dispensationi sermonis insistamus hęc vos tutabuntur,qui nihil ex operibus nostris speram⁹ posse salutis locum aliquem inuenire,sed quicquid est spei,diuinæ gratiæ & clemẽtiæ accensemus,quibus & dæmonum laqueis superiores euasimus,qui sunt sub pedibus nostris cõtriti in Christo Iesu,hoc est,Christi potẽtia,cui gloria in sæcula,Amen. F

Missa ad præcedens epistola per Phœben ministram Cenchreensis ecclesiæ.

Argumentum in priorem epistolam ad Corrinthios.

Corinthij qui.

Corrinthij sunt Achaici. Et hi similiter ab Apostolo audierunt uerbum ueritatis, & submersi sunt multifarie a falsis apostolis. Quidem à philosophiæ uerbosa eloquentia, alij secta legis Iudaicæ inducti sunt,hos reuocat Apostolus ad ueram fidem,& euangelicam sapientiã, scribens eis ab Epheso per Timotheum discipulum suum:

A # In primam ad Corinthios epi STO. THEOPYLACTI ARGVMENTVM.



ORINTHVS CVM PLVRIMVM ET opibus polleret & sapiētia, in Christū credidit. A quo post fidē susceptā, nec desisteret magno in discrimine uersabatur. Siquidē cum ditiores plerique seorsum conuenticula & consolationes inirent, coirentque & sapi in unū multi, praeceptoribus sibi ad eam rē constitutis. Paulus paupertatē & inscitiā obiectabāt. Accedit praeterea, quod inter hos quispiā nouercæ admiscebatur, & idolotytis gulæ uitio uescerentur, nonnulli, & de pecunijs, cum oriretur contentio, iudices gentiles adirēt, comas insuper nutrirent uiri. Et cum in ecclesijs sæpe comessarent, nil sibi egētibus impartiebant, Pecunijs itē & bonis externis plurimum confidentes, cum insolescerent maxime & efferrentur, resurrectionis iam ratio Corinthū
B apud eos claudicabat. Quibus omnibus ob exteriorem sapientiam fallebantur, quæ profecto in se confidentibus mala omnia parit, & prauorum facinorum mater est & origo. Scribit itaq; ad Corin. Paulus, eorū ut uitia corrigat. Et quemā in ecclesia ab ortū dissidiū eò maius omniū uidebatur; quo ex superbia erat & aīmi elatione profectū: huic primū medetur Apostolus, & seditionē huiusmodi, cum altiora quædam Corinthij sese instructuros profiterentur, euertit Et hunc in modum orditur.

CAPVT PRIMVM



Paulus uocatus Apostolus. Perinde ac si inquiat: neque hāc ipse mihi dignitatem quæsiui; nec propria vlla sapientia accepi, quippe qui olim cum essem ecclesiæ dei euersor, ad apostolatus sum demum hoc munus obeundum accitus. Quo ergo pacto & ipsi alios ad fidem instituendi officium id inuasistis. Iesu Christi, Christus fuit apostolorum instructor. Cur vobisipsis adscribitis mortales quosdam in præceptores. paul⁹ apostolat⁹ dignitate sibi nō quæsierat. Actu.ix i.cor.xv.

Per uoluntatem dei, Haud sane nos ille vt dignos vocauit; & saluos fecit: sed quia sic ei placitū est, egit vt libuit. Nunc vero placuit illi, vt ipse vos edocerem. Cur alium præter me vultis magistrum? Nam deo vt obsisterdum ducatis id agitis?

Et Sosthenes frater, Præ modestia Sosthenem sibi adiungit in comitē. Quod quidem corinthiorum ut tollat insolentiam, facit qui cæteros aspernarentur.

Ecclesiæ dei quæ est in corrintho. Non huius illius ve dixit ecclesiam, sed dei. Quid ergo homines ipsi habetis qui vos tuentur Quod si estis ecclesię nomē sortiti, necessariū est vt Ecclesia quid.
C iuncti & vnanimes sitis; qñquidē ecclesia, vnitas q̄dam & conuentio interpretatur.

Sanctificatis in Christo Iesu. Neq; eñ i quouis hoīm, sed in xp̄o Iesu hanc estis sanctimoniā cōsecuti Et baptismi gratiā nō hūanæ sapientię aut diuitiarū, quib⁹ elati isolescitis.

Vocatis sanctis. Quin & hoc ipsum credere haudquaquā nostri est iuris, sed dei potentiæ & volūtatis a quo estis hoc pacto vocati, vt obseq̄ndo exceperitis simul & fidē, Fit itaq; vt a deo fides hæc sumat initiū. Nā si vos ille nō conuocasset, nequaquā puissetis.

Cū oībus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi. Nec vobis solis pax sit hmōi, sed vniuersis Christi inuocantibus nomen. In omni loco nostro & ipsorum. Omnium videlicet quotquot vbiq; fidelium sunt, meminit, vt arguat fideles vnam esse ecclesiam. Vnde sic eos videtur obiurgare. Cur ipsi vnius ciuitatis incolæ inter vos dissidetis. Nonnulli vero nostro & ipsorum loco ita intelligunt, id est in quo & nos sumus & illi. Fideles oēs vnam faciunt ecclesiam.

Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Adeo ea vobis sit gratia, quā olim ipsi cū inimici essemus, iā consecuti, pacē nunc viuimur, eandem & vobis vi p̄sto sit tōprecamur. Nec vltra a pace eiusmōi excidatis optamus, qui factionibus nunc & quibusdā inter vos simultatibus dissidetis. Nunc vero, cur vos hominibus addixistis, illorumq; & gratiā inire studetis, & placere illis vt pręceptoribus omni studio cōnitimini.

Gratias ago. Hoc loco nos ad gratitudinē quandā erudit. Cūq; idipsum per oēm epistolam agat nunc tamen opportunius lōge quam alibi gratitudinem recordatur. Gratitudo

eũ gratiã sequitur, gratia vero nec debitum præferre, nec beneficij arguit vicissitudinẽ. D

Deo meo. Ex summo quodam animi affectu cõmunem omniũ deum suum hic facit.

Semper pro nobis in gratia dei. Ex his vtique & Corinthios instruit, vt & ipsi assiduas deo gratias agant, & nihil proprijs vel actionibus confidant, vel vllis virtutibus: sed in dei gratia sit illorum spes omnis.

Quæ data est mihi in nobis in Christo Iesu. Hoc est per Christum duntaxat, nec per alium quempiam mihi concessa Quid ergo hoĩes ipsi attenditis, cũ sit in deo & solo sperandũ.

Quia in omnibus diuites facti estis in illo. In illo, id est per ipsum, cum constet vel opes ipsas, & si pro diuitijs habendæ non sint, per vnigenitum tamen donari. Cur ipsi omniũ ingratissimi homines sine vllo delectu in præceptores adsciscitis.

Verbũ sine sciẽtia, sciẽtia sine verbo

In omni uerbo & in omni scientia. Est nanque & sine scientia verbum, vtpote cum quis nullo sensu superuacanea narrat. Et præterea & sine verbo scientia, videlicet cum altiora quispiam cogitatione & mente complectitur, caret tamen quo illa explicare queat, sermone. Vos vero, inquit, & sermonem habetis, & dei scientiam, ita vt intelligendi & loquendi vobis insit facultas.

Sicut testimonium Christi confirmatum est in nobis. Sicut per verbum videlicet & scientiam, quibus vtrisque cælestes diuitias comparastis, confirmatum est in vobis testimonium, hoc est dei archanum. Neque enim per exteriorem sapientiam archanorum dei facti estis participes, sed quibus dignati estis ac donis.

Infra.4.

Ita ut nihil nobis desit in ulla gratia. Quæret aliquis. Si perpetua erant illa dona adepti E
cur eosdem in orationis progressu carnales appellat? Responderi ad id põt, neque omnes spiritales fuisse, nec secundũ carnem vixisse vniuersos. Vnde in præsentiarũ verba huiusmodi ad spiritales habuisse Apostolum, ad carnales vero quæ paulopost subsequentur. Vel forte, quia fieri poterat, vt in ipsis fidei susceptæ primordijs, cuncta essent hi dona adepti: & demum, vt feruor ille refrixit desides facti, secundum carnẽ vitam transigerẽt.

Expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi. Hoc loco territat eos, cum meminit secundi & futuri Christi aduentus, quasi id inquiat. Si futurum est, vt Christus ipse reueletur, & iudicaturus adueniat: quo pacto alios ipsi estis iam nacti qui vobis præsint & ducent. Ostendit præterea & cum his donis, alias deposcendas esse virtutes. Siquidem nihil huiusmodi dona iuuabunt, nisi & vita accedat bene transacta. Cum autem reuelationem dicit, ostendit vel hoc tempore Christum nobis adesse, delitescere tamen interea quia sese in futuro iudicio sit palam facturus.

Aduẽtus secundus Christi cur reuelatio dicitur.

Qui & confirmabit uos usque in finem sine crimine in die aduentus domini nostri Iesu Christi. Cum confirmabit, inquit, ostendit eos & nutabundos esse, & ab alijs circunuentos, cũ vero sine discrimine dicit, illos criminibus subesse demonstrat: Christi autem Iesu, eo frequentius hoc loco repetit, quæ in cæteris epistolis solet, vt Corinthios cõmonefaciat, per hunc se & salutẽ fuisse adeptos, & huius ex nomine non alterius hoĩs, christianos se dici.

Fidelis deus, per quem uocati estis in societatem filij eius Iesu Christi domini nostri. Hoc est veridicus est deus. Itaque si nihil ille mentitur, & vos ad filij sui vocauit societatẽ, id est, vt suo in reo cum filio vna & vos gloria donet, perspicuum est deum omnino, quæ promisit facturum. Estis enim ipsi vocati, non iniussi adistis: cur ergo insolescitis: nec secus superbia efferimini, ac si vestra opera id effeceritis. F

Obsecro autem uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi. Cum acerbiora sit in hos verba facturus, præueniens per Christum illos precatur, sic inquiens, cum haud satis ipse flectere vos valeam precibus, ad id peragendum, Christi nomen obtestor & inuoco, a quo & ipsi christianum estis nomen sortiti. Quo Christi nomine affecto per vos ignominia, ab hominibus ducere mauultis cognomen.

Vt idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata. Quid illud est, inquit, quod precor. Vt omnes vnum sentiatis, nil diffidenter, cum enim vnũ aliquid in plures scinditur partes, videtur quidem in frustra multa & minutiora concisum, alioqui quę potest in multis & detruncatis inesse vtilitas, quin & vnum illud perdiderint quod integrum fuerat. Apertissime igitur illorum facta, schismata nuncupat, quo verbo, quemadmodum calamitose cum Corinthijs ageretur, demonstrat.

Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Quoniã supra, vt vnum loquerentur, oẽs iniunxerat, ne existimarent verbo tenus hanc animorum coniunctionem seruandam: & in eodem sensu adiecit, hoc est, idem vt sentiatis. Cumque & multi in aliqua re; vna sunt coniuncti, in alia minime, & perfecti sitis adiunxit, hoc est omnibus in rebus

idem cunctis sit animus, Multi præterea, & si idem videntur sentire, animis tamen & mē
A te dissentiunt. Quod sane tunc fit, cum fidem omnem omnes habemus, charitate tamen longe disiungimur, quod plane expressit, cum in eodem sensu diceret, & eadē scientia.

Indicatum est enim mihi de uobis fratres ab Chloe. Ne inficias eant, testes producit, & vt ne videatur ipse fingere, nomine exprimit, Chloes videlicet familiam Fuit autem Corinthi domus, quæ nominabatur Chloes. Fratres autem adhuc eos appellat. Etiamsi enim peccatum eorum perspicuum fuerit; nihil tamen prohibet eos fratres adhuc appellare. Non dixit autem palam quinam fuerint qui hoc significarint, sed totam domum omnino posuit, vt ne hos illis infensos reddat.

Fraternitatē peccatum nō dirimit.

Quod contentiones sint in uobis. Denunciaturus quænam ab indicantibus audiuerit, lites vel contentiones dixit, mansuetiore dictione vsus. Quando vero ex propria persona loquitur, schismata appellat, quod multo peius est lite.

Dico autem hoc, quod quilibet uestrum ait, Ego quidem sum Pauli, ego uero Apollinis. Nō pars inquit, vestrum hæc loquitur, sed quilibet vestrum. Non hunc autem plane ad modum illi loquebantur, verum Apostolus ita sermonem eorum abducit, vt ostēdat, si dicere se esse vel Pauli vel Cephæ, culpæ sit obnoxium, multo magis aliorum de nominibus vel ministerio gloriari, reprehensionem meretur, nec vaccat crimine.

Ego autem Cephæ. Non vt seipsum præferat, Petrum posteriorem posuit, sed illum potius sibi anteponens, perinde ac Christum iam posteriore loco posuit. In rebus enim factu
B indignis, primum suæ ipsius personæ meminit.

Ego autem Christi. Non hoc reprehendit quod dicant, Ego sum Christi, sed quod nō omnes hoc dicant. Imo a seipso potius hoc posuit; volens ita accusationem grauiorem constituere, atque ostendere Christum quoque in partem datum, adeoque dissectum, et si illi hoc non faciebant.

Diuisus est Christus? Dissecuistis Christum? diuisistis eius corpus? Indignationis autem plena est oratio. Sūt qui, Diuisus est Christus, sic intellexerūt, Partitus est ne Christus apud hoīes ecclesiam, vt adeo partem ipse sibi acceperit, partem vero alteram illis dederit?

Num Paulus crucifixus est pro uobis? Tollit quod apud Corinthios absurdum accidebat propriique nominis meminit, vt ne videatur ex inuidia alienorum nominum mentionē fecisse. Non dixit autem, Nunquid Paulus finxit seu creauit vos? sed enim quod multo maius est, inexplicabilem eius clementiam indicans, crucem in mediū depromit. Nec dixit, Nunquid Paulus mortuus est? sed crucifixus, mortis contumeliam, vt existimabatur, demonstrans.

Aut in nomen Pauli baptizati estis? Baptizaui, inquit, & ego non paucos, sed in Christi nomen. Id vero ait, quandoquidem & ea schismatis erat causa, nempe quod a baptizantibus nomenclaturam sibi vsurpabant, deque ijs gloriabantur. At qui non hoc quæritur, quisnam fuerit qui baptismate tinxerit, cæterum in cuius nomen baptizet. Is enim peccata remittit, non qui baptizat.

Non qui baptizat, peccata remittit sed in cuius nomen is baptizat.

Gratias ago deo quod neminem uestrum baptizauerim, præter Crispum & Gaiū. Quid, inquit,
C baptizatoris nomine adeo superbitis, quum ego potius gratias agam deo, quod ego vos baptismate non tinxerim? Hæc autem ait baptismatis authoritatem haudquaquam vel eleuans, vel imminuens, vel tollens, sed illorum arrogantiam & ostentationem tollens, quam hac in re habebant. Si quidem baptisma res magna est: baptizare autem, respectu personæ operantis non perinde magnum.

Vt ne quis dicat, quod in meum nomen baptizauerim. Non quod de illis hoc quispiam dixerit: at metuo, inquit, ne vsque eo progrediatur morbus. Si enim prauis hominibus baptizantibus emerserunt hæreses, forsan me præcone & apostolo baptizante, verisimile est me quasdam etiam constituere, adeoque baptisma commendare.

Baptizaui autem & Stephanæ domum.
Magnus hic fuit Corinthi, necnon celeberrimus.

Cæterum non noui si quem alium baptizauerim. Adeo, inquit, non solum solicitus circa baptisma, vt ne meminerim quidem num alium baptizauerim. Quur ergo eam ob rem scindimini, sectasque facitis?

Non enim misit me Christus baptizare, sed prædicare Euangelium.
Nam laboriosius erat, atque animo ferreo plane egebat, Euangelium annunciare. Persuadere nanque mortalibus, atque a patrū traditionibus, & maiorū suorū dogmatibus eos abducere, idque in magnis periculis, magno profecto animo & strenuo opus habet, Assu-

Euāgelij annunciationis difficultas.

mere autem doctrinam,& paratum esse baptizare , cuiuslibet fuerit sacerdotium habentis. Ec qui omnino baptizare potuit Paulus, nisi ad hoc missus fuisset? Atqui non est ad hoc missus primum & singulariter. Etenim neque prohibitum ei hoc fuit ne faceret: siquidem ad maiorem functionem missus est. Quare non fuit ei inhibitum ne id quod minus esset, perficeret. D

Non in sapientia uerbi,ut ne euacuetur crux Christi. Tollens supercilium eorum qui baptismatis nomine cristas erexerant , ad eos nunc transit, qui externa sapientia efferebantur: quoniam, inquiens, misit me Euangelium prædicare,non in sapientia verbi,hoc est, in eloquentia,sermonisque cum elegantia,cum venustate,vt ne noxam patiatur & imminutionem crux. Hoc enim est quod ait, euacuetur,id est, vacua, inanis, & inutilis inueniatur.Si enim in sapientia verbi Apostoli prędicassent,potuissent quidam dicere,quod orationis persuasibilitate & ornatu persuasissent hominibus, non virtute prędicatarum rerum. Id vero in inanitatem & noxam,adeoque contumeliam crucifixi cessisset.Iam vero in simplicitate sermonis promulgantes verbum , crucifixi potentiam ostendunt,quæ cuncta perficit . Exempli gratia,Interrogat me Græcus de diuinis quibusdam rebus humani ingenij captum exuperantibus . Hic si incipiam per syllogismos & externam ista sapientiam commonstrare,nihil efficiam , & infirmus ero:nulla enim ratio hæc exhibere potest:sicque mea ista infirmitas,prędicationis infirmitas esse videbitur:atque hoc deinceps modo crux euacuatur , & inanis redditur , quippe quæ vanum quiddam & inane esse videatur . E

Syllogismis diuina nō cōprobātur

Sermo enim crucis pereuntibus quidem stultitia est . Quia nonnulli erant Corinthi crucem subsannantes,verisimile erat fideles,dum eis istorū sapientia obsisteretur,turbari, eo q̃ isti vituperarent crucifixū.Ne,inquit,abalienemini ab Euangelio. pereuntibus em̃ stultitia quędam videntur ea,quę sunt credẽtibus in salutem tradita ab deo.Sermonẽ autẽ crucis,prædicationem crucis siue crucifixi dicit Christi.

Iis aũt qui seruãtur,nobis potẽtia dei est. Nobis,inquit,qui non perim⁹, sed seruamur ętern ũ,potẽtia dei est.Quinetiã sapientiam declarat crux.Potentiã sane; q̃m morte mortem dissoluit & abstulit.Summa em̃ potentia est,eũ qui ceciderat , victoria potiri.Sapientiã vero:nam hac ratione eos qui perierant,conseruauit Christus .

Scriptum est enim:Perdam sapientiam sapientum,& intellectum intelligentium reprobabo . Scripturæ testimonio belle confirmat quod dixerat , infideles interire . Ea enim ait: Perdam sapientiam sapientum, nimirum huius mundi,hoc est,stultam eam esse demonstrabo, ac minime esse sapientiam, ac reijciam intellectum eorum qui sapere & intelligere sibi videntur .

Esaiæ. xxix.

Vbi sapiens?ubi scriba?ubi disputator seculi huius? Scripturæ testimonium protulit:deinceps itaque & ab rebus ipsis demonstrationem adducit. Ac Græcos quidem redarguit , quum ait: Vbi sapiens? hoc est,philosophus. Iudæos vero, quum inquit,vbi scriba? Disputatores autem nominauit eos,qui ratiocinationibus & inuestigationibus cuncta tribuunt , Nemo enim illorum seruauit nos , sed piscatores nos ab errore exemerunt. Quod vero ait,deus stultam reddidit sapientiam,pro inefficacem esse demonstrauit,accepit,ac conuicit esse stultam,vt quæ non potuerit inuenire verum . F

Esaiæ. xxxiij.

Disputatores.

Quum enim in sapientia dei non cognouisset mundus deum placuit deo per stultitiam prædicationis seruare credentes. Causam reddit quare sapientia mundi in stultitiã sit versa: Simul atque enim in sapientia,quę per creaturas cernitur(cœlum enim & terra adeoque omnis creatura prædicat conditionem)non nouisset mundus,hoc est,quæ mundi sunt adfectantes,deum,per sapientiam videlicet quæ in eloquentia cernebatur ,linguęque politie,impedit,visum est deo per prædicationis simplicitatem, quæ videtur quidem esse stultitia,quum minime sit,seruare credentes.Habebant igitur doctorem Gręci,sapientiã dei, quæ in creaturis enitescebat. Non agnouerunt autem deum per sapientiam quam ex humana traditione acceperant,quæ non est sapientia.

Nam & Iudæi signa petunt,& Græci sapientiam inquirunt:nos uero prædicamus Christum crucifixum . Vult cōmonstrare Paulus quomodo per contraria deus contraria operatus sit inquiens : Siquando dixero Iudæo, crede actutum signa inquirit ad confirmationem & commendationem prædicationis. Nos autem Christum prædicamus crucifixum quod non solum non est signorum demonstratio vel exhibitio , verum infirmitatis potius , vel in speciem apparet , indicium . Interim tamen eo, vt apparet , infirmo & contrario, quantum attinet ad hoc quod petit,perducitur ad fidem. Quæ res ingen-

A rem sane dei potentiam ostendit. Rursus Græci sapientiã inquirũt a nobis: atqui & illis nos Christũ pdicamus, quod & ipsum, vt apparet, stultitiæ esse videtur, deũ nẽpe crucifixum prædicare: interim tamen ita persuadentur. Nonne igitur maximæ hæc potentiæ argumenta sunt, ex contrariis, quo ad ea quæ inquirunt, persuaderi eos?

Iudæis quidem scandalum, Græcis autem stultitiam. Iudæis, inquit, crucifixus est scandalo. Impingunt enim aduersus ipsum, dicentes; Ecqui is qui comedit & bibit cum publicanis & fornicatoribus, ac tandem cum prædonibus crucifixus, potest esse deus? Græci vero mysterium hoc irrident ceu stultitiam, eo quod sola fide, & non ratiocinationibus vllis, ex quibus ipsi dependebant, comprehendatur deum crucifixum esse, & quia orationis splendore non exornetur. Lucæ.vij

Ipsis autem uocatis Iudæis & Græcis, Christum dei uirtutem, & dei sapientiam: Infidelibus quidem Iudæis Christus est offendiculum; & infidelibus Græcis stultitia videtur, quod non inueniant signa quæ in eo quærant, & sapientiam. Vocatis autem Iudæis, & vocatis Græcis, hoc est, ab Deo vocatis tanquam dignis, vtraque inueniuntur quæ inquirũt; Christus videlicet, & in Christo. At o Iudæe, quid inquiris signa? En Christus potentia dei est, quæ signa efficit. At tu Græce, quid ais? quæris sapientiam? Habes Christum sapientiam patris.

Quoniam stultum dei, est sapientius hominibus, & imbecille dei, est fortius hominibus. Crucem hic per stultum isthuc intelligit, vt quæ sic videatur. Sapientius quidem hominibus est. Nam philosophi frigidis & inutilibus rebus incubuerunt, crux autem, imo vero crucifixus Christus, mundum seruauit. Imbecille porro apparet, tanquam ex imbecillitate crucifixo Christo: sed fortius illud est hominibus, nõ solum ideo, quod quum innumeri conarentur extinguere hoc nomen, floreret magis, verum quia etiam per illum qui imbecillis visus est, fortis Satanas ligatus est. Poteris autem hæc sic etiam intelligere, quod in deo quod valde sapiens est, insipiens dicatur, hoc est stultum: & quod supra modum forte, imbecille, perinde ac eximius splendor & præclarum lumen, eius tenebræ & caligo dicuntur.

B Sstultum dei crux.

Videte uocationem nostram fratres, quoniam non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi genere clari. Considerate inquit, & scrutamini vocatos ad fidẽ, & inuenietis ꝙ non multi sapientes sint secundũ carnẽ, hoc est, vt apparet in speciẽ, in præsenti vita. Non dixit aũt ꝙ nemo sapiens, sed nõ multi. Nã nonnulli sapientum ad fidem accesserunt, quorum de numero sunt Areopagita & proconsul, & alij de quorum nominibus nihil aperte indicatum. Quinetiam potentes quidam genere clari crediderunt. Ob hæc omnia dixit, non multi. Proinde animaduerte potentiam & virtutem prædicatiõis, quomodo simplex quispiam adeo sapientia dogmata docuerit, & quonam modo exterior mundi sapientia inutile quippiam esse demonstretur. Areopagita.

Sed stulta mundi elegit deus, ut pudefaciat sapientes, & imbecillia mundi elegit deus, ut pudefaciat fortia. Ea nanque est maxima Græcorum contumelia, si videant in foro manuariũ quempiam artificem in vera sapientia ipsos excedere, ac imbecillem adeoque contemptibilem & opibus & potestate conspicuos humiliare.

C *Et obscura mundi & contempta elegit deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt aboleat.* Qui nihil esse reputantur, eos μὴ ὄντα, id est non existẽtia, nominat: ea vero quæ sunt, illos qui aliquid esse videntur. Vt igitur hos ociosos & inutiles ostendat, ob eam causam eos qui nihil sunt, elegit. Porro quum audis elegit, non sic intelliges, quasi necesse habuerit contemptos eligere, ac celebres coram mundo depellere vel reijcere: verum quia quũ celebres & insignes viri propria sapientia intumescerent, eamque ob rem Euangelij verbum non susciperent, arrogantiæ & fastus vacui ad huius susceptionem magis sint visi idonei deo.

Vt ne glorietur omnis caro coram deo. Propterea, inquit, hoc deus fecit, vt deprimeret fastum & arrogantiam huius mundi sapientum, persuadeatque omnia sibi accepta referenda, neque cuipiam coram ipso gloriandum. Quomodo igitur vos o Corinthij, ob eã rem effermini? Obserua autem quod haud temere nobis dictum sit, quod propter arrogantiam indigni facti sunt prædicatione Euangelij, qui relecti sunt.

Ex ipso aũt uos estis in Christo Iesu. Quod ait ex ipso, nõ accipies dici de pductione ad esse, sed de pductione ad bene esse. Porro quod ait, est hmõi. Filij dei estis, & ex ipso estis filij eius facti in Christo, pro, per Christum. Quum dixit quod obscura elegerit deus, ostẽdit quod omnium sunt nobilissimi, qui a deo æternas diuitias acceperunt.

Qui factus est nobis sapientia à deo, iustitia: & sanctificatio, & redemptio. Hoc est, sapientes nos & iustos, & sanctos, & liberos fecit. Nam ἀπολύτρωσις, id est redemptio significat reuocationem ex captiuitate. Vt vero obscuros diligens, & nobiles & claros fecit, filios dei constituens: hunc ad modum stultos sapientes reddidit, factus nobis sapientia. D
Quomodo igitur non dixit, Sapientes nos fecit, sed factus est nobis sapientia? Doni vt largitatem & exuberantiã videlicet ostenderet: perinde ac si dicat, Seipsum nobis tradidit. Quum autem magnifica de filio dixisset, apponi, à deo, vt ne ingenitũ ipsum cogites sed ad causam recurras, nẽpe patrẽ. Animaduerte aũt ordinẽ. Primũ sapiẽtes fecit, liberãs ab errore, deinde cognitionẽ docens: deide iustos, peccatorũ dimissione data: post sanctificauit, per spiritũ paracletũ. Atque hac ratione perfectã liberationẽ ab oĩbus malis nobis impertiit, & liberauit, vt ipsius tantũ simus, eique duntaxat consecrati addictique.

Hiere. ix. *Vt quẽadmodũ scriptũ est, Qui gloriatur, in domino glorietur.* Oĩa hęc inquit, facta sunt, vt ne quisquã se putet esse aliquid, neque in seipso glorietur, vel in alia quapiã re, sed in deo qui tãta nobis donauit. Qui igitur vos ꝓpter vos turgetis, & ꝓpter hoĩes doctores?

CAPVT II.



Et ego quum venissem ad vos fratres, non veni per excellẽtiam sermonis & sapientiæ annuncians vobis testimonium dei. Non solũ, inquit, discipuli Euangelij insipientes & obscuro genere electi sunt, verumetiam ego ipse Euangelij præco, non veni oratione & sapientia humana instructus annuncians vobis Euangelium dei, id est, mortem Christi. Animaduerte ergo, quod & præco insipiens est & simplex, & quod id quod prędicatur, est mors ipsa & crux: attamen vel sic victoriam obtinuit Paulus. Perspicuum itaque est, quod sit inexplicabilis virtus & potentia quæ hæc sese ita habere efficiat. Quid autem? nunquid si voluisset Paulus, potuisset venire in sapientia? Ipse sane non potuisset, reuera enim simplex erat. At Christus maiora ei donare potuisset, enimuero non conducebat Euangelij prædicationi. Maiore nanque gloria Christus & honore vehitur per diui Pauli simplicitatem vincens, quam si per sapientiam orationisque splẽdorem victoriam retulisset. B

Paul⁹ in simplicitate, nõ in orationis splendore verbũ euãgelij annũciauit.

Non enim iudicaui me quicquam scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Christus, inquit, voluit vt essem plebeius & simplex ego. Atque isthuc ego bonum esse iudicaui, quod nihil externæ sapientiæ scirem, præterquam hoc tantum, quod Christ⁹ Iesus crucifixus est, & quod eum vobis prædicarem.

Et ego in imbecillitate, & timore ac tremore fui apud vos. Non solum, inquit, contemptus quantum ad orationẽ attinet, ad vos veni: sed & in infirmitate, in timore ac tremore sum versatus apud vos, hoc est, persecutionem passus, tentationi atque adeo innumeris formidinibus obiectus. Nam & ipse metuebat, vt hõ, pericula, imo tremebat etiã. Vnde & maiorẽ est adeptus laudẽ, quod quum eiusdem esset nobiscum naturæ, voluntate tñ & consilio exuperauerit. Hæc aũt dicit Christi potentiã ostendens. Nam cũ tot tantaque esserent impedimenta, prævaluit tamẽ ac potentior apparuit; Corinthiorum supercilium, in sapientia, potentia, & opibus confidentium, deijciens. F

Pauli timor.

Et sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in demonstratione spiritus & virtutis. Non erat, inquit, prædicatio mea compta persuasibilitate externoque orationis & facundiæ cum splendore tum venere, sed in demõstratione spiritus, hoc est, demonstrationem habebam ipsum spiritum sanctum forsan ideo, quia inexplicabili quodammodo fidem ingerebat auditoribus per verbi ministerium, vel quia signa perficiebat & prodigia. Infert enim, & virtutis, id est signorum. Maxima enim ad fidem apodixis, erat, mortuos videre resurgere. Quia vero & ab dæmonibus virtutes fiunt per imposturam, cũ prius dixisset spiritus, subiunxit, & virtutis: ostendens spiritualia fuisse quę facta sint. Potest autem virtutis vocabulum aliter etiam intelligi. Quum enim dixisset, Non veni ad vos in sapientia, sed in infirmitate: ad sapiẽtiam retulit, in demonstratione spiritus. Ad hoc vero quod ait, in infirmitate, virtutis vocem reddidit: id est, etiamsi persecutionem patiar, & verberibus adfligar, attamen adhuc potentior demõstrabar, quod ipsum est maxima verbi demonstratio.

Paulus vt psuaserit.

virtus.

Vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute dei. Sapientiam hominũ eloquẽ

A ciam vocat, & vim persuadendi rhetoricam: potentiam autem dei, vt supra demonstratum est, imbecillum & persecutioni obnoxium confortationem, vires, & robur, signoque seu miraculorum demonstrationem, quæ iam fidem vestram o Corinthij commendant, non sane humanę dicendi facultatis splendor & facundia, cæterum virtus & potentia dei.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam autem non seculi huius, aut principum seculi huius qui abolentur.

Stultitiam quidem supra nominauit prædicationem, perinde ac Græci appellabant. Postquam autem demonstrauit reuera adeoque ipsis operibus, veram esse eam sapientiã, audet deinceps sapientiam etiam appellare prædicationem de Christo, adeoque salutẽ per Christũ affixũ cruci partam. Perfectos porro fideles noĩat, hi eñ perfecti sunt, qui terrenis oib⁹ posthabitis ad cœlestia subuolãt. Seculi aũt huius sapientiã noĩnat externã illam veluti temporariam ac trãsitoriam, huicque seculo, vt cum eo dissoluatur, adiũctã. Principes porro huius seculi, non dęmones appellat, vt quidam voluerunt, sed enim sapientes, & orationum scriptores vel rhetores, qui & populi ductores erant. Principes autem, tanquam & ipsi temporarij sint, seculi huius nominat, qui aboleantur, hoc est, qui cessent tandem.

Fideles ꝑfecti.

Rhetores popu. ductores.

Sed loquimur sapientiam dei in misterio reconditam. Mysterium vocat, de Christo prædicationem. Non enim tantummodo prædicatio est, verumetiam mysterium, quem
B admodum neque angeli nouerunt ipsum priusquam pateficeret, & quemadmodum aliud videntes, aliud intelligimus. Intueor enim crucem & adflictationem, virtutem atque potentiam intelligo: seruum audio, & dominum adoro. Abdita est enim sapientia in fidelibus quidem omnino, fidelibus autem non omnino, videmus enim, sed tanquam in speculo.

Mysteriũ Christi pdicatio.

Quam præfiniuit deus ante secula in gloriam nostram. Præfiniuit dixit, vt dei charitatem erga nos indicet. Nam & illi maxima nos dilectione prosequi existimantur, qui iam olim ante multa tempora instructi fuerũt nobis benefacere. Hanc ad rationem deus opt. max. ante secula statuit ac decreuit salutem per crucem, quæ est maxima sapientia. In gloriã vero nostram dixit, quatenus nos gloriæ participes fecit, Gloria autem serui est, participem esse domini in abdito mysterio.

Quam nemo principum huius seculi nouit. Principes huius seculi Herodem & Pilatum intelliges, qui mysterium hoc non nouerunt: insuper & principes adeoque pontifices Iudæorum, qui & ipsi non intellexerunt.

Si enim agnouissent, dominum gloriæ non affixissent cruci. Si nouissent, inquit, quod posset lucere crux, quodque terrarũ orbis salus inde penderet, quinetiam si pontifices præsciuissent vrbem suam diruendam, seque abducendos, non crucifixissent dominum. Gloriæ autem dominum hic nominauit Christum. Quandoquidem enim crux incelebris quædam videretur, ostendit quod nihil glorię ei per crucem est ablatum, sed potius glorificatus est veluti ex hoc humanus demonstratus. Nonne igitur si ignorarunt, pecca-
C tum ipsis dimissum oportuit? Omnino, si posthac ad Christum accessissent, animi sui sententiam in melius permutantes, dimissa fuissent eis peccata, quemadmodum & Paulo, & alijs Hebræis est donata noxa.

Gloria crucis.

Sed quemadmodum scriptum est: Quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. Quid vero præparauit diligentibus se? Christi cognitionem, ac salutem per incarnationem partã. Hęc enim neque humanus oculus vidit, neque auris humana audiuit, neque cor hominis cogitauit: Prophetæ enim non humanis oculis viderunt, neque humanis auribus audiuerunt, neque humano intellectu vsi intellexerunt quæ Christi essent. Nam omnia diuina erant eis. Dominus enim, inquit, apposuit mihi spiritualem aurem, & alia id genus. Diligentes deum, sunt fideles. Vbi autem scripta est hæc commoditas? Verisimile est hisce eã verbis alicubi scribi, hodieque non inueniri librum. Fortasse autem, quemadmodum & sapientissimus Paulus explicat, cum eo loco hæc sententia conuenit, vbi dicitur, Quibus non annunciatum est de eo, videbunt: & qui non audiuerunt, intelligent.

Esa. lxiiij.

Prophetę diuinitus instructi de Christo.

Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum Perinde ac si quis dicat, Si in cor hominis non ascendit, quomodo vos didicistis? subdit, deus reuelauit nobis per spiritum, non per humanam sapientiam. Ipsa enim non potuit, neque digna fuit videre adeoque agnoscere tanta mysteria.

Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda dei. Quis enim nouit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in eo? Sic quæ dei ſunt, nemo nouit, niſi ſpiritus dei.
Tantum myſterium adeo, inquit, fuit abditum, vt non potuerimus ab alio diſcere, niſi
ſpiritus nos docuiſſet, qui profunditates dei nouit. Nam quod ait, ſcrutatur, non eſt indi
i Para. cium ignorantiæ, cæterum exactę comprehenſionis: quemadmodum & de patre di-
xxviij. ctum eſt quod ſcrutetur corda, id eſt, profunda eorum perſpecta tenet. Alias autem ceu
oblectans ſeſe contemplatione dei, inueſtigare ſpiritus arcana dei dicitur. Oſtendit por-
Romano. ro per ſequentia, exactam ſpiritus cognitionem. Vt enim humanus ſpiritus nouit quæ
viij. ſunt in homine, ſic & ſpiritus dei, quæ ſunt dei. Hinc diſcimus etiam quod non ſit di-
uerſus a patre ſpiritus, neque alterius eſſentiæ, perinde ac neque ſpiritus hominis diuer-
ſæ eſt ſeu alterius ab eo eſſentiæ.
Nos autem accepimus ſpiritum huius mundi, ſed ſpiritum qui eſt ex deo. Spiritum mundi,
humanam ſapientiam nominauit, nō hanc quam accepimus, vt ne vana & inutilis demō
ſtretur prædicatio noſtra: ſed ſpiritum dei, hoc eſt, coeſſentialem cū ipſo, qui eſt ex dei
ipſius eſſentia, hunc nacti ſumus habuimuſque doctorem & præceptorem.
Vt ſciamus quæ ſint à deo donata nobis. Lumen, inquit, eſt ſpiritus, atque eam lucem
accepimus, vt iam olim abſcondita videamus, ab ea videlicet illuſtrati. Quæ ab deo do-
nata ſint, hoc eſt, quæ ad Chriſti diſpenſationem attinent, quomodo pro nobis mortem E
obierit, quomodo nos filios dei fecerit, quomodo nos a dextris patris collocarit in ſeipſo
vt qui hūc ſpiritum nō habuerint, haud quaquam iſta videant.
Quæ & loquimur, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in perſuaſionibus ſpiritus ſancti. Tanto, inquit, Græcorum ſapientibus ſapientiores ſumus, quanto illi quidem
ab hominibus inſtituti ſunt, nos vero quæ loquimur, a ſpiritu ſancto docti loquimur.
Spiritualibus ſpiritualia comparantes. Hoc eſt, ſi prodierint ſpirituales quædam
quæſtiones, cōferimus eas, hoc eſt diluimus per alios ſpirituales intellectus vel hiſtorias:
veluti quæſtio eſt quod Chriſtus reſurrexerit: quæ cum ſpiritualis ſit, ex alia nimirum
Ionæ hiſtoria comparatur, hoc eſt, diluitur ac demonſtratur. Sic quæſtio eſt quod virgo
Ionæ. ij. pepererit. quæ itidem diluitur adeoque confertur per Sarrhæ ſterilitatem, per Rebeccæ
Matt. xij. item & Eliſabethæ emortuas matrices: quæ profecto non ex naturali conſecutione, qua-
Gene. xi. tenus ad cuiuslibet matricis vim attinet, conceperunt. Tum ex eo quod Heua ex
Geneſis Adam citra ſemen ſit progenita, exque aliis, quę ex prima ſua productione vſque dum
xxv. ad ortum perueniunt, conſiderantur. Ad hunc itaque modum accipit, Spiritualia ſpi-
Lucæ. i. ritualibus conferentes & diluentes. hi enim ſoli capere queunt hęc. Infert igitur,
Gene. ij. *Animalis homo non percipit quæ ſunt ſpiritus dei: ſtultitia enim ipſi eſt.* Animalis homo eſt;
qui omnia animæ ſuæ cogitationibus & ratiocinationibus tribuit: neque ſeſe indigere
cenſet ſapientia, quæ deſuper cordi noſtro ex cœlis illabitur: qui neque fide quicquā ac
Animalis cipere vult, cæterum omnia ſtultitiam arbitratur, quę demonſtrationem non admittunt.
homo. Cuncta igitur naturali quadam conſecutione fieri exiſtimantem, neque quicquam ſupra
naturam effici iudicantem, animalem hominem vocat, hoc eſt naturalem. Anima eñ cir- F
ca naturæ gubernationem, & œconomiam vertitur & verſatur.
Nec ſcire poteſt quod ſpiritualiter dijudicatur. Hoc eſt, non intelligit quod fide egeāt q̄
dicuntur, nec ratione comprehendi poſſint. Id enim eſt, ſpiritualiter dijudicatur, hoc eſt,
per fidem & ſpiritum demonſtrationem habet.
Spiritualis uero dijudicat quidem omnia, & ipſe à nemine dijudicatur. Spiritualis, inquit;
omnia nouit, cum quæ hic ſint caduca & fluxa: tum quæ illic, quod ſint ſtabilia: & quæ
Spūalis ſua ſunt, quod ſalutem conſequentur: & quæ infidelium, quod pœna adficientur. Pro-
homo, pterea & deprehendit eos, quum ipſe interim ab nemine horū dijudicetur, hoc eſt, argua
tur: quemadmodum qui videt & ſua videt, & ea quæ ſunt eorum qui non vident. Iſti ve
ro neque quę ſunt, neque quæ horum, cernunt.
Quis enim nouit mentem domini, ut erudiat ipſam? Spiritualem mentem, domini mentem
Eſaię. xl. nominat. συμβιβάσει ait eſt ꝓ diriget, corriget. Quia ergo ſupra dixit. Spiritualis ab ne
mine dijudicatur: ſubdit nunc ꝙ iſthuc nō imerito dixerit Quis eñ nouit mētē domini,
vt ducat ipſam, mētē inquā, hoc eſt, dirigat, corrigat, inſtituat? Si enim nemo poteſt no
uiſſe mētem domini, ſpūalis quam habet, multo minus docere illam poterit & corrigere.
Nos autem mentem domini tenemus. Ne mireris, inquit, quod dixi mentem domini ſpūa-
lē, & mentē ipſius. Nos eñ oēs mentem domini habemus, hoc eſt, omnia quæcunque ſci
mus, Chriſtus nobis reuelauit. Et quam mentem ſeu intellectum habemus de diuinis

rebus,Christi est,hoc est,noticiam quam habemus de rebus fidei, spiritualem & Christi
A habemus:itaque haud iniuria ab nemine diiudicamur. Nonnulli mentem Christi patrē, alij spiritum nominarunt.

CAPVT III.



T ego fratres non potui uobis loqui ceu spiritualibus,sed tanquam carnalibus. Ne possint,delecto ipsorū de hūana adeoq; externa sapiētia fastu,dicere, Nos eius sapientiæ noīe haud sane turgemus,sed ꝓpter spirituale: ostendit eos neq; in nostra sapiētia perfectos,sed imperfectos adhuc esse, inquiēs: Quoniā nondū quicquā perfectiorū rerum audiistis. Pulchre aūt dixit, non potui,vt ne videatur ex inuidia ipsis perfectiora cōmunicare nolle. Quia em̄ carnales estis. non potui vobis verba facere ceu perfectis. Qui vero,cū carnales essent, signa faciebāt? fuerunt em̄ tales & tales,vt principio cōmemoratū. Licet aūt & signa edere, & carnales esse,quēadmodū qui dęmonia in Christi nomine eiecerūt. Signa enim ad aliorū commoditatem eduntur:ob eam rem & per indignos exhibentur.

Signa cur etiā per indignos exhibeantur.

Tanquam infantibus in Christo,lacte uos potaui, & non solido cibo. Nondum enim potuistis, neque nunc potestis,adhuc enim carnales estis. In rebus Christi,inquit,infantes estis: ꝓpterea lacte,hoc est simpliciore doctrina,vos potaui, nec solidum vobis cibum obtuli, hoc est, doctrinam perfectiorem, Quare non potuistis enim capere. adhuc enim quæ
B carnis sunt affectatis. Vident ob eam causam illos non posse capere, quod spirituales esse nolint,sed carnales?

Cum enim inter uos sint æmulatio,contentio,dissensiones,nonne carnales estis,& secundum hominem circumambulatis? Quæ prædixit omnia, ad principes sapientia generisque splendore tumidos dixit:deinceps ad subditos sermonem conuertit. Non immerito, inquit,vos carnales nomino. Potuisset quidem eos & fornicationis aliorumque vitiorum nomine accusare,cæterum quia vehementer vrgebant dissensiones & contentiones, harum mentionem fecit. Vbique autem æmulationē liti seu disceptationi cōiūgit. Æmulatio enim est mater contentionis,hæc porro dissidium generat. Hæc quum sint inter vos, nonne secundum hominem obambulatis? hoc est, nonne carnalia & humana ac terrestria sapitis & spiratis?

Æmulatio,contētionis mater.

Nam quum dicatis, Ego quidem sum Pauli:alius autē,Ego uero Apollinis, nōne carnales estis. Pauli Apollinisque nomine,celebres apud eos doctores subindicat.

Quis igitur est Paulus,quis Apollo,nisi ministri per quos credidistis? Suo & Apollinis nomine,quod vult perficit. Confirmat enim quod nos nihil sumus. Quid dixeris aliquis de nostrorum temporum doctoribus? Ministri enim sumus,non radix & fons bonorum. id enim solus Christus. Proinde nos non erigere cristas,non superbire conuenit. Nam ministrauimus vobis ea quæ ab Deo accepimus,illius enim bonorum præbitoris est totum quod vobis communicauimus. Nec dixit,Euangelistæ sumus,sed diaconi: illud enim; verbi solius est:ministrare autem,opera etiam continet.

Euāgelista Diaconus.

C *Vnicuique ut dominus dedit.* Ne ipsum quidem exiguum ministerij a nobisipsis habemus, verū isthuc etiam ab domino accepimus,alius alia mēsura

Ego plātaui,Apollo rigauit,sed deus augmentū dedit. Ego,inquit,primus verbū Euangelij disseminaui. Apollo aūt continua sua instructiōe non permisit semen exarescere æstu satanæ tentationū:at vero deus vobis dedit incrementum,vos augmentauit.

Itaque neque plantans est aliquid,neque rigans,sed qui augmentat deus. Obserua quomodo minime inuisam seu molestam faciat Corintho præfectorum sapientum & opulentorum deiectionem vel contemptionem,seu in nihilum redactionem, seipsum & Apollinem,vt apparet,vilem reddens,ac docens quod soli deo sit attendendum, eique omnia quæ contingunt bona,accepta referenda.

Plantans autem & rigans unum sunt. Quatenus citra Deum nihil possūnt; vnū sunt: quomodo ergo efferimini alius erga alium, quum vnum sitis?

Vnusquisque autem propriam mercedem recipiet secundum proprium laborem. Quia verisimile erat,eos qui in fidei rebus multum laborauerant,segniores futuros quum audirent omnes esse vnum:statim isthuc corrigit, dicēs: Vnum sunt,quatenus citra augmentantē Deum nihil possint. Nam quatenus ad retributionem attinet, quisque iuxta proprium laborem mercedem habebit. Non dixit autem secundum proprium opus,sed secundum laborem. Quid enim si opus quidem non perfecisset,laborasset autem?

D

Dei coo- perarij a- postoli

Dei enim sumus cooperatores. Qui docemus, inquit, Dei sumus cooperatores, sco- pum dei adiuuantes, quo seruare vult æternum credentes. Nos non sumus salutis vel autores vel datores, nec propterea contemnendi: Dei enim sumus cooperatores. Neque ideo nos attolli superbe oportet, ꝙ Dei simus cooperarij: nam Dei est vniuersum.

Dei agricultura, Dei ædificatio estis. Quum supra dixisset, plantaui, eodem tropo perdurat, agriculturam nominans. Quod si igitur agricultura estis & ædificatio, ab do- minis vocari debetis, non ab agricolis aut extructoribus, fabrisve. Quatenus enim agri colatio estis, vna concordiæ sepi ceu muro firmari debetis. Quatenus vero ædificatio, vniri debetis, sed non diuelli.

Per gratiam dei quæ data est mihi, ut sapiens architecton fundamentum posui. Sapientem se ipse architectone appellat, non quod seipsum extollat, sed vt common- stret eas esse partes sapientis architecti, tale fundamentum iacere, nimirum Christum. Quod vero non vt sese attolleret, hæc dixerit, inde planum est. Dicit enim, per gratiam Dei: non enim meum est opus, sapientem fuisse, sed Dei gratia est.

Alius autem superædificat, Vnusquisque autem uideat quomodo superædificet. Postquam de vnitate eis disseruit, in posterum de vita moribusque disputat, superædificationem sua cuiusque opera nominans.

Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, hoc præter, quod positum est, Iesus Christus. E
Non potest, tantisper dum manserit sapiens architecton. Nam si fuerit insipiens archite cton, potest quidem fundamentum facere, sed ex quo hęreses prodeant. At quum inter vos Corinthios fundamentũ vnum sit Christus, debetis & vos ipsi superædificare, non quæ ex contẽtione & æmulatione sunt, sed virtutis potius opera.

Operũbo norũ alia maiora, a- lia mino- ra.

Sin quisquam superstruit super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœ num, stipulam cuiuslibet opus conspicuum fiet.
Vbi acceperimus fundamentũ fidei, superstruimus vnusquisq;, alij quidem bona opera; quæ inter sese dissaparata sunt. Alia nanq; sunt maiora, alia minora. Nempe virginitatẽ seu cœlibem vitam, ceu aurum: honestas nuptias, velut argentum: vltroneam pauperta tem, ceu lapides preciosos: eleemosynarum distrubutionem ex opibus, tãquã aliud quid dam ex nõ adeo preciosis. Alij autem praua opera superstruimus, quæ & ipsa suis sunt gradibus interstincta, vt fœno & stipulæ adæquentur, quæ sane facilius comburuntur; vt impuritatem, idololatriã, auaritiam. Digna vero vocantur, quæ non adeo facile com- buruntur, vt ebrietas, risus, idque genus alia. Forsan nonnulli e cõtrario ligna præmemo rata, fœnum vero & stipulam hæc posteriora dicent.

Malorũ operum gradus.

Dies enim indicabit, quoniam in igne reuelatur: & cuiuslibet opus quale sit, ignis probabit. Diem iudicij intelligit. Per ignem autem opera probari dicit qualis nam sint naturæ, nũ aurum, vel argentum, vel diuersum sint.

Si cuius opus manserit, quod superstruxit, mercedem recipiet: sin cuius opus combustum fuerit, punietur. Si vel aurum vel argentum habueris, permanebit omnino opus tuum, ac- cipiesque mercedem. sin fœnum & huiusmodi, non feret ignis impetum opus tuum. hoc F enim est quod ait, comburetur, hoc est, arguetur quod malum sit. Itaque non prodest fi- nis sine operibus bonis. Ecce enim hic fundamentum est Christus, sed enim opera quæ Christum non resipiunt, digna dicuntur quæ exurantur.

Ipse autem seruabitur, sic autem ueluti per ignem Non quemadmodum opera, sic & ip- se peribit, Ita vt in nihilum secedat vel euanescat, sed seruabitur, hoc est, incolumis con seruabitur, ita tamen, vt igni aduratur. Etenim nobis cõsuetudo est sic dicere de ligno ꝙ non comburitur, quodque non possit facile in cinerẽ redigi, quod in igne seruatur, vt va lidior fiat vstio, seu acrius incendium. Damno enim adficitur peccator, quandoquidem ea est operatus per quæ perijt, omnes labores nequicquam deijciens in substantiæ exper tes res, & eas quę non sint. Omnis em̃ malitia & omne scelus, non est: veluti si quis ingẽs preciũ & exactionem declinans, emat quicquam mortuum tanquam viuũ. Seruatur qui dem huiusmodi peccator, videlicet æternas pœnas sustinens.

Peccatũ nõ esse di citur.

Non nouistis quod templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? In sermonẽ de eo qui fornicatus erat, incidet. Vide autem quam sit verecunde vsus oratione. Ab data enim nobis gratia, hoc est, ab inhabitatione spiritus, pudefacit fornicatorem, etiamsi non palã personam posuerit, sed in commune loquatur. Si autem templum dei sumus, postquam spiritus habitat in nobis, igitur & spiritum dei habemus.

Si quis templum dei corrumpit, corrũpet illum deus. Hoc vero non est execrantis, sed

A quidnam futurum sit vaticinantis?

Templum enim dei sanctum est, quod estis vos. Proinde fornicator non potest esse sanctus, postquam amisit quod sit templum dei, expulso sanctificante ipsum spiritu. Quis vero templum est? Vos, inquit, si puri perseueretis.

Nemo seipsum fiducat, existimans quod aliter res habeat quam dixit. Si quis uidetur sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Paucis de fornicatore veluti per vmbram adductis, rursus in eos qui externa sapientia inflantur, sermonem flectit. Qui, inquit, videtur sapiens esse inter vos, stultus fiat, hoc est, externam sapientiã reprobet, vt possideat diuinam. Quemadmodum paupertas in deo & secundum deum, diuitiæ sunt, & incelebritas similiter gloria est: hunc ad modum stultitia secundum deum, sapientia est. Animaduerte: hic non dixit, renciat sapientiam, sed multo magis stultus fiat, hoc est, nihil ab se ipso intelligent, non proprijs cogitationibus vel argumentis fidem adhibens, enimuero de um, vt iumenta pastorem, sequens, omnibusque diuinis rebus credens.

Sapientia enim mundi, est stultitia apud deum. Non solum enim nihil prodest aut conducit ad veram sapientiam, verumetiam magis impedit: quippe quæ præ opinionibus & fastu dedignetur discere, atq; propterea nunquam non in ignorantia perdurare esseq; faciat. Vnde & fatuorum instar ab deo eneruantur, ac orbantur virtute cœlesti. Sapientia mundi, stultitia.

Scriptum est enim: Apprehendens sapientes in astutia eorum. Testimonium producit quomodo stultitia sit apud deum humana sapientia, quoniam ceu stultos apprehendit sapiē- Iob. v.

B tes deus. Etiamsi enim astuti & sapientes fuerint, ceu stulti tamen & insipientes arguuntur. Arbitrabantur illi nulla se re indigere, sed omnia per se posse intelligere se. At deus monstrauit illis per res ipsas, quod dicendi vehementia & astutia nihil illis profuerit, sed maxime diuino auxilio habeant opus, quum tamen nihil indigere viderentur. Itaque in caliditate sua, qua putabant omnia nouisse, nihil scire inuenti sunt, piscatoribus & coriarijs in rebus necessarijs rudiores agrestioresque.

Et rursus: Dominus nouit cogitationes sapientum, quoniam uanæ sunt. Si igitur dominus nouit quod vanæ sunt cogitationes, quippe quæ nihil necessariorum & salutarium contineant, quomodo igitur vos Corinthij contraria deo decernitis, ac tanquam valde commodas cogitationes vestras defenditis? Psal. xciij

Itaque nemo glorietur in hominibus. Omnia enim uestra sunt; siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas. Hæc videtur ad subditos quidem dicere, terret autem principes inquiens: Non oportet vos omnino gloriari, neque in sapientia, stultitia enim est: neque ob spiritualia dona, dei enim sunt, ac ꝓpter subditos hæc donantur. Atque hoc est quod ait, Omnia enim vestra sunt, hoc est, quid doctores vestri superbiunt, vos autem inflatis eos, & erigitis, adeoque attollitis? Neque eñ propriũ aliquid habent, sed vestra sunt q̃ possidēt ac habent, ob vestram commoditatem data ipsis. Rursus aũt suipsius meminit & Petri, vt minus esset molestus, ac inuidiam subterfugeret, vtque ostendat quod si nos vestri causa accepimus charismata, ac propter vos doctores calumniam passi sumus: quanto potius qui nunc sunt doctores vestri, non debent ceu proprijs virtutib⁹ & operibus ob

C charismata extolli, quippe aliena bona sint?

Siue mundus, siue uita, siue mors, siue instantia, siue futura. Vita, inquit, doctorum propter vos est, vt vobis commodent, dum instituimini ab eis: morsque ipsorũ est propter vos, propter vos enim vestramq; salutem pericula subeũt. Vel secus: Adami etiã mors propter vos est, vt erudiamini ac temperati reddamini: Christi quoque mors, vt seruemini: ac simpliciter vniuersus mundus propter vos, vt qui per ipsum ad autorem & conditorem ducamini. Vtemini porro corruptione mundi, doctoris vice, quo incorruptibiliũ rerum amore accendamini. Præsentia sunt etiam propter vos, hoc est, bona quę inde donat credentibus deus, futura vestri causa pariter sunt parata. Adami mors propter nos. Christi mors propter nos.

Omnia uestra sunt, uos autem Christi, Christus autem dei. Non quemadmodum nos Christi sumus, sic & Christus dei. Nos enim Christi sumus velut opus eius & figmẽtum: Christus autem dei, tanquam filius ante secula genitus & æternus; ac veluti causam & auctorem habens patrem. Quare etiam si vna dictio, diuersa tamen est sententia, postquã neque omnia sic sunt nostra, vt nos Christi. Nos etenim serui sumus Christi & figmentũ: omnia autem non sunt serua nostra, neque figmentum. Quocirca non recte facitis, hominibus vos ipsos attribuentes, quum sitis Christi;

CAPVT IIII



Ic nos existimet homo, ceu dispensatores mysteriorum dei. Quia ministri sumus doctores, ecquur dimisso domino a nobis appellamini? Dispensatores autem nominans apostolos ac doctores, monstrauit quod non citra dispensationem oporteat cũctis verbum suppeditare, sed quibus opus est, & quãdo conuenit, & quomodo opus est. Præsertim vero mysteria quæ sunt, non debent reuelatum iri cunctis: hoc enim non est prudentis œconomi. D

Quod reliquũ est, quæritur in dispensatoribus, ut fidus quispiam inueniatur. Hoc est, vt herilia bona non sublegant, sibi nõ surripiãt: vt nõ veluti dñs res tractet adoriatur've, sed veluti aliena & herilia tñ dispẽset, non sua dicens esse quæ sunt heri, sed e diuerso, quæ sua sunt, heri esse.

verbum dei non temere spargẽdũ nec mysteria.

Mihi autem minimum est quod a uobis dijudicer, aut ab humano die. Peculiaris Corinthum morbus inuaserat, nempe quod iudices nonnulli erga doctores diuisi sedebant, dicentes: Is hoc est melior, ille hoc facundior. Quum ergo dixisset diuus Paulus In doctoribus inquiri fidem, vel vt fidus quispiam inueniatur, ac videretur accessum ipsis dare cuiuslibet vitam iudicandi, quæ res maiores dissensiones excitasset; vt ne hoc patiantur, demittit eos atque deiicit a iudicando, inquiens: Mihi vero pro minimo est: perinde ac si dicat, Magnæ mihi gloriæ duco iudicari a vobis. Deinde ne terreat eos quasi contemptos, apposuit, humano die, hoc est, ab alio quopiam homine celebri & præclaro. Diẽ E enim hominis scriptura altitudinem consueuit nominare. Hæc autem non de seipso vere dicit, non enim ipsum prorsus iudicabant: sed vt ne alios iudicent, in propria persona, quod vult, perficit.

Dies hoĩs Hie.xviii

Sed neque meipsum diiudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem me diiudicat, dominus est. Ne existimetis, inquit, quod vilipendens vos aliosue cunctos, dedigner iudicari: nam neque meipsum sufficere censeo ad huiusmodi exactum iudicium. Nec iam conscius sum mihi alicuius lapsus, veruntamen in hoc non iustificatus sum, hoc est, non sum purus a peccato Verisimile nanq; e est me peccata quæpiam admisisse, me tamen ignorare ea. Dominus autem solus est qui infallibiliter exacteque iudicat Hinc mihi iam reputa, quãta sit futuri iudicij vẽtura exacta cognitio, indagatioq;.

Iudicij futuri seueritas.

Itaque ne ante tempus quicquam iudicetis, tantisper dum uenerit dominus. Viden' propterea hæc Paulum dixisse, vt ne alij ab Corinthiis iudicentur, non propter seipsum? Ita nanque diuus Paulus perpetuo solet quæ alterius sunt, in popriam transferre personam, inque seipso docere quæ alios est docturus.

Qui illuminabit abdita tenebrarum, manifestabitque consilia cordium. Nunc quidem abscondũtur praua opera, sunt enim ist hæc ceu mundi abscondita: sæpenumeroque quispiam virtute esse præditus apparet, quum sit prophanus & corruptus. Tum autem deus reuelabit omnia, imo & cordium arcana in lucem proferet. Exempli gratia In hac terat quisquam præconijs quenquam vehit, en rem bonam, sed sententia fortasse istius aberrauit: nam non bono forte isthuc scopo agit. Rursus, vituperat hic quempiam aliquis, at non in eum finem, vt corrigat, & ad virtutem reuocet; sed vt aduersus fratrem potius superbe sese gerat. Adeoque innumera tum cordium cõsilia retegentur: F

Tunc unicuique laus sua ab deo eueniet. Consequens erat vel pœna vel laus: cæterum ad præstabilius sermonem transtulit.

Hæc autem fratres mei transtuli in me & Apollinem, ut discatis in nobis non supra id quod scriptum est, sapere. Hæc sunt quæ supra dicta sunt de dissensionibus, & quæ deinceps de non iudicando alios commemorata, vt, inquit, per nostrã personam discatis non sapere vltra quam scriptum est Dicit enim scriptura de humili affectu, quo se homo deiicit, infirmitatem suam agnoscens: Qui vult esse primus, sit inter vos postremus: &, Qui se ipse humiliat, exaltabitur, idque genus alia innumera. De eo vero vt alios non iudicemus; Nolite iudicare, inquit Christus, vt ne iudicemini,

Vt ne alter aduersus alterum infleminĩ aliquа de re. Isthuc ad populum dicit. Alia enĩ ad principes ac doctores, alias vero ad discipulos sermonem verti, perinde ac iamnunc. Etenim doctorum nomine inflabantur. Exempli gratia, Qui hunc doctorem habebat, aduersus illum doctorem valde superbiebat eumque floccipẽdebat, ob suum doctorem aduersus alterius doctorẽ præceptorẽ ve inflatus. Pulchre aũt rem ipsam inflationẽ nominauit, ceu eleuationẽ ac tumorẽ ab tralatione corporis ab malis humoribus vẽtisve inflati.

A *Quis te diiudicat? aut quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris tanquã non acceperis?* Rursus ad doctores sese conuertit, inquiens: Quis te diiudicauit, aut dignum censuit vt laudarere? Homo? Atqui fallax est humanum iudicium. Esto autẽ quicquam te laude dignum habere: tuum tamen isthuc non est, sed eius qui dedit, accepistiq; illud, non tuis operibus meritus. Quod si accepisti, quid deinceps efferris tanquam non acceperis, sed ex propriis laboribus per te habueris? Qui enim accepit quicquam, eum non oportet efferri propterea quod acceperit, alienum enim hoc est.

Iam saturati estis, iam ditati estis. Adeo acturum, inquit, per verba aggrauantis, nullius indigetis? nulla plane re habetis opus? sed saturati estis, exiguo temporis spatio ad consummationem profecti, omnibus diuinæ cognitionis & charismatum opibus acceptis. Atqui finis & perfectio est in futuro, vos vero iam nunc accipientes ipsum vt videtur, tenetis. Gloriatio nanque vestra isthuc indicat, quod ad ipsam consummationẽ perueneritis. Hæc autem dicit monstrans eos omnium esse imperfectissimos, quum sic sese habeant.

Sine nobis regnastis. Id haud sine affectu dicit, ipsorum ingratitudinem, & mentem conscientiæ expertem indicans. Quum enim tot tantisque donis donati perfusique sitis, non vultis, inquit, nos consortes, qui tamen laborauimus vobis, accipere.

Atque utinam regnassetis, ut & nos uobiscum conregnaremus. Vtinam, inquit, regnassetis, hoc est, perfectionem essetis nacti. Ne uero sermo ironicus esse uideatur, subinfert, Vt &
B nos uobiscum conregnaremus, hoc est eadem bona consequeremur. Vestra enim gloria, mea est: quandoquidem cuiuis præceptori, discipulorum perfectio desiderabilis est.

Pręceptori, discipuli perfectio optabilis.

Existimo enim quod deus nos apostolos extremos demonstrauit ceu morti destinatos. Contristati, imo vero pudefacti & anxii verba sunt. Vt video, inquit, & quemadmodum vos agitis, nos apostoli omnium postremi, ab deo demonstrati sumus morti obnoxii, hoc est, condemnati, atque vt occidamur præparati. Quia vero vos tam regnastis hinc colligo coniectura, quod nos iam simus condemnati vt simus postremi, ac veluti vltimo supplicio addicti: nos, inquam, tot tantaque pro Christo passi apostoli.

Quoniam spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Hoc est, non in vno quopiam angulo patimur, sed vndique terrarum: spectantque nos, & intuentur in nos, nedũ homines, non enim adeo viles sunt res operationesque nostræ, verumetiam angeli. Ingẽtia enim nostra dona sunt, vt & angelico spectaculo, spirituumve cœlestium inspectione digna sunt. Nam non aduersum homines tantummodo luctor, cæterum aduersus etiam prauorum angelorum vires, adeoque potentiam.

Nos stulti propter Christum, uos prudentes in Christo. Rursus & hoc pudore quopiam, & nonnulla contumelia dictum est. Quum enim cæderentur apostoli, contemnerenturque propter Christum, isti vero in precio honoreque essent, ac sapientes putarentur, atque hæc in Christo esse iactarent: quomodo, inquit, fieri potest, vt contraria conueniant contingantque in eadem sentientibus? Proinde necesse est aut nos non sapere secũdum Christum, aut vos. Atqui indignum est Christi apostolos non sapere secundum Christum. vos
C igitur erratis.

Nos imbecilles, uos autem robusti, uos celebres, nos uero inglorii, & contumeliæ obnoxii. Hoc est, nos agimur, persecutionem patimur, vos vero summa securitate fruimini. Infirmitatem enim, omnis generis tentationes vocat. Nos, inquit, celebres quidem estis & ingenui, nos vero inglorii, nulliusque momenti. Cuncta vero hæc exacerbatus loquitur. Est nanque huiusmodi sententia, Qui par est nos affligi, persecutionibusque obnoxios esse, vos vero securitate perfrui, adeoque lætos dies transigere? Quare perspicuum est, non esse vos in bono statu, quippe qui nunc vos plane male & indigne apostolis geratis. Non debetis igitur eam ob rem erigere cristas.

Infirmitas.

In hanc usque horam & esurimus, & sitimus, & nudi incedimus. Quid inquit, vetera recẽseo? quæ in pręsentia geruntur, vide: quomodo vos in mediis deliciis agitis, nos autẽ omnino diuersum patimur.

Et colaphis cædimur. Hoc est, verberamur. isthuc autem ad inflatos dicit.

Et incertis uagamur sedibus. Hoc est, agimur, & ad fugam compellimur. Id vero ad opulentos pertinet.

Et laboramus, propriis manibus operantes. Hæc dicit rubore suffundens eos qui lucri gratia quæstusque conantur audentque concionari.

Dum conuitiis afficimur, benedicimus. dum persecutionem patimur, sufferimus: dum uituperamur,

Timotheum, ne segniores redderentur, subdit. Etiamsi nunc non veniam, ac idcirco nonnullos absentia mea inflarit, veniam tamen. Indicat autem puerilem eorum mentem atque sententiam. Nam pueri absente præceptore solent incomposite sese gerere. Atqui sese incomposite gesserant? Fornicator ille, cum sapiens tum diues, ac simpliciter omnes qui ob huiusmodi efferebantur, qui tanquam Paulus non esset qui ista argueret, erigebant cristas, & superbiebant.

Veniam autem actutum ad uos, si dominus uelit. Hæc deijcientis superbos adeoque sobrios reddentis verba sunt. Pulchre vero adiecit, si dominus velit, omnia namque illius voluntate aguntur.

Et agnoscam, non uerba inflatorum, sed uirtutem. Non enim in sermone regnum cœlorum est, sed in uirtute. Quia eloquentię confidentes nonnulli, adspernabantur Paulum ceu idiotam & indoctum: Videbo, inquit, vbi venero, non eloquentiam vestram, nam ea mihi non est opus: sed virtute, qua signa etiam edantur, opus est. Non enim per orationis elegantiam prædicatum est cœlorum regnum, & confirmatum est, cæterum per signa quæ spiritus paracletus edidit. Eloquentiā Paul' nō magni facit.

Quid uultis? in uirga ne ueniam ad uos, an in dilectione, spirituque mansuetudinis? Per virgā intelligit pœnam. In vestro, inquit, arbitratu situm est quomodo ad vos perueniam, mansueto ne vel atroci animo. Nam si desides fueritis deprehensi, veniam ad vos, & ęque puniam atque Elyman. Sin sobrij fueritis, mansuetudinis spiritu vtar. Est enim & spiritus austeritatis & supplicij, verum a commodiore officio eum nominat: perinde ac deum miseratorem & misericordē dicimus, nō vindicē, scelerumve punitorē ac vltorem, quum tamen etiam talis re vera sit. Spūs māsuetudinis, & spirit' austeritatis. Neem. ix Ionæ. iiij.

CAPVT V.



Omnino auditur inter uos fornicatio, ac talis fornicatio, qualis nec inter gentes quidem nominatur, ut uxorem patris sui quis habeat. Communem omnium accusationem facit, vt ne desides sint perinde quasi ab delicto alieni sint, sed studeant adeoque conentur potius corrigere tanquam commune opprobrium. Nec dicit quod audacter trāsigatur, sed auditur. Quod si auditi prohibitum est, quanto magis ipsum audere, vel ipse peccati ausus? Præterea inter vos, qui cœlestibus mysterijs donati estis ac spiritualibus. Amplificans autem accusationem & culpam istihanc, qualis ne inter gentes quidem, inquit. Nec dixit admittitur, verum ne nominatur quidē, vt coniugem quisquam patris sui habeat. Non dixit nouercam, sed vxorem patris, vt eo acrius ipsum feriat, dum patris meminit: Pudicius aūt dixit, habeat, fornicationis nomen verecunde fugiens, abominansque.

Et uos inflati estis. Ob doctrinam quæ est ab illo, sapiēs enim erat. Obserua hic quod diuus Paulus nullius eum momenti faciat, ceu inglorium, & indignum qui in medium prodire debeat, Cum alijs autem ceu de communi delicto & culpa loquitur.

Nec luxistis potius, ut e medio uestri tolleretur qui isthuc designauit flagitij. Debebatis, inquit, lugere, quoniam in communem ecclesiam calumnia peruenit. Conueniebat etiam vt oraretis & ploraretis tanquam super morbo & peste, vt tolleretur ex vobis, hoc est, resecaretur ceu publica noxa. Neque nominis eius hic meminit, verum dixit, qui op' hoc fecit.

Ego sane tanquam absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui ceu præsens. Non expectat suum ipsius aduentum, vt tum vinciat, cæterum tanquam pestem vrget istum comprehendere priusquam totum ecclesiæ corpus inficiat. Præsens autē spiritu dixit vt compellat eos ad pronunciationem, atque perterrefaciat, vt qui sciat quæ isthic iudicaturi sint, nec ignoret per spiritum quidnam isthic agant. Quod ait, iam iudicaui tanquam præsens, non dimittit eos per hoc, aliud quicquam cogitare. Ego, inquit, protuli eam sententiam, neque secus hac in re quicquam statuendum.

Eum qui sic isthuc cōmisit sceleris, in nomine domini Iesu collectis uobis, & meo spiritu. Vt ne videatur sibi placere, eos adsumit consortes: Collectis vobis, inquiens, in nomine Christi, hoc est, vt non fiat humano quopiam adfectu vel respectu conuentus, sed secundum deum, vt Christus ipse vos congreget, super quo etiam conuenitis. Adiunxit autem & exhibuit ipsis suum etiam spiritum, vt ne ipsum dignentur venia, neve condonent ei noxam

xam, sed recte iudicent, æque atque ipse præsto esset.

Vna cum uirtute domini nostri Iesu Christi tradere, talem Satanæ. Hoc est, vel quod Christus talem vobis dare queat gratiam, qua possitis diabolo eum tradere: vel quod & ipse vobiscum aduersus istum ferat suffragium. Nec dixit publicare sed tradere, subaperiens ei resipiscentiæ ianuas. Neque nominis eius rursus meminit, sed talem dicit. D

In perniciem carnis, ut spiritus seruetur in die domini Iesu. Hoc est, vt a morbo ipsum liberet, soluat. Quum enim ex corpore ac delicijs cupiditates prodeunt, corpus puniri vult, vt i spiritus, id est anima, seruetur. ea nanque conseruata, & corpus conseruabitur. Vel vt spiritus, id est charisma seu donum spirituale, saluum ei seruetur, nec ab eo ceu ex impio discedat. Id porro curam gerentis potius est, quam punientis. Pulchre autem diei illius meminit. vt & illi sibi metuentes, medicinam adferant, isque hanc recipiat. Metam autem diabolo statuit, æque atque in diuo Iobo, vt corpus tantum, non autem animam iuxta attingat.

Anima seruata corpus etiam seruatur

Iob.iii.

Non bona est gloriatio uestra. Obscure & clanculum subindicat quod ipsi non permiserint eum resipiscere gloriãtes eius nomine. Nam ex sapientibus quispiam erat.

Ignoratisne quod exiguum fermenti totam massam fermentat? Et vestri, inquit, non illius tantummodo causa mœreo. Nam neglectum malum facile reliquum ecclesiæ corpus deperdere & vastare potest. Vt enim fermentum, modicum quum sit, totam massam fermentat, ac in seipsum alterat: sic & huius peccatum ad sese plerosque alios attrahet.

Fermentũ vetus

Expurgate itaque uetus fermentum, ut sitis noua massa, quemadmodum estis infermentati. E
Hoc est, fornicatorem istum eijcite, tollite e medio, imo & alios malos: vetus enim fermẽtum, omnis generis vitia nominat. Nec dixit purgate, sed expurgate, hoc est, summa diligentia purgate: vt sitis noua massa, quæ non sit mixta vitijs & malitia, quemadmodum estis, hoc est, sicuti decet vos esse, sine fermento, id est vetere malitia, quæ acetosa est, & mordicans per pœnitentiam.

Azymaq̃ sint Paulo

Etenim pascha nostrum pro nobis mactatus est Christus. Quia azymorum, hoc est fermento vacantium panum meminit, atque hi paschatis tempore edebantur, simulatque per allegoriam quid sint azyma explicauit, nimirum affectio vel animus vitijs non contaminatus: quid pascha sit allegorice, in medium promit, Christus, inquiens, pascha nostrũ est, pro nobis mactatus & immolatus. debemus igitur azyma, id est, omnem ob omnibus vitijs puritatem amplecti.

Ferias itaque celebremus, non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ. Ostendit quod omni tempore feriarum sit occasio & opportunitas Christianis, propter excellentiam traditorum illis bonorum. Ob eam enim causam occisus est filius dei, vt te feriari & festos dies celebrare faceret, non in fermento veteris Adami, neque in vita vitiis plena, vel, quod peius est, nequitia. Malus enim est, quisque male agit: nequam autem, qui & cum profunditate, ac dolorosa sententia male agit.

Malus Nequam

Sed in azymis synceritatis & ueritatis. Hoc est, in via syncera & pura, vt opponatur malitiæ: & vera, hoc est, hypocrisi ac dolo vacante, vt malitiæ opponatur. Vel veritatem intelligere poteris ad discrimem veterum figurarum, quæ non fuerunt veritas. Vult nanque Christianum veteris testamenti figuris superiorem esse. Vel synceritatem accipies, puritatem quæ per opera fit: veritatem autem ipsam contemplationẽ, animive de sempiternis rebus meditationem. F

Synceritas. veritas.

Scripsique uobis per epistolam, ne commisceremini fornicatoribus. In qua epistola? in hac ipsa. Quum enim supra dixisset, Expurgate vetus fermentum: intellexerunt fortasse sibi ab omnibus fornicatoribus qui apud Græcos essent, temperandum, seque ab iis segregãdos. Interpratatur igitur isthuc.

Et non omnino fornicatoribus mundi huius, aut auaris, aut raptoribus, aut idolorum cultoribus postquam debetis sane ex mundo egredi. Omnino, tanquam in re confessa ac manifesta posuit. Hæc vero huius orationis est constructio, Et omnino non prohibui ne huius mundi fornicatoribus conuersaremini, hoc est, Græcis: quandoquidem alium terrarum orbem oporteret vos ĩquirere Qui enim fieri potest, quum in vna eademque vrbe plures sint Græci & peccatores, vt non commisceamini talibus?

Nunc autem scripsi uobis ne quicquam sit uobis negocii cum eo, qui quum frater nominetur, fuerit fornicator, aut auarus, aut idolorum cultor, uel conuitiator, uel temulentus, aut raptor. Cum tali enim ne uesci quidem, aut cibum sumere debetis. Viden' non vnicum solummodo scortatorem fuisse, sed plures alios, adeoque varijs sceleribus deformatos? Et quomodo

A qui frater est, idolorũ esse cultor potest? Quẽadmodũ in Samaritanis olĩ cõtigit, qui ex dimidia parte pij esse, Deiq; cultores videbãtur: sic in hmõi accidit. Ex his eñ nõnulli idolis plane detinebãtur adhuc. Præstruit aũt sermoni quẽ de ijs qui idolis ĩmolata edebãt, habiturus est, viam. Probe aũt dixit, qui frater nominatur. Siquidem nomen tantummodo fratris habet, reuera autem frater non est, quisquis enumeratis vitijs obnoxius fuerit. Quod inquit, ἢ πόρνος, fuerit fornicator, potest etiam per disiunctiuã coniunctionem intelligi, perinde ac sequentia, vt sit, vel fornicator. potest etiam vt verbum accipi; pro eo quod est, si quis frater nominatus, fuerit fornicator, & quę deinceps sequuntur, Cum huiusmodi ne cibus quidem sumendus, vt agnoscens se abominationem nauseamque esse propter scelus, ab eo sibi temperet atque abstineat.

Samaratani dimidia parte pij.

Quid enim ad me, ut eos qui foris sunt, iudicẽ? Eos qui foris sunt, Gręcos nominat: qui int⁹, Christianos. Nulla eñ facio verba de ijs qui foris sunt: tantũ eñ est quod ait, Extra meas isti leges sunt: superuacaneũ itaque fuerit legem sancire ijs qui extra Christi regiam & aulam agunt. Quæcunque eñ lex loquitur, ijs qui sunt in lege loquitur.

Nonne eos qui intus sunt, uos iudicatis? eos uero qui foris sunt, deus iudicabit. Nonnulli particulam οὐχὶ, id est, non, puncto interstringunt, deinde ab alio principio sine interrogatione legunt, Eos qui intus sunt, iudicatis. Quũ enim supra dixisset, Nũ mea interest, eos qui foris sunt, iudicare? subintulit, Nõ. quasi dicat, mea nihil refert illos iudicare. Quidã vero iũctim cũ interrogatione legunt, Nõne eos qui intus sunt vos iudicatis? hoc est, Nõ

Roma. iij.

B ne Christiani vobis iudicãdi sunt? Eos vero qui foris sunt, horribilior iudex excipiet. Proinde si a vobis, qui intus sunt, iudicantur, euadent atrocius dei iudicium.

Et eximetis quod prauum est, ex uobis ipsis. Meminit scripturæ loci ex veteri testamẽto, vt commonstret quod veteri etiam adeoque superno legislatori placuerit vt scelerati exscinderentur. Quod ait, ex vobis ipsis, indicat maiorem in commoditatem ipsis cedere praui extirpationem sublationemq;.

deute. xiij. xvij. xix

Improbi e medio tollendi.

CAPVT VI.



Vdet aliquis uestrum, causam habens aduersus fratrẽ, iudicari apud iniustos, & non apud sanctos? Plerique in ciuilibus causis dissidentes, apud Græcos iudices contendebant, tanquam legum peritos. Hoc igitur nunc corrigit, in mediũ promẽs. Postquã enim mentionem fecit auarorum, actutum efferbuit solicitudine talia patrantium. Intuere aũt quõ primum statim indignationẽ suã ostendat audaciam appellans rem istam ac p̃uaricationẽ, Nõ dixit porro, apud infideles, sed apud iniustos. Quum eñ is qui apud iudicem disceptat, iustũ adsequi laborat, ostendit eos iustũ haud consequi. Iniusti eñ sunt, inquit; sententiã p̃ferentes Græci. qui igitur tibi iuste iudicabũt? Sanctos, fideles adpellat, ex ip

C sis noĩnibus differentiã demonstrans. alij nanque iniusti sunt, alij vero sancti.

An ignoratis quod sancti mundum iudicabunt? Quia infideles plerique indocti non videbantur idonei, eiusve authoritatis, vt dissecarent quæstionem vel causam aliquam, authoritatem illis conciliat, primum quidem sanctos eos appellans, deinde adseuerans quod mundum sint iudicaturi, non ipsi quidem sedentes, ac sententiam proferentes, dominus enim iudicabit: verum condemnabunt. Quum enim ipsi in eadem classe & ordine inuenti fuerint fideles, illi vero infideles, quippe qui Christi Euangelio non adhibuerint fidẽ: nonne isthęc condemnatio est infidelium?

Sancti fideles.

Roma. ij. i. Cor. v.

Quod si in uobis iudicatur mundus, indigni estis iudicijs minimis. Obserua quod non dixerit, a vobis iudicatur, sed in vobis: hoc est, ab deo quidem iudicatur, in vobis autem condemnatur, dum vos argumento estis quod credideritis. Quod ait, indigni estis iudicijs minimis, talem habet sententiam. Quum enim verisimile esset ab Christianis iudicatos pudefieri, e diuerso, inquit, contumeliam retuleritis, si ab illis qui foris sunt, hoc est, ab infidelibus iudicemini. illorum enim iudicia sunt minima, non Christianorum.

Estne uobis clam, quod angelos iudicabimus? Nonne igitur & res ad uictum pertinentes, adeoq; temporarias? Angelos dæmones appellat, quos condemnabimus, quando nos carne vestiti, incorporeis istis substantijs excellentiores fuerimus reperti.

Iudicia igitur de rebus temporariis si habeatis, qui in ecclesia contempti sunt, eos constituite.

Ad ignominiam uestram hæc dico. Adeòne inter uos nemo est, qui inter fratris sui causam discernere possit? Ab infidelium iudiciis eos reuocare volens, ex abundanti adiicit: Forsan dixerit quispiam, quod non sit sapiens in ecclesia; qui diiudicare possit. Si enim secundum vestrum sermonem non est sapiens; contemptos potius iudices constituite, adeoque Infideles. Isthuc autem dixi ad confusionem & verecundiam vestri, consentiens vanæ opinioni vestræ: quando quidem tanta est raritas sapientum apud vos, vt viles & indoctiores in rebus religionis iudicent; ipsi nimirum infideles. Fratrem suum adiecit, indicās quod siquando aduersus fratrem sit contentio, non sit opus magna iuris legumque cognitione, ceu fraterna adfectione multum faciente ad disceptationis dilutionem. D

At qui frater cum fratre litigat, idque apud infideles. Duplex malum, & quod erga fratrem fit iudicium, & quod apud vel ab infidelibus.

Iam autem omnino defectus sunt in uobis, quoniam iudicia & contentiones habetis uobiscum. Antea sustulit contentiones & iudicia apud infideles; nunc autem peorsus ipsam disceptationem tollit, inquiens: Omnino est defectus, id est, condemnatio & pudor. Nam omnino sunt inter vos contentiones & lites, hoc est, causas iudiciarias alius erga alium habetis, hoc enim est quod ait, vobiscum. Significanter autem hoc dixit. Nam Christianorum refert sese inter se fratres reputare.

Quur non potius iniuriam suffertis? quur non potius defraudamini? sed ipsi iniuriam infertis, ac defraudatis, idque fratres? Multiplex est accusato. Prima quidem, quod nō nouerunt iniuriam qua adficiuntur, sustinere: altera, quod ipsi potius iniuriam inferant: tertia, quod fratribus vim faciant. Pulchrum est autem, inquit, neque iniuriam facere, neque iniuriam sustinere, vel iniuria adfici: in summa autem, melius est iniuriam pati. E

Iniuriam pati melius est quā inferre

Ne erretis. Hic occulte indicat fuisse nonnullos apud Corinthios, qui dicerent: Clemens est deus, nec puniet nos, verum in sempiternum regnum introducet. Ait igitur, ne erretis. Etenim reuera erroris est & imposturæ; hic sperare commoda, post hac vero isthic diuersum consequi.

Neque fornicatores. Comdemnatum iam primo loco ponit.

Molles

Neque idoloεum cultores, neque mœchi, neque molles. Molles, turpia patientes nominat. Infert autem iam turpia quoque agentes.

Neque masculorum concubitores, neque auari, neque fures, neque temulenti, nec conuitiatores, nec raptores, regnum dei hereditabunt. Querunt multi, quur nam ebrios & conuitiatores, cum idolorum cultoribus & masculorum concubitoribus iunxerit. His obseruādum, quod & Christus eum qui dixerit fratri suo fatue, reum faciat gehennæ: quodque Iudæi ex ebrietate ad idololatriam peruenerunt. Deinde hic non est mentio pœnæ ac supplicij, verum de eo quod quisquam e regno excidit. E regno autem pariter omnes exidunt num vero in pœnis sint discrimen habituri, non est præsentis loci indagare.

Matth.v. Ebrietatis mala.

Et hæc quondam eratis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini Iesu, & spiritu dei nostri. Intelligite a qualibus malis nos liberarit, quantaque nobis bona largitus sit deus. Habebatis enim vos hæc omnia commemorata, verum ab iis vos mundauit deus, imo & sanctificauit. Quomodo? iustificans, inquit, vos. Abluit enim vos, deinde iustificans sanctificauit, non huius vel istius doctoris præceptorisvè nomine, cæterum in Christi nomine, spirituque sancto, id est, Trinitas adeoque sacrosanctus ternarius ista nobis donauit. Quum enim dicit quod deus in nomine Christi & spiritu sancto nos sanctificarit, nihil aliud quam ternarium ponit. F

Fornicatio ex crapula fere oritur.

Omnia mihi licent, sed non omnia commodant. Quia fornicatoris supra meminit, deque eo rursus est verba facturus, interspargit interim sermonem de gulositate & crapula: Ex hac enim plerumque fornicatoris malum prouenire solet. Ait ergo: licet mihi edere & bibere, sed non prodest immoderate isthuc facere.

Omnia mihi licent, at ego ab nemine subiugabor, uel sub nullius potestatem redigar. Dominus, inquit, sum cibi potusque, verum si me istis immoderate dedam, seruus eorum pro domino inueniar. Quorum enim, inquit, deus venter est. Proinde a nullo horum in potestatem redigar.

Philip.iii

Cibi uentri, & uenter cibis. Ventrem, gastrimargiam, voracitatem & crapulam dicit, non membrum nostrum: cibos autē immoderatum ciborum vsum. Ait ergo, immoderatum ciborum vsum & luxum amicitiam & proprietatem, adeoque affinitatem cum gulositate habere, hancque cum illo. Nec possunt nos hæc ad Christum perducere, sed ad sese transmittunt obtemperantes sibi: nimirum immoderatio ad gastrimagia vero ad immode

Crapulæ mala.

A immoderationem.

Deus autem & hunc & illos destruet. Non ventrem, sed gulositatem: neque cibum, sed immoderatum eorum vsum. Destruet, nonnulli pro prædictione accipiunt eius quod in futuro seculo euenturum est, nam isthic neque edemus neque bibemus. Quod si isthic non licebit modice cibo potuque vti, multo minus immodice. incontinentia itaque & gastrimargia omnino condemnabitur. Theologus autem statim ventrem aboleri dicens cum cibis destructioni obnoxijs, indicauit quod simul postquam saturatus fuerit venter, destruitur, qui adeo multa interim inquirat. Quidam hic adseuerant, quod adhortationem hic oratione & voto signauerit, sumus votis orans & expetens vti destruatur tũ incontinentia, tum gastrimargia.

Deliciarũ & crapulę effect⁹; scortatio:

Corpus autem non fornicationi, sed domino, dominus autem corpori. En quod fornicationis causa de gastrimargia seu gulositate locutus sit primum, commonstrauit. Consequẽs enĩ erat dicere, Corpus non cibis, neque aluo: ille vero non sic dixit, sed fornicationi: ob oculos adeo ponens quisnam sit deliciarum & crapulæ effectus, nempe scortatio. Quod aũt ait, est huiusmodi. Corpus non eum in finem formatum est, vt cum delicietur, tum in fornicationem incidat: cæterum vt Christum ceu caput suum sequatur, ac rursus dominus ceu caput illi insideat, & coagmentatus sit.

Deus autem & dominum excitauit, & nos excitabit per potentiam suam. Ne, inquit, angaris animo si audias dominum ab deo excitatum. Tanquam autem infantes sint, sic B sese illis conformen reddit. Quoniam autem de patre omnes magna sentiebant, quippe de quo constaret ipsum esse causam & autorem omnium rerum, eam ob rem resurrectionem patri refert acceptam, nosque ab eo excitandos demonstrat. Vt enim caput nostrũ, Christum videlicet, excitauit, non dissimilem ad modum, reliquum etiam corpus Christi, nos nimirum, excitabit. Authoritatem autem & fidem faciens sermoni huic suo, adiecit, potentia sua: perinde ac dicat: Ne dubitetis hac de re, cuius iam memini: potentia nanque dei magna & præclara transigens, isthuc etiam faciet. Quod vero patri ceu autori Christi excitationem adscribat, planum est ex eo quod dominus de se ipse dicit: Soluite templum hoc, & in triduo excitabo ipsum. & rursus scriptum est, Exhibuit seipsum viuentem. Quare quum ipse seipsum excitauerit; patri suo ceu autori rem isthanc attribuit.

Pater, resurrectionis autor.

Joan.ij.

Actuũ. i.

Ignoratis quod corpora nostra sint membra Christi? Redit denuo ad propositam de fornicatione quæstionem, & adhortationem. Horribilissimo autem argumento orationẽ auspicatur.

Membra igitur Christi, faciam scorti membra? haudquaquam. Nõ dixit, copulabo scorto, verum, quod est multo horribilius, faciem membra scorti? Quis enim non externetur, quis non horreat si audiat membra Christi auelli, fierique scorti membra?

An ignoratis quod qui adhærat scorto: unum cũ eo corpus est? Erunt enim, inquit, duo in carnẽ unam. Confirmat ꝙ dixit, quõ videlicet scorti membra efficiantur, quæ sunt Christi Commixtionis nomine quispiam vnum cum scorto efficitur: quare & mẽbra ei⁹ quę fue C runt membra Christi, in scorti membra permutata sunt.

Gene.ij.

Qui autem adhæret domino, unus cum eo spiritus est. Obserua quomodo ab ipsis nudis verbis scorti & Christi, promoueat accusationem, vehementiorem ipsam reddens. Qui domino inquit, agglutinatur, spiritus cum eo vnus est, dum nihil carnale transigit, hoc est, spiritualis efficitur. Domino enim vniri, sanctificationem spiritus ipsi suppeditat. Per hæc iuxta commonstrauit quinam fideles sint membra Christi.

Fugite fornicationem. Ceu persecutricem, quæ nunquam non corporibus nostris immineat, & insita sit, fugere nos eam adhortatur, vt omnibus viribus nostris ab ea abstineamus, consulens. Nihil enĩ adeo nos persequitur, vt carnea ista cõcupiscentia.

Concupiscẽtia carnalis ardor.

Omne peccatũ quod fecerit hõ, extra corpus est: qui uero fornicatur, in propriũ corpus peccat. Fornicatione totum corpus, inquit, coinquinatur: vnde & ad balneas accurrere solent qui fornicati sunt, seu corpore iam polluto. In ipsum itaque corpus delinquit peccator, contaminans ipsum, sordibusque conspurcans. Ac etiamsi cædes per corpus fieri videatur, non omnino tamen corpus coinquinat. Nam verisimile est lapide petere, vel ligno, vel alio quopiam instrumento, & non inquinari corpus: fornicationem autem citra corpus perficere impossibile est, vnde necessario etiam coinquinatur. Attollere adeoque exaggerare voluit rem de qua instituerat adhortationem. Non enim omnino omnibus rebus est peior fornicatio, adeoque sceleribus: alias quasdam dilutiones ad id noui.

Fornicationis immũditia. Homicidium.

Qui fornicatur, inquit, in proprium corpus peccat. Nam non facit isthuc spe accipiũdæ sobolis neq; cũ legitima coniuge miscetur, sed nequicquã scortum corrumpit sua libidĩe D ac debilitat & violat. Rursus aliter. Qui fornicatur, in fœminã cui miscetur, peccat, quę corpus suum est per coitum. Quatenus enim non miscetur ei legitime, peccat in ipsam. Atqui magni Ioannis dilutio cunctis est pręstãtior, prima nimirum. Ambiguunt autem hic nonnulli, in quæstionem vocãtes quid sit cædes. Nonne & ea liquefacit corpus, adeoque dissoluit? Verũ diluunt ad hunc rursus modũ. Cædes est passio, non actio: de actiõe aũt nunc sermo Apostolo. Ait ergo, quodcunq; peccatũ quod fecerit hõ: non tñ de passione loquitur. Homicidium enim non fit a nobis, sed perficitur in nobis.

Cędes est passio, nõ actio.

An nescitis quod corpora uestra sint templum spiritusancti, qui est in uobis, quem habetis ab deo? Vehementius eos perterrefacit doni magnitudine, hoc est spiritus, tum dignitate donantis, hoc est dei. Templum, inquit, sanctum estis, nimirum sancti spiritus. Ne igitur polluatis delubrum istiusmodi sanctum, neque prophanetis dei eximium donum. a deo enim habetis & donum, & spiritum.

Et non estis uestri ipsorum, siquidem empti estis precio. Sub domino, inquit, estis nihilque proprij habetis, ne ipsum quidem corpus. empti enim estis precio, nempe per sanguinem Christi. Proinde artus vestri alij domino sunt subiecti, & quovult ille, duci oportet eos. Hæc autem dicens, non tollit propriam hominis potestatem, seu liberum arbitrium, cæterum par & iustum esse monstrat, nos deo seruire, per quem & empti sumus.

Iuris nostri nõ sumus.

Liberũ esse nostrũ arbitriũ.


Glorificate deũ in corpore uestro. Postquã empti estis inquit glorificate deũ in corpore E vestro, bona opera per corp⁹ perficientes, sanctumq; ipsum seruãtes & purũ. Glorificatur eñ deus, cũ bona opera nostra homines vident, ac deinceps deum glorificant.

Et spiritu uestro. Ostendit ꝙ non corpore tantum sit euitanda fornicatio, cæterum & anima, vt mente non coinquinetur. Spiritum enim mentem & intellectum nominauit. In corde nanque adulterium, in Euangelijs etiam appellatum est.

cordis adulterium Matth. v.

Quæ sunt dei. Continuo repetit quod non simus nostri ipsorum, verũ sub domino deo agamus, qui & animam & corpus nostrum sanguine mercatus est.

CAPVT VII.



E quibus uero scripsistis mihi. Sectas correxit, tum fornicationẽ & auaritiam: iam nuncvero de nuptijs & virginitate disserit. Scripserant enim ei, num sit abstinendum ab vxore, an secus.

Bonum est homini mulierem non attingere. Bonum, inquit, & eximia res est cuiuis mortalium, nec soli sacerdoti, perinde ac nonnulli male intelligunt, mulierem non attingere, sed virginem permanere. Tutior autem, nostramque plurimum imbecillitatẽ adiuuans est matrimonij res. Subinfert igitur:

Matrimonium [redacted] est.

Fornicationis autem uitandæ causa, unusquisque propriam uxorẽ habeat, & quælibet maritũ habeat. De vtraque parte disserit. Verisimile est enim virum continentiam amare, mulierem autem non item: aut e diuerso. Fornicationis autem vitandæ causa, dicens, compellit nos ad continentiam. Si enim F fornicationis causa nuptiæ permittuntur, non debent posthac matrimonio iuncti intẽperanter, sed pudice ac moderate congredi.

Coniugatorũ cõtinentia.

Vxori maritus debitam beneuolentiam reddat, similiter & uxor marito. Debitum (inquit) habetis, mutuam erga vos beneuolentiam. Quatenus igitur debitum, necessarium est, vt eam beneuolentiam inter vos mutuo præstetis.

Vxor proprij corporis non habet potestatem; sed maritus: similiter & maritus proprij corporis potestatem non habet, sed uxor. Quia debitum est, & veluti necessitas mutua inter maritum & vxorem beneuolentia, nunc illud ipsum demonstrat. Non enim, inquit potestatem habent corporum, sed enim vxor & serua est & domina mariti; serua quidem, quatenus non habet proprij corporis potestatem, vt tradat ipsum quibus velit, cęterum maritus dominatur in ipsum: domina vero, quatenus rursus mariti corpus ipsius est, nec habet is corporis sui potestatem, vt tradat ipsum scortis. Consimilem ad rationem maritus est cum seruus tum dominus suę coniugis.

Vxor & serua & dña mariti & cõtra

Ne defraudetis uos mutuo, nisi quid ex consensu ad tempus. Hoc est, inuito marito ne contineat vxor, vel maritus nolente vxore ne contineat. Alterum enim altero inuito isthuc facere, est defraudare, quemadmodum & de pecunijs dicitur: volente vero non,

A item,ceu quando ex consensu,id est quando duo segregauerint aliquid temporis,vt ab-
stineant inter sese.

Vt uacetis ieiunio & orationi. Interpretatur quõ dixerit ad tẽpus,siue qñ tẽpus fuerit va
care oratiõi, hoc est,intẽse oñdi. Nõ eñ dixit siplicitter,vt oretis,sed vt vacetis oratiõi.
Si eñ simplicitter ab orando conuenientes arceret,vel orare prohiberet ; quomodo alibi
diceret,Incessantee orate? Tanquam igitue oratio feruentior fieret,abstinere vobis alius i.Thes.v.
ab alio,veluti congressus negotium,non impueitatem faciat.

Et cursus in idẽ conueniatis,ne tentet uos Satanas. Ad fornicationẽ videlicet. Quiavero dia
bol⁹ per sese nõ est autoe fornicationis sed incontinentia primũ nostra subintulit.

Propter incontinentiam uestram. Ipsa enim est in causa quue Satanas nos tentet.

Hoc autem dico secundum consilium, non secundum mandatum. Quod dixi,ne ad tempus de
fraudetis vos mutuo,per concessionem dixi,acquiescens imbecillitati vestræ,non legem
sanciens vobis secundum mandatum quod transgredi non liceat.

Volo enim oẽs hoĩes esse sicut & meipsum. Siqñ ardui quippiã demandet, solet sese in me
dium proferre diuus Paulus. Optarim autem vt sempee omnes contineeent.

Sed unusquisque proprium donum habet, alius quidem sic, alius uero sic. Virginem adeoque Cœlibat⁹; donum dei:
cœlibem quempiam manere, donum dei est. Atqui & nostro studio ea res opus habet.
Quomodo igitue donum ipsum dicit? vt consoletue eos quos abunde percusserat, quũ
dixit,propter incontinentiam vesteam. Obserua autem quod nuptias donum faciat, in-
B quiens. Vnusquisque proprium donum habet, alius quidem sic, hoc est, vt virgo per- Nuptiæ; donũ dei:
maneat:alius vero sic,hoc est,vt in matrimonio sit.

*Dico autem innuptis & uiduis, bonum eis, si permãserint, quemadmodum & ego. Si autem non conti
nent, nubant: melius est enim nubere quam uri.* Viden' sapientiam Pauli,quomodo melioẽ
monstret esse continentiam, nec interim tamen cogat si quis non possit,vt ne peius flagi
tium commitatur? Si enim multã,inquit,vim sustines & vstionem (magna eñ cõcupiscẽ
tiæ tyrannis est) discede ab laboribus istis & sudoribus, nequando subuertaris.

In matrimonio uero constitutis præcipio, non ego sed dominus. Quia dominus legem palam Math. v: & xix.
sanciuit non debere fieri diuortium dempta foenicationis causa, propterea. Non ego,in
quit,sed dominus. Antehac enim commemorata,non fuerunt aperte a domino lege lata Pauli di-
instituta,etiamsi quęcunque Paulus dicat,domini sunt,& non humana. Nam in peogres cta diuina
su dicit: Arbitror autem & me spiritum dei habere. sunt.

*Mulier à uiro ne separetur. sin separata fuerit, maneat innupta, aut uieo reconcilietur. Et mari-
tus uxorem ne dimittat. Reliquis autem ego dico, non dominus.*

Quoniam seruandæ pudicitiæ gratia vel intollerantia quadam,vel alia quauis de causa
fiunt diuortia: Satius,inquit,est,vt nulla protsus fiat seiunctio. Quæ tamen si fieri con-
tigerit, maneat mulier virum habens, tametsi cum eo nihil commisceatur,nec alium su
perinducat,vel viro concilietur.

*Si quis frater uxorem habeat infidelem, ipsaque consentiat habitare cum illo, ne dimittat ipsam.
Et uxor cui maritus est infidelis, cui placeat habitare cum illa, ne dimittat ipsum,*

C Quid ais? Si infidelis quispiam sit,maneat vir cum vxore: si adulter & fornicarius,peohi-
bes, quum adulterio tamen sit deteeior infidelitas? At nostra potius vindicat Chri- Matth.v:
stus, quam sua. Nam dimittere,inquit,ibi munus tuum,& fratri tuo reconciliaee. Mat.xviij
Num qui mille talenta sit adspernatus,in eum qui nec nummis centum sibi fuerit obno
xius,suam iniuriam vlciscetur? Nec secus eego hoc loco infidelitatem,qua constat in se
delinqui, contemnit deus, & nihili ducit: ob fornicationem vero,qua in vxoeem pec-
cat, pœnas exigit. Dicunt tamen nonnulli, per ignorantiam fidelitatem obnasci;
quam Paulus inquit forsitan iri sublatum. Quid enim nosti mulier, si virum saluum
sis factura? Fornicationem autem ex confessa quadam fieei & indubitata malitia haud
dubium est. Fornicator peæterea eo profectus est sceleris, vt propria membra a se-
ipso disiunxeeit. Hæc nanque vt primum a fœmina sustulit adulteeata, quæ sua fue-
rant, meretricis effecit. Infidelis vero nil prorsus in ea disiunctione deliquit, videli-
cet,quia sua membra per copulam vxoeis effecerit. Quin potius ob nexum forte eiusmo
di,vel ex fide,fideli vxoei iungetue citius,quam huius (vt ita dixerim) vitam ob suam in
fidelitatẽ puertat: capeeeturque haud dubie ob id Euangelium, si ceedens ab incredulo
seiungeretur. Id tamen tum quidem futurum intelligas; si vtrique quum in infidelitate
persisterent,iniissent coniugium,mox alter ad fidem venisset. Nam si prius fuisset aut

vir aut vxor fidelis, haudquaquam cum infideli iungi matrimonio licuisset. Nec dixit quidem, si quisvult infidelem accipere: sed, si quis habet infidelem vxorem. Nec simpliciter infideli fidelem, sed volenti coniungit; quod sane, quum consenserit inquit, praefertur, hoc est, voluerit. D

Fidelis cũ ĩfideli matrimoniũ nõ ineat.

Sanctificatus est enim maritus infidelis per uxorem, & sanctificata est uxor infidelis per maritũ. Hoc est, patris fidelioris abundanti puritate vicitur infidelis cuiuspiam immunditia, neque eo quod sanctitatem adipiscatur in posterum infidelis, siquidem non sanctus est, dixit, sed sanctificatus est, hoc est, ab eius quę fidelis sit, infidelis vincitur sanctimonia. Hęc autem dicit, ne vereatur fidelis aliqua mulier labe & sordibus infici, si cum infideli rem habeat, & illi matrimonio sit ante fidem susceptam coniuncta. Quaeritur autem: Quod si quis qui meretrici adhaeserit, vnum iam corpus cum ea sortitus, fiat immundior: ac si perspicuum est, vel eam quae cũ idololatra versetur, vnum cũ illo corpus sortiri, cur tamen ex ea re non immunda redditur mulier? Quoniam idipsum libidinandi commercium per se impurum est & sordidum, eoque vel vtrosque coinquinat: verum quod ad fidelem spectat & infidelem, longe se aliter habet. Siquidem ob suam incredulitatẽ immundus efficitur infidelis, non tamen secundum incredulitatem huiusmodi, si cum viro versetur & mulier, sed secundũ copulã coniugalem sanctificatur, quam nullam habere in se ĩmunditiam liquet. Est eñ haec illi connubij vinculis nexa. Propterea nullã fidelis ex eo labem admiserit.

cõiugalis copula nullã habet ĩmunditiam.

Nam alias filij uestri immundi sunt. Nam si infidelis credentis nitore non vinceretur, forẽt sane quos parerent liberi immundiores, vel ex parte dimidia mundi: B

Nunc autem sancti sunt. Hoc est, non immundi. demit enim omnem suspicionem fidelis foeminae sanctimonia.

Quod si infidelis discedit, discedat. Hoc est, si vir infidelis vxori fideli instigat vt secũ sentiat, & particeps suę fiat infidelitatis, dirimat poti⁹ matrimoniũ mulier, & a viro abscedat. Sati⁹ eñ est connubiũ ipsum dissoluere, quã pietatem in dei cultum dimittere.

Non est in seruitutem redactus frater aut soror in huiusmodi, in pace autem uocauit nos deus: Si tecum ille eo, inquit, iurgatur, quod suę infidelitatis participare nil tolleres, confestim secedito. Non enim est huiusmodi seruituti subiecta: hoc est, nil cogeris virum in rebus huiusmodi perpeti. Melius est enim secedere, quam altercari. Neque enim diuinae illud est voluntatis, quippe qui nos in pace vocarit. Itaque fuisse litiget; & iurgijs vrgeat, praebuit ille diuortij causam.

Quid enim nosti mulier, num maritum serues? Rursum ad id quod superius dixerat, redit; videlicet, non dimittat mulier virum Si enim nihil molestus sit, inquit, maneto cum eo, & commonefacito, aliquid forte hoc modo peregeris. Quasi rem in ambiguo statuit, cum ne videatur mulieri necessitatem vllam imposuisse vt viro CHRISTI fidem excipiendam suadeat: tum vt hanc reddat ad bene sperandum intentam, & a desperatione auertat.

Altercatio fugiẽda.

Aut quid nosti uir, si coniugem tuam serues? Nisi cuique ut partitus est deus: Nonnulli sic cõstruunt: Quid nosti vir, si mulierem saluam facies, necne? Deinceps: quasi ex alio quodã capite dicat, Vnicuique vt diuisit deus. perinde ac si dicat. Vnde compertũ habes si saluam facturus hanc sis, an minime? id quidem est prorsus incertum. Quandiu res in ambiguo fuerit, haudquaquam est dirimendum connubium. Quod si saluam non feceris, nil tibi officiet. Saluam autẽ hanc si reddideris, & alijs profuisti & tibi Alius vero aliter sentit, quasi abinde exorsus, Nisi vt vnicuique diuisit deus: qui sensus est longe potior; perinde ac si dicat Apostolus: Haudquaquam propter infidelitatem fiat diuortium, nisi alteri sic videatur ac placeat. F

Vnusquisque ut uocauit eum dominus, sic obambulet. Vxorem habens infidelem vocatus es? maneto hanc habens, & nihil tibi infidelitas oberit.

Et sic in omnibus ecclesijs dispono. Hoc intulit, vt Corinthios, quandoquidem & alios habeant huius disciplinae participes, ad obsequendum reddat paratiores.

Circuncisus aliquis uocatus est? Non adducat praeputium. Fieri poterat, vt multi quos desectae pelliculę puduisset, medicamento adposito & hanc niterentur iterato sarcire, & ob scoenum illud concisum in pristinum statum redigere.

In praeputio aliquis uocatus est? non circumcidatur. Circuncisio nihil est, & praeputium nihil est; sed obseruatio mandatorum dei. Vbique post fidem, virtutis exigitur, operatio; reliqua vero aut parcius exiguntur, aut nunquam.

A *Vnusquisque in uocatione qua uocatus est, in ea permaneat. Seruus uocatus est? non sit tibi curæ: sed si possis etiam liber fieri, magis utere.* In vocatione qua vocatus es, hoc est, quocunque in vitę genere, vel ordine, vel conditione, Christi fidem susceperit quispiam, in hoc perseueret. Vocationem autem dicit inductionem ad fidem. Seruus cum esses, vocatus es: nihil sis velim ob seruitutem hanc anxius, neque ob id obturberis. Non enim quæ adeo est, obfutura est seruitus. Quin potius si potes liber fieri vtere magis, hoc est acrius serui- Vocatio q̃ dicatur
tute exercere, in vsumque aliquem & vtilitatem conferto.

Qui enim in domino uocatus est seruus, libertus est domini, similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi. Libertus dicitur, qui seruitute eximitur. Inquit igitur: Tu qui quum in seruitute maneres, credidisti in Christum, libertus effectus es Christi. liberauit enim hic te a peccato, & seruitute exteriore, tametsi seruus sis. Qui enim a vitiis liberatur, & animi Libertus
ingenuitate potitur, nequaquam vltra est seruus, etsi seruitute adhuc videatur obstringi. Rursus alius quispiam liber quum esset, ad fidem vocatus, Christi seruus efficitur. Itaque si seruitutis nomen seruum obturbat, intelligat in Christo se libertate hac vti, quod Ioan. viii.
longe est humana seruitute præstantius. Porro si libertatis hoc nomen, liberum hominē extollit & ampliat: intelligat idem esse se Christi seruituti obnoxium: comprimatque se & frenet a vitiis, vtpote qui tanti domini iugum subierit, & debeat illi quæ grata sunt, facere. Videas quam prudenter Apostolus, quæ vtranque deceant partem, commonefaciat.

B *Precio empti estis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisque in qua uocatione uocatus est fratres, in ea permaneat apud Deum.*

Nec solum ad seruos huiusmodi differit, sed ad liberos homines habet hęc verba: vel vniuersos instituit, vel Christianum hominem, vt nihil ad humanam gratiam factitet, neque Hominibus seruire quid dicatur.
illorum iussa qui praua iniunxerint, exequatur. Hoc enim esset hominibus seruitum iri, & per eos præsertim, qui redempti precio sint. Neque ideo inculit, vt a dominis desciscant mancipia. absit: neque enim id iubet: quod liquido patet ex eo quod dixerat. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, maneat, hoc est, vel si fuerit in seruitute vocatus, in ea hic persistet. Apud deum autem adiecit, ne forte improbis dominis obsequendo, deficiamus a Deo. Vtrisque ita in rebus prouidit videlicet, ne sub dei prætextu discedãt a dominis, quorum in potestate eorum sunt corpora: & rursum ne a deo deficiant, cum dominis obsequi vltra quam deceat, volunt.

De uirginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a domino, ut sim fidelis. Quum de continentia abunde disseruisset, castigassetque satis Corinthios, ad virginitatem transgreditur, quæ cæteris longe est præstantior: atque nullam dominum tulisse de virginitate legem, neque de hac sibi quidpiam iniunxisse, sed vnum illud dixisse & solum: Qui potest capere, capiat. Quocirca neque ipse au- Mat. xix.
sim quicquam de illa re statuere: magnum enim hoc & periculosum: alioqui consulerem equidem; quemadmodum & ipse non indignus apud Deum sum habitus vt sim fidelis, hoc est, qui mysterii cognitionem vt habeam, sum dignatus.

C *Existimo ergo bonum esse propter instãtem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.* Vxoriæ
Vt sentio, inquit, a nuptiis abstinere cõducit homini propter rei vxorię difficultates atque rei molestiæ.
molestias; non immunditiæ gratia, aut quia impurior debeat res illa haberi.

Alligatus es uxori? ne quære solutionem. Solutus es ab uxore? ne quære uxorem. Si uero & duxeris, non peccasti. Quum ait, ligatus es, ob oculos posuit quod nuptię, veluti nexus, afflictionem adferant. Solutionem autem, non eam quæ fit ex consensu: continentiam dicit uerum disiunctionem quę est pręter rationem: veluti si ex consensu contineant, ea nõ est solutio. Quia vero dixit, Ne quæras vxorem, ne videatur cœlibatum velle statuere; Matrimonii nexus
adeoque matrimonium dissuadere, subdit: Si autem & duxeris, non peccasti. Ac animaduerte quũ nã clanculũ ad virginitatem ac cœlibatum perpellat nuptias nexus appellans cœlibatus
virginitatem autem solutionem & libertatem. libertas.

Et si nupserit uirgo, non peccauit. Virginem hic dicit, non eam quæ Deo consecrata sit, ea enim si nupserit, peccauit omnino, ceu ea quę mœchũ superinduxerit sponso suo Christo: sed innuptam dum puellam. Ea enim si nupserit, non peccauit: nec enim res impura est matrimonium.

Afflictionem autem in carne habebunt eiusmodi. Ego uero uobis parco.
Solicitudines in matrimonio & mœrores obuenientes, θλίψιν, tribulationem vocat. Ego aũt, inquit, vobis parco, tanquã filiis, voloque liberos vos esse, extraque mœrorẽ: tanquã

matrimonium nexus quispiam sit, quique eo sint colligati, non sint sui iuris, vt supra commemoratum. D

Hoc autem dico fratres, tempus breue est. Reliquum est. Quum dixisset, adflictionem habebunt in carne, ne quis adijceret, Atqui & voluptatem habebunt: subsecat & aufert quae sunt voluptatis, per hoc quod tempus esse contractum & breue subinferat. At dissolutionem enim & interitum omnia vergunt, appropinquauitque regnum Christi, ac in posterum ad ipsum proficisci & migrare debemus. Quare etiamsi nonnulla in matrimonio voluptas est, ea tamē breuis est, exiguoque temporis spacio duratura: atque hoc ipsum est tribulatio & adflictio.

Matrimonij voluptas breuis.

Vt qui habeant uxores, tanquam non habentes sint: & qui plorant, tanquam non plorantes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquā non possidentes: & qui utuntur hoc modo, tanquam non utantur. Quod si qui vxores habent, tanquam non habeant, esse debeant, quid deinceps commodat matrimonio abstringi, sibique ipsi onus iniicere? Quid porro est, tanquam non habentes? pro eo accepit quod est, non adfixi, non omne studiū, omnemve vitam in matrimonium & vxorem impendētes. Consimilem ad rationem, circa aliquod tristium, quae per plorantes adumbrauit: vel delectabilium, quae per gaudiū denunciauit: vel contractuum seu permutationum, quas per emptionem indicauit, non debet nimia cura tangi, Ecquid ait? Haec & haec simpliciter recenseo. Qui vtuntur hoc mundo, non debent ipso abuti, hoc est, non sint nimia in ipsum cura intenti, sintque tanquam non vtentes, id est, non omni in eum studio & affectione incumbant. Abusus enim est superfluus vsus, decorum & modum exuperans. E

Praeterit enim figura mundi huius. παράγει, id est praeterit & dissoluitur. Quid ergo amore eius tenemur, quod dissoluitur? Figuram autem appellauit, commonefaciens omnem huius mundi res esse, visus quandam summum, oculorumque pabulum ac tincturā, esseque superficiem quandam fluxam, nihil stabile aut subsistens habentem.

Volo autem uos absque solicitudine esse. Ecqui vacabimus solicitudine? si coelibes permanserimus. Infert igitur:

Caelebs curat quae domini sunt, quomodo placeat domino: qui uero uxorem duxerit, curat quae sunt mundi, quomodo placeat uxori. Quomodo volens nos absque solicitudine esse, o diue Paule, ac propterea nos in coelibatu asseruans, rursum dicis, Coelebs quae domini sunt curat? Ecce enim iterum nobis solicitudines prodeunt. Enimuero huiusmodi curae non sunt tales quales sunt matrimonij. Domini enim curę salutares sunt, oblectabilesq́ꝫ: mūdi vero curae noxię sunt, afflictionisque & angustiae plenae. Quomodo enim non fuerit afflictio & interturbatio, studere quo placeas coniugi, maxime vero vxori mundi amanti & ornatus? dumque aurum & margaritas, aliamque id genus mollitiem acquirere laboras, per quae ad iniuriam miseri mortales compelluntur, vnde & animae nocentes rerū actiones emergunt?

Vxorum cura.

Diuisi sunt uxor & uirgo. Hoc est, differunt inter se mutuo, nec habēt eandē solicitudinē, sed diuisę studijs suis. hęc em̄ in hoc incūbit; illa vero in isthuc. Proinde diuersae sunt vtrarūq; curae. Quare seligenda est & praestantior, & minus laboris habens. F

Innupta cogitat quae sunt domini, quomodo placeat domino, ut sit sancta & corpore & spiritu.

Quae uero nupsit, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat marito: Non satis est corpore virginem esse sanctam, verum spiritus etiam sanctimonia requiritur. Haec enim est vera virginitas, animae puritas, postquam multae corpore quidem castae & impollutae, anima vero contaminatę sunt. Atqui isthuc cōsidera, quod non sit virgo, quae anxie q̄ sunt mūdi cogitat. Quum igitur conspexeris quampiam quae charitatem vouit adeo promisit, solicite incumbentem rebus mundi, noueris eam nihil discrepare a coniugata. Diuus em̄ Paulus fines vtrisque posuit quibus dignoscātur, non certe matrimonium & continentiam, sed curiositatem & socordiam & acediam. Quare quae varijs sese immiscet rebus, non est virgo. Anxie porro cogitat quę iuncta est matrimonio, qui placeat viro, partim formae minime negligens, partim vero dum bona materfamilias videri vult, immisericordem sese & parcam ostendens.

Hoc autem ad commoditatem uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciam. De coelibatu & virginitate sermonem moui, sciens conferre eam vobis rem, quod moerore sollicitudineque careat, animaeque sit vtilius, non vt cogam vos, si nolitis vestrapte sponte coelibes & virgines permanere. Siquidem laqueum necessitatem nominauit.

Verum ad decorem uestrum, quo domino assideatis ita ut ab eo auelli nequeatis:

A Vt, inquit, decore, & in puritate viuatis. Quid enim virginitate honestius & purius? & vt liberi a nuptiarum turbis, citra auulsionem domino seruiatis, ipsique adsideatis, curam vestram in ipsum transferentes. Virginitatis cōmendatio.

Si quis turpe esse putet super uirgine sua, si fuerit eximij floris, & sic uult fieri, quod uult faciat, non peccat, contrahant matrimonium. Sin quis, inquit, infirmus quum sit, reuera sententiam esse deformem censeat, filiam suam virginem retinere, eamque nubilem: fiat, inquit, sic. Quomodo? quod animo sederit faciat, hoc est, si velit eam tradere marito, tradat. non enim peccatum admittit. Veruntamen melius est virginem seruare, quemadmodum deinceps dicit.

Qui autem stat firmus in corde suo, non habens necessitatem, potestatem autem habens propriae uoluntatis atque hoc iudicauit in corde suo, seruare suam uirginem, bene facit: itaque elocans uirginem suam nuptum, benefacit. qui uero non elocat, melius facit. Obserua quomodo ex epithetis commendet eum qui seruet suam virginem, stabilem ipsum; & pulchre incedentem, cumque iudicio agentem quae agat, asseuerans. Iudicauit enim, inquit, ac decreuit in corde suo. Itaque qui virginem suam nuptui tradit, non stat firmus. Quod ait, non habēs necessitatem, significat quod potestatem habeat vt det virgini suae maritum, neque quisquam sit qui cogat eum ne det. Honor itaque eius est seruare filiam virginem, eamque ob rem laudatur. Bene enim, inquit, facit. Porro qui elocat nuptum virginem, & ipse bene facit. non enim peccatum est elocare. Omne autem quod non est peccatum, bene est. Me-
B lius vero est non elocare: virtus enim est.


Bene est; quicquid peccatū non est.

Mulier alligata est legi quanto tempore uiuit maritus eius: si autem dormierit maritus eius libera est, ut cui uult nubat, modo in domino. Beatior autem est si sic manserit iuxta meum consilium. Videor & ego spiritum dei habere. De secundis priore marito defuncto nuptijs haec tradit; permittens quidem eas attamen beatiorem eam iudicat, q̄ alterū maritū non acceperit, in viduo statu permanens. Perinde enī vt coelibatus primis nuptijs seu matrimonio est melior, sic & prius matrimoniū posteriori p̄stat. Alligata est igitur legi mulier, hoc est, continetur lege de adulterio statuenti quod adultera fiat si alteri viro copuletur viuente marito. Sin defunctus fuerit, liberata est a primo nexu & lege, adeoque soluta est. Modo in domino, hoc est, cum temperantia & decoro, in liberorum procreatione & praesidētia, non in libidinis affectione. Secundum vero meum consilium dicit, ne rem istam, necessitatem arbitreris, sed suasum ac diuinam deliberationem. Existimo nanque me, inquit, spiritum dei habere. Magnae id humiliationis argumentum est, non enim dixit habeo, sed videor, hoc est, puto, autumo.

Roma. vij. Viduitatis cōmēdatio.

Consiliū pauli quale accipiēdum.

CAPVT VIII.



C *De ijs autem quae idolis immolata sunt nouimus, quoniam omnes scientiam habemus, Scientia inflat, charitas aedificat.* Fuerunt quidam apud Corinthios perfecti: qui scientes quod quae ingrediātur in hominem, ipsum non coinquinent, quodque idola sint lapides & ligna, nec possint nocere: indiscriminatim introierūt idolorum delubra, atque comederunt idolis istis immolata. Hos alij imperfectiores videntes, ingressi sunt & ipsi delubra, idolisque immolatis vescebantur, non eadem sententia, verū ceu idola ista preciosum quiddam forent, ac digna quibus sacra ferrentur. Hoc itaque ad zelum prouocauit diuum Paulum quippe quod vtrisque obesset: perfectis, tanquam ijs qui daemoniacis rebus fruerentur. imperfectis, tanquam ij ad idolorum culturam compellerentur. Accelerat igitur emendare hoc ad perfectos differens, imperfectioribus dimissis pro sua consuetudine. Ac primum deijcit ipsorum in scientia fastum, inquiens: Non vos soli scientiam habetis, sed nos omnes ex aequo tenemus quod nihil sit idolum in mundo. Verum scientia adeo nō solum non prodest, vt potius etiam obsit, inflans & intumescere faciens habentem, ac propterea abscindens a proximi cura, nisi charitatem vna secum habuerit, quae e diuerso aedificare potest. Quaecunque enim scientia citra charitatem destruit, charitas excitat reaedificatque, omnia in proximi gratiam faciens.

Idolothyta.

Si aūt quisquā uidetur nosse aliquid, neq; dum quicquam nouit quemadmodum nouisse oportet: Maius quicquam hic dicit. Etiamsi charitati scientia coniuncta fuerit, neque sic est,

inquit, perfecta. Nihil enim dum nouit quemadmodum scire oportet etiamsi Petrus vel Paulus fuerit. Quid igitur vos efferimini, qui sciẽtia citra dilectionem imbuti estis? quandoquidem si scientiam etiam cum dilectione haberetis, neque sic tamen consummatum aliquid sciretis. D

Sin quispiam diligit deum, is cognitus est ab eo. Quod ait, eiusmodi est. Si quis charitate proximum suum prosequitur, is Deum etiam prorsus diligit. Porro non ait quod diligens deum, ipsum quoque nouerit, sed quod ab Deo cognitus sit, hoc est, notus ipsi & domesticus, adeoque familiaris constituitur. Notus enim Deo, scientiam ab eo accipit, neque hanc tamen perfectam habet. Proinde ne tu facto quopiam turgeas: neq; enim perfecta tibi scientia est, neque tuum opus tuave virtus eam tibi conciliat, sed Christi est, quicquid in te boni est, donum. Vide igitur quantis argumentis eorum fastum demittat, supprimat, deiciat.

Idolũ nihil est.

De manducatione uero eorum que idolis sunt oblata, scimus quod idolũ nihil sit in mũdo, & quod nullus sit Deus preter unum. Idolum nihil est, id est, nullum robur habet, neque dij sunt, sed lapides ac dæmones. Quia vero apud Græcos fuere & indocti & sapientes, indocti quidem nihil plus idola esse quam lapides norant, philosophi vero diuinas idolis inesse inque ipsis habitare vires arbitrabantur: ad idiotas dixit, idolum nihil est in mundo: ad philosophos vero, non est alius Deus præterquam vnus. Neque diuina itaque virtus simulacra ista inhabitat. vnus enim Deus est, non multi.

Deus vnus est.

Etenim si dij sunt qui ita dicuntur, siue in cœlo, siue in terra, quemadmodum dij multi sunt, & domini multi: nobis tamen Deus pater est, ex quo omnia, & nos in ipsum. Quum nullum esse alium Deum asseruisset, essentq; apud Græcos dij multi: ne videretur ijs repugnare, vel aduersum eos certare, dicuntur quidem, inquit, dij multi, sed reuera non sunt dij, cæterum ratione, siue in cœlo, vt sol & luna, aliæque stellæ & sydera, ex quibus Deos fecerũt Græci: siue super terram, vt qui ex hominibus in Deos translati sunt. At vero nobis est Deus pater, ex quo omnia: quod significat eum esse conditorem & creatorem. Quod vero adijcit, & nos in ipsum: fidei & vendicationis, qua nos sibi vendicat, rationem indicat, perinde quasi dicat, & nos ad ipsum conuersi sumus, exque eo pendemus. E

Et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Per filium omnia ad esse perducta sunt, id est, condita & creata, & nos per ipsum ad hoc vt essemus, perducti sumus, & vt bene essemus, hoc est, vt fideles efficeremur, atque ex errore ad veritatẽ traduceremur. Quum præterea audis, vnus est deus pater, & vnus dominus Iesus: ne patri soli adiudicatum censeas dei vocabulum, filio vero domini. Indiscriminatim nanque & filius deus est, vt in eo loco planum fit: Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus. & rursus pater est dominus, ut in eo Psalmi. Dixit dominus dño meo.

Roma ix Psal. cix

Ait enim, quia ad Græcos illi sermo erat, multos deos colẽtes, multosque dominos. Propterea neque filium deum hic dixit, ne duos deos existimarent, vt qui multis dijs assueuissent: neque patrem dominum appellauit, ne multos etiam dominos apud nos esse cẽserent. Ob eam causam neque spiritus hic vllam fecit mentionem, auditorum imbecillitati parcens: quemadmodum neque Prophetæ filij aperte meminerunt, Iudæorum causa, ne ipsi affectam adeoque carnalem natiuitatem intelligerent, seu humanis affectibus obnoxiam, Vnde & vnitatis vocem continuo ponit, Non est, inquiens, nisi vnicus, cũ vnus deus, tum vnus dominus. Ad oppositionem igitur vanorum deorum, non filij, dixit vnũ deum patrem: atque vt opponeret sese mentitis dominis, non patri, dixit vnũ esse dominum, filium nimirum. F

Deutero. xxxiiij. & xxxiij.

Sed non in omnibus est scientia. Non omnes, inquit, nouerunt vnum esse deum & non multos, nihilque esse idola.

Nonnulli autem conscientia idoli hucusque ceu idolo immolatis uescuntur, conscientiaque ipsorũ imbecillis quum sit, polluitur. Nonnulli, inquit, indefinite, nolens eos palam proferre. Nã haud parũ multi ex idolorũ cultura ad Christũ accesserãt, qui hucvsque, id est, postquam etiam crediderant in Christum, idolis oblato ceu idolis immolato vescebantur. Conscientia enim, inquit, idoli, hoc ẽst, sententiam habentes de idolis, qua putarent ea adhuc esse quicquam, & metuerent sibi ab illis ne læderentur. Quapropter non dixit, illa, idola nẽpe, polluunt, sed enim conscientia eorum polluitur, quippe quæ imbecillior sit, quam vt possit intelligere idolum nihil esse, quum illa ipsa tamen per sese non possint polluere quemquam. Intellige igitur tale quippiam pati eos, veluti si quis Iudaica consuetudine contaminationem existimans attingere mortuum quicquam, deinde alios videat tange-

A re pura conscientia, ipse quoque tangat illos veritus, interea loci tamen eius conscientia coinquinetur, vt qui dijudicet & ambigat secum.

Esca autem nos non commendat deo. Ne obijciant, Ego pura conscientia vescor, ecquid mihi curæ est si quis per imbecillitatem offenditur? ostendit quod ipsum edere etiam cũ contẽptu idolorum, nihil sit. Etiãsi em̃ frater tuus non læderetur, neque sic tñ laudabile quicquã faceres, Deoque gratum: cibus enim nos deo non adsociat, non adiungit. Cib° nos deo non cõmũdat

Neque enim si edamus, abundamus: neque si non edamus, deficimus. Hoc est, neque si edam°, idcirco meliores sumus, ac deo gratiores: neque si non edamus, idcirco peiores sum°, vel destituimur, vel minus quicquam habemus.

Videte autem ne potestas vestra ipsa fiat offendiculum infirmis. Perterrefacit eos per hoc. Nec dixit, scientia vestra, sed potestas, hoc est, petulentia & arrogantia fiat offendiculum infirmis. Atque hæc maior eorum est accusatio, quod ne infirmis quidem voluerint parcere, quibus opus erat vel manum porrigere etiam.

Nam si quisquam conspexerit te habentem scientiam, in idolorum loco uel delubro accũbentem, nũquid conscientia eius qui infirmus est, ædificabitur ut uescatur idolothytis? Hoc est si te perfectum quispiam infirmus conspexerit idolis immolata edere gustareque nonne maiorẽ accipiet occasionem quur & ipse vescatur ijsdem, magisque irretietur? Hoc enim est ædificabitur, per antiphrasim, hoc est, suspicabitur idola quicquam esse.

Ac peribit infirmus frater ob tuam scientiam, pro quo Christus est mortuus. Id est, fiet occasio

B interitus fratri, tua perfectio, fratri inquam infirmo, propter quem Christus etiam obijt. Christus quidem pro ipso non detrectauit mori: tu vero ne a cibis quidem abstines vt ne offendatur

Sic autem peccantes in fratres, & uerberantes languentem eorum conscientiam, in Christum delinquitis. Non dixit offendentes, sed verberantes, vt crudelitatem indicaret, quandoquidem & languentem conscientiam feriant. In ipsum autem transgressionis fastigium peccatum retulit, in Christum delinquitis, inquiens. Quomodo autem peccatum in Christũ refertur? multis modis. Nam & quæ seruorum suorum sunt, sibi tribuit: & quoniam & corpus & membra ipsius sunt, qui feriuntur: & quia, quæ ipse per sui mactationem aut victimam ædificauit, illi destruunt.

Quare si cibus scandalizat fratrem meum, non uescar carne in sempiternum, ne fratrem meum offendam. Ceu optimus præceptor, per seipsum commendat quæ dicit. Nec dixit, si iuste scandalizet, sed quacunque ratione. Nec ait, nunquam manducabo idolis oblatũ, sed carnem simpliciter, etiamsi permissum fuerit: nec vno alterove die, sed ne per omnẽ quidem ætatis meæ cursum. Isthuc enim indicat quod ait, in seculum. Nec dixit, vt ne perdam, sed, ne offendam. Infirmo- rũ scãdala vitanda.

CAPVT IX.



Omne sum apostolus? Nonne sum liber? Nonne dominũ nostrum Iesum Christum uidi? Quum dixisset, Si esca scandalizat fratrem meum, non vescar carnibus in sempiternum: ne quis existimet

C eum superbire, ostentatoremque agere, cogitur deinceps ostẽdere quomodo concessis abstinuerit ne aliquos offenderet. Ipso enim Christo præcipiente vt qui euangelium prædicet, ex euangelio, hoc est, ijs qui instituuntur, edat: ego malui potius fame perire, nihilque a vobis accipere, verum manibus meis laborabam, operans, mihique alimoniam parans. Fuerunt enim & apud ipsos nonnulli, vt videtur, diuites doctores, qui gloriæ sibi ducebant, erantque in precio, quod citra sumptũ aliorũ docerent, hincque Paulum pudefacere moliebantur: quod ipse intelligens, abstinuit (vt dixi) ab discipulis ali. Porro quum mihi isthuc permissum esset, sic me gessi: vos vero ne ab idolis quidem oblato abstinuistis. Sententia itaque totius orationis hæc est, quam multis versibus absoluit. Videamus autem singulas ordine dictiones. Num sum apostolus? Ne quis dicat, Non licet tibi, ac propterea non accipis mercedem: Quid, inquit, audio? nunquid alij apostoli non accipiunt? Næ, inquit. Quid igitur? ego ne sum apostolus perinde ac illi? Nonne sum liber? hoc est, non habens quenquam qui me accipere impediat. Ne vero rursum dicerent, Alij apostoli te sunt excellentiores, quoniam dominum viderunt: anteuortit, inquiens: Nonne dominum nostrum Iesum Christum vidi? Postremo enim omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi. Magnum enim erat ipsum per sese Chri- Matt.x. Actuũ xxviij. & xx. i.Cor.iiij. i.Cor.xv.

Matth.13. sti fuisse spectatorem. Vestri enim, inquit, beati oculi, quoniam videtis quæ non vidẽrunt prophetæ & reges. D

Nonne opus meum vos in domino? Si liber es & apostolus, nihil autem interim apostolo dignum transegisti, quid hoc iuuat? nam & Iudas Apostolus erat, & dominum cõspexit. Eam ob rem, Opus meum, inquit, vos estis in domino. Apostolicum itaque ministerium impleui. Quia vero rem arduam dixit, adiecit, in domino, hoc est, non mea virtute, sed Christi potentia.

Si aliis non sum apostolus, vobis tamen sum. Non dico me totius terrarum orbis esse doctorem, sed vestrum. Quomodo igitur ab vobis non accepi, quæ maxime me accipere oportuit? per concessionem autem argumentum hoc texit.

Sigillum enim apostolatus mei vos estis in domino. Sigillum, hoc est demonstratio. Porro si quis scire velit num sim apostolus, vos ostendo. Vos enim estis qui consignatis & stabilitis apostolatum meum: cuncta nanque apostoli opera in vobis cõmonstraui.

Mea defensio erga eos qui me diiudicant, hæc est. Quærentibus discere vnde sit perspicuum me apostolum esse, hanc apologiam obiicio, vos nimirum. Ostẽdens nanque vos in omnibus ab me institutos ac doctos, repello a me diiudicantes reiicientesque me.

Nunquid non habemus potestatem edendi ac bibendi? Videlicet discipulis ista accipiẽdo. Atqui habemus potestatem, verum ea non vtimur.

Nonne potestatem habemus sororem mulierculam circunducendi, æquè ac reliqui apostoli, & fratres domini, & Cephas? Diuites fœminæ cõitabãtur apostolos, vt suppeditarẽt eis necessaria, omnem illis securitatem horum causa parãtes. vt soli euangelij prædicationi vacarent. Animaduerte hic, quod summum apostolorum vltimo loco posuit, ceu maiorem: hoc videlicet clam iudicãs. Ecquid, inquit, alios dico, quum ipse Petrus hoc faciat? E

Fratres domini. Fratres autem domini apepllat Iacobum Hyerosolymorum episcopum, & Iosẽ, & Simonem, & Iudam, qui fratres domini nominati sunt, eo quod Ioseph deiparæ virgini Mariæ desponsus esset. *Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc faciendi?* Hoc est, non habemus potestatem, vt ociosi viuamus, alamurque ab iis qui a nobis instituuntur discipulis, nihil operantes? Non occultauit autem Barnabam, quem norat cõmunicare sibi in eadẽ circa Euãgeliũ & laborẽ diligẽtia. Nam & ille ex operibus viuebat suis.

Christianorũ militia. *Quis militat stipendiis suis unquam.* Hoc est, suis alimentis? Omnes enim qui militant, ex publico alũtur. Pulchrè autem militis sunt, prius posuit. id enim apostolicæ functioni cõuenit, periculorũ nomine quæ in ea sunt, ac propter bellum spiritualium hostiũ.

Quis plantat uineam, & ex fructu eius non edit? Hoc exemplo laborem & ingentem calamitatem atque curam indicauit. Non dixit autem, totum fructum edit, sed ex fructu. Neque dixit, quis non ditescit ex fructu? sed non edit: vndique quod vtile est, quærere admonens, non quod superfluum est

Doctores populi paucis cõtenti sunt. *Quis pascit gregem, & ex lacte eius non edit?* Non dixit quod vendat pecudes, easue edat, aut vniuersum lac, sed ex lacte: ostẽdens quod modica consolatione ac alimento doctorem contentum esse oporteat, ac necessario victu. Multam autem curam indicauit per pastorem, seu opilionem, quam doctori in esse par est.

Nunquid secundum hominem hæc loquor? nonne & lex hæc dicit? Hoc est, nonne humanis hæc probationibus & exemplis solis constant, nec habeo scripturæ testimonium? Possum equidem demonstrare quod deo hæc etiam placeant: siquidem & lex, quæ non est humana, sed diuina, hæc præcipit.

In Mosis enim lege scriptum est: Non obsirmabis os boui trituranti. Ex abundanti, quod vult, confirmat, vnde & boum exemplum profert.

Deu.xxv. i. Tim.v. *Nunquid boum curam gerit deus?* Qui igitur? Nonne curæ sunt deo boues? Certe profecto: atqui non ea ratione, vt leges de iis sanciat. Aliud itaque quidam per clementiam erga bruta adumbrauit, exercens nimirum Iudæos studio, eorumque in doctores studium & amorem accendens. Hinc porro discimus, quod quæcũque in veteri testamẽto de ratione vacantibus pecoribus scripta sint ad hominum institutionem conducant.

Aut propter nos hæc omnino dicit? propter nos enim scripta sunt. Omnino, quasi de re minime dubia posuit, vt adeo nihil auditori relinquat, quo contradicere possit.

Quoniam in spe debet, qui arat, arare. Hoc est, præceptoris est arare & laborare spe compensationis retributionisque.

Et qui triturat ut sit particeps spei suæ, in spe. A semine ad aream transit, multos apostolorum sudores inde ob oculos ponens, nam & ipsi arant, & aream frugesque terunt.

Iam qui arat, sperat tantum: qui vero triturat, iam etiam aliqua re fruitur. Vnde dixit,
A Qui triturat, ea spe triturat, vt fructus quippiam ex labore suo auferat. Ne quis igitur dicat, Quid ergo tot tantorumque sudorum hanc solam pensationem das Apostolis, vt alantur? adiecit, in spe, futurorum videlicet bonorum. Proinde oportet & illa sperare, & interim alimonia tamen non plane destitui.

Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metamus? Rei iusticiam & æquitatem hic ostendit. Non enim paria redditis, pro iis quæ accepistis. Nos enim spiritualia vobis seminauimus, vos autem carnalia nobis redditis. Magnū igitur hoc est?

Quod si alij potestatis uestræ consortes sunt, nōne potius nos? Vanos quosdam hic doctores notat, qui impudenter & cum auctoritate accipiebant ab ipsis alimoniam. Quare neque dixit alios accipere, cæterum potestatis vestræ esse participes, hoc est, dominantur vestri; imperiū in vos exercent, ceu seruis vobis abusi sunt. Non multo magis igitur nos, qui vere sumus apostoli? Doctores vani.

Sed non usi sumus potestate hac. Potestatē, inquit, habentes vt a vobis aleremur, non sumus vsi ea, vt non offenderemini. & vos ne ab idolorum oblationibus abstinetis, ne imbecillioribus fratribus scandalum ponatis.

Verum omnia sustinemus, ut ne incisionem quandam demus Euangelio Christi. Ne quis dicat, Quia non egebas, ideo nihil accipiebas, inquit. In ingenti angustia constituti, oīa sufferimus, & famē, & sitim, & nuditatem, vt ne aliquod obstaculum Euangelio cōtingat. hoc
B est, exigua & vulgaris reiectio & criminatio Euangelij, adeoque verbi ministerij.

Non nouistis, quod qui sacra faciant, ex sacro edant? Prioribus locis contentus, alia ex lege in medium depromit: commonstrans quod licuerit sibi a discipulis accipere. Quum em̄ de bubus per allegoriā q̄dā p̄ducta per eum essent, legē palam tradere ait, quod ex sacro sacra facientes edere debeant, hoc est Leuitæ, sacerdotibus gradu inferiores. Non dixit autem, ex adferentibus edant, sed ex sacro, vt neque accipientes pudefiant vt qui ab hominibus alantur, neque dantes nimium attollantur. Deutero. xviij. Leuitę.

Qui altari assident, altaris etiam sunt participes. Hoc est, pontifices & sacerdotes. Continuam autem seruitutem & perseuerantiam, per assessionem indicat. Nec dixit quod sacra accipiant. moderationem innuens, quodque pecunias colligere non oporteat. Nec dixit, vt a sacrificantibus accipiant, verum, vt altaris sint participes. Oblata nanque non porro offerentium fuerunt, sed sacri & altaris. συμμερίζονται, id est, simul participant, dixit, quoniam victimarum sanguinis quiddam effundebatur ad aram, & adeps eremabatur. carnium vero partem quandam accipiebat sacerdos, veluti pectusculum, dextrum brachium, & ventriculum. holocautomata quidem solius altaris erant. Sacerdotū in sacrificijs portio.

Sic & dominus ordinauit, ut ij qui Euangelium annunciant, ex euangelio uiuant. Omnium fortissimum posteriore loco posuit. Quid em̄, inquit, hęc atque talia dico? Dn̄s sic digessit, legē sanciens, q̄ veteris testamenti legibus respondeat & consentiat. Quemadmodum supra dixit edere ex sacro, simili ratione hic non ex discipulis, sed ex Euangelio edendum docet, vt ne efferantur alentes. Non em̄ dixit, alis ipsum, verum opus eius. Et vitā Euangelium ipsum dixit, non negociari, neque thesauros colligere. Mat.x.
C

Ego uero nullo horum sum usus, Hoc est, neque quopiam exemplorum quæ commemoraui, veteris testamenti, neque Christi mandato, vt a vobis alerer.

Non scripsi autem hæc, ut sic fiant in me. Ne quis hic dicat, Quid est quod hactenus nō sis vsus, quum in posterum vti in animo instituas? propterea enim hæc dicis acturum isthuc anteuertit per correctionem, Non scripsit hæc, vt sic fiant in me, hoc est, vt accipiam deinceps.

Melius enim mihi est mori, quam ut gloriationem meam aliquis euacuet. Ego perire pot[ius] optarim fame, quam quod euacuet quispiam, hoc est, vanam & vacuam ostendat gloriationem meam. Forsan enim aliquis dicere potuisset, Reuera nihil quidem accepit, atqui mœrens ac lugens, adeoque inuitus id fecit, vt alimento necessaria non acciperet. Tantū igitur, inquit, abest vt eam ob rem contrister, vt & idcirco glorier.

Si enim euangelizem, non est mihi gloriatio: necessitas enim mihi incumbit. Væ autem mihi si non prædicem Euangelium. Quid ais? Tibine gloriæ loco ducitur, prædicare Euangelium? sed citra aliorum impensas ac sumptum prędicare tibi gloriæ est. Nunquid hoc illo maius est? Minime, inquit, sed euangelium annunciare, est pręceptum Christi, ac debitum: ac si hoc perficiam, nulla mea virtus, neque meum opus est. Væ enim mihi, si isthuc mandati non expleam, neque transigam. cædar nanque plagis multis, quippe qui mandato do-

Euangelij gratuita annunciatio laudabilis.

mini non sum obsecutus. Cura aliorum vero sumptum Euangelium promulgare, voluntatis ac deliberationis est propriæ honos atque cupiditas, ac propterea gloriatio est. Porro quod ait, necessitas mihi adiacet, nō ad liberi arbitrij sublationē libertatisve pertinet, cæterum ad oppositionem libertatis in accipiendo dictum est, ac propter pœnæ metum si id non efficiat. D

Nam si uoluntarius hoc agam, mercedem habeo: sin inuitus, dispensatio mihi credita est. Si, inquit, prædicatio euangelij non esset mihi demandata, aque meipso isthuc facerem; haberem equidem mercedem magnam & multam. Quod si mihi commissum est: perspicuum est quod a meipso hoc non faciam, sed domini mandatum persequar. Hoc enim est quod ait, inuitus. Quocirca isthæc res non est honoris ambitionisve: dispensationem nanque mihi creditam administro. Animaduerte autem quod non dixerit, Si autem inuitus, mercedem non habeo: indicans quod habeat quidem mercedem, ac in promulgando euāgelio herile mandatum impleat. Absurdum enim esset si Apostoli omnes non reciperent mercedem laborum ministerijque sui. Veruntamen non est huiusmodi merces, qualis eius est qui gratis citraque sumptum aliorum prædicauit.

Euangelij pro mercedē accipiat, non qui ocio torpeat.

Quæ igitur est merces? ut euangelizans, Euangeliumue prædicans, sumptibus uacare ostendam Euangelium Christi, ut non abutar potestate mea in euangelio. Hoc est, maior est merces, dignaque gloriatione, vt non abutar potestate, id est omnino vtar. Simplicem enim vsum κατάχρησιν adpellauit. Vbique autem causam hanc potestatem nominat, quo ostendit quod neque accipientes peccarunt quicquam. In euangelio autem dixit, vti ob oculos ponat, eum qui euāgelij ministerio fungatur, adeoque laboret, accipere debere, non eum qui ociosus sit, torpeatque. E

Liber enim quum sim ab omnibus, meipsum in seruitutem redegi, ut quàm plurimos lucrifaciam. Quod maius & vehementius est, dicit. Non solum, inquit, non accepi, etiamsi potestatem haberem: verumetiam liber quum essem, & nemini subiectus, vt qui non indigerem, omnibus tamen meipsum in seruitutem redegi, non vni aut duobus, sed vniuerso terrarum orbi; non vt veluti adulator placeam, cæterum vt plures lucrifaciam, omnes enim impossibile.

Act. xvi.

Et factus sum Iudæis tanquam Iudeus, ut Iudæos lucrer. Hæc dicit, quia circuncidit Timotheum. Non dixit autem, Iudæus, sed veluti Iudæus, vt ostendat quod negocium esset dispensationis.

Iis uero qui sunt sub lege, tanquam sub lege essem, ut eos qui sunt sub lege, lucrer. Proselytos intelligit, vel eos qui ex Iudæis Christi religioni accesserant, & adhuc tamen lege detinerentur. Facta autem sunt hæc quando rasus est, quando quæ ad sanctificationem attinēt, obtulit. Hæc autem faciebat pro more patrisfamilias, ac ad demonstrationem, vt qui re vera ista facerent, corrigeret.

Actu. x. Act. xvij. Pauli apud athenīeses disputatio.

Illis uero qui lege uacant, tanquam lege uacans. Lege carentes eos accipit, qui Mosæ legem non tenebant, qui ex gentibus erant, qualis erat Cornelius, quos frequentans & accedens, infirmitati eorum acquiescebat, attemperabatque se. Vel Græcos ipsos intelligit; veluti quando apud Athenienses disputaret, ab ara eorum argumento sumpto, cum illis colloquia miscens, nec velut de deo CHRISTO quicquam differens, sed tanquam de homine docens: non enim tale quiddam audire poterant: ac veluti de quopiam qui apud eos in numerum deorum relatus esset. Huiusmodi enim esse putabāt, qualis est Hercules, vel Aesculapius. Vbique autem particula tanquam est præposita, vt discas quod talia ostenderit, quum tamen reuera non sit. F

Quum tamen non essent sine lege dei, sed in lege Christi, ut eos qui sine lege essent, lucrifacerem. Vt ne existimes quod pœnituerit eum consilij, quo ad exleges disputat: quum non essem, inquit, absque lege dei, quasi dicat, quū nō essem extra dei leges, sed in lege, nec simpliciter in lege, verū in lege Christi, hoc est, vetere lege altiorē & præstantiorem habens, Christi nimirū. Ecquæ inde commoditas? vt lucrifaciam, inquit, eos qui sunt sine lege.

Factus sum infirmis tanquam infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Perinde ac nunc vobis factus sum infirmus ob imbecillem vestram scandalisque facile obnoxiam mentem, quum nolui a vobis mihi sumptum suppeditari. Quinetiam vbi conspexeris eum non palam vel de filij deitate, vel de spiritus diuinitate differentem, ob auditorum infirmitatem noueris ipsum tum fieri infirmis tanquam infirmum.

Omnibus factus sum omnia, ut omnino quosdam seruem. Ecquid multa enumero? Omnibus me attemperaui. Atqui non omnes in vniuersum seruare, saluosve facere expecto, ve-

paucos quoſdam ſeruẽ,quod & admirabilius eſt. Si quis enim magno ſeſe fructu atque
A emolumento laborare ſperet, non adeo admirandum. Atqui exiguæ rei gratia, modi
cíque fructus cauſa laboribus ſe defatigare,eſt arduum. Omnino autem appoſuit,conſo
lationem præbens docentibus. Etiamſi enim non omnes quiſpiam conſeruet,omnino ta-
men paucos quoſdam conſeruabit. Quocirca omnis torpor eſt eijciendus,neque ſegniter
in verbo laborandum.

Hoc autem facio Euangelij cauſa,ut particeps eius fiam. Euangelium dicit fideles qui per
euangelium ſeruantur,quemadmodum & ſupra dixit,ex Euangelio viuere,pro,ex cre-
dentibus. Vt igitur,inquit,conſors fieri coronæ fidelium poſſim,propterea hęc facio:nõ
quod ipſe pro mercede hęc facerer,verum vt illis perſuaderet omnia pro fratribus face- Euãgeliũ
re ſpe bonorum ſupernorum,adeoque cœleſtium. Conſidera autem hic humilem Apo fideles.
ſtoli mentem,quomodo prima adeoque ſumma corona dignus, ſimpliciter fidelibus ſe
ipſe adæquat in communicatione bonorum atque coniungit.

An neſcitis quod qui in ſtadio currunt,omnes quidem currunt, ſed unus accipit brabeum? Poſt-
quam demonſtrauit operęprecium eſſe,vt ſeſe omnibus fratribus attemperent,deinceps
iam horribiliꝰ cum ipſis loquitur. Quod autem ait,huiuſmodi eſt. Ne exiſtimetis quod
ſimul atque credidiſtis,& in eccleſiæ ſtadium ingreſſi eſtis,iſthuc vobis ad ſalutem ſuf-
ficiat:quemadmodum neque Olympicis curſoribus ſatis eſt currere, verum neceſſe eſt
ad ipſum uſque brabeum feſtinare,omniaque facere vt hoc aſſequantur: quod periculũ Brabeũ;
B eſt ne vos non adipiſcamini per ſcientiæ perfectionem. Nam ea nulla eſt perfectio,dum victoria,
fratres contemnitis,idolothytisque farcimini.

Sic currite,ut comprehendatis,Omnis qui certat, ab omnibus continet. Debetis,inquit,curre-
re,vt comprehendatis. Hoc autem citra charitatem non fit,quam vos nõ habetis, etiamſi
perfectos vos putetis,quod minime gentium eſtis,nondum enim apprehendiſtis barbe-
um. Obſcure autem ſignificans quod multis adhuc deſtituantur rebus multaque eis de
ſint, seu gaſtrimargia apud eos regnante, fornicatione item atque temulentia, inquit:
Qui certat ab omnibus ſibi continet,non ab hoc ſibi temperans,ab illo vero non, ſed ab
omnibus. Agnoſcite igitur quantum vobis deſit, diſciteque modum per quem corone-
mini,ſeu victoriam conſequamini, adeoque contineatis.

Illi quidem:ut corruptibilem coronam accipiant,nos uero incorruptibilem. Argumentum eſt
rubore ſuffundens Corinthios & auditores. Siquidem illi ob corruptibilem coronam ab
ſtinent,nos vero hoc non facimus ob incorruptibilem.

Ego igitur ſi curro,tanquam non incerte. Quid eſt,non incerte? Cuncta nimirum certa fi-
nis ſcopique conſideratione faciens,cum circuncidens,tum raſus,nihilque temere ac fru-
ſtra admittens,quemadmodum vos. Quis enim ſi opus eſt eſus idolis oblatorum, alijs
inde pereuntibus?nullus omnino. Proinde citra rationem vos hoc facientes, curritis in-
certe,citraque ſcopum,& fruſtra. Optimi vero præceptoris inſtar ſeipſum in medium ſta
tuit exempli vice.

Sic luctor,ceu non aera uerberans. Habeo eñ quem feriam,nempe diabolũ. Vos autẽ ip-
C ſum non feritis neque icitis,ſed fruſtra perfectione fidei ſcientiæque vſi eſtis.

Verum caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Indicat eos hic gaſtrimargia ven- Hypopia
triſque cura detentos,perfectionis occaſione eam curare debere,atque excindere. Ego
igitur,inquit,omnem ſuſtineo laborem,vt ſobrie viuam,ὑπωπιάζω γὰρ,hoc eſt,pugno. corporis
ὑπώπια enim dicuntur ſubter oculos vulnera,quæ pugnandum inter fiebant. Certamẽ tyrannis
igitur magnum & ingens,quod eſt aduerſus naturam, indicat. Tyrannis enim maxima
eſt corporis,acriterque renitens ac reluctans ipſum corpus. Simul atque vero pugno di-
xit,& vulnerum meminit,breuiter intulit,& in ſeruitutem redigo:vt diſcas quod nõ ſit
neceſſe ſtrangulare ipſum vel ſuffocare aut angere,ſed veluti effrenem ſeruum humilia-
re atque ſubdere,quod domini eſt,non hoſtis. Nonnulli verbum ὑπωπιάζω magis pro-
prie dictum putant pro eo quod eſt,fami trado corpus meum,inediaque ipſum adfligo:
Verum ea interpretatio nullius eſt momenti:oporteret enim eſſe ὑπωπιέζω.

Ne quo modo alijs prædicans,ipſe reprobus fiã. Per hoc eos magis ſobrios reddit. Si eñ mi-
hi,inquit,non ſatis eſt ad ſalutem prædicare ac docere, niſi meipſum irreprehenſibilem
in omnibus prębeam:qui vos ex ſola fide ſeruabimini æternum, tot tantisque adfectio-
nibus ſuccumbentes?

CAPVT X.



Olo autem vos ignorare fratres, quod patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes per mare tranſierunt. Commemorat quantis donis Iudæi a deo donati ſint. monſtratque poſt tanta dona pleroſque non placuiſſe deo. Hæc autem dicit innuens quod quemadmodum illis nõ profuit tantis frui donis, quãdoquidem ſua etiam nõ adiecerint adhibuerintque: hanc ad ratione neque vobis fides proderit, & quod ſpiritualibus myſteriis donati eſtis, niſi & vos ipſos dignos exhibueritis dei gratia. Omnes, inquit, ſub nube fuerunt. Expãdit enim nubẽ in protectionem ipſis, & per mare tranſierunt. D

Num. ix
Exo. xiii.

Et omnes in Moſem baptizati fuerunt in nube & in mari. Hoc eſt, Moſæ vmbrę, quæ ex nebula prouenit, cõmunicarunt, tranſituſque cum ipſo maris fuere conſortes. Quum enim ipſum primum tranſire vidiſſent, auſi ſunt & ipſi aquis ſeſe credere. Quemadmodũ & noſtris temporibus primum Chriſto pro nobis mortuo & excitato, & ipſi baptizamur in mortem ipſius, per intinctionem in aquam, & reſurrectionem eius, dum denuo emergimus extrahimur. In Moyſem igitur baptizabantur, hoc eſt, ipſum ducem habuerunt Chriſti baptiſmatis figurę. Figura itaque baptiſmatis erat, cum quod ſub nube eſſet, tum quod mare rubrum tranſiret.

Omnes etiam eãdem eſcam ſpiritualem ederunt, & omnes potũ ſpiritualem biberunt. Perinde ac nos poſt baptiſma corpore domini veſcimur, ſic manna ipſi poſt traiectum per mare manducarunt. Et quemadmodum nos ſanguinem domini bibimus, ſic iſti e ſumme cæſa petra aquam hauſerunt. Spiritualia autem hæc dicit, quando ſenſibilia fuerint, nec naturali conſecutione facta ſint, ſed gratia ſpirituali: vnde & cum corpore animas aluerunt, atque ad fidem perduxerunt. B

Spũalia quõ fuerit moſaica.

Bibebant enim ex ſpirituali ſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. De alimonia ſeu cibo nihil opus erat vt quicquam confirmaret. planum enim erat quod cœlitus paratus eſſet, áque naturæ via plane alienus eſſe animaduerteretur. In potu vero, quoniam ſuppeditationis ratio ſola nouata eſſet, opus erat vt nonnihil confirmaret. Non petræ igitur natura, inquit, aquam præſtabat, nam & antehac ſcaturire iſthinc aqua debuiſſet, ſi in eius hoc natura fuit: verũ alia quæpiã petra ſpiritualis hoc totum efficiebat, Chriſtus videlicet. Sequente autem dixit, vt oſtendat Chriſtum vbique illis præſentem fuiſſe, atque iſthæc mirifica tranſegiſſe.

Exodi. xvii

Chriſtus Moſi vbique p̃ſens

Sed plurimi eorum non placuerunt deo, proſtrati ſunt enim in deſerto. Etiamſi haud parum multa euidẽtiſſima dilectionis ſuæ argumẽta illis deus commonſtrauerit, tantiſque eos exornarit bonis, attamẽ non eſt oblectatus in pleriſque ipſorum: id enim ſignificat εὐδόκησεν, id eſt, oblationem habuit. Non enim omnes reprobati ſunt, ſed bona pars. Quum plurimi dicit, oſtendit quod nihil prorſum eos iuuerit multitudo, quandoquidẽ charitatem ſuam non exhiberent erga benefactorem. Per proſtrati ſunt autem, vniuerſũ eorum interitum, diuinituſque ſuperinductas pœnas id apricum ponit.

Nu. xxvi

Hæc autem figuræ noſtri fuerunt, ne eſſemus & nos expetitores malorũ, quemadmodum & illi concupierunt. Perinde ac beneficia dei, typi noſtri fuerunt, hanc ad rationem & pœnę. Indicat autem quod non ſolum pœna adficiẽtur increduli, verum quod maiore etiam pœna affligentur quam illi, quatenus illa quidẽ typus extitere, hęc vero res ipſa & veritas. Ac quemadmodum in donis eſt excellentia, ſic & in pœnis. Expetitores porro malorum dicens, vniuerſim ac generatim de quauis malitia loquitur, quandoquidem & omne vitium ex concupiſcentia profluat. Deinde ſpeciatim etiam malitia iſta exprimit; Ecquid illi expetiuerunt? alliũ, carnes, proprios deos, perinde ac ipſe deinceps idololatriã ipſorum patefacit. F

Exod. xxxii

Neque idolorum cultores ſitis, ut quidam illorum, quemadmodum ſcriptum eſt: Sedit populus edere ac bibere, & ſurrexit ludere. Primum eos notat & carpit qui in dolorũ delubris epulabantur, oſtẽdẽs quod quemadmodum illi ab gaſtrimargia ad idolorum culturã ceciderint, delapſique ſint: choros enim ſtatuentes circa vitulum ludebant ante ipſum: ſic periculum eſt ne & vos ad idololatriam prouoluamini, quũ ex gulæ ſuaſu idolis immolata editis. Vbinam igitur perfectio tua, ſi ad idololatriã perduceris?

Neque fornicemur, quemadmodum quidam illorum fornicati ſunt, ceciderunt que uno die viginti tria millia. Rurſus ſcortationis meminit, ex cõtinuitate reprehenſionis perfectiorem orationem faciens. peccatum autem ipſum ab gaſtrimargia proficiſcitur. Quãdo

nu. xxvi.

vero viginti tria millia ceciderunt? Quando iuxta consilium Balaã, Madianitides mulie
A res apud exercitũ copias ve Ismaeliticas visæ iuuenes ad sese pertraxerunt, atq; per scor Nu.xxv
tationẽ, vt sacrũ facerẽt Beelphegor, ꝓuocarũt eos, accedit populus in castris, in acie.

Neque tentemus Christũ, quemadmodũ & quidam ipsorum tẽtauerunt: & à serpẽtibus interierũt.
Innuit Corinthios signa experiuisse:

Neque murmuretis, ut quidam ipsorum murmurarũt, & perierunt ab exterminatore. Hoc est; Nu.xxi.
virtute quapiam pœnam infligente. Subindicat clãculum quod in tentationibus impa-
tientes fuerint, nec eas æquo animo pertulerint, sed murmurarint potius. Quando veni
ent bona? & quandiu duratura est adflictio?

Hæc autem omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad adhortationem nostrã, in quos fines seculorum deuenerunt.

Terret eos quum dicit isthæc scripta ad consolationem nostri. Vnde & nobis in posterũ
sunt expectanda supplicia, eoque horribiliora, quatenus maiora in nos beneficia sunt col
lata. Porro quum illis finis institerit, ac temporalia supplicia fuerint, eo commonefacit,
quod nos post seculorum consummationem immortales pœnæ excipient. Iam enim iu-
dicium prope fores est, quum mundi ætates transierint.

Proinde, qui uidetur stare, uideat ne cadat. Rursum scientiæ nomine intumescentes Iudicium
notat. Si enim te stare existimas, metue ne cadas. Neque ipsum sane confidere, quo te sta dei ꝓfo-
re censes, stare est: videris enim, sed reuera minime stas, ac etiamsi maxime stes, facilis est ribus.
B per dementiam lapsus.

Tentatio uos non cepit nisi humana. Fidelis autem deus, qui non sinet uos tentari supra quã potestis, sed cum tentatione faciet simul prouentum, ut possitis sufferre.

Quia perterrefecit eos dicens, Qui consistit, videat ne cadat: essent vero non pauci qui
iam tentationes sustinuissent, ne dicerent, quid nos perterrefacis? multas enim perpessi tẽ
tationes, non tamen succubuimus: ait, Non cepit vos tentatio nisi modica & moderata:
humanum enim vbique modicum vocat. Deinde rursus consolatur, persuadens eis Humanũ
vt in deum intueantur, qui fidelis est, hoc est, verus, nec mẽtietur vnquam. Promisit ẽm modicũ
nobis; Venite inquiens, qui laboratis, & ego reficiam vos. Non sinet igitur vos tenta Mat. xi.
ri vltra vires vestras, sed tentationem viribus vestris tolerabilem adulteri vos faciet.
Imo quæuis tentatio vires nostras exuperat, nisi ille auxilietur nobis, & felicem euen-
tum præbeat, hoc est, liberationem a tentationibus, id est, vt celeriter nobis tum succur-
rat, quum tentatio nos inuadit, vt celeri eius abitu nobis tollerabilis efficiatur. Faciet ẽm
exitum, inquit, vt uos sufferre queatis, hoc est, vt facilis vobis videatur tentatio, adeoq;
huiusmodi quam' sustinere valeatis.

Propterea fratres fugite ab idolorum cultura. Abunde satis eos hactenus carpsit, ideo
in posterum curam iuxta & medicinam adhibet, fratres eos vocans. Nõ autem porro ob
fratrum noxam & offendiculum ab idolothytis eos arcet, sed ipsam in sese remvituperat
& reprehendit, idolorum culturam nominans, ac celerem iuxta ab ea secessum aut decli
nationem postulans, fugite enim inquit.

C *Tanquam prudentibus dico, iudicate uos quod dico.* Quia magnam illis culpam attribuit,
notãque inussit, idololatriam nominans quod patrabant, verbi istius asperitatẽ mitigat,
ipsosq; reos iudices constituit, quod confidẽtis est ꝓpriis ratiocinationib⁹ ceuverę sint.
Non opus habeo inquit aliis iudicibus, vos tanquam prudentes iudicate.

Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communio sanguinis Christi est? Calix benedictio Calix be-
nis, id est eucharistæ. Manibus enim eum tenentes; benedicimus ei, & gratias agimus ei nedictiõis
qui sanguinem suum pro nobis effudit; ineffabiliaque bona in nos contulit. Nõ dixit au
tem μετοχὴ, id est participatio, sed κοινωνία, id est communio, vt aliquid excellentius in
dicet, summam puta vnionem. Quod autem dicit, huiusmodi est. Hoc quod in calice est,
illud est quod ex latere effluxit Christi sanguis nimirum preciosus. Ex eo accipientes,
communicamus, hoc est, vnimur Christo. Pudeat itaque vos Corinthi, ad idolorum cali-
cem occurrere, ab calice hoc, qui nos ab idolis liberauit.

Panem quem frangimus, nonne communio corporis Christi est?
Quod in cruce non est passus Christus, (os enim eius nullum est contritum) hoc iam su-
stinet, quum per nos frangitur. Quem enim frangimus, inquit, cõmunio corporis Chri- Ioan.xix
sti est: pro eo dixit ꝙ est. Æque ac illud corpus Christo vnitũ est, sic & nos ipsi Christo Exo.xii.
per panem hunc vnimur.

Quoniam unus panis, & unum corpus multi sumus. Quia dixerat, communio corporis

est communicans autem est aliud ab eo cui communicat: iam maius quidam demonstrat D inquiens, Quoniam illud ipsum corpus sumus. Qui enim est panis? corpus Christi. Quid, autem fiunt adsumentes corpus Christi? non corpora multa, sed vnum corpus. Quemadmodum panis ex multis granis vnus efficitur, sic & nos, multi quum simus, vnum efficimur corpus Christi.

Omnes enim ex uno pane participamus, itaque unum sumus. Quomodo igitur charitatem non obseruamus, & vnum secũdum hoc efficimur? Atqui deus (inquit) propterea corpus suum nobis tradit, vt vniat nos cum erga seipsum, tum nos inter nos mutuo. Quia enim prior carnis nostræ natura corrupta est a peccato, vitaque destituta est, dedit nobis suam ipse impeccabilem, & omnis peccati expertem, viuacem, & vitæ plenam, similem tamen nobis carnẽ, vt eam assumẽtes, in ipsam permisceamur, & viuamus citra peccatum, quatenus & ipse peccati expers est, & quatenus licet.

Carnis nostræ natura corrupta.

Intuemini Israel secundum carnem. Nonne edentes uictimam, altaris sunt participes? Ex rudiori simili, inquit, discite quod idolorum communio a vobis sit facta. Secundum carnem autem dixit Israel, quasi ipsi sint secundum spiritum, vel spirituales. Reputa vero tecum quod non dixerit de Iudæis quod domino comunicent, sed participes, inquit, altaris sunt. Etenim cõburebatur quod aræ suprapositum erat victimæ. In copore autem Christi non sic res habet, verum isthic est communicatio corporis Christi. non enim aræ, sed ipsius domini participes efficimur. E

Quid igitur dico? Num quod idolum aliquid sit, aut quod idolothytum aliquid sit? Metuit ne existimẽt hæc dicere eum, quasi robur aliquod idolis insit, Non tanquam nocere possint vel prodesse idola, ab iis vos abduco; neque enim quicquã sunt omnino, verũ quod non offeratur victima domino tuo, Infert igitur:

Sed quod quæ gentes sacrificant, dæmonis sacrificant, & nõ deo. Ne igitur accurrite ad hostes domini vestri. Nam si regia dimissa mensa, condemnatorum & hostium mensam accurreres, omnino peccares, non quod noceret illa quicquam aut iuuaret, cæterum quod iniuria isthæc videretur mensæ regiæ.

Nolo autem uos participes dæmoniorum fieri. Si enim mysticam mensam participãtes, Christo communicant, eique vniuntur; demonum mensam participantes, dæmonibus haud dubie communicant.

Non potestis calicẽ domini bibere, ac dæmoniorum. Quia adhortationis loco dixerat; Nolo vos participes esse dæmoniorum: vt ne admonitio ista floccipẽdatur, explanationis vice nunc posuit, Non potestis, inquiens, calicem domini bibere, & dæmoniorum.

Non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. Ex solis nominibus probat non esse comedenda idolis immolata.

Aut prouocamus dominum? Nunquid fortiores eo sumus? Ad contũeliam eorum hæc dicit. Num tentamus, inquit, & lacessimus deum? An ne puniee nos possit, ad hostes eius secedentes? Deinde ad absuedum perducens orationem, Nunquid fortiores, inquit, ipso sumus? Vehementi autem eorum notatione & obiurgatione reminiscitur verbi Mosaici: Prouocarunt me in non deo, ad iracundiam me concitauerunt in idolis suis. F

Deut. xxii

Omnia mihi licent, sed nõ omnia commodant. Ne quis dicat ei cum pura sciẽtia edẽs, potestas mihi est ista facere: Omnia quidem, inquit, tibi licent, at non omnia expediunt. Postquã tua tibi arbitrij libertas ab deo est, at non omnino tibi commodat vesci. Ea enim via progrediẽs, propẽsionem nãcisceris ad idola, quum ita cõtinuo mẽsæ eorũ es cõsors.

Liberi arbitrij potestate nõ abutendũ

Omnia mihi licent, at non omnia ædificant. Neque tibi prodest, inquit, perinde ac antea dixit, neque fratrem tuum ædificat, quin potius destruit ac subruit fidem eius. Quũ itaque neque te neque fratrem adiuuet, quid hoc facis?

Nemo quærat quæ sua sunt, sed unusquisque, quæ sunt proximi. Ne quæras num tu pura conscientia vescaris, enimuero num fratrem tuum ædificet ea res. Vbique autem adhortatur vt quæ proximi sunt quæramus.

Proximi utilitas q̃

Quicquid in macello uenditur edite, nihil hæsitantes propter conscientiam. Quũ hactenus multis conuicisset ac confirmasset abstinendum plane ab idolothytis, ne plus æquo hic curiosiores, imo superstitiosiores reddantur; adeo vt abstineant etiam ab ijs quæ in foro veneunt, quum metuunt ne & ea sint idlothyta: Omne, idcirco inquit, quod vẽditur edite, non diiudicantes vendentes, aut interrogantes num sit idolorum immolatio quam diuendant, tanquam conscientia vestra externati, quam hoc pacto purgare intendatis. Vel sic intelligere queas, Ne feriatur cõsciẽtia tua, ne diiudica. Fortasse nãque si disquicas re

A ras, rescisces idolis esse immolatum quod emere cogitas, periclitabiturque conscientia tua?

Domini enim est terra, & plenitudo eius. Non itaque dæmoniorum. Quod si terra & fructus ipsi & arbores, vniuersaque eius animalia domini sunt: nihil igitur natura est immundum, verum ex cuiuslibet sententia immundum erit. Psalmus xxxij. Immũdũ natura nihil est.

Sin quis infidelium uos inuitat, & uos uultis ire, omne quod uobis apponitur, edite, nihil dijudicantes, propter conscientiam. Bene dixit, vultis: neque enim ipse adhortari ad hoc neque dehortari instituit au. decreuit. Nihil autem diiudicate, vel interrogate, ne solicitiore cura, nimiave curiositate existemini trepidare idola, vtque puram & simplicem vestram retineatis conscientiam.

Si uero quis dixerit, hoc idolothytum est, ne uescimini, propter eum qui indicauit, & conscientiam. Domini enim est terra, & plenitudo eius. Non veluti a rebus noxiis tibi abstinere mando, sed propter eum qui indicauit, vt is non lædatur, atque putet idolorum res haud reijci ab Christianis. Nam quod non tanquam ab immundis, vel ab iis quę sint a domino nostro aliena, hæc doceam, vel inde planum est: domini enim est terra, inquit, vates diuinus, & plenitudo eius, hoc est, omnia ipsam replentia, & quæ ea continentur. Vel hunc ad modum accipies. Abstine inquit ab cibo isto. vniuersa enim terra domini est, ac licet tibi a supernis impleri. Nam cuncta tibi sunt aperta.

B *Conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius.* Hoc est, Græci, fortasse enim offendetur eo quod dixi, vel tanquam gastrimargum me iudicando, vel ceu eum qui æque ac ipse idola excipiat.

Vt quid enim libertas mea iudicatur ab alterius conscientia? Libertatem, ab obseruatione liberationem, & potestatem qua nihil nobis ciborum veterum tenemus, appellat. Ego inquit, libere, citraque obseruationem vescor, Græcus vero & infidelis me condemnabit. Fabula est, inquiens, Christianorum religio, aiunt quidem idola sese execrari, & interim quæ illis ipsis oblata sunt, vescuntur etiam auide. Libertas in Paulo quæ sit.

Si ergo gratiæ sum particeps, quid blasphemor eius rei gratia, pro qua gratias ago? Ego inquit libere participo creaturas dei, ac fruor illos ob gratiam dei, quæ finxit mecum firmum cum solidum, adeo ut nihil obseruam. At Græcus conuiciabitur mihi, quippe qui simulem fugere idola, ac per gastrimargiam immolata eis edere. Quod adiicit, pro quo gratias ago, huiusmodi est. Ego inquit gratias ago deo, quod adeo me excelsum fecit, adeoque Iudaica humilitate sublimiorem, vt ex nulla re lædar, Græcus autem & incredulus scandalizatur, & blasphemat, id est, maledicus est.

Siue igitur editis, siue bibitis, siue quid aliud agitis, omnia in gloriam dei facite. Omnia, inquit, facite ad gloriam dei. quasi quæ nunc fiant a vobis, sint contumelia dei, imo potius blasphemia. Manducat ergo quisquam vel bibit in gloriam dei, quando neminem offendit, quando non vt gulosus Epicurus aut voluptatis sectator epulatur, sed velut is qui corpus conseruare velit ad virtutis operationem. Simpliciter autem quancunque rem in gloriam dei quispiam agit, quando neque alium scandalo quopiam lædit, neque seipsum, vt si nihil agat vt hominibus placeat, vel quod ex mentis perturbato affectu dimanet. Manducate in gloriam dei.

C

Sine offendiculo estote & Iudæis & Græcis, & ecclesiæ dei.

Hoc est, nulli vllam vituperationis occasionem præstate. Continget autem hoc, si neque Iudæum neque Græcum offendamus, neque fratres etiam: nam illi sunt ecclesia dei. Obserua, quod maius est, vltimo loco protulit. Etenim alios ad fidem attrahere cõuenit, nec interim tamen fratres negligere aut persequi. Indicat autem omnes ex hoc offensos, quod idolorum immolatis vescerentur.

Quemadmodum & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi commodet, sed quod multis, ut seruentur.

Postquam magni quippiã illis imposuerat, reos eos faciẽs & Iudæorũ & Græcorum noxæ, seipsum in medium protulit, vt ostendat rem haud esse difficilem. Qui vero suum cõmodum non quæsierit, liquet ex multis, quæ etiam antehac commemorauit. Omnibus inquit, factus sum omnia, maxime vero ex eo quod optauit anathema esse pro fratribus. I.Cor. ix. Roma. ix.

CAPVT XI.



Mitatores mei estote, quemadmodum & ego Christi. Imitatores igitur, inquit, mei estote. Quod ait, quemadmodum & ego Christi, ne putes arrogātem esse sermonem, verum adhortantis potius ad imitationem. Si enim ego inquit, Christum imitatus sum, quanto potius vos me imitabimini? Non eñ ego tanto sum melior vobis, quanto ille me, qui omnes incomparabiliter antecellit & exuperat. D

Laudo autem vos fratres quod in omnibus me estis imitati, & quēadmodum tradidi vobis traditiones, sic continetis. Absoluto de idolothytis sermone, qui de re ardua fuit, leuius nunc quoddam peccatum corrigit. Solet enim grandioribus vicīs leuia etiā inferere. Erquid isthuc erat? Fœminæ non velato capite orabant, ac vaticinabantur: nam & fœminæ prophetię dono clare erant. Viri autem comam nutriebāt quippe qui in philosophia versati essent, tum quando orarent, tum propheratent. Hæc vero græcę legis erant. Quia igitur de hisce eos admonuerat, forsan quum præsto esset, atque eorum quidam obtemperauerant; nonnulli vero haud obtemperauerant: de obedientibus inquit, Laudo vos, quod per omnia imitatores mei facti estis, meique meministis. Atqui inter cætera isthuc vnum erat de coma non nutrienda per viros. Attamen omnia inquit mea meministis. Semper enim sapienter mollibus verbis adeoque laudibus consueuit compellare eos de quibus spes est quod possint in meliorem statum redigi. Ex eo vero quod ait, Quemadmodum tradidi vobis, traditiones continetis, perspicuum fit quod haud pauca quæ literis non mandauerint, tradiderit & ipse & reliqui apostoli. E

Paul⁹ nō omnia literis tradidit.

Volo autem vos scire, quod cuiuslibet viri caput Christus est. Videtur, quantum ex sequentibus colligitur, ad eos verba facere, qui ab se commonefacti erant vt retinerent traditiones: re vera autem eos qui non gesserant morem, corrigit. Quum porro cuiuslibet viri caput esse Christum audis, de fideli isthuc intelligas. Nam fideles nos sumus corpus ipsi⁹; non autem incredulis: quare nec caput illorum Christus.

Caput vxoris maritus est, caput autem Christi deus. Caput vxoris maritus est, propterea q̄ dominetur in eam: CHRISTI vero caput deus, quod sit eius causa, vt pater filij. Non oportet enim ea quæ de capite dicta sunt, ex æquo de Christo intelligere: verum nostrū quidem & nostri caput est Christus, vt qui author & conditor noster, & cuius corp⁹ nos sumus: Christi autem caput pater est, ceu autor ipsius. Sin humano more accipias sic dictum esse patrem Christi, perinde ac CHRISTVS dictus est caput nostrum, nihil impietatis admittis: quandoquidem & de⁹, pater Christi dicitur, humano more. Quia enim nobis assimilari sustinuit, & fratrem se nostrum appellauit & caput, nihil nouum est si humiliationis & exinanitionis etiam nomina recipiat, ac patrem deum caput habeat secundum humanitatem suam, tanquam principem & deum suum.

Omnis uir orans aut prophetans, in capite habens, pudefacit caput suum. Non semper prohibet virum contegi caput, sed in oratione tantum & prophetia. Nec dixit tectus caput, verum in capite habens, ut auferat nedum velationem quæ fit pallio; verumetiam eā q̄ fit coma. Nam qui comam nutrit, etiam in capite habet, comam videlicet. Qui vero pudefacit caput suum? Quia quum princeps sit, suique iuris, se ipse iugo subdit. Caput eñ contegere, est potestatem capiti imponere. Nam capitis tegumentum, potestatem habētis seu dominatoris vice est, signumque est subiectionis. Vel hunc ad modum, Pudefacit Christum caput suum, seipsum nimirum imminuens, ac libertate priuans. Vt eñ exiguum corpus pudefacit caput, sic qui a deo liber est factus, suoque iuri & libertati traditus, seipsum imminuit, ac veluti in seruitutem redigit. Quum enim hac ratione se cōtegit, ad ignominiam isthuc vergit Christi, qui est caput ipsius, tanquam corporis. Nō fuerit autem abs re quærere, qur veluti culpam & peccatū isthuc apostolus posuerit. Symbola tradita erant viro & fœminæ, illi quidem vt dominaretur in coniugē suam, huic vero vt esset subiecta: multa sane alia, inter quę & illud erat, nempe vt hic aperto capite esset, illa vero tecto. Quomodo igitur non est reprehensioni obnoxium, naturæ leges prætergredi, ac virum quidem fœmineo morē comosum esse, mulierem vero retecto capite incedere? Hoc igitur tollit, ceu proprij beneplaciti signum, adeoque bonæ qua nobis placemus ipsi, opinionis argumentum, quæ non pauca sane apud ecclesiasticos ac fideles & vastat & perdit. Inde nanque hæreses subnascuntur, quum quod sibi visum fuerit, producit quisque. F

Comę nutritio.

Hæreses vnde oriātur.

A *Omnis autem mulier orans aut prophetans retecto capite, pudefacit caput suũ: atque enĩ idem est, ac si rasa esset.* Fuerunt autem & fœminæ, prophetiæ (vt diximus) donum habentes, vt Philippi filiæ, aliæque permultæ. Quomodo vero pudefacit caput suum? Quia fugitiuæ cuiusdam & transfugæ caput ostendit, vt quæ defecerit ab tradita sibi ab deo potestate. Noueris autem quod virum in oratione & prophetia vetet esse tecto capite, mulierem vero non solis hisce illis temporibus, verum semper. Hoc enim vult per hoc quod ait, perinde ac si rasa foret. Vt enim ei semper turpe est tonso capite videri, consimilis deformitas est aperto capite cerni. coma nanque tegumenti vice est. Proinde quę tegumẽtum abijcit, comam abijcere videtur. Actu, xij

Si enĩ nõ cõtegitur mulier, tondeatur etiam. Si aũt turpe est mulieri tonderi uel radi, contegatur. Immoratur eidẽ rei, ostendens retectionem istam nõ esse imparẽ rasurę, ac quemadmodũ turpis res sit ac deformis rasura, sic & capitis apertura. Per hæc itaque, vt dixi, innuit nũquam nõ turpe esse, mulierem caput suum retegere vel nudare.

Vir sane non debet contegi, ut qui sit imago & gloria dei. Primam quidem causam dixit, quod Christum caput habeat, nec oporteat ipsum tegi: iam vero & alteram rationẽ reddit, quod gloria dei sit, hoc est, sub potestate dei, & imago ipsius. Est igitur operæ sane precium, vt princeps, a summo rege & imperatore constitutus, cum signis ad principatũ eius pertinentibus coram ipso appareat, aperto videlicet & retecto capite. Ea enim apertura commonefacit nulli ipsum terrenæ potestati esse subiectum, nulliusve hominis iu- Capitis
B ri subditum, sed ipsum dominari omnium, ceu imaginem dei. apertura

Mulier autem gloria uiri est. Hoc est, marito dominatui subdita est. Quare par est vt cũ quid indi subiectionis suæ indicijs videatur, quæ sunt, contecto capite incedere. cet.

Non enim uir est ex fœmina, sed mulier ex uiro. Nec enim uir conditus est propter mulierem, sed mulier vi *mulier propter uirum.* Causas dicit quibus vir mulierem antecellit. Nam mulier ex vi ri gloria. ri costa est, & quia vir non est propter illam, sed illa viri causa. Faciamus enim inquit ad iutorium ipsi. Qui igitur vir contegetur, tanto honore ab deo adfectus? fœminę enim ha Gen. ij. bitum sibi arripit, ac perinde facit, ac si diadema suum arreptum ex capite abijciat, seruilemque habitum & formam recipiat.

Quapropter mulier debet potestatem habere in capite, propter angelos. Propter hæc omnia, inquit, prædicta mulier in capite suo signum habere debet subiectionis suæ, tegumentum videlicet, si nihil aliud, angelos tamen verita, & honore dignans; ne & ipsis tanquã impudens videatur. Vt enim obuelare caput, deorsumque incuruare, nõnihil facit ad verecundari, adeoque subditi formam seruare: sic reuelato capite ingredi, impudentiam declarat, quam & Christianos comitantes angeli execrantur. Clemens vero Stromatensis curiosus, per angelos, ecclesiæ iustos intellexit ac ministros. Obueletur enim inquit ne hos ad fornicationem illiciat, vel scandalizet.

Veruntamen neque uir sine muliere, neque mulier sine uiro, in domino. Hæc adijcit, quia plurimum excellentię ac dignitatis viro dederat, commonstrans quod mulier ex ipso, & propter ipsum sit primum condita, & sub ipso sit. Ne igitur maritos plus quam par sit efferat, neque illas plane abijciat: re vera inquit ex prima creatione sic res habet, quod muli- C er sit ex viro. Nunc autem neque vir sine muliere nascitur, veruntamen in dño, hoc est, deo vniuersum faciente, & viuificante semen, matricemque confortante.

Quemadmodum enim mulier ex uiro, sic & uir per mulierem. Mulier quidem, inquit, ex vi- mulier ex ro est: adhuc enim apud ipsum permanet: quæ res argumento est simpliciter mulierẽ ex viro, vir ipso esse. Vir autem est per mulierem, id est, mulier est administra generationi hominis: per mulie potior aũt seminis est operatio, vt ita vir non proprie dicatur ex fœmina esse, sed ex pa- rem. tre suo per mulierem, vt quæ sit ministra generationis. De domino autem Paulus non sic dixit, sed: natum ex muliere ait. Metuit enim vti prępositione, per, de Christo loquẽs, Galat. iiij ne locum daret hæreticis calumniandi, quod Christus per virginem ceu siphonem aut canalem transierit: vel vt indicaret apostolus; quod quia vir non subaccesserit virginem, fructus ventris virginis sit.

Oĩa aũt ex deo: Nõ viri inquit opus est, sed dei. Quod si omnia dei potentia fiant, ipseque ordinauit virorum & mulierum res, causam & negocium, ne cõtradic, sed obtempera.

Apud uos ipsos iudicate. Rursum eos iudices facit eorum quæ dicit, abunde & copiose astruens quod instituit.

Decet mulierem obuelato capite adorare deum, Hic horribilius quicquam indicat, nempe quod ad deum iniuria recurrat.

Aut nonne ipsa natura docet uos, quod uir si comã nutriat, ignominiæ ei sit: mulier aũt si comam curet, gloria ei est? Nã coma operimenti uice ei data est. Ecqui est ignominia viro, si comam curet? Quia mulieris habitum & formã assumit, quũq; sit princeps constitutus, subiectionis signũ recipit. Mulieri aũt coma est gloriæ, qm̃ proprium ordinẽ & habitum asseruat. Cuiuis autem in gloriam cedit sui status obseruatio. Quid vero necessum est aliud adhuc operimentum naturali isti peplo comæ apponere, si coma est velamentum? Vt nõ ex sola natura, verumetiam ex consilio & voluntatis electione subiectionem fateatur. D

Coma virum dedecet.

Si uero quisquã uidetur contentiosus esse, nos talẽ consuetudinẽ non habemus, neque ecclesiæ dei. Cõtẽtionis hoc est, reluctari in hmõi, sed nõ est rationis vel intellect⁹. Cũ em̃ forsan Corĩthĩj sapiẽtes videri volẽtes, opponerent sese per suos syilogismos & argumenta, quibus rem mediam & indifferentem demonstrare nitebantur: Nos inquit, talem consuetudinẽ non habemus, siue ita altercandi, siue q̃ vir iste comã nutriat: siue quod mulier ista nõ obuelatum caput gerat, imò ne aliæ quidẽ ecclesię dei. Proinde non nobis solis aduersamini, sed vniuerso iuxta orbi. Hęc porro rubore Corĩthios suffundunt, auditores compellẽtia, ne quicquam præter apostolicam consuetudinem faciant.

Hoc autem præcipiens non laudo. Quemadmodum qui primum crediderãt, communia oĩa habentes cõmuniter & publice epulabantur: sic per quandam eius reĩ imitationem, etiãsi non adeo exactam, Corinthĩj statis quibusdam diebus festis ex æquo publice conuiuabantur post sacramentorum assumptionem. Siquidẽ opulenti fercula adferebant, inopesque ad conuiuium isthuc accersebant. At per dissensiones corruptus est admirãd⁹ mutueque dilectionis & sapientię amans mos, nec ab oĩbus seruabatur. Scribit igitur Paul⁹, vt hoc deliquit corrigat. Porro in p̃cedenti delicto, cũ multos obedientes haberet, Laudo vos inquit hic vero secus habente re, Hoc p̃cipiens non laudo, ait, hoc est, non laudo vos. Nam omnino hac de re præcipio vobis, vosque adhortor. Conueniebat autem, vt per se ipsi intelligentes, neque peccarent omnino, neque mandati indigerent. B

Christianorũ olĩ omnia cõmunia.

Quoniã non in melius, sed in deterius conuenitis. Decebat vos in melius pergere & progredi, conuentusque vestros facere honoratiores, vos autem consuetudinem quę obtinueras apud vos, imminuistis. At conuenitis quidem in vna ecclesia, nec tamen vt simul comestis. Hoc igitur est quod deterius est & minus, in quo deficitis.

Primum quidẽ conuenientibus uobis in ecclesia, audio schismata inter uos esse. Non statĩ sermonem de mensa domini auspicatur sed prius eos ferit acrerree, nam reuera quia dissecti erant & diuisi inter sese, idcirco priuatim edebant quisque pro sese.

Et quadãtenus credo. Vt ne dicant, Quid mentiuntur calumniatores nostri? Neque credo dixit, vt ne impudentiores faciat, neque non credo, ne videatur eos frustra obiurgare: sed paruum quiddam credo, inquit. Simul tamen verisimile est neque omnes morem istum transgredi, sed ex parte quosdam.

Oportet

Oportet enĩ & hæreses inter uos esse. Non dogmatũ hic hæreses dicit, verũ eas q̃ de mẽsis huiusmodi exoriebantur. Quid vero est, oportet? pro, possibile est, vel necesse est vos, cũ homines sitis, non per omnia recte ingredi. Ob eam igitur rem etiam credo: perinde ac dominus etiam dixit: Necesse est venire scandala. Quum enim praui sint in mũdo & scelerati multi, non possunt non venire scandala. F

mat. xviij

Vt.

Vt qui probati sunt, manifesti fiãt i uobis. Cõiunctio vt, hic nõ est ętiologica, nõ reddit rationẽ, sed ad rei euentũ & exitũ p̃tinet, vt nõ in paucis locis planũ redditur. Quũ em̃ arrogãtiores cõmunẽ istã cœnã nõ acciperẽt, manifestabãtur p̃bati, id est pauperes, q̃ patiẽter ferant sese negligi: antea autẽ nõ apparebat perseuerantia eorũ. Vel probatos dicit eos qui morẽ cœnæ adhuc custodiebant: non em̃ omnes eum dissoluerant. Dissoluentib⁹ itaque reprobis apparentibus, obseruantes manifestantur ceu probati.

Cõuenientibus igitur uobis in idẽ, nõ est quod dominicã cœnã manducetis. Cõuent⁹ inquit charitatẽ indicat, & collectionẽ vel cõiunctionẽ, qualis est armentorum & gregis sub pastore vno atqui opere ea hodie cõiunctio non fit. Dominicã cœnam aũt conuiuiũ vocat quo multi simul vescuntur, veluti imitationem illius horribilis & admirandæ cœnæ, qua domin⁹ simul cum discipulis suis manducauit. Propterea & cœnã prandium vocauit. Videte igitur inquit quo orbemini, nimirum imitatione mensæ dominicæ.

Cœna dominica cõuictus.

cœna, prãdium.

Vnusquisque enim propriam cœnam præsumit ad manducandum. Dominicam hanc cœnam priuatam fecistis. Quandiu enim communis & publica esset, dominica cœna vocabatur: dñi em̃ res oĩbus seruis sunt cõmunes. Postquam autẽ vnusquisq; anteuertit propriam cœnã manducare, nec expectat pauperes, sed priuatim apud sese edit,

A contumelia affecistis cœnam vestram, pro dominica priuatam facientes.

Et alius quidem esurit, alius uero temulentus est. Pauper quidem esurit; opulentus vero ebrius redditur. Duo autem hic sunt piacula, & quod prætereuntur pauperes, & quod vos inebriamini, soli vescentes & conuiuantes quæ & pauperibus oportebat apparata esse. Significatione autem peculiari dixit temulentos eos esse.

Nunquid enim ædes non habetis ad edendum & bibendum? Si enim publice non estis esuri, quur non in ædibus vestris editis?

Aut ecclesiam Dei contemnitis? Quum enim dominicam cœnam priuatam feceris, manducans apud teipsum, in ecclesiam & locum es iniurius.

Et pudefacitis non habentes. Non tantum curant pauperes, inquit, quod non alitis eos, quantum quod pudefiunt, redarguti & indicati quod nihil habeant, vobis splendide accumbentibus, ac indulgentibus temeto.

Quid uobis dicam? laudabo uos? in hoc non laudo. Post lapsus & erroris demonstrationem mitius cum illis loquitur. Quum enim posset dicere, ista innumeris esse mortibus digna, hoc non agit, verum quid ait? Laudabo vos? non laudo. Hoc autem facit, vt eo mansuetiores clementioresque pauperibus reddat. Si enim eos vehementius & acerbius percussisset & increpuisset aduersus inopes exasperati, crudeliores in eos facti essent, quippe quia eorum causa ab Apostolo ignominia adfecti essent.

B *Ego enim accepi à domino, quod & tradidi uobis.* Cuius rei gratia mysteriorum illius vesperæ meminit? omnino necessario, vt persuadeat quod dominus tuus omnes eadem mẽsa excipere dignatus sit, tu vero vnigenitum Dei filium accipere dedignaris. At qui ait ab domino se accepisse? neque enim tuum aderat Paulus; sed Christi persecutor erat. Vt discat quod ipse hodieque mysteria illa tradat, æque atque tum.

Quoniam dominus Iesus, in nocte qua tradebatur, accepit panem, & postquã gratias egisset, fregit, ac dixit, Accipite & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro nobis frangitur. Recordamini, inquit, quod hanc vltimam vobis dederit, cœlestem thesaurum, ac spiritualem adeoque arcanam sacrosanctam institutionum, quodque ea etiam nocte qua mactandus erat, Iudam proditorem mensæ suæ accumbentem habuerit. At tu fratrem tuum reijcis, contemnis, indignum iudicas? Edoctus es etiam gratias agere; quandoquidem & ille gratias egerit, exemplo nobis relicto: atqui tu indigna gratiarum actione cõmittis, iniuriam inferens ecclesiæ. te nanque epulante ad temulentiam vsque, alius esurit. At vero ille in commune & generatim omnibus dixit; Accipite, edite, idque corpus suum, quod pro omnibus ex æquo fregit, in mortem tradens: tu vero præsumis edere, neque communem panem in medium ponis, neque frangis ipsum vti detur multis, verum tibi ipse continens.

Hoc facite in meam recordationem. Quid ais? si filij vel patris memoriam faceres, conscientia tua sane externareris, quando legitima, Christique supremavoluntate decreta non repleas, neque pauperes inuites: recordationem autem domini faciens, ne mensam quidẽ tuam simpliciter illis impertis. Leuit.i. & iiij. 8.

C *Similiter & calicem, postquam cœnasset, dicens: Hic calix nouũ testamentum est in meo sanguine:* Fuerunt & in veteri testamento cyathi, quibus sanguinem brutorum post victimam oblatam libarent, quem phiala & pateris excipiebãt. Pro sanguine itaque brutorum, qui vetus testamentum veluti sigillo consignabat, meum ego nunc sanguinem pono, nouũ testamentum eo ceu sigillo muniens. Ne turberis igitur sanguinem audiens. Nam si irrationaliũ pecorũ sanguinẽ accepisti inveteri testamento, quanto potius nunc diuinum.

Hoc facite, quoties biberitis, in meam recordationem. Per poculum isthuc, inquit, memoriam facis dominicæ mortis. Qui igitur tu solus bibis & inebriaris, tremẽdo isto calice oĩbus ex æquo tradito?

Quoties enim ederitis panem hunc, & calicem hunc biberitis, mortem domini annunciabitis, tantisper dum uenerit. Eo, inquit, affectu debetis esse imbuti, perinde quasi in illa ipsa Christi essetis vespera, adeoque cœna, eidemque accũberetis thoro, & ab ipso Christo acciperetis sacrum isthuc. Illa ipsa enim cœna est, & illam ipsam mortem annunciamus ad secundum vsque eius aduentum.

Proinde qui ederit panem hunc aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Ipsos oblique perstringit indigne manducantes, quandoquidem inopes negligant. Qua vero ratione reus fit indigne assumens? perinde nimirum ac ipse sanguinem domini effundat. Vt enim qui tum pupugerunt Christum; non vt biberent;

effuderunt, verum vt effunderent: sic indigne bibens, nihilque inde commodi referēs; frustra ac temere profundit sanguinem. Porro Iudæi dilacerarunt regis chlamydem: at qui indigne manducat, in cœnum & lutum istam chlamydem, hoc est, suam ipsi⁹ animam, inijcit. Nonne igitur par & minime dissimilis est ignominia: propterea & ipse huius chlamydis reus est. D

Pau. mos in dispu-tando. *Probet autem homo seipsum: & sic ex pane edat, & ex calice bibat.* In more est diuo Paulo; vbi post medium cuiuspiā argumenti alia necessaria inciderint, huc etiam digredi: quemadmodum etiamnum alio proposito argumento de mensa, simul atque in mysteriorum vel sacramenti corporis & sanguinis domini sermonem & mentionem incidit, hunc locū veluti maxime necessarium perficit & absoluit, ac summam bonorum monstrat, cum pura conscientia accedere mensam. Vnde inquit: Non alium tibi iudicem attribuo, verum teipsum tibipsi commendo. Iudica igitur & explora conscientiam tuam, & sic accede, nō quando fuerint ferię, sed quando purum teipsum ac dignum inueneris.

Qui enim edit & bibit indignè iudicium sibi edit & bibit. Non propter mysteriorum naturam, hæc enim sunt viuifica, verum propter accedentis indignitatem, quemadmodū & sol oculis corruptis est noxius.

Non dijudicans corpus domini. Hoc est, non explorans, non intelligens propositæ rei amplitudinem Si enim disceremus vnquam quisnam esset qui proponitur isthic nobis, non indigeremus altero, sed illud ipsum nos, vt sobrij essemus, pararet.

Propterea inter vos multi imbecilles & infirmi, dormiuntque multi. Accipite demonstrationem ex ijs quæ apud vos contigerunt. Hinc enim sunt immaturæ mortes, diuturnæque ægritudines & morbi, eo quod multi indigne assumant. Quid igitur? qui non ægrotant, & ad extremam vsque senectam seruantur incolumes, nonne peccant? Peccant sane, sed non huius temporis pœnę solæ indigne accedentibus distinatæ sunt, sed in futuro quoque seculo illic difficiliora grauioraque sunt reposita supplicia: neque hic nos puniti essem⁹, nisi deliquissemus, perinde ac ipse iam infert. E

Immaturę mortes ꝓpter indigne sūptū Christi corp⁹.

Si enim nos ipsos iudicaremus, non iudicaremur. Non dixit; nos ipsos puniremus, sed tantum iudicaremus & condemnaremus nos ipsos, non iam hic condemnaremur ab Deo; verum & præsentia & futura supplicia effugeremus.

Quum autem à domino iudicamur, erudimur, ut ne cum mundo condemnemur. Quando quod adeo leue & facile est, non facimus, hoc est, quod nos ipsos non dignoscimus & condemnamus: neque Deus nobiscum crudeliter adeo agit, verum hic erudit & castigat, vt illic misereatur. Castigamur autem hic inquit non punimur, cæterum a patre admonemur, vt ne cum mundo, id est infidelibus, illic condemnemur. Deo enim quum fideles vehementer curæ sint, pro delictis suis ita a Deo tractantur.

Castigat nos deus. *Itaque fratres, cum conueritis ad manducādum, alter alterum excipite.* Iterum ad pauperū rationē & sermonē redijt, postquā pœnę mortisq; meminit ob indignā mysteriorum dominicę mensę acceptionem inflictę. Nec dixit, alter alteri impertimini, sed cū excipite. ostendēs cōmunia esse q̄ isthic adferuntur, quodque cōmunis cōuentus sit expectandus,

Si autem quis esurit, domi edat Ruborem Corinthijs hic sermo suffundit, eosque pudere facit. Loquitur enim eis tanquam pueris & infantibus, qui famelici ægre inediam patiātur, ipsorumque gastrimargiam condemnat. Hinc & eos ab ecclesia adeoque delubro educens, in suam quemque domum remittit, quæ non exigua est verecundia. F

Vt ne ad iudicium conueniatis. Id est, ad noxam detrimentumve vestrum, & ad condemnationem. Eam eīn ob causam sunt constituti conuentus, vt alter ab altero iuuetur, dum in charitate congregamini.

Sin minus, melius est ut domi sitis .Hæc non dicit vt domi sint, cæterum vt eos magis attrahat quo sicut oportet conueniant.

Reliqua, ubi uenero, ordinabo. Vel de alijs nonnullis delinquentibus apud eos qui opus habeant emendatione, vel de hoc ipso peccato loquitur. Verisimile est, inquit, aliquos defensionem parare aduersus ea quæ dixi, verum interim, q̄ dixi, custodiant Sin quisquam aliud quicquam habeat quo mihi contradicat, in meum id aduentum vsque seruetur. Terret autem eos tanquam affuturus, vt interea temporis demittant cristas, & corrigāt si quid non bene habeat.

CAPVT XII.

A 

E spiritualibus fratres nolo uos ignorare. Hoc est, de donis spiritus. Argumētū aūt est huiusmodi. Qui crediderant in principio, & baptizati erant, oīno spiritum accipiebāt. Quia vero is inuisibilis erat, sensibile signum dabatur operationis ipsius, atque aut linguis loquebātur, aut ꝓphetabant, aut miracula edebant. Apud Corinthios itaq; charismatū noīe seditiones erant, adeo vt qui maiora dona acciperent; efferētur: qui vero minora, his inuiderēt. Insuper vates aliquot & pseudoprophetę, fuerūt qui difficulter a diuis prophetis iudicabātur Cuncta igitur hęc ī meliorem statum euocat, ac primū quod ad vates attinet.

Baptismi mira vis.

Nostis, quod quando gentes eratis, ad idola, quemadmodum ducebamini, abducti sitis. Signū dat vatis & prophetæ: quoniam si, inquit, apud idola aliquis vaticinaretur, a spiritu immundo detentus, ceu raptus & abductus, sic rapiebatur a spiritu ligatus, nihil sciens eorum quæ dixisset, sed plane extra se constitutus & insanus. Cum propheta autem aliter se res habet. Nam is mente sobria cuncta loquitur. Itaque primum hoc signum & discrimen vatis dęmoniaci, & prophetæ diuini.

Phanatici & ꝓphetę discrimē.

Propterea notum uobis facio, quod nemo in spiritu loquens dicit anathema Iesum: & quod nemo potest dicere dominū Iesum, nisi in spiritu sancto. Signū tibi sit vaticinij insani isthuc, exe-
B crari, blasphemare, cōuitijsque incessere Iesum: prophetæ vero signū est, haud citra præconiū nominare domini nomen. Quid igitur catecumeni faciunt? quō isti nondum habētes spiritū sanctū, noīant Iesum? verū de his nunc non est sermo, cæterū de fidelibus & infidelibus. Quid vero dæmones? non nominabant nomen domini? Nominabant quidē, sed flagris cæsi & coacti, suapte vero sponte & per sese haudquaquam.

Catechumeni.

Dęmones Christum cōfitētes.

Diuisiones autem donorum sunt, idem uero spiritus est. Quum discrimen inter verum & vanum prophetam indicasset, deque miraculis dixisset, vt diffidentes in hisce corrigat; primum eum curat veluti adhibita medicina, qui minus donum accepit, ac propterea mœret. Quur enim doles inquit quod non tantum accepisti atque alius? Non enim debitū est, sed charisma & donum. Itaque gratias age, quod nihil tibi Deus quum debeat, omnino tamen aliquid dederit. Quinetiam idem est dator, qui tibi & illi largitus est. Non enim tibi angelus dedit, illi vero Deus: verum idem est vtrisque spiritus.

Ac diuisiones ministeriorum sunt, sed idem dominus. Meminit & filij, tanquam datoris bonorum. Dolentem porro maiori consolatione reficiens, ministeriorum dixit. Qui eīn charismatis vocabulum audiuerat, & minus donum acceperat, fortasse angi queat animo ceu circa donū imminutus. Qui vero ministerij vocem audiuerit, non ita dolebit, laboris enim & sudoris hoc est indicium. Quid enim doles, si alium plusquam te laborare iussit, parcens videlicet tibi?

Diuisiones etiam operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Patris hic mentionem facit, qui operatur omnia in omnibus fidelib⁹ opera. En hic tibi Trias est
C perfecta. Donum autem, & operatio, & ministerium, eadem sunt, etsi nominibus differunt æqualiter enim a spiritu, & filio, & patre dantur. Vide autem quomodo spiritus meminit primum, postremo vero patris, eorum causa qui in Triadis huius ordine nimium sunt curiosi.

Cuiuis autem datur manifestatio spiritus ad cōmoditatē. Ne quis dicat. Ecquid quod idem sit dominus, & idē spūs, & idē deus, quum ego interim min⁹ acceperim? Hoc tibi inquit commodabat. Spiritus autem manifestatio, signa sunt. per hæc enim demonstrabatur libenter in baptizatis commorari. Quid igitur tibi dolet? Siue enim maius, siue minus habeas donum, ostendit spiritum in te esse. Ecquid tibi propterea curæ?

Spūs demōstratio

Alij enī per spiritum datur sermo sapientiæ. Qualē habebat Iohānes tonitru filius, qualem & ipse diuus Paulus. Obserua autem præpositionem διὰ spiritui hic applicari.

Alij sermo scientiæ, secundum eundem spiritum. Qualē habebāt pleriq; fideliū, qui ipsi quidem scientiam habentes, alios docere non poterant. Sapientia nanque docet, perspicuitas quædam existens quæ opera recludit, obscuraque clara reddit. Vbique aūt eiusdem spiritus meminit, animum addens (vt sæpius dictum) ei qui minus acceperat.

Sapiētia.

Alij autem fides, in eodem spiritu. Non fides dogmatum, sed miraculorum, quæ & montes transfert,

Matthæi xxvij.

Alij aūt dona sanationū, in eodem spiritu, Vt curet omnem ęgritudinem & languorem.

D

Alij autem operationes uirtutum. Qui punire etiã queat inobediẽtes, vt Paulus excæcauit Elymã magũ, sic Petr⁹ Ananiã sustulit: id ꝙ dona sanationũ accipiens nõ habebat.

Actu xiij. & v.

Alij autem prophetiæ, alij uero diiudicationes spirituum. Hoc est, vt sciat quisnam spiritualis, & quis non spiritualis: tum quis propheta, & quis impostor.

Alij autem genera linguarum. Abundabat apud Corinthios linguarum donum. Hĩc magis etiam confidebant, quasi primum & præcipuum id apostolis esset datum, ac propterea alijs donis excellentius sit visum. Atqui id sic non habet. Siquidem doctrinæ donũ maius est, & interpretatio linguarum maior est, quam simpliciter linguis loqui. Valde proprie autem de linguis loquens, genera dixit:

Omnia autem hæc operatur unus & idem spiritus, diuidens seorsim cuilibet ut uult. Rursus eandem consolationem ponit, idem spiritus operatur omnia. Magis autem obstruit ora eorũ qui talẽ haud ęquo aĩo dispensationem ferunt. Pro arbitratu, inquit, suo facit. Tu vero quis es qui isthuc ęgre feras? Obserua autem dictũ hoc esse propter eos qui cũ spiritu pugnant. Non enim quemadmodum iubetur, sed vt vult spirat: itaque dñs & de⁹ est. Nec efficitur, sed efficit æque ac pater. Efficiens, inquit, omnia in omnibus.

Christus, Christi ecclesia.

Quemadmodum enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis multa quum sint, unum sunt corpus: sic & Christus. Simili a corpore sumpto, cõsolatur mœrentem ob minus charisma, ostendens ꝙ ideo nihil sit imminutus. Vt enim corpus vnum est, & multa, propter membra sic & multa sunt, & vnum, eo quod in vnum corpus coagmẽtẽtur. Vbi igitur differẽtia? vbi mai⁹ vbi minus? oĩa enĩ vnum sunt. Sic igitur & Christus, id est Christi ecclesia: hoc enim modo ecclesiam nominauit a capite. Perinde enim vt corpus & caput, vnus sunt homo: consimilem ad rationem, ecclesiam & Christum, veluti corpus & caput, vnum esse sciens, pro ecclesia Christum posuit. Dicit igitur, quod in ecclesia vnum quoddam omnes sumus; etiamsi ex diuersis iuncturis constet concinnatumque sit isthuc vnum. E

Ecclesia corpori ꝯsimilis

Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi. Indicat iãnunc quomodo ecclesia adsimiletur vnius corporis exemplo, inquiens: Sub eodem & vno spiritu nos omnes, & ego inquit & tu, & alius, baptizati sum⁹ in vnum corpus, hoc est, vt simus vnum corpus. Non enim in alio quidem tu, in alio vero ego, baptizati sumus spiritu, verum in eodem. Proinde neque quiddam te excellenti⁹ habeo Nam in vnum corpus baptizati sumus, pro eo quod est, vt simus vnum corpus, & iudæi & Græci, & serui & liberi. Si ergo adeo disiunctos, tantoque interuallo distantes, spiritus nos coniunxit atque vniuit: quanto magis postquam vnum facti sumus, nõ debemus contristari ceu discrimen quoddam sit inter nos?

Spũs post baptisma datur,

Et omnes uno spiritu potati sumus. Videtur hic loqui de mensa corporis domini, panis nẽpe & vini. Quum enim dicit spiritu potari nos, vtraque indicauit, & sanguinem, & carnem. Veruntamen verius est quod hic loquatur de accessu spiritus, qui nobis post baptisma contingit, & priusquam hæc sacra mysteria adeoque sacramenta accedamus. Potati autem sumus vel bibimus dixit per metaphoram eorum qui ex eodem fonte irrigãtur, Vnus igitur spiritus potauit nos, & vnum corpus esse fecit.

F

Etenim corpus non est unum membrum, sed multa. Ne mireris, inquit, quod tot quum simus, vnum corpus simus. Etenim & in humano corpore a multis membris vnum corpus est inuenire.

Si dixerit pes, Quia non sum manus, non sum de corpore, non propterea non est de corpore. Et si dixerit auris, Quoniã non sum oculus, non sum de corpore: non propterea non est ex corpore. Introducit membra loquentia, & murmurantia quod sint alijs minutiora vel inferiora, vt per demonstrationem inutilis membrorum murmuris præter rationem facti, pudore suffundat murmurantes in ecclesia, propterea quod nonnulli in ea cæteris sint maiores. Ponit autem duo extrema, pedem & aurem. Nec facit pedem oculo loqui, sed parum sibi superiori manui. Auditum autem introducit cum oculo disputare. Semper enim non valde excellentibus, verum parum a nobis distantibus atque ascendentibus vel progressis inuidere solemus.

Quib⁹ fere ĩuideamus.

Quod si igitur dixerit pes, Quia non habeo medium locũ, ęque ac manus, sed sum omnium infimus, non sum ergo pars corporis: nunquid propterea quia non est manus, non est ideo ex corpore? Minime gentium. Non enim locus est in causa quur sit pars corporis, vel non sit: verum quia corpori quicquam vnitum est, aut non vnitum coagmentatumve, eam ob rem est corporis pars. Hunc ad modum si auris

dixerit, Quia non sum oculus, eam ob causam arbor omnino eo vt sim pars corpo-
A ris: num propterea & ipsa non erit ex corpore? Atqui quum locum sibi principio defti natũ retineat, propriaq; operatiõe operatur, suamq; virtutem exerceat, ipsa quoque erit & membrum & pars corporis. Proinde etiam si tu videaris minus charisma accepisse, ne ea de causa murmura. Membrum enim es ecclesiæ, quod est corpus CHRISTI, etiamsi inferiorem locum nactus es. Tum vero non es membrum, quum teipsum absciderís, atque ab vnitione abruptus auulsusque fueris. Conserua igitur coadunationem, si vis esse membrum,

Pars corporis vt quid dicatur nõ locus facit, sed vnio.

Si totum corpus oculus esset, ubi auditus? si totum auditus, ubi olfactus? Quia oculorum meminerat, & pedis, & auditus, & manus, eaque ad cogitationem perduxerat altioris & inferioris locorum, ac verisimile erat eos rursus contristari, nisi consolationem acciperẽt: ostẽdit iamnunc ita commodum esse, vt sint diuersa dona. Nam si totum corpus foret vnum membrum, vbinam reliqua manerent? Non pudet igitur te, qui tot membra eijcis ac tanta, teque solum esse dignum membrum iudicas?

Iam uero deus posuit membra, unumquodlibet ipsorum in corpore ut uoluit. Vehementer eos compescit, & quum ait quod deus voluit ac segregauit vnicuiuis membro proprium locum, id enim significat, posuit: & quod neque pes, quia postremum locum obtineat, algere debeat, Sic enim deus voluit, atque hoc ipsi confert in imo loco positum esse. Neq; caput supremum locum habens, propterea debet efferri. Dei enim hoc, non ipsius opus
B est. Consimilem ad modum in ecclesia deus constituit hunc esse inferiorem, id quod ipsi commodat: illum vero superiorem. Atque hunc oportet dilectione esse præditum erga reliquos, illum vero non attolli vel inflari.

Si autem omnia essent unum membrum, ubi corpus? Nunc uero membra multa sunt, corpus uero unum est. Animaduerte sapientiam. Hoc ipso eos obturat, oraque illis obstruit, quod videbatur illis parere pusillanimitatem, nempe quod sint diuersa charismata, quodque non sit idem omnium precium vel honos. Nisi enim essent diuersa membra, neque corpus vnum esset. Quod si corpus non sit vnum, neque par erit honos & existimatio. Iam vero eam ob rem in omnibus est idem precium, ideoque æque honorentur mẽbra, quod omnia idem corpus perficiant: ideoque quia diuersa membra sunt, ideo vnum corp⁹ cõstituunt. Quia vero vnum corpus, ideo cunctis idem honoris exhibetur, & precq; sunt eiusdem, ex hoc ipso quod omnia coeant & compaginentur ad vnius corporis repletionem. Ait enim, multa quidem membra corpus vero unum.

Non potest oculus dicere manui, opera tua non indigeo: aut rursus caput pedibus, opera uestra nõ indigeo. Submissioribus factis, necnon pacatis iam qui minora charismata acceperant, ad eos nunc qui maioribus præeminentes intumescebant, verba facit; qui inferiores se adspernabantur. Vt inquit oculus non potest dicere reliquis membris, Non habeo op⁹ vestra opera, vno nanque deficiente, claudicat totum corpus: sic neque qui maiora charismata acceperunt, attollere sese possunt aduersum eos quibus sunt minora. Eorum ẽm & ipsi opera indigent: ipsi enim soli non sufficiunt vt ecclesiam dei ædificent. Pulchre aũt dixit, Non potest. Etiamsi nanque multa velit, non sic tñ habet rei natura.

Mẽbra inuicẽ op⁹ habent.

C *At multo magis quæ uidentur membra corporis imbecilliora esse, necessaria sunt: & quæ putamus inhonoratiora esse corporis, his honorem uberiorem exhibemus: ac deformia nostra uberiorem honorem habent.*

Indicat iam quod & commoda & necessaria sint quæ videntur esse minora. videntur enim inferiora, sed non sunt. Quænam sunt hæc? quæ imbecilliora videntur, & in honoratiora quidem, & interim tamen necessaria sunt. Nonnulli genitales hic partes accipiunt, quæ adeo sunt necessariæ, vt has citra, etiamsi inhonoratæ sint ac deformes, ne vita quidem hominis constare queat. Insuper maiorem illis honorem exhibemus, ac circumponimus. Etsi enim quisquam totum corpus nudus sit, hæc tamen mẽbra nudari non patitur. Nonnulli vero per imbecilliora, sed necessaria tamen, oculos intelligunt, qui quum parui sint, ac reliquis artubus infirmiores, in primis tamen sunt necessarij. Per inhonoratiora vero ac deformia, pedes intelligunt. Oculos itaque magna cura dignamur ceu imbecilles: Pedes rursus contegimus & obuelamus, ac solicite illis prospicimus, quantumuis inferiore loco sint positi, ac honoris vacui esse videantur. Poterit autem quispiam hic tres ordines intelligere ex his quæ dicta sunt, vt alia quidem sint infirma & necessaria, vt oculi: alia vero honoris vacua, vt pedes: alia deformia, vt mortalium generationi destinata.

Genitalis necessitas atque honos.

Oculi. Pedes.

Mẽbrorũ inferiorũ ordines tres.

Formosa autem nostra non habent opus. Ne quis dicat, Ecquænam hæc est ratio; D
vt prospiciamus deformibus, eaque honore mus venusta vero despiciamus? non despicimus, inquit sed illa nulla nostra cura & honore opus habent: ab natura enim decus suũ & formam nanciscuntur.

Verum deus commiscuit corpus. Si commiscuit, ergo vnum fecit: quod enim miscetur, vnum fit. Et vbi iam deinceps in vno maius & minus? *Deficienti maiorem dans honorem, ut ne schismata sint in corpore.* Non dixit, inhonorato aut deformi, sed deficienti vel egenti, nihil em̃ natura deforme vel inhonorat ũ. Exuberantiorẽ, inquit, impertiit honorem indigenti, vel postremo viso. ne igitur doleas, quum maiori honore adficiaris. Causa est, ne sint schismata in corpore. Si enim alia quidem natura & nostra prouidentia curasset, alia vero ne nostra quidẽ solicitudine dignatus esset, dissedissent inter se mutuo, inque se diseissa fuissent, non valentia ferre connexum & compagem. His vero diseissis, neque reliqua permansissent salua, ceu corpore iam secto ac scisso. Ne igitur vos maioribus charismatibus decorati insurgite in vobis inferiores, ne resectis illis vos detrimentum patiamini.

Natura nihil deforme.

Sed idem pro se mutuo cogitent, sintque solicita. Non solũ, inquit, vt non obscindantur membra ac dissideant, verum vt dilectio sit multa & concordia. Et qui maior est, curam gerat, cogitetque anxie non simpliciter, sed idem, hoc est, vt eadem magna sane prouidentia fruatur & minor. Sic itaque spina incidente, plantæque infixa, totum corpus sentit & anxie perturbatur, caput inclinat, dorsum inflectitur venter & femora contrahuntur, oculi multa solicitudine vident, manus infixum eximunt, atque ita cætera condolent. E

Mẽbrorũ bona & mala cõmunicabilia.

Ac si patitur unũ membrum, compatiũtur omnia membra. Si uero glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra. Exacta enim vnitio& coniunctio, communes facit glorias & calamitates. Proinde, vt iam diximus, planta percussa vel icta, totũ corpus condolet. Rursum sit caput coronetur, reliquis inde membris & gloria & gaudium emergit, oculi sint pulchri ac totum corpus est formosum.

Vos estis corpus Christi, & membra ex parte. Ne dicant, ecquid ad nos corporis & mẽbrorum similitudo & exemplum? Vos, inquit, estis corpus Christi & membra. Quare si humanum corpus non oporteat ab se dissentire, quanto minus Christi? Quia vero non ipsi soli constituebant corpus Christi, sed omnes in vniuerso terrarum orbe fideles, apposuit, & membra. Etiam si nanque non totum corpus fuerunt, membra certe fuerunt, idque ex parte, hoc est, non omnia menbra, sed ex parte.

Et alios quidem posuit deus in ecclesia, primum apostolos, deinde prophetas, Si deus posuit, quur te ipse opponis? Principe autem loco apostolos collocat, ceu omnium bonorũ duces: secundo prophetas, non veteris quidem testamenti (illi enim ad Iohannem vsque de Christi aduentu vaticinati sunt) sed eos qui in nouo testamento post Christi aduentum & natiuitatem prophetabant, quales fuerunt Philippi filiæ, qualis Agabus, quales alij innumeri. Larga enim & abundans erat gratia spiritus in quauis ecclesia. Primum autem & secũdũ posuit, vt liguarum dono relinquatur postremus locus: vt ea ratiõe hoc dono tumidos demittat.

Matt. xi. Prophetę post Christi aduẽtũ Act. xxi & xi

Tertio doctores. Propheta quidem omnia ex spiritu loquitur doctor autem etiã per sese, propterea tertium locum obtinet. F

Deinde uirtutes, post charismata sanationum. Virtutes & potentia sanabant ęgrotos, puniebantque aduersarios: dona autem sanationum curabant ac sanabant tantum. Hinc illud huic præfert & anteponit. Vtrique horum, qui vere doctor est, antelatus est, qui nimirum vita & verbo docet.

Susceptiones, gubernationes. Hoc est, suscipere infirmos, & gubernare adeoque dispensare ea quę fratrum sunt. Hæc enim etiam si nostræ quoque diligentiæ sint, Dei tamen iuxta dona esse adfirmat, persuadẽs nobis vt grati simus, ac vt in illum defigamus oculos, nec simus superbi.

Genera linguarum, Postremo loco posuit, vt adimat cristas illis qui hoc dono arrogantes erant.

Nunquid omnes apostoli? num omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes uirtutes? nunquid omnes dona habent curationum? nunquid omnes linguis loquũtur? nunquid omnes interpretantur? Quia verisimile erat eos potius dolere, ceu manifestatis maioribus & minoribus donis per enumerationem. rursus consolatur inferiores. Quid doles, inquit, quod forsan non habeas prophetiam? Cogita rursum prophetæ deesse quod

tibi adesi:& quod aliĩ est, aliĩ non est. Itaque hoc commodius est vobis & vtilius, sic ha
A bere se se res ecclesiæ, vt quilibet proximi opera indigeat.

Aemulamini autem dona potiora. Tacite ipsis adumbrauit quod sibi sint ipsi in causa quur minora dona accipiant. Quum enim dicit, æmulamini, diligentiam & conatũ ipsorum postulat, & maiorem ad spiritualia cupiditatẽ. Nec dixit, maiora, sed meliora, hoc est commodiora.

Et adhuc per excessum uiam uobis indico. Si omnino æmulatores sitis charismatum, monstrabo vobis viam quampiam per hyperbolen, hoc est eximiam, quæ vos ad omnia charismata perducat. Charitatem autem intelligit.

CAPVT XIII.



I linguis hominum loquar, & angelorum: charitatem autem non habeam, factus sum æs sonans, uel cymbalum tinniens. Haud actutũ submonstrauit eis viam, sed comparat eam prius cum dono quod videtur esse potius, linguarum videlicet: ostendens incomparabiliter charitatem linguarum donum antecellere, imo cæteris cunctis charismatibus esse hanc præstantiorem; dignamque quæ a cunctis expetatur. Linguas autem hominum cunctorum vndique terrarum commorantium intelligit. Nec hoc contentus, aliam ponit excellentiam, Angelorũ etiam linguis, inquit: non quod angeli linguas habeant, sed vt quiddam quod humanis linguis excellentius esset, indicaret, sic dixit. Angelis porro lingua est spiritualis, vis nimirum illa qua sibi mutuo diuinarum rerum intellectum ac diuinas cogitationes impertiunt. Ab nostro autem organo eam nominauit, quemadmodum & illud, Flectetur omne genu cœlestium &c. Non enim ossa & neruos habent angeli, sed summam subiectionem indicauit. Factus sum, inquit, æs sonans hoc est; vocem quidem edens, temere autem loquens, ac turbulenta proferens, quibus nemini prosim, quandoquidem charitate sim destitutus.

Charitatis cõmendatio. (B)

Angelorũ linguę

Esa. xlv. Philip .ij.

Et si habuero omnem fidem. Ne sigillatim dicens, turbulentus videatur, ad matrem & fontem omnium fidem peruenit eamque omnem.

Vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Qui videbatur magnum esse rudioribus, montes transferre, huius gratia eius rei meminit, non quod hoc solum possit tota fides. Nam montes transferre, non magnificat Christus, & modicę fidei partiadscribit: Si habeatis, inquiens, fidem vt granum sinapis. Obserua autem hic quomodo per prophetiam & fidem omnia charismata comprehendit. aut enim in verbis vel operibus sunt miracula. Noc dixit autem, charitatem non habens, modicus sum & vilis, verum nihil sum.

Mat. xvij

Miracula aut i verbis aut in reb⁹ sunt

Et si omnes facultates in cibos pauperum contulero. Non dixit, si partem aliquam facultatum mearum dedero, sed omnia: nec dixit, dedero, sed ψωμίσω, in cibos dedero, pauperũ
C videlicet, vt sumptui ministerium cum omni diligentia necnon cura adijciatur.

Et si dedero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil prosum. Non dixit, vt moriar, sed quod omnium difficillimum videbatur, viuum quempiam comburere, neque hoc citra charitatem prodesse dicit. At dixerit quispiam, Quomodo fieri potest vt quispiam res suas & facultates in pauperes conuertat citra charitatem? Hic responderi potest, quod id quod non est, tanquam sit, posuerit: perinde ac quum ait: Si vel angelus vel nos prædicemus vobis euangeliũ præterquã ꝙ accepistis, Atqui neque ipse neq; angeli aliud Euangeliũ annunciaturi erant. Quin alijs plerisq; locis dicit huiusmodi. Vel ꝙ quispiam sine charitate possit etiam in opibus largiri, non ex miserante adfectu quem in pauperes gerit, verumvt hominibus placeat. Cum dilectione autem fit; quando veluti compatiens & inflammatus charitate hoc faciat.

Galat. i.

Charitas longanimis est, commoda est. Deinceps charitatis indicia explicat, ac primo loco longanimitatem ponit, radicem omnis philosophiæ. Longanimis enim est, qui longo & magno est animo. Quia vero nonnulli non ad philosophiam longanimitate vsi sunt, sed sæpenumero sibi indignantes, itaque aduersum ipsos percitos riderent & subsannarent ceu iam longanimes, ac interim efficiebant vt maiori isti iracundia concitarentur; propterea, commodat, inquit, charitas, hoc est, mansueta est, candidos & innocentes mores indicat istos esse hulcerosos maleque moratos & maleficos commonstrans. Hoc autẽ

Longanimis

dixit, morosos & contentiosos apud Corinthios carpens. D

Non æmulatur. Hoc est, non inuidet. Potest aliquis & longaminis esse, & interim inuidiæ affectu laborare. Verum charitas ipsa etiam hoc effugit. Hoc autem dixit propter inuidos quosdam apud Corinthios:

Non agit perperam. Id est, non præcipitanter agit, sed prudenter efficit & firmum eum cui inest. πέρπερος enim est, qui in sublime tollitur, leuis, stolidus. Hoc autē ad eos pertinet qui leues erant apud eos, nouorumque studiosi.

Non inflatur. Fieri enim potest vt quispiam omnia iam commemorata habeat, ac propterea infletur: verum charitas isthuc non agit, cæterum cum iam cōmemoratis boni humili est mente spiritusque prædita. Hoc vero ad arrogantes & ostentores pertinet.

Non deformat. Hoc est, non solum non inflatur, sed etiamsi turpissimas passiones & perturbationes conspexerit propter id tamen quod diligitur, non videt, nec reputat rem istam esse turpitudinem ac deformitatem, adeoque incelebritatem: quemadmodum & Christus ob dilectionem quam erga nos habet, ignominiosam crucem non solum recepit, verumetiam gloriam esse propriam & peculiarem putauit. Poteris autem & non deformat intelligere pro non iniuria adficit. nihil enim turpius est iniurio, & vim inferente. Hoc autem ad immorigeros pertinet.

Non quærit quæ sua sunt, nō exacerbatur. Modū explicat quomodo non deformet charitas. Proprium, inquit, commodum charitas non quærit, sed proximi. Deformitatem E autem tum maxime putat esse, quum deformantem proximum non arcuerit, vel ab eo non discesserit. Hoc vero concernit eos qui reliquos contemnebant. At neque exacerbatur, postquam non deformat. Vir enim iracūdus non est boni habitus; non est venustus non decorus, non bonis moribus præditus Proinde nō deformat charitas, quandoquidē non exacerbetur, hoc est, non prosiliat in iram. Hoc iniuriam perpessos concernit.

Iracundi fœdi

Non cogitat malum. Omnia, inquit, mala patiens non exacerbatur ad iracundiam & non solum reluctatur malo, vt sese vlciscatur, sed ne cogitat quidem esse malum. Obserua autem vndique quomodo non dicat quod charitas æmuletur, sed excellit, inquit, charitas. Tum non exacerbatur; sed obtinet victoriam, imo neque sinit quempiam primum indicare aliquam malitiam, æque atque hic, Non cogitat, inquit, malum. Hoc ipsis Corinthiis dictum est, ne iniuriis iniuriam retalient.

Non lætatur super iniustitia. Hoc est, non exhilaratur si quisquam iniuria adficiatur, lædatur, patiaturque male.

Congaudet autem ueritati. At quod multo maius, inquit, congaudet probatis, & si quando veritas prosperum cursum nanciscatur, atque gloriæ sibi hoc adscribit. Ad inuidos hoc dirigitur.

Omnia suffert. Et iniurias, & plagas, & mortem. Isthuc enim ei longanimitas donat quam adesse ei confirmauit. Ad insidias tendentes hoc dicit.

Omnia credit. Quæcunque dixerit dilectus nihilque maleficum aut hulcerosum neque ipse loquitur, neque alium loqui arbitratur.

Omnia sperat, omnia sustinet. Non desperat de dilecto, sed sperat eum semper ad melius promouere. Hoc vero ad desperantes dixit. Sin quispiam a spe excidat, ac in malitia perseueret, fert dextre illius deliquia, omnia enim, inquit, sustinet. Ad facile diffidentes hæc loquitur. F

Charitas nunquam excidit Id est, nunquam inordinate se gerit, sed omnia corrigit, & in melius perducit: vel quod est melius nō dissoluitur, nō discinditur, neq; vnquā desistit, sed in futuro quoque seculo perdurat aliis omnibus abolitis, perinde ac deinceps liquet.

Charitas perpetuo durat.

Siue uero prophetiæ, abolebuntur: siue linguæ, desistent. Comemoratis dilectionis gentilibus, rursus alia quadam ratione eam exaltat, quum ait prophetiam & linguas finem habitura, charitatem vero permansuram stabilem, fineque cariturum. Si enim prophetiæ & linguæ in eum sunt finem datæ, vt fidei inseruiant, eaque recipiatur: fide vndique expāsa & explicata, merito ceu superuacaneę cessabūt etiam nunc: quanto magis in futuro?

Siue scientia, abolebitur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Quando autem uenerit quod perfectum est, quod ex parte est, abolebitur. Si scientia abolenda est, nunquid igitur in ignorātia viuemus? Minime: verum de sciētia ex parte, seu particulari loquitur, perinde ac ipse interpretatur hoc, Scientia ex parte abolebitur, adueniente cognitione perfecta. Non enim adhuc tanta sciemus, sed longe plura & maiora: quemadmodum quod vbique sit deus. nouimus quidem nunc, sed quo modo, plane ignoramus. Et

quod virgo peperit, scimus: quavero ratione non tenemus. Tum excellentius quicquam
A & commodius de illis sciemus.

Quando enim erat infans: Quum dixisset, veniente eo quod perfectum est, destruetur quod est patris: nunc etiam exemplum profert quo indicat quantum sit discriminis inter cognitionem temporis huius, & futuram. Hic enim infantibus & paruulis adsimulamur, tum vero viri erimus.

Cum infans loquebar. Tanquam ad linguas referat, dicit loquebar.

Vt paruulus sapiebam. Hoc ad prophetias referre videtur.

Vt infans ratiocinabar. Ad scientiam isthuc pertinet.

Quando in uirum creui, aboleui quae sunt infantis. Hoc est, quando in futuro seculo virilior em adeoque perfectiorem cognitionem nactus fuero, tum destruetur exigua; infantibusque adaequata scientia, quam hic habemus. Infert igitur:

Videmus enim adhuc per speculum in aenigmate. Declarat quod de infante dixit, ac demonstrat quod obscura quaepiam nobis sit hic cognitio, tum vero apertior erit. Videm⁹ em̄ inquit adhuc per speculum. Deinde quia speculum expressius repraesentat monstratae vel intuentis vel oblatae rei formam, adiecit, in aenigmate, ostendens hac ratione cognitionem quae hic nobis obuenit, prorsus exiguam esse.

Tunc autem facie ad faciem. Non quod deus faciem habeat, caeterum vt per hoc ostendat apertiorem & planiorem cognitionem, & omnino reuelatam. Facie ad faciem cognoscere.

B *Iam cognosco ex parte, tunc uero agnoscam quemadmodum & agnitus sum.* Dupliciratiōe tollit inflationem ipsorum, ostendens particularem esse cognitionem, neque hanc tamen esse propriam. Non enim ego, inquit, noui ipsum, sed ipse me agnouit. Perinde igitur vt nunc ipse me nouit, & ipse mihi accurrit, hunc ad modum ipse tunc accurram maiore cognitione quam nunc: quemadmodum qui in tenebris sedet, tantisper dum non intuetur solem, ipse non accurrit neque accedit vel peruenit ad pulchritudinem iubaris & radiorum, sed iubar ipsum sese ostendit, vbi sol splenduerit: at quando ipse radiorum fulgorem acceperit, tum & ipse sequitur lumen. Hoc igitur est quod ait, Quemadmodum cognitus sum, non quod adeo impermutabiliter ipsum agnoscemus, verum quod ipse nos accurrerit nunc. Proinde sic nos tenebimus eum, veluti siquis inueniens ingenuum infantem expositum, forma blandum & conspicuum, ipse quidem infantem agnoscens tollat, educationeque dignetur, ingenuum istum alat, ac tandem opibus splendidum reddat, & ad regiam introducat: ac puer quandiu infans manserit nihil horum sentiat, neque tollentis agnoscat humanitatem, simulac vero adoleuerit, benefactorem agnoscat, dignis eum beneficijs prosequatur. En hoc iam exemplo illustratum est quod adumbratum fuit, & nonnihil obscure dictum.

Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria haec, maior autem inter haec charitas. Sunt quidē etiamnum linguae & prophetiae & scientiae, verum obscurae. Atqui fide in omnes diffusa, vt supra dictum, omnino cessabunt: ipsa nimirum fides, spes, & charitas, his diuturniores sunt. Id enim significat per hoc quod ait. Nunc autem manet, trium istorum durationem ac stabilitatem denuncians. Atque inter haec tria charitas maior est, quando-
C quidem & in futurum seculum extendatur. Fide promulgata, ꝓphetiae euacuantur.

CAPVT XIIII.



Ectamini charitatem, Quia rem esse arduam charitatem demōstrauit, adhortatur deinceps ad eam. Nec dixit, sequimini eā sed persequimini, vehementem conatum atque diligentiam expetens. effugit enim a nobis, quare multo cursu opus est, vt eam anteuertamus.

Aemulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis. Vt ne arbitrentur quod propterea tot tantisque preconijs euexerit charitatem, vt extinguat charismata: infert, Aemulamini spiritualia, hoc est charismata, prę cęteris autē prophetiā. Hoc autē dixit linguarum causa, quarū nomine arrogantes erant.

Qui eni linguis loquitur, hoībus nō loquitur, sed deo, nemo enim audit: spiritu autē loquitur mysteria. Qui uero prophetat, hoībus loquitur aedificationem & adhortationem & consolationē. Linguas cum prophetia confert, neque omnino eas inutiles ostendit, neque omnino commodas, per seipsas videlicet. Non enim hominibus loquuntur, sed deo, hoc est, non intelligibilia & aperta hominibus dicunt, caeterum in spiritu sancto loquuntur mysteria Linguarū & prophetiae discrimen.

Quatenus itaque ex ſpiritu loquuntur, res profecto eſt ardua: quatenus autem non cõmodat mortalibus, inferior eſt prophetia. Nam illa & ex ſpiritu eſt, & commodior, eos qui non ſunt ſtabilit ædificãs, ſegniores adhortans & excitans, puſillanimes animans & conſolans. Vbique ergo Paulus illud ponit maius, quod eſt vtilius. D

Qui loquitur lingua ſeipſum ædificat qui autem prophetat, eccleſiam ædificat. Multi linguis, loquentes, non poterant aliis interpretari quæ dicerent. Illi igitur ſibi ipſis loquebantur & commodabant. Qui autem prophetat, omnes auditores iuuat. Quanto autem præſtantius eſt eccleſiam iuuare potius quam vnum, tanto etiam linguis excellentior eſt prophetia.

Volo autem uos omnes linguis loqui, magis autem ut prophetetis. Quia nõ pauci apud eos loquebantur linguis, ne videatur ex inuidia linguas eleuare & imminuere. Volo, inquit, omnes linguis loqui, non vnum aut duos, potius tamen volo vt propheteti, quandoquidem iſthuc ſit longe commodius.

Maior enim eſt qui prophetat, quam qui linguis loquitur, niſi etiam interpretetur, ut eccleſia ædificationem accipiat. Maior, inquit, eſt propheta, verum tum quum is tãtum loquitur, nec interpretatur etiam. Nam ſi nouit interpretari, æqualis eſt prophetæ is qui linguis loquitur. Aedificat enim eccleſiam, dum interpretatur quæ obſcure in lingua dicũtur. Donum enim erat interpretatio, & aliis quidem dabatur, qui ſimul linguis loquebãtur, aliis vero non dabatur. E

Nunc autem fratres, ſi uenero ad uos linguis loquens, quid uobis prodero, niſi uobis loquar in reuelatione, aut ſcientia, aut prophetia, aut doctrina? Vultis ſcire incõmodũ linguarũ quæ non exponuntur? Eſto quod ego Paulus doctor veſter loquar linguis, ſed inde ad auditores nihil emolumẽti proueniet, niſi quid dixero in reuelatione, hoc eſt, quemadmodũ conſueuerũt dicere reuelationem ex deo nacti, quę & ipſa eſt ſpecies prophetiæ, quando

Reuelatio, ꝓphetię ſpecies — multis conſtitutis vel collectis, cuiuslibet cogitationes patefactæ fuerint. Vel in cognitione, hoc eſt, quemadmodum poſſunt dicere ſcientiam habentes, adeoque myſteria diſſoluentes auditoribus. Vel in prophetia, quando quiſpiam de præteritis, præſentibus & futuris loquitur. Generatim autem & prophetia etiam reuelatio eſt. Vel in doctrina, hoc eſt, in ſermonis forma qui inſtituit, quũ de virtute vel inſtitutione fuerit diſputatio Doctrina enim & inſtitutio ad auditorum fit commodum. Nonnulli vero quod ait in reuelatione, ſic intellexerunt, quod dicant quæ facile intelligãtur, manifeſtaque & perſpicua ſint. Quod vero ait, in cognitione vel ſcientia, intelligendum putant ꝙ dicant quæ ſciri cognoſcique poſſunt.

Tamẽ inanimata uocẽ dãtia, ſiue tibia ſiue cithara, diſtinctionẽ nõ dederit ſono, quomodo cognoſcetur quod uel tibia uel cithara canitur? Ecquid dicant, inquit, quo in nobis inutile eſt quod obſcurum eſt, perſpicuum vero eſt commodo? Nam & in inanimatis inſtrumentis muſicis ſi diſtinctionem, hoc eſt diſcretionem & perſpicuitatem ſoni non habuerint, ſed omnia fuerint confuſa, non agnoſcetur quod tibia concinitur, neque animus recreabitur, neque lætitia hinc conſequetur.

Tubæ in bellis vſ9. — *Etenim ſi tuba uocem incertam dederit, quis parabitur ad prælium?* A ſuperuacaneis ad magis neceſſaria venit, tubæque meminit, inquiens: Sunt in ea quidam numeri ad bellũ concitantes, nonnulli a bello reuocantes. Quod ſi obſcuram & incertam vocem dederit, imparati erunt milites. Ecquæ eſt incerti obſcurique ſoni commoditas? F

Sic & uos per linguam niſi apertam uocem dederitis, quomodo cognoſcetur quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Ne dicant, quid ad nos tibiæ tubæque exemplum? Quia vos, inquit, niſi per donum ipſum atque linguam perſpicua verba feceritis, temere ac fruſtra loquimini, nemine audiente; vniuerſum enim requiritur vt ſit vtile chariſma. Porro ſi inutile fuit linguarum donũ, quur dabatur? Vt ille ſolus iuuaretur qui accepiſſet. Sin aliis commodare potuit, debuit vel rogare deum, quo ſibi interpretationem per vitam purgatam a vitiis daret: vel alium quempiam orare, qui interpretationis dono fulgeret, par erat. Diuus enim Paulus ideo hæc dicit, vt eos conuocet & coagmentet inter ſe mutuo, ne exiſtiment ipſi ſibiipſi ſufficere, ſed adſumant eos qui interpretari poſſint: illorum enim donum plus commodi habet.

Linguarũ multiplicitas — *Tot, ſi res ferat, genera uocum ſunt in mundo, & nihil ipſorum eſt aſonum.* Hoc eſt, tot eſſe voces in mundo contingit, nimirũ Scytharum, Indorum, Thracum, aliarumque gentium, omnes que voces dicũt & ſignificãt quicquã, neque enim ſunt mutæ, vel ſine voce gẽtes.

Si igitur ignorem uim uocis, ero loquenti barbarus, & qui loquitur, mihi barbarus. Si ignorem;

inquit, vim vocis, barbarus mihi videbitur qui loquitur, hoc est, stulta & non intelligi
A bilia sonans: & ego illi rursus barbarus censebor, non vocum sermonisve malitia, sed no
stræ ignorantiæ causa:

Sic & uos, quia æmulatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ quærite ut exuberetis:
Nonnulli hæc verba, Sic & vos, punctulo, ne sequentibus cohęreant, interstringunt, in
que hunc modum interpretantur: Sic & vos linguis loquentes incerte & obscure, bar-
ri videmini auditoribus, deinde ab alio principio legunt. Postquam æmulatores estis.
Diuus vero Iohannes coniunctim legit. Et vos igitur, inquit, æmulamini spiritua-
lia charismata: volo & ego, adeoque recipio hoc, perinde ac dixi. Veruntamen quę
rite vt exuberetis ad ædificationem siue commoditatem ecclesię. Adeo enim, inquit,
non prohibeo vobis linguis loqui, vt & abundare vos velim, modo ad publicam eas vti
litatem transferatis,

Propterea qui linguis loquitur, oret ut interpretetur. Modum explicat quo futurum est
vt charisma isthuc in publicam vtilitatem cedat. Oret inquit qui lingua loquitur, vt &
interpretationem accipiat. Proinde ipsi sibi in causa sunt quur non recipiant interpreta
tionem vt qui hoc adeo non postulent.

Si enim orem lingua, spiritus meus orat: mens uero mea sine fructu est. Nonnulli apud vete
res donum orationis in lingua accipientes, sonabant quidem Persarum aut Romanorum
voce, mēs vero eorū ignorabat quid diceretur. Ait itaq; Paulus: Spiritus meus orat, hoc
B est, donum quod mouet linguam: mens autem mea sine fructu est, quippe quæ ignoret
quid dicatur. Animaduerte hic quomodo orationis procursu demonstrauerit, sola lin-
gua loquentem, sibi etiam inutilem esse. Hac ratione sane diuus Iohannes Chrysostomus
interpretatur. Quidem vero sic intelligunt: Si loquar lingua, non autem intepreter, spiri
tus meus, siue anima mea ipsa per seipsam iuuatur, mens autem mea cura fructum est;
quum & aliis non commodet. Qui vero sic accipiunt quod dictum est, metuerunt, mea
quidem sententia, Montani deliramentum. Huiusmodi nanque is hæresim introduxit, q
prophetæ non intelligerent quæ dicerent, verum spiritu detenti dicerent, quædam, nec
intelligerent tamen quæ dicerent. At hoc non habet hic locum. Non enim de prophetis
dixit apostolus quod non intelligerent quæ ad se dicerentur, cęterum de iis qui lingua
loquuntur, neque de iis omnibus, sed de quibusdam.

Montani hæresis.

Quid igitur est? orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente. Quid
igitur, inquit, est commodius? quid necessum est ab deo petere? vt oremus spiritu, id
est, dono: imo etiam mente, hoc est, vt mente intelligamus quę sit oratio. Idem & de psal
mis intelligendum;

*Quoniam si benedixeris spiritu, locum indocti replens quomodo dicet Amen ad tuam gratiarum
actionem, postquam quod dicas, non nouerit?* Quando psallis, inquit, si benedixeris spi
ritu, hoc est spirituali dono linguæ: replens idiotæ locum, id est indoctus & popularis,
quomodo dicet Amen ad tuam orationem? Te enim dicente, in secula seculorum, obscu
re per linguam, non audiuit. Itaque non iuuatur, eique non commodat.

Intelligibiliter sacerdos deo sacra canat.

Tu quidem pulchre gratias agis, sed alius non ædificatur. Vt ne videatur omnino donum
C illud vilipendere, Tu quidem inquit belle gratias agis, sed proximi tui commodo non
accedente inutilis est gratiarum actio.

Gratias ago deo meo, quod plus uobis omnibus linguis loquar. Ne suspicentur quod ceu ca
rens eo charismate, illud ipsum eleuet ac vilipendat, eam ob rem, plus quam omnes vos
inquit linguis loquor.

*At uero in ecclesia malo quinque uerba mente mea loqui, ut & alios instituam, quam innume
ra uerba lingua per mentem meam.* Hoc est, intelligens & sciens quæ dico, vt qui pos-
sim interpretari hæc, vt & alios adiuuem. Quam innumera in lingua verba, quando
nimirum non possim ea interpretari: tum enim ad me solum commoditas redit. Quin
que autem verba dicit quisquis alios instituit, medicinam subinde cuiuis sensuum no-
strorum adhibens.

Fratres, ne sitis pueri mente, sed malitia infantes estote, mente uero sitis perfecti. Postquam cō
monstrauit quale sit linguarum donum, deinceps asperiore sermone vtitur, obiiciens
eis quod puerilia spirent & affectent. Infantium enim reuera est atque puerorum res exi
guas admirari, quandoquidem forsan sint in precio & existimatione vulgo, quales sunt
linguæ: magna vero contemnere & adspernari, vt quæ nihil noui ac decori contineant
indicentve, quales sunt prophetiæ. Adhortatur itaque eos, vt erga malitiam sic sint,

adfecti,vt pueri, hoc est, vt non efferantur, non inflentur, neque simpliciter sciant quid sit malitia,infantium instar:mente autem perfecti sint,hoc est;vt diiudicene quæ sint maiora & commodiora charismatum. Alias etiam infans est malitia, nemini vim inferens, verum infantis in morem innocens. Mente vero perfectus est, qui præterquam quod nemini damnum dee, iuuet etiam alios, nedum vitium fugiens, verum virtutem etiam insequens, seque ipsum continens, ne quenquam in rebus huius temporis lædat. Haud est dissimile huic illud:Estote prudentes sicut serpentes,& simplices sicut columbæ. D

In lege scriptum est:Quoniam aliis linguis & labiis alienis loquar populo huic,neque sic audient me,dicit dominus. Rursus prophetiam cum linguis comparat, monstrans ipsam esse excellentiorem:& quomodo hoc fiat,per sequentia planum fiat. Legem autem, vniuersū vetus testamentū appellare consueuit. Hinc quæ in Esaia leguntur, in lege dicit esse scripta. Quum vero ait, Neque sic auscultabunt mihi,indicat quod attonitos reddere atque externere potuit miraculum:at quod non persuasi sint,neque crediderint,eorum esse culpam. Deus enim quæ sua sunt,semper facit. Prouidentia porro suam ostendit,sciens eos non obtemperaturos, vt iam inexcusabiles sint.

Itaque linguæ in signum sunt,non credētibus,sed incredulis. Signū terret quidem,non docet vero prorsus, neque iuuat, quandoquidem & sæpe noceat, quemadmodum & citra interpretationem lingua, perinde ac posthac ait: Dicent quia insanitis. Atqui apostolis data sunt signa:fideles enim non habent opus hisce,vt qui iam fideles sint.

Prophetia autē nō infidelibus,sed credētibus. Prophetia, inquit, prodest fidelibus eos instituās infidelibus igitur nō est signū prophetia,neque eis cōmodat. Ecqui deinceps dicit,Si oēs prophetauerint,ingrediatur autē quispiā infidelis?En istliic infidelibus prophetia inseruit. Poteris igitur dicere,nō dixisse apostolū,inutilem esse infidelibus prophetiā, sed non esse signum illis commodi expers,vt linguas. Quo circa vt summatim dicā; lingua est in signum infidelibus, hoc est,vt terreat solum,& admirari faciat. Prophetia vero & fidelibus & infidelibus,est vtilis,ipsos arguens, etiamsi non dicatur in signum eis esse. E

Signis fideles op⁹ nō habēt.

Si igitur conuenerit ecclesia tota in idem,& omnes linguis loquantur,ingrediantur autem idiotæ & infideles, nonne dicent quod insanitis? Tacite indicat quod occasio sit noxæ etiam lingua,ni īterpretatio accesserit. Hoc autem dicit,fastum eorum tollens. Quum enim arbitrarētur se linguarum nomine esse admirationi, contrarium potius diuus Paulus ostēdit. Nam in incelebritatem potius ipsis sunt dum sint in causa quur insanire videantur. Ne existimes porro quod charismatis hoc opus sit, nēpe quod ignominia afficiat habētem, at,insipientes dicent. Nonne insanitis? Idiotæ enim dicit, aut infideles, quales erant qui apostolorum temporibus dicebant musti eos esse plenos. Nam & sapientiores ab linguis etiam nonnihil ædificationis recipiunt, vt qui apostolorum temporibus eos demirabantur,ceu magnificentiam & maiestatem dei enarrantes.

Actuū.2.

Si autem omnes prophetent,ingrediatur autem aliquis infidelis uel idiota, arguitur ab omnibus, diiudicatur ab ōmibus, sicque abdita cordis eius manifestātur, ac sic in faciē procumbēs adorat deum,denuncians quod deus uere sit in uobis. Viden' prophetiam,quomodo sit commodior, quomodo cordis abdita reuelans, faciat infidelem agnoscere deum, vt in faciem procumbat,adoretque & confiteatur quod deus vere sit in vobis. Quod in Nabuchodonosor etiam contingit. Per Danielem enim somnio illi patefacto. Reuera, inquit,Deus vester ipse est qui reuelat mysteria. Hinc igitur cognosce quod supra dictum est,quid sit in reuelatione. Ecce enim reuelatio est quædam prophetiæ species. Obserua autem quod spiritus sit deus: dicit enim deus vere in vobis est. In prophetātibus autem omnino est spiritus. Sic enim & supra dixi,quoniam prophetiæ in spiritu dantur. F

Danie.2. Nabuchodonosor.

Quid igitur est fratres? Quādo conueneritis,quilibet uestrum psalmum habet,doctrinam habet, reuelationem habet,linguam habet,interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant. Psalmos etiam olim faciebant ex dono doctrinæ pariter donū elargiebatur. Reuelationē autem ipsam prophetiam nominat specie genus vocans. Meminit autem linguę, ne omnino res esse contemptibilis videatur, neque charismatis loco digna. Cuncta, inquit,hæc ad ædificationem fiant. Christiani nanque hoc est officium,vt ædificet,vt prosit. Qui vero qui linguam tantum habet ædificare potest? Si conueniat ei cum interpretationem habente,vt ita coniuncta dona esse indicentur.

Christiani officium.

Siue lingua quisquam loquitur, per duos id fiat,aut ad plurimum treis & per partem,& unus interpretetur. Non prohibeo linguis loqui,sed citra interpretē prohibeo. Ne igitur multis linguis loquantur,ne confusio & inordinatio quædā fiat. Et per partē,inquit,id est per

A ſuceſſionem. Omnino enim interpretem adeſſe neceſſum fuerit.

Si autem non fuerit interpres, taceat in eccleſia, ſibijpſi autem loquatur & deo. Si non habuerit interpretem, in eccleſia non loquatur, vt ne videatur barbarus, haud intelligibilia & ſtulta pleriſque ſonās. Si autem adeo fuerit ambitioſus, vt nō poſſit ſilere, ſibi loquatur & deo, hoc eſt, citra ſtrepitum ac tacite apud ſeſe, vt ſoli deo audiantur quæ dicūtur, & nō hominibus. Animaduerte hic, quomodo viſus adhortari, dehortetur.

Prophetæ autem duo aut tres loquantur, & alij dijudicent. Fuerunt inter prophetas, vani etiam vates: eam ob rem dicit, vt eos dijudicent alij, ne aliquis vates vanus occultetur. Vt enim in ſuperioribus commemoratum, fuit etiam donum dijudicationis, vt agnoſcerent, qui adulterini, quive vani prophetæ eſſent. Idcirco duos aut treis prophetare dat in mandatis, vt eo melior ordo conſiſtat, neque falſi vates clanculum deliteſcant. Dijudicationis donum.

Si autem alij reuelatum fuerit ſedenti, primus taceat. Poteſtis enim ſigillatim omnes prophetare, ut omnes diſcant, & omnes conſolationem recipiant. Bonum hic ordinem & mentis humilitatem docet. Quum enim alij inſpirarit ſpiritus, tu qui prior es, tace. Si enim ſpiritus te voluiſſet loqui, non illum excitaſſet. Deinde conſolationem eis præbens, Poteſtis, inquit, ſigillatim omnes prophetare, hoc eſt, ne mœreas ne perturberis. potes enim & tu & alius & omnes per partem, hoc eſt per ſucceſſionem vaticinari. non enim vno ſolo concluditur donum, ſed omnibus datur, vt vniuerſa eccleſia diſcat & conſolationem ad

B virtutem recipiat.

Et ſpiritus prophetarum prophetis ſubijciuntur. Hoc ad conſolationem quoque eius qui conticeſcere iuſſus eſt pertinet. quod vero dicit, eſt huiuſmodi. Ne contendas, neque ſeditionem cieas. Ipſe nanque ſpiritus, hoc eſt, donum quod in te eſt, & operati ſpiritus qui in te eſt, ſubijcitur dono alterius, qui ad prophetandum concitatus eſt Quod ſi ſpiritus ſubijcitur quāto potius tu debes, qui ſpiritum poſſides, nō eſſe contentioſus? Nonnulli hanc locum hanc ad rationem intellexerunt. Vates ſane apud Græcos omnes, quando ſemel arrepti eſſent ab dæmone, etiamſi voluiſſent, non potuerunt tamen reticere. Apud nos vero ſancti prophetæ haud ſic agebant, verum in ipſorum eſt arbitratu vel loqui, vel tacere. Atque hoc eſt quod ait, Spiritus prophetarum, id eſt, dona, ſubduntur ipſis, atque in manu prophetarū eſt ſilere, vel non tacere. Ne enim dicat qui donū habet, Qui tacere poſſum, perinde ac tu mādas, quum a ſpiritu agitatus loquar? Atqui ſpiritus, inquit, qui te agitat, tibi ſubditur, inque tua deinceps poteſtate ſitum eſt tacere. Ne igitur nequicquam prætexe ſpiritum. Prophetę ſi velit tacent, non itē vates phanatici.

Non enim ſeditionis deus eſt, ſed pacis, quemadmodum in omnibus eccleſijs ſanctorum. Indicat quod deo etiam placeat priorem tacere. Non enim eſt deus ſeditionis & confuſionis, quæ ex eo quod non ſileant ſed omnes prophetare velint, naſcitur, verum pacis eſt deus. Ipſa vero pax in omnibus eccleſijs ſanctorum, hoc eſt fidelium, verſatur. Sunt enim & Græcorū & Iudęorū eccleſiæ. Pudeat igitur vos præter & contra omnes eccleſias viuere.

Vxores ueſtræ in eccleſijs taceant. nō enim permiſſū eſt eis loqui, ſed ſubijci, perinde ac lex dicit.

C Quum omnia pulchre ordinaſſet & quæ de linguis & quæ de prophetis in quæſtionem veniebant, vt ne multi prophetent, vt ita confuſio & ſeditio ex eo ſubnaſcatur abſurdā nunc & indecoram mulierum in eccleſia turbationem tollit, vt in eccleſia taceant præcipiens. Deinde quod maius eſt, conuenientius ait eſſe vt ſubijciantur. Subiectio enim cum timore ſilentium indicat, perinde ac in famulabus fit. Legem autem Geneſis librum appellat, in quo ſcriptum eſt: Ad virum tuum conuerſio tua, & ipſi tui dominabitur. Si igitur decretum eſt vt viro ſubdatur, quanto magis ſpiritualibus in eccleſia doctoribus. Lex, Geneſis liber Gen. 3.

Si autem quid diſcere uolunt, domi maritos ſuos interrogent. Perinde ac ſi quis dicat, Niſi loquantur, quomodo diſcent quæ ignorant? Domi, inquit, ab ſuis maritis diſcant. Hoc autem & illas ornatas reddit, & viros attentiores facit, vt qui debeant, quæ in eccleſia audiuerunt, vxoribus eos interrogantibus recitare, ac veluti apud eas deponere. Obſerua autem quod ne de neceſſarijs quidem rebus & animę commodis, mulieribus loqui permiſſum eſt in eccleſia.

Turpe nanque eſt mulieribus in eccleſia loqui. Forſan illæ putabant ſibi decori eſſe in eccleſia colloquia miſcere, ipſe vero diuerſum ait, id eſſe dedecori atque pudori illis adſeuerans.

Num à uobis uerbum dei exiuit? aut ad uos ſolos peruenit? Veluti aduerſus quoſdam ſibi contradicentes hic ſermo formatus eſt. Quid enim, inquit, mihi aduerſamini, nec putatis eſſe pulchrum, tacere in eccleſia fœminas? Nunquid vos eſtis docto-

res?aut a vobis exijt prædicatio verbi ad reliquos? vel apud vos solos stetit fides, nec oportet vos ab alijs accepta recipere? Neque igitur vos primi estis fideles, neque sol. Est D
igitur operæprecium, quæ vniuerso placeāt orbi, vos etiam amare.

Si quis uidetur propheta esse, aut spiritualis, agnoscat quæ scribo uobis, quoniam domini sunt mādata. Quod omnium est fortissimum, postremo loco posuit. Deus inquiens, hæc imperat per me. Atque hoc omnino sciat, qui visus fuerit apud vos esse propheta, vel aliud quoddam spirituale donum habere.

Si autem quis ignorat, ignoret. Hoc est, ego dixi qui vult obtemperet. Si vero loqui hominis est sua non commendantis, cæterum rem tantummodo publicam spectantis. Consueuit autem Paulus hoc facere, vbi non admodum necessarium est opponere se cuiquā. Quid enim Paulo necessarium reniti alijs, atque persuadere velle, quum dei sint mandata quę dicat, quumque ad discipulos dicat, maxime quum adfirmet spiritualem hominē cogniturum quod hæc diuina sint? perspicuum enim est iam antea nos omnes persuasos eum diuina ac cœlestia loqui. Vt spirituales videantur, hæc profert.

Itaque fratres mei, æmulamini prophetare, & linguis loqui ne prohibeatis. Vbi de charismatibus disputasset, in medium simul de mulieribus sermonem intulit ac inseruit. Nūc rursus de charismatibus disserit, primas prophetiæ tribuens, æmulamini inquiens: secundas vero linguis. Atqui non dixit, permittite loqui, sed ne prohibete: quod dicere solemus in rebus non perinde necessarijs, neque adhortantes, neque dehortantes.

Omnia decore ac secundum ordinem fiant. Veluti in summa hic omnia corrigit, & quę E
linguis loquentes respiciunt, & quæ mulieres in ecclesijs loquentes contingunt, ac simpliciter omnia quæ apud illos haud iusto ordine fiunt. Decore autem & ordine fieri queant, si linguis loquentes cum interpretatione loquantur, non veluti insanientes: si prophetæ sibi mutuo cedant, si fœminæ conticescant.

CAPVT XV.



Otum autem facio uobis fratres Euangelium, quod prædicaui uobis. Ad sermonem de resurrectione incidit, quæ caput est nostrę fidei. Si enim non est resurrectio, neque Christus excitat⁹, est. Quod si non est excitatus, neque incarnatus est: efficiturque hac ratione, vt vniuersa fides nostra labefactata euanescat. Quoniam igitur resurrectionis caput apud Corinthios languebat & claudicabat: (sapientes nanque Græci mundanarum rerum iudicio clari omnia suscepissent præter resurrectionem) de hoc igitur contendit Paulus. Sapientissime vero recordatur ea, ipsisque ad memoriam reuocat, quæ iam antea crediderant, & in quibus persuasi erant. Nihil nouū aut peregrinum dico, sed quod iam antea vobis cognitum, obliuioni vero propemodum traditum, ad memoriam vobis reuoco. Fratres porro eos nominans, partim placauit, partim memoriæ suggessit vnde F
fratres facti simus, nimirū ab incarnati Christi aduentu, qui periculum erat ne crederetur, qui ægre recipiebatur: tū a baptismate, quod sepulturæ & resurrectionis dñi typus est. Euangelium autem dicens, innumerorum bonorum meminit quibus per incarnati Christi aduentum & resurrectionem potiti sumus, quibusque persuasi.

Resurrectio, caput nostrę fidei.

Roma. vi

Quod & accepistis. Non dixit, quod audiuistis, sed quod accepistis: non enim sermōne tantum, sed per opera & miracula Euangelium acceperant. Ac vt iuxta eis persuadeat vt hoc ceu depositum asseruent & retineant.

In quo & statis, in quo & seruamini. Etiamsi concussi nonnihil essent, stare tamen eos ad serit in hoc, libenter simulans se ignorare, atque anteuertens eos, vt etiamsi maxime velint, negare tamen haud possint. Ecquæ commoditas est in euangelio stare? Seruare æternum.

Quemadmodum euangelium prædicaui uobis. Quod ait, huiusmodi quiddam est. De hoc quod resurrectio sit nihil vobis indico, quandoquidem hac in re non sitis concussi nec labefactati. Huius autem fortasse rei cognitione opus habetis, quanam ratione futuram resurrectionem vobis prædicauerim, vt hoc vobis pandam, quomodo videlicet futura sit resurrectio.

Si tenetis, nisi frustra credidistis. Quia dixerat, statis, ne segniores eos faciat, adijcit,

ſi tenetis. Retinetis autem & nouiſtis omnino, niſi temere credidiſtis, pro eo quod eſt, niſi
A fruſtra nominamini Chriſtiani. Chriſtianiſmi nanque vniuerſum negocium in reſurrectio Chriſtianiſmi negociū totum in reſurrectiõe conſiſtit.
nis dogmate ſitum eſt.

Tradidi enim uobis in primis, quid & acceperam. Tanquam ingens ſit de reſurrectione articulus. Tradidi, inquit, vobis in primis. velut enim fundamentum eſt vniuerſæ fidei. Accepi autem & ego ipſum, ab Chriſto nimirum. Quemadmodum igitur ego retineo, debetis & vos illud ipſum retinere. Et quia in primis accepiſtis, præter ius & fas iam de reſurrectione ambigitis, quam tanto tempore credidiſtis.

Quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas. Chriſti perſpicue in Paulo loquẽtis hæc verba ſunt. Quia enim Manichæi dicturi erant ꝙ Paulus mortẽ peccata vocet, & ab his liberationem, reſurrectionem, per hæc verba eos redarguere placuit. Mortuus eſt enim Chriſtus, qua morte omnino corporea haudquaquam enim peccatum fecit. At vero ſi adeo impudentes ſunt, vt audeant affirmare Chriſtum etiam in peccatis obiiſſe: quomodo, inquit, pro peccatis noſtris mortuus eſt? Si enim & ipſe peccator eſt, quomodo pro peccatis noſtris mortuus eſt? Præterea quum ait, ſecundum ſcripturas, aperte palam eos pudefacit. Vniuerſæ nanque ſcripturæ de corporea hac Chriſti morte teſtimoniũ dicũt, vt: Foderũt manus meas & pedes meos. &: Videbũt in quẽ pupugerũt. &: Sauciatus eſt propter peccata noſtra. &: Pro peccatis populi mei veni in mortẽ.

Eſaiæ.liii. Pſal.xxi. Zacha.12 Iohan.19

Et quia ſepultus eſt. Igitur corpus etiam habuit, quod enim ſepelitur, corpus eſt. Eſa.liii.
B Non appoſuit autem ſecundum ſcripturas, vel quia omnibus ſepultura Chriſti conſtaret, Oſe.vi
vel quod ſecundum ſcripturas, ad ſequentia repetendum ſit.

Et quod excitatus ſit tertio die, ſecundum ſcripturas. At vbi ſcripturæ loquuntur quod tertia die ſit excitatus? Per Ionæ prophetæ figuram: & ante hunc, ex eo quod Iſaac tertio dei matri viuus ſit conſeruatus, etiamſi mactatus videretur: & aliis innumeris in locis. Tum a verbis Eſaiæ vatis: Dominus vult purgãre eum a plaga, vt monſtret ei lumen. Poſtea Dauidis: Non derelinques animam meam in inferno.

Ionæ.ii. Gene.xxii. Eſaiç.liii. pſal.xv.

Et quia uiſus eſt Cephæ. Primum, qui cæteris omnibus autoritate præeminebat, ponit. Atqui Euangelica hiſtoria teſtatur ipſum primum Mariæ Magdalenæ apparuiſſe. Recte quidem: cæterum quod ad viros attinet, primum a reſurrectione exhibuit ſe conſpiciendum Petro, ceu inter diſcipulos primum obtinenti locum. Par enim erat, vt qui primum confeſſus eſſet Chriſtum, reſurrectionem eius primum videret. Et quia eum abnegauerat, apparet ei primum, vt oſtenderet ei eum propterea non eſſe reiectum.

Lu.xxiiii Mar.xvi. Matt.xvi. &xvi

Deinde duodecim. Atqui Mathias primum poſt aſſumptionem domini in cœlos, in Iudæ locum ſubrogatus eſt: quomodo igitur duodecim apparuit? Dicimus igitur veriſimile eſſe, quod Mathiæ quoque poſt aſcenſionem ſuam apparuerit, quandoquidem & Paulo poſt aſſumptionem vocato viſus eſt. Eam ob cauſam neque tempus dixit; ſed indefinite poſuit. Quidam hic dicunt, lapſum aut errorem eſſe in ſcribendo, vel quia dominus præſcienti oculo ſciens & videns illum eſſe vndecim iſtis cõnumerandum, viſus eſt ei, ne hac in re cæteris apoſtolis inferior videretur. Tale quiddã & diuus Iohãnes tradit:
C Thomas autem vnus ex duodecim. Potius autem dixerit aliquis quod ſecundum prædeſtinationem Mathiam reliquis apoſtolis adnumerarit, quam ipſum etiam Iudam poſt proditionem & ſtrangulationem.

Mathiæ quõ apparuerit Chriſtus. Iohan.xx

Deinde uiſus eſt pluribus quam quingentis fratribus ſimul. Poſt demõſtrationem ex ſcripturis, teſtes producit apoſtolos & reliquos fideles homines. Nõnulli aduerbiũ ἐπάνω (quod hic per, pluribus quam, reddidimus ſententiæ cauſa) pro eo quod eſt deſurſum; & ex cœlis, accipiunt. Surſum enim & ſupra caput eis viſus eſt, vt & ad cœlos aſſumptionem ſuam firmaret. Quidam vero ſupra quingentos, pro pluribus quam quingentis intellexerũt.

Ex quibus plures etiamnum ſuperſunt, nonnulli uero etiam dormierunt. Habeo inquit, teſtimonia viua. Per dictionem autem dormierunt, reſurrectionis principium præſtruxit: Qui enim dormit, reſurgit etiam.

Deinde uiſus eſt Iacobo. Fratri domini, qui ab ipſo primus Hieroſolymorum epiſcopus conſtitutus erat.

Poſt apoſtolis omnibus. Fuerunt enim & alii apoſtoli, vt ſeptuaginta.

Poſtremo autem omnium tanquam abortiuo uiſus eſt & mihi. Mentis non arrogãter de ſe ſentiẽtis verba ſunt. Sapienter autẽ vſus eſt deiectione hac, vt ſi, quẽadmodum quũ magnũ illud verbũ profert, Abundãtius omnibus aliis laboraui, hic dicas nõ adhibeatur ei

fides ceu arroganti. ἔκτρωμα, id est abortiuum, proprie dicitur fœtus in vtero qui iustum incrementi sui & maturitatis tẽpus non expleuit, quo mulier, si abortiat, orbatur. Quia igitur ipse se indignum apostolici muneris functione dicit, ac reiectitium, sic seipsum nominauit, ceu imperfectum & immaturum quantum ad apostoli dignitatem & autoritatem attinet. Nonnulli per abortiuum, postremum fœtum intellexerunt, quandoquidem & ipse postremus apostolorum fuerit. At enim eam ob rem nihil Pauli autoritati decedit, quod postremus dominum conspexerit.

ἔκτρωμα,

Ego enim sum minimus apostolorũ, qui non sum idoneus uocari apostolus, eo quod persecutus sum ecclesiam dei. De seipso demonstrat: nec dixit duodecim tantum, verum & aliorum omnium. Considera autem quomodo eorum peccatorum meminerit, a quibus liberatus sit per baptisma, vt ostendat quid donauerit & quantum sibi deus. Quã ob causam vero seipsum testem resurrectionis Christi, quod sibi quoque visus sit, producit, vt proprios defectus recenseat, quo maiorem verbis suis fidem conciliet. Qui enim reuera suas iniurias fatetur, alij haud incassum blandietur gratificabiturve.

Gratia autem dei sum quod sum. Defectus suos sibi ipse imputat, virtutes autem gratiæ dei refert acceptas.

Et gratia ipsius in me non uana facta est, sed abundantius omnibus ipsis laboraui. Hæc quoque cum demissione sui dixit. Nec enĩ dixit, q̃ digna sunt gratia, transegi: verum, non vana, inquit, gratia dei in me inuenta est. Quomõ? nã plus quam oẽs apostoli laboraui. Nec dixit, periculis obnoxius fui: sed tenuiter & humiliter loquens, laboris vocabulo & defatigationis vsus est, vt laudem suam succideret. Cæterum vt fide dignus iudicaretur, hæc de seipso commemorat. Oportet enim doctorem fide dignum esse.

Doctor fide dign⁹ esto.

Non ego autem, sed gratia dei mecum. Laborare ipsum, gratiæ dei, non meum opus, neque mea virtus est.

Siue igitur ego, siue illi, sic prædicamus, & sic credidistis.

Siue, inquit, ego laboraui, siue illi, circa prædicationem tamen omnes sumus concordes. Nec dixit, si mihi non adhibetis fidem, illis obtemperate, seipsum enim vilipendisset: neque testem hic quempiam autoritate cõspicuũ producit, sed ipse sese existimat sufficere, & illos per se sufficientes esse autumat. Quum ait prædicamus veritatem concionum suarum denunciat. Non enim in abscondito loquimur, sed palam: & non aliquando, sed nunc. Et sic credidistis. Nec dixit, nunc creditis, quoniam fide iam vacillabant concutiebanturque. Cum alijs autem, & ipsorum fidem, veritatis testem vocat. Non enim simpliciter credidissetis sermonibus mentitis ac deceptorijs, nisi persuasi essetis vera esse quæ publice vobis annunciabantur.

Si autem Christus prædicatur quod ex mortuis excitatus est, quomodo dicunt quidam inter uos quod resurrectio non est?

Optime ratiocinatur. Demonstrato enim primum quod Christus resurrexit, & quod sic prædicatur ab se & apostolis, ex illius excitatione communem omnium resurrectionem confirmat, ceu reliquo corpore caput sequente. Non autem omnium facit accusationem ne impudentiores faciat, sed quidam inquit dicunt.

Resurrectio nostra ex Christi resurrectione asseritur.

Si autem resurrectio non est, neque Christus excitatus est. Vt ne dicant, CHRISTVS excitatus est, sed non ideo vniuersalis erit resurrectio: confirmat hoc inquiens, anteuertendo huiusmodi obiectionem. Neque Christus excitatus est, si mortuorum resurrectio nõ est. Vtrunque enim vtriusque est confirmatio. Cuius enim gratia resurrexisset, nisi debuisset primitiæ nostri esse?

Si autem Christus non est excitatus, uana est prædicatio nostra, uana est etiam fides uestra. Si enim mortuus non potuit resurgere: neque peccatum sublatum est, neque mors sublata est, ac deinceps vana prædicauimus nos, vosque vana credidistis.

Inuenimus etiam & falsi testes dei, quoniam frustra de eo testificati sumus, quod excitarit Christum, quem non excitauit, si quidem mortui non excitantur. Impij, inquit, inuenimus, quoniam calumniati sumus deum, quoniam excitauerit, quem non excitarit tamen. Hoc autẽ contingit, si mortui non excitantur. Quocirca quum absurdum inde colligatur neque illud est credendum, mortuos nempe non excitari.

Si enim mortui non excitantur, neque Christus excitatus est. Si autem Christus non est excitatus, uana est fides uestra. Rursus eodem certat argumento. Nam enim ob causam resurrexit Christus, vt vniuersalem resurrectionem faceret. Sin resurrectio non est, igitur ne ipse quidem resurrexit. Hoc dato, vana est fides vestra: quod absurdum est.

A *Quoniam estis in peccatis uestris.* Si enim non est excitatus, neque mortuus est, neque peccatum soluit. Mors enim ipsius, peccati est dilutio. Ecce enim, inquit agnus dei, qui tollit peccata mundi. Agnum autem omnino propter mactationem appellauit. Quod si peccatum non sublatum est, in eo estis prorsus. Ecqui credidistis quod ab eo liberati sitis? Ioan.1.

Itaque & qui dormierunt in Christo, perierunt. Id est, qui propter Christum mortui sunt, ac testimonium perhibuerunt, perierunt, si non est resurrectio. Cuncti præterea simpliciter Christiani qui in fide erga Christum, & vita angusta & afflicta dormierunt, interierunt, delectabilibus mũdi orbati: neque posthac aliquo bono fruituri sumus, si resursectio non erit.

Si in uita hac in Christo tantum sperantes sumus, miserabiliores omnibus hominibus sumus. Si ad hanc vsque vitam nostra sese tantum ostendunt, atque in hanc solum vitam incumbimus in Christum sperantes, hoc est, spem in Christum habentes, nec est illic alia vita, miseriores sumus cunctis mortalibus: quippe qui neque præsentibus fruimur, vt supra commemoratum, nec futura bona sumus consecuturi, propterea neque resurgemus, vt quidam dicũt. Sed fortasse dixerit quispiam, quod anima sola fruetur bonis. At qui hoc fiat, quum ipsa non sola laborauerit, sed corpus etiam eam adiuuerit? Vbi nam igitur iustum manet, si quod plurimum laboris sustinuit corpus, in nihilum redigatur, ac nullo bono perfruatur, sola anima coronam recipiente? 1.Cor.4

B *Iam uero Christus ex mortuis excitatus, primitiæ dormientium factus est.* Postquam demonstrauit quam absurda nascantur ex eo si quis non credat resurrectionem, repetit eundem sermonem, huiusmodi quidam dicens: Hæc sequuntur & emergunt si non est communis resurrectio, nempe quod Christus non sit excitatus. At qui Christus excitatus est. Resurrectio igitur communis erit, atque hæc absurda non euenient. Continuo autem ex mortui apponit, Manichæorum ora obstruens. Quod si eorum qui dormierunt, primitiæ est, & ipsos omnino resurgere oportet. Primitiæ nanque ad sequentes respectum habet, veluti siquando vnus ex multis fecerit primus incipiens quod alij deinceps sint facturi. Manichæorũ error.

Postquam enim per hominem mors, per hominem & resurrectio mortuorum. Quare in Christo omnes resurgent.

Quemadmodum enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuifi cabuntur. Causam reddit per quam creduntur ac firmãtur quæ commemorata sunt. Oportuit enim ipsam victam naturam vincere, & eum qui deiectus erat, euincere. Nam in Adam, hoc est per lapsum Adami, omnes a spe exciderunt. Sic igitur in Christo omnes resurgent, hoc est, quia Christus inuentus est sine peccato nec mortis reus, & propterea quod voluntarius mortem subierit. Resurgere vero Christum necesse erat, quatenus impossibile erat ipsũ teneri a corruptione, principẽ nimirũ vitæ. Hæc autẽ omnia aduersus Manichæos.

Vnusquisque in proprio ordine. Ne audiens cunctos viuificandos, arbitreris & peccatores æternum beari, subintulit, quantum ad resurrectionẽ attinet, quod omnes viuificabũtur: verũtamẽ vnusquisque resurget in suo ordine, hoc est, pro sua quisque dignitate.

Primitiæ Christus, deinde qui Christi sunt, in aduẽtu eius: postea finis. Primitiæ adeoque via resurrectionis Christus est: post ipsum, quid ad eum pertinent, hoc est fideles, & probati C in ipso, primi resurgent, illo ex cœlis veniente. hoc enim est quod ait, in aduẽtu ipsius. Est enim par, vt iusti priuilegio quopiã gaudeant, atque in ipso excitentur. Quũ enim rapiẽdi sint i aera in occursũ domini, præ alijs excitãtur. Itaque peccatores infra expectãt iudicem, ceu cõdẽnati & aduersarij. Deinde omniũ rerũ cõsũmatio erit, ipsiusque adeo resurrectionis, ceu omibus in cõmune vniuersim excitatis. Nec enim, vt nũc fit, Christo solo resurgente, res humanæ suum priorem statum locumque obtinent, sic tum erit: verum omnia finem accipient. 1.Thes.4

Quando tradiderit regnum deo & patri. Duo regna scriptura nouit, alterum quidem vendicationis & vsurpationis, alterum vero creationis. Creationis igitur nomine, in oẽs Græcos, Iudeos, ipsos dæmones, ac nolentes imperium exercet. Omnium vero fidelium dominatur, qui suapte sponte subijciunturChristo vendicationis ratione, hoc est, quod eos sibi propriõs & familiares reddat, & suo per verbum regno accenseat. De hoc itaque regno dicit scriptura: Postula a me & dabo tibi gentes: &, Data est mihi omnis potestas. Hanc tradit patri, hoc est, transigit strenue & perficit, veluti rex quispiam bellum filio suo commiserit aduersum gentes quæ defectionem sint molitæ, vt eos gubernet. Cõfecto itaque bello, domitis & subactis rursũ gentibus, tunc dicitur bellũ tradere patri, hoc est, submonstrare quod delegatum sibi opus perfecerit. Ait itaque Paulus, quod simul atque omia subiecerit filius tũ finis sit. Tũ enim perfecte Christ⁹ super nos regnat. Nec porro di- Regna duo. Psal.2. Matth.28 Psal.2

uersum erit cum deo & Cæsare imperium. Tanquam enim direptum ab tyranno re-
gnum ipse accipiens, & eripiens, liberum commendat patri, D

Quando aboleuerit omnem principatum & omnem potestatem & uirtutem. Hoc est, quan
do viceris & compescuerit prauas potentias. Hodie nanque dominentur in multis, cum
vero quiescent.

Oportet enim ipsum regnare tantisper dum posuerit omnes inimicos suos subter pedes suos, po-
Psal. cx. *stremus hostis destruetur mors.* Quia dixerat Christum destructurum defectrices poten
tias, ac trophæa statuere, verisimile erat quempiam dubitare, ac dicere: Fortasse debili-
tabitur seu deficiet vsque dum omnia hæc perfecerit. neque quicquam poterit ea cõple-
re: ad hoc, Haudquaquam inquit destituetur viribus, sed operæ est precium ipsum re-
gnare tanquam regem, & eum qui possit habenas imperij moderari, donec subiecerit ho
stes, ac ipsam ad vltimum mortem. Qui enim diabolum subegit, perspicuum est quod &
opus ipsi⁹ mortem subijciet. Quomodo autem apparere queat mortem esse deuictam &
subactam, nisi corpora quæ continebat, euomuerit? Tum enim proprie victoria obtine-
tur, quum & spolia direpta fuerint. Ne igitur cũ audias quod destruet omnem principa
tum & potestatem, metuas ꝙ viribus destituatur, nec possit hęc præstare: faciet, inquit;
omne administrans & gubernans bellum, tantisper dũ oẽs subegerit. Viden' quod dictio
ἄχρις, id est donec, non posita sit vt tollat imperium eius posthac? At qua de causa di-
ctũ est? Durat enim eius imperium, & ꝑpotens est, nec labefactabitur, donec omnia con-
Donec particulæ vis. fecerit. Posthac vero multo magis imperio florebit, regni enim eius non erit finis Grego- E
rius autem theologus adseuerat, quod regnare hic dicitur, hoc est facere operarive subie
ctionem, nosque suo imperio subdere. Vnde postquam subiecti fuerimus ipsi, cessat hu
iusmodi regnum, hoc est conatus & efficacia qua in gubernatione nostri vtitur. Perinde
Regnare Christi. nanq; ac architectõ ædificat interea vsq; dũ apposuerit fastigiũ tecti, posthac vero ędificã
di opere vacat, atq; ab structura desistit: hãc ad rationẽ & fili⁹ regnat, hoc est, operatur &
exercet imperiũ suũ in nos, tantisper dũ regno eius plane subiugati fuerimus.

Omnia nanque subiecit pedibus eius. Quando autem dicat quod omnia subiecta sunt ei, uidelicet
Psal. viij: *præter eum qui ei subiecit omnia.* Quia dixerat de filio quod aboliturus sit hostes, tro-
phæaque erecturus, metuit ne aliud quoddam principium ingenitum existimetur filius
Ad patrem igitur omnia refert, inquiens quod ipse filio subiecerit hostes. Quia vero ad
Græcos scribebat, quorum opinio erat quod Iupiter insurrexisset aduersus patrem, con
demnans eum, & e regno deijciens: metuit ne tale quiddam de filio suspicentur, ceu in-
surgente aduersus patrem. Omnia, eam ob rem inquit filio sunt subiecta, dempto pa-
tre. is nanque subiecit etiam cuncta alia filio.

Quum autem subiecta fuerint ipsi omnia, tunc & ipse filius subijcietur ei, qui omnia potestati ip
sius subdiderat. Ne quis dicat, Si patri non est subiectus filius, nihil prohibet patre fi
lium fortiorem esse: hanc suspicionem ex abundanti diluit, inquiẽs quod & filius subijcie
tur patri, & filij erga patrem concordiam & vnanimitatem ostendens. Noueris itaque pa
trem esse causam & fontem potentię huius quæ est in filio, neque filium aliam quampiã
vim patri contrapositam putes. Quod si plus quam par est humili dictione vsus est a- F
postolus, ne mireris. Est enim in more diuo Paulo, vt siquando funditus quicquam tol-
1.Cor. vij. lere velit, multa vtatur redundantia: quemadmodum demonstraturus fidelem mulierem
non coinquinari neque lædi si cohabitet marito infideli, Sanctificatus est, inquit, marit⁹
infidelis in vxore fideli: non hoc dicens, quod infidelis quum sit vir, sanctus reddatur, ve
rum dictionis istius excellentia ostẽdens quod nihil lędatur fidelis ipsa coniunx: sic hoc
in loco subiectionis vocabulo funditus tollit prauã istam suspicionem, qua suspicari fors
quisquam poterat filium patre esse fortiorem, vt qui tãta transigere possit. Atqui Theo-
logus Gregorius adserit quod filius omnia nostra sibi propria faciens, nostram etiam sub
iectionem propriam reputet. Nunc vero seditionem quandam ciemus aduersus deum,
infideles quidem, cũ eum abnegant: fideles vero, dum affectibus suis inseruiũt multi etiã
si subiecti secundum hoc simus. Quũ vero alij quidem agnouerint quem nunc negant,
alij vero translati fuerimus ab affectibus in hac vita omnino, tunc dicetur filius esse sub-
iectus. Humanitatis enim personam subiens, sua facit quæ nostra sunt.

Vt sit deus omnia in omnibus. Hoc est, vt omnia a patre dependeant, ne duas quispiam po
testates, potestatis expertes, vel citra imperium esse suspicetur, adeoque dissectas ac di-
uisas inter sese: quandoquidem hostes sunt sub pedibus filij: filius porro non est sedi-
tiosus, non dissidet a patre, verum quemadmodum par est, deo patri subditur, obedit.

A Omnino autem deus pater erit omnia in omnibus. Nonnulli malitiæ sublationem denũciari aiunt per hôc quod omnia sint subiecta. Quum enim peccatum porro non fuerit, planum est quod deus omnia in omnibus erit, quando non amplius motibus & affectib^9 succubuerimus, ita vt nihil omnino dei, vel parum in nobis feramus, sed toti dei similes, totius & solius dei capaces erimus. Omnia sane cum nobis deus erit, & cibus, & potus, & cogitatio, & indumentum, & motus.

Postquam, quid facient qui pro mortuis baptizantur? si omnino mortui non excitantur, quid & baptizantur pro mortuis? Marcionistæ hæretici, si quis nõ baptizatus apud eos moreretur, sub defuncti vita lecto viuentem quempiam occultantes accedunt lectũm, interrogantes mortuum, num velit baptismate tingi. Atque hic respondente eo sub grabato quod velit baptizant eum pro defuncto vita, Deinde hanc ob rem in iudicium vocati, aut accusati, defẽdũt sese hoc apostoli loco, affirmãtes apostolũ hoc, dixisse, hæc apostoli verba producentes stolidi homines. Id vero sic non habet: at quomodo? Baptizandi symbolum religionis seu fidei Christianæ annunciant omnino. In eo enim symbolo, cum alijs & hoc adiectum est. Credo resurrectionem mortuorum. Dicit igitur, quod qui crediderũt futurã esse resurrectionẽ mortuorum corporum, & qui baptizati sunt in talem spem, quid facient decepti? Quid autem omnino & baptizantur homines super resurrectione, hoc est, in expectatione resurrectionis, si mortui non excitantur? Marcionistarum error. Baptizari pro mortuis.

B *Quid & nos periclitamur omni hora?* Si igitur recipitis ad demostrationẽ resurrectionis, confessionem verborum quam faciunt qui baptizantur, accipite & vocem quæ per res ipsa loquitur. Nos enim apostoli omnes nunquam non periculis sumus obnoxij, & ni si esset resurrectio, cui^9 rei gratia pericula sustineremus? vt aliquod videlicet bono potiamur? At enim si quis ambitione ductus pericula subeat, semel forsan atque iterum periculum elegerit, verum in omnẽ æque horam atque nos, nõ faciet. Hæc enim demonstratio est euidens, nos de resurrectione certos esse.

Quotidie morior ob uestram gloriationem, quam habeo in Christo Iesu domino nostro? Quũ dixisset, in periculis versamur, pericula hic expressit, imo potius maius quiddam, quotidianas videlicet mortes. Quomodo autem in singulos dies moriebatur? Animi promptitudine, & quia ad hoc instructus fuerit, & quia talia pertulerit, quæ mortem adferebant. Ob vestram gloriationem, id est vestram ob promotionem & profectum, cuius gratia glorior. Gloriatio autẽ præceptori, discipulorum est progressus. Deinde Christo hic adscribens, quam habeo, inquit, in Christo Iesu, illius enim opus est, non meum. Sapientissime autem eos commonefacit. Vt, inquit, de vestro in fide progressu glorior, sic tristabor, inquit, si perpetuo deinceps adeo misere vos geratis, vt animi pendeatis num mortui resurgant, necne. Paul^9 se per mori paratus.

Si secundum hominem aduersus feras pugnaui Ephesi, quæ mihi commoditas? Quatenus ad homines peruenit, cum feris dimicaui. Quid enim si deus e periculis me eripuit? Quid mihi prodest, si resurrectio non sit? Pugnam autem cum bestijs appellat contẽtionẽ aduersus Iudæos & Demetriũ argẽtariũ. Quid enim isti a belluis distabãt

C *Si mortui non resurgũt, edamus & bibamus, cras morimur.* Si mortui non excitantur, neque erit in futuro quædam cõmoditas, fruamur deinceps bonis nobis in hac vita obtingentibus, edendo nimirum & bibendo: hæc enim tantum lucramur. Hoc autem verbi ex Esaia protulit, dementiam taxas eorum qui negnant resurrectionem. Act.19.

Ne erretis: Mores boni perduntur prauis fabulis. Ad adhortationem sermonẽ vertit. Tacite autem eos veluti insipientes & leues accusat. Hoc autem indicat per hoc quod ait, ne erretis. Bonos autẽ mores vocat, quibus facile imponi potest. Indicat porro quod & alios ad hos clam pertrahant. Esa ia.22.

Sobrij estote iuste, & ne peccetis, ignorantiam enim dei quidem habent. Tanquam temulentiæ studeant, sobrij, inquit, estote, Iuste vero, veluti vtiliter. Potest enim quispiam iniuste etiam sobrius esse, veluti ad malum. Et ne peccetis: hinc enim est quod resurrectioni non credatis. Qui enim sibi sunt conscij malorum, non persuadentur nec credunt esse resurrectionem, metu pœnarum. Ignorantiam autem dei habent, qui resurrectioni non adhibent fidem. Non enim nouerunt dei potentiam, Nec dixit habetis, sed habent, faciliorẽ ita accurationem faciens. Resurrectio vnde quibusdã non credita.

Ad ruborem uobis hæc dico. Postquam satis eos carpsit, consolatur eos, dicens: Hæc dixit, non vt hostis vobis obijciens, sed vt pudore suffunderemini, vt reducerem vos ad emendationem, pudefactos nimirum, ac decorum cogitantes spirantesque.

Sed dicet aliquis quomodo excitantur mortui? qualis autem corpore uenient? Non dixit, vos dicitis, vt sic inuisus reddatur sermo, tanquam de alijs non credētibus hęc inquirat. Duo D
autem sunt de quibus dubitatur: ipse resurrectionis modus, & quomodo excitatur semel dissolutum corpus, & quali corpore resurgit, hoc, vel alio quodam. Per exemplum autem grani duo dissoluit.

Insipiens, tu quod seminas, non uiuificatur, nisi moriatur. A perspicuo quopiam, & ab eo quod palam agitur, facit dilutionem, Hinc & dementes eos vocat, vt qui adeo manifesta ignorent. Tu inquit quod seminas, qui corruptibilis es, ecqui de deo hæsitas? Non viuificatur, inquit, nisi moriatur, dictionibus vsus non seminibus sed corporibus proprijs & accommodis. Non enim dixit quod alias non germinet nisi dissoluatur, sed non viuificetur, nisi moriatur. Obserua quomodo in contrarium sermonem conuerterit (illis enim videbatur ambiguum quomodo post mortem excitemur) quoniam morimur, perīde quasi non liceret aliter viuificari, ni mors esset.

Et quod seminas, non corpus quod nascetur seminas, sed nudum granum, uidelicet frumenti, uel cuiuspiam reliquorum. Quum duo esse quæ controuerterentur adduxisset, quomodo nimirum excitentur mortui, & quali corpore: quomodo excitentur, dissoluit, nempe per mortem; quemadmodum & granum. Iam vero quum interpretatur quali corpore resurgant, diluit alterum quoque de quo ambigebatur. Idem inquiens, corpus excitatur, vel eiusdem essentiæ, splēdidius tamen & elegantius. Hæretici autem contendunt non idem corpus excitari, hoc enim indicare Apostolum, quum ait, Non quod nascetur. Atqui apóstolus hoc non dicit. Quid igitur? Quoniam nō seminas quale nascetur splendidius nēpe & elegantius, sed nudum granum, attamen spica decentior & pulchrior inde prodit ac exurgit, Neque eadem est omnino, nam spica nō est seminata, cum culmis nimirum & aristis, sed nudum granum: neque omnino aliud seu diuersum, quandoquidem non ex alio grano, verum ex nudo illo est spica. E

Corpus idem sed splendidius resurrecturum.

Deus autem dat corpus ipsi, quemadmodum uoluit. Si ergo deus corpus dat, quid est quod curiose inquiras quali corpore excitemur? Ecquid diffidis resurrectioni, audiens dei potentiam & voluntatem? Deus enim dissolutum quidem corpus excitat, verum pulchrius, decentius, & spiritualius. Hoc enim & in seminibus licet inuenire. Nam speciosius & elegantius dissoluto semine ipsi asparagi prodeunt.

Et cuilibet seminum proprium corpus. Hoc hæreticorum ora irrefragabiliter obstruit, affirmantium idem corpus in resurrectione non excitari, sed diuersum. En, audis enim quod suum cuique corpus datur.

Non omnis caro est eadem, sed alia quidem hominum, alia autem pecorum, alia uero caro alitū, alia piscium. Vt ne quum audis de frumento, arbitreris quod quēadmodum in hoc omnes spicæ æquales prodeant, sic & in resurrectione omnes forte pares: monstrare vult quod discrimen sit resurgentium, quod & anteuertens clam attigit, quilibet, inquiens, in proprio ordine. Ait autem quod non omnis caro sit eadem caro, hoc est, non omnes eadem existimatione resurgent, enimuero primā habent differentiam iusti ad peccatores, quam habent super cœlestia corpora terrestribus collata. Deinde & in ipsis iustis differentia gradum multa, vt in progressu dicet; adeoque in ipsis peccatoribus. Ait enim, Perinde ac discrimen est in carne hominum & pecorum, & reliquorum animalium: sic & peccatorum discrimen erit in pœnis: Omnia igitur quæcunque nunc a Paulo dicta sunt, de discrimine peccatorum dicta sunt. De iustis enim pergens dicit, quando cœlestia recensuerit corpora. F

Et corpora supercœlestia, & corpora terrestria: sed alia supercœlestium gloria, alia uero terrestrium. Hic, quod & supra dixi, discrimen iustorum erga peccatores ab oculos ponit; hos quidē vocans supercœlestia corpora, illos vero peccatores terrestria: & alia, inquit, iustorum gloria, alia vero peccatorum, nec est iam subaudiendum gloria, sed vita.

Iustorum inter se differentiæ. Gene. i. Psalmus cxxxv.

Alia est gloria solis, & alia gloria lunæ, & alia gloria stellarum: stella autem ab stella differt in gloria. Perinde ac pauloante corporum peccatorum differentias dixit, ab hoībus exorsus, ac deinceps mentionem faciens volucrum, iumentorum & piscium, eo quod & homines peccatores priores fuerint exortu, deinde ad brutorum similitudinem descendit: non dissimilem ad modum iustorum iam differentias monstrat. Omnes enim gloriam in resurrectione consequentur verum aliud est lumen solis, aliud est lunæ, ad vulgares vsque stellas procedendo. Nam & stellæ ab stellis discrepant in gloria, hoc est in lumine, in splēdore, in claritate. gloria enim stellarum, lumen est. Nonnulli per corpora cœlestia; ange-

los intellexerunt, non apposite vt opinor. Atque isthuc inde planum fit, quod producat A solē & lunam, & stellas. Quare de angelis isthuc non loquitur.

Sic & resurrectio mortuorum. Sic quomodo: in multo sane discrimine, perinde ad præscripta patefecerunt exempla.

Seminatur in corruptione, excitatur in incorruptione. Supra quum loqueretur de seminib⁹, vtebatur verbis corpori accommodis, velut quum diceret. Non viuificatur, nisi moriatur: nunc de corporibus verba faciens, dictionibus vtitur semini conuenientibus. Seminatur inquit in corruptione. Semen autem hic appellat, non quod est in matrice, verum corporum defunctorum in terra temulatorum depositionem, perinde quasi dicat, Reponitur in terram corpus mortuum in corruptiōe, hoc est, vt corrumpatur. Pulchre autem dixit, excitatur, & non, nascitur, vt ne terræ esse opus existimes.

Seminatur in ignominia, excitatur in gloria. Quid enim mortuo seu cadauere incelebrius vilius? at enim in gloria & celebritate incorruptibilitatis excitatur, etiamsi non eodem omnes fruantur honore.

Seminatur in infirmitate, excitatur in fortitudine. Ad dierum enim vsque quinque interuallum caro non potest persistere aduersus corruptionem, cæterum excitatur in incorruptibilitatis potētia & robore, nulli porro corruptioni obnoxia, etiamsi incorruptibilitas impijs ad pœnas exuberet.

Seminatur corpus animale, excitatur corpus spirituale. Corpus ψυχικόν, id est animatum, B vel animale (ab anima) quod animæ viribus gubernatur, & in quo anima dominatum & imperium habet, vocat. Spirituale vero, spiritus sancti operatione prędiues est, & quod ab spiritu plane regitur. Etiamsi enim spiritus etiamnum in nobis operetur, non sic tamen operatur, neque semper: auolat enim a committētibus flagitium. At præsente hic spiritu anima corpus regit: tum vero assidue spiritus paracletus permanebit in corporibus iustorum. Vel simpliciter spirituale incorruptibile dicit, veluti iam subtiliorū partium & leue, adeo vt & in aere vehatur: attamen non ita vt Origenes dicit, aereum & ęthereum, vel ex aeris ætherisve substantia constitutum. Quod si de incorruptibilitate hęsitas, intuere cœlestia corpora, q̄ hacten⁹ nullo neq; senio confecta sunt, neq; labore defatigata. Qui eīm ea talia cōdidit, & corruptibilitatē nostrā incorruptibilem efficiet. corp⁹ animale. spirituale Origenis error.

Est corpus animale. Quod iam habemus in præsenti vita.

Estque corpus spirituale. Quod habituri sumus in futuro æuo, idem cum hoc quod iā circūferimus, verum spirituale, hoc est, corruptionis expers.

Sic & scriptum est: Factus est primus homo Adam in animam uiuentem, nouissimus Adam in spiritum uiuificantem. Primus quidem memorię proditum est, posterius autem nō est scriptum, verū ex rerum consecutione quod euenit, scriptum esse ait: æque ac propheta dixit Hierusalem vocandem vrbem iustitiæ, nec tamen aperte vocata est. Ac dominum ipsum, Euangelium Emanuelem vocat, quum tamen ipse eo non sit nomine appellatus, sed res ipsæ hanc vocem, hocve nominis dimiserint. Primus itaque Adam animalis erat homo, id est, animæ viribus gubernabatur, secundū corpus: postremus vero Adam, ipse nimirum dominus in spiritum viuificantem. Nec dixit spiritum viuentem, sed quod ma C ius est, viuificantem. Etenim dominus quo ad essentiam secum habebat sibi cōuiuentem spiritum sanctum, adeoque præsentem, per quem & propriam carnē viuificabat, nobisq; per ipsum incorruptibilitatem donauit. Proīde corruptibilis huius vitæ pignora in primo Adam habuimus, futuræ autem in Christo. Gene.i. zacha.viij Matt.i. Adā primus & postremus.

Sed non primum spirituale, sed animale, deinde spirituale. Ne quis dicat, Quur iam animale corpus habemus, adeoque deterius, spirituale vero adhuc futurum est? quoniam principia & principatus vtrorumque sic habent, & ordinata sunt. Nam adam est prior, Christus posterior: quare res nostræ semper in melius prouehuntur. Crede itaque quod & quæ nunc in te sunt corruptibilia deterioraque, in incorruptibilia adeoque meliora trāselementabuntur.

Primus homo ex terra terrenus, secundus homo, dominus ex cælis. Ne optimum viuendi genus negligant, in posterum eos adhortaturus est ad vitam deo placentem. Adam, inquit ex terra erat, propterea & sic appellatus est: Adam enim terreum & puluereum significat. Homo vero dominus, ex cælo erat. Ac alteri quidem a deteriori nomen indit, alteri vero a præstantiori: non quod homo, vel humana Christi natura, assumptio quępiam ex cælis esset vt demens Apollinarius delirabat, cæterum quod vna persona vnus Christi, & homo ex cælo esse propter vnitionem dicatur, ac deus cruci affixus esse ob eandem Adā quid dicatur. Apollinarij error.

causam feratur. D

Qualis terrenus, tales & terreni. Hoc est, sic peribunt & morientur, vel quod peccati morte morientur, terræ adfixi.

Qualis cœlestis, tales & cœlestes. Id est, consimilem ad rationem eum Christo permanebunt, immortales & fulgentes. Et si enim secundus Adam mortuus est, ideo mortuus est, vt mortem dissolueret. Vel quod sic deo similem ac diuinam vitam ducent, vt cœlestia spirare videantur.

Et quemadmodum gestauimus imaginem terreni, gestabimus etiam imaginem supercœlestis. Planius hic adhortatorium sermonis habitum reuelat. Imaginem autem terreni, praua opera dicit: imaginem vero supercœlestis, bona. Vt igitur in vitijs viximus, ceu terreni hominis filij, ac quæ terræ sunt cogitantes & affectantes: sic virtute rursus conspicuam nunc vitam viuamus, tanquam cœlestis imaginem & imitationem & mores conseruantes. Imago etiam terreni id est quod scriptura dicit: Terra es, & in terra abibis. Imago autem cœlestis, ex mortuis excitatio vel resurrectio, & incorruptibilitas. Proinde hęc intelligenda sunt ceu de resurrectione dicantur, & non de vita moribusve. Et quod ait, imaginem cœlestis feremus, non sunt intelligenda quod vel dicta vel scripta sint ceu consultorio modo, vt consulat isthuc nobis, vel ad hoc nos adhortetur, sed vt obuenturæ nobis rei sit indicium, id est, quale sumus laturi corpus.

Gene. iij

Hoc autem dico fratres, quoniam caro & sanguis regnum dei hæreditare non possunt. Quia dixerat imaginem terreni, quasi iam hæc interpretetur, ait, Caro & sanguis est imago terreni, hoc est carnales operationes, corporis etiam crassitiei propriæ, quæ regni dei hæreditatem adire non possunt. E

Carnales operationes cœlũ non hæreditabunt.

Neque corruptio incorruptibilitatem hæreditat. Hoc est, malitia animæ nobilitatem corrũpens & perdens, non potest esse hæres gloriæ istius, & incorruptibilium bonorum. Poteris autem hæc omnia non velut de vita dicta sint, sed de resurrectione accipere, vt illud, Caro & sanguis: quasi dicat, Corruptibile huiusmodi corpus, ex carne & sanguine consistens, haud fruetur regno. Non est enim illic cibus & potus, quibus omnino huiusmodi corpus nutritur. Neque corruptio, id est corruptibile corpus, corruptione vacantium hęreditatem adibit. Necesse est igitur spirituale fore corpus nostrum, & incorruptibile. Noueris porro quod Chrysostomus hæc ab Apostolo per adhortationis modum dicta, qua ad optimam & Christo decentem vitam inhortetur, acceperit.

Ecce mysterium uobis dico. Ad sermonem de resurrectione institutum redit, tremendũ quiddam & secretum illis dicturus. Indicat autem per hoc se magno illos honore adficere, vt is qui secreta eis reuelet.

Omnes quidem non dormiemus, omnes autem mutabimur. Non omnes quidem morientur inquit omnes tamen alterabuntur, etiam qui non moriuntur, hoc est, ad incorruptibilitatẽ transferẽtur. Ne igitur si moriaris, metuas quod non resurgas. Ecce enim dico tibi, quod nonnulli ne morientur quidem. Attamen hoc non satis est eis ad resurrectionem illã, nisi immutantur etiam, & sic ad immortalitatem veniant ab mortalitate illa, quam habent, corporum. Vt igitur illos non iuuat quod non moriantur, sic nobis non nocebit quod moriamur. Nam & illis mutatio mors est. Moritur enim in ipsis corruptio permutata in incorruptibilitatem F

In monumento, in ictu oculi, in nouißima tuba. ἐν ἀτόμῳ, hoc est, in insectili, & indiuisibili, hoc est, minutissimo temporis spacio, ac veluti palpebræ ictu vel motu, tanta taliaque fient: quæ res est omnium mirabilissima. Non enim tantum quia putrefacta corpora resurgent, nec quod quisque proprium recipiet, mirari conuenit, verum quod adeo celeriter; vt nullis etiam verbis exprimi possit. Nonnulli vero quod ait in nouissima tuba, sic intellexerunt, quasi ex Apocalypsi Iohannis interpretantes. Septem tubę, inquit, quũ sint primæ quidem consummationem hominum faciunt, non enim simul omnes perficiuntur, sed ex parte, vel ex successione. Atque hæc est, inquit, dispensatio & ordinatio dei, vt quum primos intereuntes, qui relinquuntur, cernunt, ipsi resipiscant. Extrema inquit tuba excitationem & permutationem eorum qui iam resurrexerunt, facit, in minutissimo instanti in monumento, in ictu oculi.

Apoc. viij

Canet enim tuba, & mortui excitabuntur incorruptibiles. Vt ne ambigat quispiam quomodo talia tãtaque ac tam ardua in oculi ictu fieri queant, verbo suo huic authoritatem parit, fidemque conciliat ex potentia hic facientis dei, canet, inquiens, tuba, & fiet simile ei loco, Dixit ipse, & facta sunt. Tuba enim nihil aliud quam iussum & nutum dei signi-

Psalmo xxxij. Tuba.

ficat, omnia transeuntem, & omnia præuenientem.

A *Et nos mutabimur,* Non de seipso hoc dicit, sed de ijs qui viui deprehendentur:

Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Vt ne audiens aliquis quod caro & sanguis regni dei hæreditatem non adeant, & rursus quod mortui resurgent incorruptibiles, existimet corpora non resurgere, quod nunc ex carne & sanguine constent, infert Resurgent, inquiens, quidem corpora, sed non vt caro & sanguis permaneant, vt quæ in incorruptibilitatem sint transformata. Obserua autem verba hæc aduersus eos qui dicunt quod non eadem corpora excitētur, sed alia. Corruptibile enim hoc, & mortale hoc, non aliud, sed hoc, cum demonstratione & emphasi. Itaque corpus quidem idem manet, ipsum enim est quod induitur: mortalitas aūt & corruptibilitas obscurabitur ac delebitur, immortalitate & incorruptibilitate ipsum continēte. Est autem discrimen inter corruptionē & mortalitatem, q mortalitas dicatur de solis animatis, corruptio aūt de inanimatis. In nobis igitur sunt quędam inanimatis similia, velut capilli & vngues: hæc igitur etiam immortalitatem induent. Corruptio & mortalitas differunt.

Quando autem corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors ad victoriam. Quando hæc contigerint, tunc impletur quod ab Osee scriptum. Quia enim opinionem hominum exuperantia dixisset, scripturæ eadem testimonio confirmat. Quod ait ad victoriam, hoc est, ad consummationem, vt victa omnino & perfecte exterminetur vel deleatur, vt nulla B spes ei in posterum vllius potentiæ relinquatur. Osee.xv

Vbi ô mors stimulus tuus? ubi ô infernus victoria tua? Perinde ac res gestas conspexisset, impetu & spiritu diuino agitatus, victoriæ destinatam oden concinit, vociferatur & exultat, ac aduersus prostratam mortem insultat & insurgit, pedibus eam proterens. Inuenire autem queas discrimen quoddam inter inferos & mortem, nimirum quod inferi animas cōtineant, mors vero corpora, nam animæ sunt immortales.

Stimulus vero mortis, peccatum est. Per illud enim potens fuit, ceu armis quibusdam & stimulo vsus. Perinde nanque vt scorpius animalculum est exiguum, in aculeo autem robur habet, consimilem ad rationem mors per peccatum robusta fuit, alias inefficax bestiola. Argumento est seruator noster Christus. Quum enim mors in hoc peccatum non inueniret, nihil aduersus ipsum, quod ad corruptionem vel retentionem attinet, efficere potuit. Inferi Mors. Scorpius. virt⁹ peccati robur

Virtus autem peccati, lex. Quoniam si lex non esset, per ignorantiam peccantes nō sic condemnaremur. Lex autem ipsum manifestans, nos magis condemnauit, quippe qui in cognitione & scientia peccati delinquamus: forteque peccatum fecit, non per ipsius naturam, sed ob nostram infelicitatem, qui non recte vsi fimus dato nobis pharmacō, ęque ac in epistola ad romanos latius & fusius dictum est. Ne igitur dubites de resurrectione, o homo, quum uideas peccatum sublatum, quod mortis scutum erat & arma, quumq; lex sit abolita, quæ erat ex euentu robur & potentia peccati. Nam planum est quod exarmata mors non porro sit valida.


Deo autem gratia, qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Domini C est certamen, nobis autem victoria data est, non ex retributione, neque ex debito, verum per gratiam & clementiam dei & patris, qui fecit nos vincere per certamen filij sui.

Itaque fratres dilecti, firmi estote, non permutabiles, exuberantes in opere domini semper. Quia cognouistis inquit quod resurrectio sit futura, & compensatio bonorum & malorum, firmi stabilesque estote. Concutiebantur sermonibus de resurrectione. At quū negligerent vitæ honestatem, atque mores Christo dignos, tanquam non esset resurrectio: inquit; Abundantes in opere domini semper, non solum ipsum facientes, verumetiā abūde efficientes. Opus autem domini hoc est, quod diligit dominus, & quod postulat a nobis, virtus est.

Scientes quod labor vester non est uanus in domino, Hoc est, futuram resurrectionem sperantes, credentesque vos non amissuros quæcunque hic laboraueritis. Antehac quidem negligebatis virtutem quippe qui non credideritis resurrectionem esse, neque velletis temere adeoque frustra laborare; nunc autem nouistis quod si quid laboraueritis, non sit futurum vanum. Quod vero ait in domino, vel labor vester in domino, hoc est a supernis auxilium habens, vt qui fiat ob opera deo grata: vel, apud dominum non vanus fiet labor vester, verum accipietis ab illo compensationes.

CAPVT XVI.

Eleemosyna, virtutū sūma.



E collectis vero erga sanctos, quemadmodum disposui in ecclesijs Galatiæ, sic & vos facite. Absoluto de institutione sermone, ad summam virtutum eleemosynam venit. λογίαν autem dicit collectionem, leuem statim ab exordio rem faciens. Porro φ a multis contribuebatur, cuilibet erat leue. Deinde ad æmulationem eos ducit commemoratione eorum quæ alij gnauiter transegerunt. Sicuti Galatæ, inquit, fecerunt. Non dixit autem hortatus sum, verum disposui, quod erat maioris autoritatis, vt discas ordinationem esse regiam, neque rem ipsam adspernetis. D

Vna sabbatorū, dñica dies.

In una sabbatorum quilibet uestrum apud se ponat, colligens quod prosperum fuerit. Vnam sabbatorum, dominicam vocat, hoc est, primam sabbati vel hebdomadis dierū. Atque ab die ad eleemosynam eos hortatur, mysteriorum in ea mentionem faciens. Valde autem prudenter iubet quemlibet colligere quod successerit, hoc est, quicquid deus dederit ac miserit, & quod facile potest. Non enim dixit, statim fer, vt ne parum quis habens pudefiat, sed enim apud teipsum collige, quando visum fuerit, tum adfer.

Vt ne quum uenero, tum collectiones fiant. Vt non quum opus fuerit expendere, tū primum colligatis. Porro quia quumvenero ait, per hoc eos promptiores facit ad collectionem, quasi contributio ad oculos ipsius peruentura sit.

Quando autem aduenero, quos probaueritis, per epistolas hos mittam ut auferant gratiam uestram Hierosolyma. Pulchræ, quos probaueritis, vbique scandala aufugiens ne suspicentur ipsum velle quicquam sublegere a collectis. Comma igitur punctum post verbū probaueritis adnge: deinde lege, per epistolas hos mittam, vt huiusmodi inde sensus connectur quos probaueritis, hos mittam per literas meas. Gratiam autem rem ipsam vel opus colligendi vocauit, id est, honorem, vt ostendat eos magni quicquam facere non ex moerore vel necessitate. Tale enim quiddam est gratia. Nam si dixisset eleemosynam, indignum fuisset sanctis qui accepturi erant. E

Gratia.

Si autem dignum fuerit ut ego simul proficiscar, una mecum proficiscentur. Si quod collectum est, tantum sit, vt meo sit ministerio dignum, ego simul abibo. Hoc eos ad liberalitem inhortatur. Testes autem haberevult, ne sit suspicio eum quicquam accepturū: hic dicit, mecum proficiscentur.

Veniam autem, ad uos ubi Macedoniam transiero. Apud uos autem forsan permanebo, aut etiam hybernabo, ut uos me deducatis quo fuero profecturus. Nolo enim uos adhuc in transitu uidere. Spero autem aliquantum temporis me permansurum apud uos, si dominus permiserit. Non dixit, in Macedoniam proficiscor, ne obijciant, Nobis ergo Macedones præfers: verum transeo Macedoniam, hoc est, festinanter, ac veluti in transcursu eos video: apud vos autem permanebo. Per hoc indicat quod eos Macedonibus anteponat, ceu magis genuinos discipulos, ac digniores: nam magna erat apud Corinthios ecclesia. Terrorem autem incutit peccantibus, quum inquit, permanebo. Præponit autem, forsan, quia haud satis certus erat. Non enim compertum habebat, permitteretur ne ei hoc a spiritu sancto, an sec*. A spiritu enim eo ducebatur, si voluisset. At vero quum esset Ephesi, transiturus erat Macedoniam, atque eam transiturus celeriter, dende ad eos abiret. In plerisque autem argumentis & locis suam testatur erga eos beneuolentiam & propensionem, quod nolit eos in transcursu & obiter videre, & quod velit ab eis deduci. F

Permanebo autem Ephesi ad Pentecosten usque. Illud impense diligentis est indiciū, planum facere vbi morem nectat, & quandiu sit isthic permansurus, quinetiam causam apponere. Infert enim.

Ianua enim mihi aperta est magna & efficax, aduersarij multi. Hoc est, multi accessuri sunt ad fidem. Præceptori nanque angustia est, si non habeat promptos discipulos: gaudium vero, si inuenerit alacres. Aduersarij autem multi ob eam causam. Satanas enim videns sese iam nudatum ac derelictum, vehementius perturbatur, ad aduersariosque excitat.

Præceptoris gaudium, discipulorū alacritas.

Si autem uenerit Timotheus, uidete ut absque trepidatione sit apud uos. Quia verisimile erat Timotheum, vbi Corinthum peruenisset, notare delinquentes, atque obiurgare, tutū isthuc facit & munit, ne diuites sapientes insurgant aduersus eum: non quod meticulosus & effœminatus Timotheus a constantia præconem Christi decente casurus erat, enimuero quia isti lædendi carpendique erant. Nam ille admodum fortiter aduersum pericula

instructus erat. Pulchre verò dixit, apud vos. Ne enim mihi dixeris Græcos, dum ea in
A cerim a vobis requiram, vt tutus sit. Timothei

Opus enim domini operatur, quemadmodum & ego. Nemo igitur ipsum contemnat. Hoc est, virtus.
prędicat & docet, nec simpliciter, sed perinde vt ego, quæ magna sane Timothei laus est,
Quũ igitur sit hmõi, nemo ipsum vilipendat. Iuuenis eñi erat, & solus, ac tanti tãque su
perbi populi cura ei commissa erat, probabileque erat ipsum vilipensum iri.

Deducite autem ipsum in pace, ut ueniat ad me: excipiam enim ipsum cum fratribus.
Potius igitur & honorate eum. hoc enim hic προπέμψατε, deducite significat. In pa
ce autem, hoc est, sine metu & contentione, cum omni obedientia. Excipiam porro ip
sum, terrentis est, vt scientes quod omnia ei sit denarraturus, nulla in re ipsum adfligãt.
Ac iuxta honorationem eum reddit. Siquidem adeo est illi opus opera Timothei, vt ip
sum etiam excepturus sit.

*De Apolline autem fratre, multum adhortatus sum ipsum ut ueniat ad uos cum fratribus, & om
nino non erat uoluntas ut nunc ueniat.* Apollo hic grandior erat natu Timotheo,
vir facundus. Ne igitur dicant, cur ipsum non miserit: Multum inquit, ipsum ad-
hortatus sum. Nec dicit, resistit mihi, cæterum illum ab accusatione liberans, omni-
no, inquit, non voluit, hoc est, deus noluit. Ne autem hunc fucum esse dicant, inanem
que prætextum, subdit:

Veniet autem quum opportunum fuerit. Cum Timotheum defendit, tum hunc expeten Apollo.
B tes videre Corinthios animat & consolatur spe aduentus.

Vigilate. Rursus in fine eos consolatur, ostendens quod ipsos non oporteat spem col-
locare in doctores, sed a seipsos potius respicere. Dicit ergo, vigilate, propter decepto-
res, quasi enim dormitarent ipsi, hoc dixit.

State in fide. Non in externa sapientia. in ea enim nemini stare licet, sed circumagi ac
rotari. Hoc quasi vacillassent, ait.

Virili robore imbuemini, estote fortes. Propter eos qui insidias struunt. Quasi effœmina
ti & minus fortes essent, hæc dixit.

Omnia uestra in dilectione fiant. Hoc ad dissidentes, & ecclesiam diuellentes pertinet;
Siue doet quispiam, siue discit, siue obiurgat, omnia in dilectione fiant. Non erit insta
tio inter vos, seu dissentio, charitate intercedente.

Adhortor autem uos fratres. Hyperbaton est, adhortor vos, nimirum vt & vos talib⁹
geratis morem. Alia vero hic sunt inspersa.

Nostis domum Stephanæ, quod sit primitiæ Achaiæ. Vos (inquit) tenetis, nec habetis necesse
vt a me discatis. Primitias aũt vocat Stephanã cum suis, vel ꝙ primi ipsi crediderint,
vel ꝙ optima vita splenduerint. Primitiæ autem vndique excellentiam habere debent
earum rerum, quarum sunt primitiæ. Achaiam autem Gręciam vocat.

Et quod ad ministerium sanctis seipsos ordinauerint. Vt pauperes fideliter susciperent, ip Achaia.
sisque ministrarent, seipsos posuerunt atque segregarunt, non ab alijs constituti necessa- Græcia.
rio, sed suapte sponte charitatis ministerio se addicentes,

C *Vt & uos obediatis talibus, & omni cooperanti & laboranti.* Hoc est, simul suscipite eos
& sumptu pecuniariũ, & ministerio corporali. Non dixit simpliciter cooperamini, cæte
rum vehementem obedientiam ostendens, obedite, inquit, vel subiecti este. Ne
autem videatur soli Stephanæ gratificari, infert, & omni cooperanti & laboranti. V bi?
ad sanctorum ministerium: digni enim omnes tales honore. Sic enim fit, vt laborem
facilius tulerint.

Quoniam uestrum defectum illi repleuerunt. Illi sunt qui diuo Paulo annunciarunt de dis
sentione q̃ erat apud Corinthios, deque alijs peccatis. Tum qui ex Chloes familia erãt, per
hos forsan hæc illi indicarunt. Quia igitur verisimile erat Corinthios aduersum hos effe-
rari, cõmendat eos, inquiens: Vestrum illi defectum repleuerunt, hoc est, pro omnib⁹ vo
bis venerunt, & propter vos tantam profectionem destinarunt ad me.

Recreauerũt eni uestrum spiritum & meum. Monstrauit ipsis, quod ipsius recreatio, ipso
rum quoque sit. Itaque quum ego recreatus sum ab ipsis, & vos inde accepistis lucrum,
meam nempe refocillationem, nihil inhumanum aduersus eos ostendatis.

Agnoscite igitur tales. Hoc est, honorate eos.

Salutant uos ecclesiæ Asiæ. Conglutinat membra Christi per salutationem, quemadmo-
dum consueuit semper facere.

Salutant uos in domino multum Acylas & Priscilla, cum ecclesia quæ est in domo ipsorum. D
Aquila. Paul' manib' operatur. Apud ipsos enim manebat ipse attegias vel tentoria faciens. Obserua autem ipsorū virtutē, qm̄ domū suam ecclesiam fecerunt, collectionem fidelium isthic facientes.

Salutant uos fratres omnes. Salutate uos mutuo in osculo sancto. Hanc appendicem osculi sancti sic solum apponit, ob multas dissensiones. Quia ergo multum eos adhortatus erat vt coadunarentur, vt in vnum coniungerentur, in vnum deinceps eos iungit & per osculū sanctum, hoc est, dolo carens & simulatione.

Salutatio mea manu Pauli. Sua manu salutationem facit vt ostendat quod plurimi fecerit epistolam.

Si quis non diligit dominum nostrum Iesum Christum, anathema sit. Vno hoc verbo cunctos terruit fornicatores, dissidiorum excitatores, idolothyta manducantes, resurrectioni non credentes, adeoque omnes simpliciter qui apud eos extra suam institutionem & traditionem agebant: huiusmodi enim omnes non amant dominum.

Maranatha. *Maranatha.* Hoc est, dominus venit. Hoc autem dixit partim vt stabiliat dispensationis & incarnationis verbū, ac per resurrectionē, partim vt rubore eos suffundat, adeoque pudefaciat, quoniam dn̄s pro nobis oīa pertulit ac suscepit. Vos autem prouocatis eum, alij quidē ab hominibus vocati, alij vero male agentes. Non est aūt vsus græca dialecto, sed Hebræa, imo Syrorum potius lingua, postquā ad Corinthios dixisset, eos externa sapientia valde superbire græcęq; linguę elegātia, indicā q̄ adeo nō indigeat sapientia hac, vt & de sua inscitia glorietur, adeo vt & barbara lingua loquatur. E

Doctoris officium. *Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum.* Doctoris est, non solum adhortari, veruetiam optare & orare, ac bifariam fulcire, cum doctrina, cum superni auxilij per orationes suppeditatione.

Dilectio mea cum omnibus uobis in Christo Iesu. Amen. Quia loco distabat, ceu dexterę cuiuspiam extensione, charitatis manibus eos complectitur, inquiens: Dilectio mea vobiscum, quod est cum omnibus vobis. Non enim a vobis absum ego, etiamsi loco distem. Per hæc iuxta commonstrat quod hæc neque indignationis, neque iracundiæ verba fuerint quæ scripta sunt, sed charitatis & curæ, etiamsi amarulentię nonnihil ostenderit. Ne vero arbitrentur quod hæc adulans loquatur, adijcit, in Christo Iesu, hoc est, nihil humanum aut carnale charitas mea habet, enimuero spiritualis est, in CHRISTO. Precemur igitur & nos, vt nos mutuo inter nos diligentes in CHRISTO, nihil mundanæ charitatis in nobis circumferamus, quæ inimica est deo. Sic enim & dilecti dei tabernaculis digni iudicabimur in Christo IESV, qui dilexit nos, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Scripta est a Philippis per Stephanam & Fortunatum, & Achaicum & Timotheum.

In secundam diui Pauli apo. AD CORINTHIOS EPISTOLAM

F

Theophylacti argumentum.



Lterem ad Corinthios epistolam diuus Paulus apponit, quia promiserat in priore, sese uenturum ad eos. Neglexit autem istbuc, ceu spiritu diuino eum ad alia magis necessaria occupante, tentationibusque aduersus eum insurgentibus, necnon in ipsum inuadentibus. Debuit igitur Apologiam suæ diuturnæ moræ texere. Ob eam etiamnū causam, secundam hanc epistolam conscribit, rationem reddens quur hactenus aduentum suum distulerit. Simul autem ex priore epistola meliores factos debuit ostendere & commendare. Perinde nanque ut peccātes accusabat, sic iam in meliorem uiam reductos efferre laudibus decebat. Proinde nō multum discrepat à priore hæc epistola, præterquā in fine parumadque propter Iudæos ostentantes sese, apostolumque calumniantes, tanquam indoctum, ac nullo numero dignum.

SECVNDAE AD CORINTHIOS

CAPVT I.

A 

AVLVS *apoſtolus Ieſu Chriſti, per uoluntatem dei, & Timotheus frater*. Miſſo in prima epiſtola Timotheo, ac denuo recepto non iniuria ſibi ipſe eum connectit: nam & ſuæ virtutis experientiam Corinthijs dederat Timotheus. Aſſumit itaque eum in hac epiſtola, ceu eum qui ſeipſum illis manifeſtarit, necnon pleraque correxerit apud eos Obſerua autem quod non nunquam filium hunc appellat Tanquam patri enim, inquit, filius, ſeruiuit mihi. Nonnunquam autem cooperatorem, vt cũ ait, Opus dñi operatur, quemadmodum ego. Iamnunc vero fratrem, ex omni ipſum parte honore adficiens.

Philip .ij.
i.Cor.xvi

Eccleſiæ dei, quæ eſt Corinthi. Rurſus eos colligat & connectit, eccleſiam dicens. Qui em̃ diſperſi ſunt non ſunt eccleſia.

Cum omnibus ſanctis qui ſunt in tota Achaia. Omnium in vniuerſa Achaia meminit, partim vt Corinthios honoret, veluti omnibus per literas haſce ad eos perſcriptas ſalutem impertiens primum, partim vt ad concordiam conuocet congregetque vniuerſam gentem. Præterea quia communiter concutiebantur omnes, communem adhibet curam adeoque medicinam: quod & ad Galatas & ad Hebræos ſcribens facit. Sanctos vero eos appellans, oſtendit quod ſi quis ſit impurus, non ſit dignus & ſalutatione & appellatione hac.

Impurus nemo ſanctus.

B *Gratia nobis & pax à deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto*. Conſueta etiamnum ſalutatione vtitur, qua de in alijs etiam dictum eſt.

Benedictus deus, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti. Promiſerat in prima epiſtola ad eos venturum ſe, deinde quia diſtulerat, ſuſpicabatur eos valde mœrore confici, ceu alij antelati ipſis eſſent. Volens igitur defendere ſe, & commonſtrare quod haud paucis tentationibus ſe inuadentibus fuerit occupat⁹, ſcire facit apologiam. Gratias, inquit, ago deo, vt qui me liberauerit e periculis: per gratiarum actionem clanculum indicans, quod magna fuerint quæ ipſum inhibuerint, a quibus liberatus gratias agit. Adijce autem comma ad, deus, dictionem: poſtea incipe, & pater domini. Sin continue & iunctim intelligas, deus & pater domini, nihil nouum eſt. Etenim eiuſdem eſt & vnius Chriſti ſecundum humanitatem quidem deus, ſecundum vero diuinitatem pater.

Pater miſerationum, ac deus totius conſolationis. Hoc eſt, qui tot tantasque miſerationes exhibuit, vt ex ipſis nos mortis portis reducat, digneturque nos omni conſolatione in afflictionibus. Conſuetudo aũt erat ſanctis, deum ex beneficijs quæ ab eo accipiebant, nominare. In victoria itaq; in bello aduerſum hoſtes obtenta. Diligam te, inquit, dñe robur meũ. &, Dñs ꝓtector meus. Quũ vero ab caligine & obſcuratiõe: rationis & mentis, & mœrore erepti fuerint: Dominus illuminatio mea. Haud diſſimili ratione diuus Paul⁹ patrẽ miſerationum ac deum conſolationis ipſum nominat, ab eo quod cõtigit. Intuere hic minime elatam diui Pauli mentem. Siquidem ereptus a tentationibus, quibus ob euangelij prædicationem excipiebatur, non dicit pro dignitate vel merito ſuo ſe ereptum, cæterum per miſerationes dei.

pſal. xvij
Pſ. xxvi.

C *Qui nos conſolatur in omni afflictione noſtra*. Non dixit non ſinens nos affligi, verũ, in afflictione nos conſolans. Sinit enim nos calamitate impeti, vt per patientiam, ac ſi ſuſtineamus, mercedem habeamus. Porro quando nos viderit labantes, conſolatur nos, idq; ſemper facit. Ideoque non dixit quod ſemel duntaxat conſoletur, verum, conſolans ſemper, non in hac vel illa afflictione, ſed omni.

Vt poſſimus nos conſolari eos qui ſunt in omni afflictione, per conſolationem, qua conſolationẽ accipimus ab deo. Non quod digni ſimus conſolationem accipere, propterea conſolatur nos deus, uerum vt ex demonſtratione ipſius erga me conſolationis; & alijs animum addere queam, ſiquando in tentationibus fuerint. Proinde & vos conſpicientes me adeo cœleſti ſolamine animatũ, ne ab ſpe excidite ſi in afflictionibus ſitis. Per hoc autẽ & apoſtolorũ opus indicat, ꝙ ſint conſtituti ipſi vt alios ad certamen veluti olympicũ ſubeundũ inungant & excitent, nec perinde ac pſeudapoſtoli delicijs ſtudeant, ac domi deſidentes, negligant eos qui conſolatione & excitatione opus habent.

Apoſtolorũ mũdus
Pſeudapoſtoli.

Quoniam quemadmodum exuberant affectiones Chriſti in nos, ſic per Chriſtum exuberat & cõſolatio noſtra. Ne deſpondeas animum quiſquis audis afflictiones & mala, inquit, quanto enim exuberant hæc ipſa mala, tanto exuberant conſolationes. Non ſimpliciter autem dixit affectiones ſeu paſſiones, ſed Chriſti: vt & inde animum Corinthijs addat;

Christi afflictiones patimur. Christi enim, inquit, passiones sunt, quas hic nos patimur, nosque efficimur participes afflictionum ipsius. Maxima vero est hæc ipsa consolatio, quod Christi afflictiones sustineas, imo vero non illas solas, verumetiam longe plures. Exuberant enim passiones Christi in nos, hoc est, plura perferimus tristia, quam Christus pertulerit. Sentiens autem quale quantumque dixerit, quamue sit arduum, rursus remittit ipsum: Sic, inquiens, per CHRISTVM exuberat & consolatio nostra. Vniuersum autem Christo acceptũ refert. Nec dicit quod consolatio afflictiones æquiparet, verum exuberat, & longe maior est ipsis afflictionibus. D

Siue affligimur, pro uestra consolatione ac salute. Propterea inquit non oportet vos turbari ob meam afflictionem: nam pro vestra consolatione & salute patimur tristia mala. Potuissemus enim nos in tuto agere, si non prædicaremus Euangelium: nunc autem prædicamus, vt omnino vos conseruemus æternum, consolemurque animas vestras per prædicationem, & per inde nascentia bona. Tribulationibus quidem incidimus, at eas sustinemus pro vestra salute. Proinde non est quod in posterum turbemini.

Quæ efficitur in patientia passionum eius, quas & nos patimur. Efficitur inquit, ipsa salus non tantum per nostram patientiam, vel quod nos solũmodo sustineamus, sed etiã quia vos toleritis, hoc est, non mei solius opus est salus vestra, sed & vestri ipsorum. Vt enĩ ego prædicans verbum affligor, sic & vos prædicationem suscipientes, eadem mala vel tribulationes sustinetis, quas & ego. Rursus autem virtuti eorum testimonium dicit, quoniam cum tentationibus accipiebant verbum. E

Et spes nostra firma est pro uobis. Quiã dixerat supra, propter vos affligimur, vt ne videatur graue quiddam dicere, ait iam, quoniam & propter vos consolationem accipimus, id est, nostra consolatio, vestra est animatio. Si enim parum nos respirauerimus, satis hoc est ad consolationem vobis, communicatis enim nobiscum in voluptate, estisque voluptatis nostræ consortes.

Scientes quod quemadmodum estis participes afflictionum, sic & consolationis nostræ. Quemadmodum, inquit, dum nos persecutionem patimur, vos doletis: sic & nos ipsi persecutioni obnoxij, hoc scimus, quod quum consolationem accipiamus, vos sitis etiam consortes consolationis nostræ.

Non enim uolumus uos ignorare fratres de afflictione quæ nobis obuenit in Asia, quoniam supra modum grauati sumus, & supra uires, ut uitæ nos tædium caperet. Quia indefinite afflictionis meminerat, speciatim iam qualis fuerit explicat. Charitatem erga eos suam hoc modo indicat. Charitatis enim est, quæ vtrinque mutuo contingant, patefacere. Simul autem apologiam texit pro tarditate sua, In Asia enim obtigisse sibi afflictionem meminit, de qua & in prioribus literis locutus est: Ianua mihi aperta est ingens, aduersarijq; multi. Videtur autem idem dicere, per excessum, & supra vires, sed non est. Quod autem ait, est huiusmodi. Per excessum erat tentatio, id est magna. Deinde postquam magna possit esse tentatio, & interim fortiter etiam baiulari a quopiam, nedum magna erat, inquit, verumetiam vires nostras excedebat, hoc est, ingens erat, & plane imbaiulabilis, ac tanta, vt vitæ nos tæderet, hoc est, non expectaremus porro viuere. Talem autem tentationem Dauid portas mortis nominat, ac dolores parturientis, eamque quæ mortem pariat, vmbramque mortis. F

Amoris indicium. 1.cor. xvi. psal. xvij. Tentatio itolerabilis, porta mortis.

Quinetiam in nobisipsis responsum mortis habuimus. Iudicium, calculum responsionem quam dabant res tantum non vocem edentes, hoc est quatenus ad cogitationem adstitit mihi mortis expectatio, & responsum quod rerum natura edebat, vltra autem non peruenit.

Vt non confidentes simus in nosipsos, sed in deum. Quur autem hoc factum est? vt discamus confidere non in nobisipsis, sed in solo deo. Hoc autẽ dicit non vt ipse Paulus isthuc primum discat nunc. quis enim eo melius & plenius notat quod in solum deum nos confidere oporteat? verum alios etiam componẽs ad hoc, de quibus in sua persona loquitur simul etiam vt doceat nos non alta spirare.

Qui excitat nos à mortuis, qui ex tali tantaque morte liberauit nos & liberat. Rursus eos commonefacit sermonis de resurrectione, de qua tot in præcedenti epistola dixit, stabiliens eam & a præsentibus. Hinc etiam intulit, qui ex tali nos morte liberauit. Non enĩ dixit, e periculo, sed morte. Quia enim resurrectio res futura erat, & incerta, monstrat quod in singulos id dies fiat. Quum enim hominem qui ad portas vsque mortis peruenerit, retraxerit deus, nihil aliud quam resurrectio iudicatur: vnde & consueuimus de his di-

cere

A cere quod mortuorum resurrectionem viderint.

Sperauimus autem quod adhuc liberaturus sit. Hinc discimus, quod militarem, adeoque semper certamini obnoxiam oporteat esse vitam nostram. Quod enim ait, liberaturus est, multarum tentationum niues prænunciat.

Cooperantibus & uobis uestra pro nobis precatione. Quia quod dixerat Paulus, vt ne confidentes simus in nobis, communis quædam accusatio esse videbatur, quæ quosdam etiam illorum reprehēderet, lenit iam dictum, & consolatur eos, animas eorum ad magnū præsidarum & intercessionem inuitās. Docemur autem & hinc humili esse mentem prædici: siquidem Paulus Corinthiorum precibus indigebat. Nam & orationis vim norat: Multū enim efficit præcatio ecclesiæ, si fiat vt oportet, adeo vt & Paulus opus habeat. Ecclesiæ preciū effi cacia

Vt ex multis personis donum erga nos gratum fiat pro nobis. Liberauit, inquit, nos deus, & liberabit per vestras precationes, vt charisma vestrū erga me multos, id est, facta erga nos gratia per multos, hoc est, vobis pro me orantibus, ex multis personis gratum fiat, nimirum vestris. Salutem enim meam per orationes vestras factam, omnibus vobis donauit, vt multæ personæ ipsi gratias agant pro nobis, Docemur autē hinc, non modo vt alter pro altero intercedat apud deum, verumetiam vt alter pro altero gratias agat. Obserua autem quomodo exorsus, per miserationes dei seruari æternū credētes dixerit, nunc vero eorum orationibus adscribat. Est enim operæprecium, vt cum diuina misericordia, nostra pariter adferamus. Hic autem Paulus neque vniuersam virtutem Corin-

B thijs tribuit, aut omnem operationem, ne ipsos efferat superbireve faciat, neque omnino eos priuauit hoc, ne segniores reddat. Liberabit enim, inquit, deus, vobis etiam cooperantibus & adiuuantibus per precationem vestram, hoc est, vestra etiam adferentibus.

Gloriatio enim nostra ipsa est testimonium conscientiæ nostræ. Et hæc, inquit, occasio est consolationis. Conscientia enim nostra testimonium nobis dicit quod non tanquam prauis rebus capti agamur, & persecutionem patiamur, sed virtutis, multorumque salutis causa. Prior itaque consolatio ex deo erat, hæc vero ex conscientiæ meæ puritate, inquit, Eam ob rem & gloriationem ipsam nominat, multam ostendens fiduciam quam habebat in pura conscientia. Cōsciētiæ puræ fiducia.

Quoniam in simplicitate & synceritate dei. Quid testatur, inquit, nobis conscientia, & quur gloriamur? quoniam in simplicitate, hoc est, minime praua sententia & synceritate, hoc est puritate mentis, & candore fallaciæ ex parte, quæ nihil habet obscuratum, aut hulcerosum, qualem dcus recipit. Hæc autem dicit ob fallaces pseudapostolos.

Non in sapientia carnali. Hoc est, in potentia & virtute verborum, ac plexu sophismatum, vel contextu ratiocinationum. Hæc enim carnalis est sapientia, cuius causa quū ipsi efferentur, eandem ipse negat atque repellit. Carnalis sapientia.

Sed in gratia dei uersati sumus in mundo. Hoc est, in sapientia quæ mihi per ipsum est donata, & insignis & prodigijs, quæ gratia fuerunt dei. Maxima autem gratia est, quempiam sibi cōscium esse quod non humana virtute, sed diuina hæc gratia faciat, non apud Corinthios tantum, verum in toto iuxta mundo.

C *Abundantius autem ad nos.* Quomodo? Quoniam cum signis, deinde citra sumptum, Euangelium eis prædicauit. Vide hic, quod ipsius opus, officium, & virtus erat, deo adscribit.

Non enim alia scribimus uobis, nisi quæ legitis, aut & agnoscitis. Quia de seipso magna visus est dicere, ne quis dicat hæc insignem quempiam fastum spirare, adijcit, quoniam illa scribimus vobis, quæ legitis in literis hisce, agnoscitis autem & vos præuenientes. Non enim aduersatur literis meis vestra cognitio, quam habetis de me iam antea, qua scripta mea etiam præuenitis. Quidam vero sic intellexerunt: quoniam illa scribimus vobis, quæ legitis, hoc est recordamini. Lectio enim est recordatio, vel repetitio, vel superior quædam cognitio. Quid dicam inquit? recordamini; quum agnoscatis nostri esse propria, neq ue opus habere recordatione, eo quod sint perspicua.

Spero autem quod ad finem usque agnoscetis, quemadmodum & agnouistis nos. Ex parte notum deo acceptum refert. Spero autem, in deum videlicet, quod tales nos agnoscetis, quales & epistolæ nostræ indicāt, ac præterita nostra vita testatur. Ex parte nāquē nos agnouistis, hoc est, experti estis, quum nos ex parte vobis demonstrauimus quæ sint vitæ virtutibus redimitæ indicia. Mediocria autem spirans adeoque modeste hæc loquutus est.

Quoniam gloriatio uestra sumus; quemadmodum & uos nostra, in die domini Iesu.

Quid legetis? quoniam gloriatio vestra sum, hoc est, talis sum, vt dem vobis occasionem gloriationis aduersus me, quoniam talem habetis doctorem, qui nihil vos humanum doceat, aut hulcerosum, neque falax quicquam. Deinde ne videatur arrogans, si de se magna sentiat, communem facit gloriationem, inquiens: Vos etiam mea eritis gloriatio. Gloriabor enim quod huiusmodi nactus sim discipulos, qui neque concutiantur, neque decipiantur a pseudapostolis. Qn̄ vero inter nos mutuo gloriabimur? Et nunc quidē, & potissimum in die illa. Hodie nanque haud pauci cōuitia & opprobria, q̄ sustinemus nos, vidēt, ac fortasse calūniantur nos. Tū vero vbi cūcta reuelata fuerit, videbor & ego, adeo que palā fiet omnibus ꝙ non sim talis, qualem pseudapostoli calumniantur. Vos aūt gloriatio nostra eritis, quod non tales vos gesseritis, vt impostoribus accederetis.

Gloriari qn̄ nobis licebit.

Et hac fiducia uolui uenire ad uos iam antea. Quali quæso fiducia? quod nihil sibi mali conscius esset, quod gloriatio vestra esset, quod in carnali sapientia non sit commoratus, sed in gratia Dei, quodque vos horū omnium testes habeat. Propter hæc igitur (inquit) volui venire ad vos.

Vt secundam gratiam habeatis. Hoc est, duplicem gratiam, eam quæ est per priorē epistolam, & eam quam accepturi estis per aduentum meum.

1.cor. xvi

Ac per uos proficiscar in Macedoniam. Atqui in priore epistola dixit, Veniam ad vos vbi Macedoniam trāsiero: hic vero ait, Volui equidem antehac venire ad vos. Quid igitur? secum ipse pugnat? Haudquaquam. Non enim dixit: Scripsi, per vos me abiturum in Macedoniam, sed volui. Etiamsi enim non sic scripsi, inquit, studebam tamen & volebam venire ad vos priusquam Macedoniam inuiserem, tantum abest vt ex socordia intermiserim quo minus ad vos venirem, ac non starem promissione itaque & præuenire illam ipsam voluerim. E

Et rursus ex Macedonia uenire ad uos, & à uobis deduci in Iudæam. In priore epistola indefinite dixit, vt vos me deducatis quo iter meum instituero, veritus ne si dixisset in Iudæā & a spiritu alio coactus fuisset proficisci, mendax esse videatur, Iam nunc vero, quia ad eos non peruenit, dum confidens dicit in posterum, quoniam in Iudæam volui deinceps a vobis deduci. Audi igitur quæ sequuntur.

De hoc igitur consultans, nonne leuitate usus sum? Aut de quibus consulto, secundū carnē cōsulto ut sit apud me, næ, næ, & nō, non? Hic clarius rationē reddit tarditatis suæ, inquiens: Quū ad vos venire decreuissem, cuius causa non veni? Nonne igitur ceu leuis & inconstans, qui facile excitari possit, qui alias alia spiret, habebor? Nulla sane ratione. Nū igitur secūdū carnē, id est, humano more delibero, & propria voluntate gubernor, vt quod constituero apud me ipsum idē & repleā, siue sit nę vel non? Haud sic isthuc habet. Spiritu enī agor, nec mihi copia est facta vt quo velim proficiscar, sed quo ille iniunxerit. Itaq; sæpe numero apud me næ, non est næ, id est, quod facturū me instituero, cogor prętermittere, propterea ꝙ neq; spiritui hoc placeat. Sic haud raro accidit, vt neque non apud me, si nō quandoquidē id ꝙ ego renuo, spiritus iubet. Obserua autem sapientiam apostoli, quomodo quod calūniatores occasionem conuitij faciebant, quia non venisset, quum promisisset tamen, hoc ipse encomij loco ponit, confirmans quod non in sua fuerit situm potestate, cæterum quod a spiritu agatur quorsum is voluerit. Quid vero? illa quæ promittebat, nonne spiritus operatione promittebat? At ignorabat quid futurū esset: non enī omnia norat. Itaque & orabat vt citra noxam esset, vt quum de clauo ab se auferendo oraret. In actis etiam inuenitur quod voluerit alio abire, sed a spiritu sic prohibitus. Id vero commode faciebat, ne homines in eos ceu defigerent oculos, id quod Lycaones patiebantur.

Paul⁹ spiritu agitur.

ij.Cor. xij F

Act.xvi.

Act. xiiij

Fidelis Deus, quoniam sermo noster ad uos, non fuit est & nō. Obiectionem emergentē diluit, Verisimile est enim dicturum quempiam fuisse: Si quę dicis, nō sunt firma, ac sępe dicis næ, & inuenitur non, metuimus nequo modo & sermo tuus & prædicatio talis sit, nēpe næ & non, hoc est, incōstans & instabilis. Hanc igitur dissoluens, quod promiseram, inquit, venire ad vos, meum erat, vnde & a proposito decidi. Prædicatio autem & verbum Dei est: propterea etiam inquit, fidelis Deus, hoc est, verus. Proinde quia verus est, neque verbum ipsius erga vos, quod nos prædicauimus, inconstās & instabile erit, vt alias quidem sit est, alias vero non.

Dei enim filius Iesus Christus, qui in uobis est per nos prædicatus, per me & Syluanum & Timotheū, nō fuit ne & non, sed ne in eo est. In posterum dicit qualis sermo fuerit nę & nō. Qui in vobis prædicatus est, non fuit næ & non, hoc est, non hoc quidem nunc præ-

dicabatur, nunc vero aliud: verum næ fuit, hoc est, firmiter & inconcusse prædicatus est sermo. Recenset autem & multitudinem eorum qui prædicauerunt, testimonium fide A dignum autoritateque prægnans faciẽs, ac demissam habere mentem docens, quum suos discipulos condoctores faciat.

Quæcunque enim promissiones Dei, in ipso sunt næ & ipso Amen, Deo ad gloriam per nos. In prædicatione multa sunt quæ promittuntur, resurrectio mortuorum, filiorum adoptio, ac simpliciter spes futuri seculi. Ait ergo quod non solum verbi ministerium adeoque prædicatio similiter habeat, ac firmiter prædicata sit, verumetiam quæ in ipsa sunt promissiones. Dei enim sunt. Porro quæcunque promisit Deus, in ipso sunt næ, & Amen habent; id est robur & stabilitatem. Non enim in homine quopiam complentur, sed in ipso Deo, stabiles itaque sunt, Quinetiam ad gloriam eius faciunt. Etiamsi enim ob nihil aliud prorsus, ob suam tamen ipsius gloriam Deus promissiones suas complebit. Quomodo vero complebit has? per nos, hoc est, per beneficia quæ in nos ille confert. Nos enim ipsi sumus occasio vt compleat promissa, qui promissa nobis accipimus. Quod si promissiones Dei firmæ sunt, quanto potius ipse & verbum eius non erunt stabilia? Vel id quod ait, per uos, aliter est accipiendum, hoc est, ad gloriam Dei, quæ per nos ipsi est oblata. per vos enim celebrior & gloriosior redditur.

Promissa dei rata sunt.

Qui uero nos uobiscum stabilit in Christum, & unxit nos, Deus est, qui & sigillo nos muniuit uel obsignauit, Deus est, qui dedit etiam arrhabonem spiritus in cordibus nostris. Supra dixit quod Deus impleat promissiones, iam confirmat hoc, Quod vos, inquiens, & ego doctor B vester, firmiter in fide erga Christum, ipse dedit, qui & vnxit nos & signauit, hoc est, prophetas, sacerdotes, & reges nos fecit. Talis enim est, quisquis baptizatus est, nempe propheta, quippe qui viderit quæ oculus non vidit, & audiuit quæ auris nulla percepit. Sacerdos etiam, vt qui debeat seipsum offerre hostiam sanctam beneplacentem Deo. Tũ rex, vt Dei summi regis & imperatoris filius factus, futurique regni hæres, & qui nunc regnet domineturque in omnes absurdas cogitationes, constitutusque sit supra vniuersũ mundum Perinde igitur vt apud priscos, reges inungebantur oleo, sic hodieque nos spiritu inuncti sumus, dãte nobis deo arrhabonem spiritus. Quod si arrhabonem dedit, totũ omnino etiam dabit. Arrhabonem autem appellat huius tẽporis charismata spiritus. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus: tum vero perfecta erit commutatio, quando videbitur ac manifestabitur Christus in gloria sua. Ne igitur arbitremini nos esse qui polliceamur, deinceps forsan mendaces inueniendi. Minime enim gentium nos sumus qui fulcimus vos, verum Deus est, qui & promittit, & firmat cum me, tũ vos. Ipsi etenim curæ est vt omnia repleat. Subaudire enim te oportet, quod hæc & illa Deus faciens, illa etiam replet, proprias videlicet promissiones.

Christiani hois dignitas.
1 Cor. ij
Rom. xij.
Reges oleo inungebantur.
Rom. viij.

Ego autem Deum testem accerso ad animam meam, quod parcens uobis, noluerim adhuc uenire Corinthum. Atqui supra dixit, quod non venerit, quandoquidem non habuerim (inquit) meipsius potestatem, sed ab spiritus sim prohibitus. Qui igitur nũc ait, vt parcerẽ vobis, non veni? Vel hoc ipsum spiritus ipsius erat. Spiritus enim ei suggessit ne veniret, proponens nimirum & consulens, quo eis pareat. Vel quia spiritus primum inhibuerit, C post vero & ipse secum reputauerit sic melius esse, ideoque manserit, venireque neglexerit. Sapientiã hic ipsius animaduerte. Quum enim illi dicerem, Propterea non venisti, quod, vt videatur, oderis nos: ipse diuersum adducit, Eam ob causam non veni ad vos, vt vobis parcerem. Hoc autem refert, qui nonnulli apud eos fuerint peccantes, qui tamen in melius animi sui sententiam non permutarint; quos inuasisset, si inuenisset eos non pœnitentes. Expectauit igitur tantisper dum correxerint mores suos, ac tum veniat, nec puniendi occasionem inueniat.

Non quod dominemur fidei uestræ, sed cooperatores simus gratiæ uestræ. Quia videbatur maioris grauitatis & autoritatis quod dixerat (illis enim quispiam parcit, in quos puniendi ius habet, vt qui sit dominus eorum) asperitatem iam orationis curat & mitigat, Non dixi, me vobis parcere; eo quod sit mihi ius in fidem vestram; Liberæ nanque voluntatis fides est, neque quisquam cogit nolentem credere: verumenimuero quia vestra lætitia mea est non veni, ne conijciam vos in mœrorem, ac simul vobiscum perturber. Omnia enim facio pro gaudio vestro, eamque ob causam aduentum meum distuli, vt ad solas has minas vos ad meliorem statum translato inueniens, vos mœroris expertes conseruem.

Fides libera est.

Fide nanque statis. Demissa nũc oratione ipsis loquitur; quãdoquidẽ nõ parũ eos

percusserit in priore epistola. Quod aut ait, est hmôi: In his quę ad fidem attinent, statis. non potui igitur quicquam hoc nomine de vobis conqueri. In alijs vero concussi estis & vacillastis, quæ illis equidem qui non emendassent se, indicassem, vnde & ipsi merito cõtristati fuissent, quandoquidem & animum meum mœstitia inuaserit.

CAPVT. II.



Ecreui autem hoc apud meipsum, ne rursus in mœrore uenirē ad uos. Quia rursus ait, indicat se antehac quoque perturbatum fuisse, nec tamē aperte dixit, Alias etiam turbastis me: sed aliter, Ea de re non veni ad vos, ne rursus vos contristem, quod eãdem quidem sententiam habet. Ideo enim & eos perturbasset obiurgationibus, quandoquidē & ipsum cõtristauerāt de lictis. Attamē nõ peræque fert, vt in priori epistola.

Si enim ego uos contristem, ecquis est qui exhilarat, nisi qui ex me contristatur? Etsi contristem vos, quum vos increpo, & auersor, & a prauitate auerto, ex hoc tamen exhilaror, quia video me plurimi apud vos fieri, adeo vt mordeat vos siq̄ vos auerser vel obiurgē. Nemo em̄, inquit, me exhilarat adeo, vt is qui contristatur, quū conspiciat me ita percitum indicat em̄ q̄ nõ cõtēnat me. Vnde cū melioris vitę spem prębeat, exhilarat me.

Et scripsi uobis hoc ipsum. Quale? quod parcens vobis non veni. Vbi autem scripsi? In hac ipsa epistola. B

Vt ne si uenero, tristitiam habeā propter quos oportebat me gaudere. Eã, inquit, ob causam scripsi vobis, vt corrigamini in melius, ne impœnitētib⁹, ac nõ emendatis assistens, mœrore adficiar, perturberq́ erga vos, quos oportebat lætitiæ ansam mihi præbere.

Confidens de omnibus uobis, quod gaudium meum, omnium uestri est. Scripsi, inquit, confidens quod emendaturi sitis vos, atque ita me gaudio affecturi. Meum autem gaudiū, omnium vestri est. Ea de causa dixi, vt ne contrister non meum, sed uestrum potius cõmodũm spectans. Noui enim quod si conspexeritis me lætantem, lætemini & vos, sin dolentem, & vos doleatis.

Ex multa enim afflictione & constrictione cordis scripsi uobis per multas lachrymas. Postquā supra dixerat, Qui perturbatur, exhilarat me: ne dicant, Eo niteris in mœrorem conijcere nos, vt ipse exhilareris? subdit: vehementer & supra modum dolet mihi, plus quam vobis peccantibus, vos delinquere. Non enim simpliciter ex afflictione, sed ex multa, neque per lachrymas simpliciter, sed per multas, & constrictionem cordis mei scripsi, hoc est, suffocauit cor meum ipsa tristitia, cohibens & constringens & angustum reddens, ac propterea scripsi. Quemadmodum si quis pater medicus secans aut inurens filium suum duplici nomine angitur, & quod ægrotat filius, & quod adigatur ipse admouere manū & secare: altera autem ratione exhilaratur, spe nimirum sanitatis, recuperandęque salutis

Cõparatio pulchra. hunc ad modum & ego delinquentes in mœrorem conijciens, ipse mœreo: alia vero ratione nonnihil exhilaror, spem propter emendationis vestræ. E

Non ut contristemini, sed ut dilectionem cognoscatis quam habeo exuberantibus erga uos. Consectarium erat dicere, non vt contristemini, verum vt emendemini: atqui non dicit hoc. Dulciorem autem sermonem reddit, cupiens eos attrahere, indicando quod eos præ cęteris suis discipulis dilectione maiore complectatur, ac si contristet eos, ex dilectione contristet, non ex iracundia. Maxime enim charitatis symbolum est, me ob delicta vestra perturbari, ac festinare vt vos increpem, vos vero contristari inde. Nisi enim vos diligerē, relinquerem vos absque omni solicitudine vestri.

Sin quispiam contristauit, non me contristauit, nisi ex parte, ut ne omnes uos grauem. Per horum charitatem in fornicatorem statui ac decerni vult, de quo in priore epistola scripserat. Omnes enim ipsum ceu execrabilem auersati erant, idque apostoli iussu: Ne igitur rursus contraria iussi, nempe vt recipiant ipsum, eique condonent, scandalum patiantur Pauli nomine, qui veluti inuersor seu versipellis videatur, prudentissime ar

1.Cor.v. gumentatur, eosque participes facit permissionis, vel dimissionis noxæ, Quemadmodum, inquiens, communiter nos turbauit, sic & cõmuniter exhilaremini in cõdonatione eius. Nõ em̄ me solū conturbauit, sed omnes vos ex parte, hoc est, parum quiddam contristauit, vt ne dicam q̄ omnino vos contristauerit, vt ne ipsum grauem: quandoquidem reuera vos perinde contristarit ac nos, attamen ne aggrauem eum qui fornicatus est, ex parte dico vos contristatos fuisse.

A *Sufficit tali, obligatio ipsa, quae à pluribus facta est.* Non dixit, ei qui fornicatus est, sed tali, perinde ac in priori epistola: sed illic ne nominare ipsum quidem volens, hic vero parcens ei, ne vlla quidem ratione peccati mentionem facit, erudiens nos, vt contritis compatientiores simus.

Itaque è diuerso, potius uos ei condonetis, & consolemini. Nedum, inquit, remoueatis increpationem, caeterum mitius etiam cum eo agatis, & condonetis, & adhortemini ipsum, hoc est, recreetis & curetis ipsum quemadmodum si quis flagris quempiam caedens, non solum non dimittat, verumetiam plagas & vulnera curare adhortetur. Pulchre autem dixit, donate. Vt enim ille non existimet sibi remissam noxam, quia satis cõfessus sit, & sufficienter poenitentia ductus, ostendit quod non tantum ex poenitentia sua, quantum ex illorum gratia & donatione dimissionem recipiat.

Ne quo modo abundantiori tristitia deuoretur talis. Operae est, inquit, precium, vt ipsum denuo assumatis, consolemini & curetis, ne deuoretur veluti a bellua quadam, vel hyeme vel tempestate tristitiae, vel ad strangulationem etiam perueniat, veluti Iudas ex desperatione, vel desultu, vtputa non ferens ex immoderata obiurgatione dolorem, & ad maiorem malitiam amputetur, resecetur, trunceturque. Animaduerte hic quomodo istum deijciat ac demutat, ne post dimissionem segniores fiant. Non enim sufficepit te, ꝙ perfecte sordes elueris, sed ne quid grauius patiaris ob infirmitatẽ tuã. Animaduerte porro, quod non ad naturam peccatorum, caeterum ad affectionem peccantium, increpationes sint finiendae. — Pa̅stores cõsolandi Matth. xxvij — Increpationũ modus.

B *Propterea adhortor uos, ut dilectionem in ipsum decernatis.* Non iam veluti doctor ac praeceptor imperat; sed veluti iudex patrocinans adhortatur decernere, id est, ratam facere dilectionem, nec simpliciter aut vulgariter ipsum assumere. Indicat autem eorum iuxta virtutem. Nam qui antea sic amarant hominem, vt ei collaetarentur & complauderent, vsqueadeo ipsum auersabantur peccati istius causa, vt & Paulus pro eo intercederet.

Vt agnoscam probationem uestram, num ad omnia obedientes sitis. Perterrefacit eos, vt metuentes iudicium inobedientiae, facile condonent homini. Ea nanque de causa, inquit, scripsi, vt cognoscam probationem vestram, hoc est, obedientiae virturem, si quemadmodum audiuistis me vt eum increparetis, sic mihi nunc obediatis vt eum adhortemini cõsoleminique. Tanti enim valet quod ait, Num ad omnia obedientes sitis. Atqui nõ propterea scripsit, sed ob illius salutem: atramẽ hic laeditur, ac simul illis amicũ sese exhibet.

Cui autem quicquam donatis, & ego. Molit per haec caput exertantem contentionem ipsorum, & instantiam, qua videbantur non esse concessuri homini. Ecce illos enim principes gratiae, adeoque primo loco, se vero comitem ac secũdo loco ponit. Cui, inquiens, donatis vos, & ego condono.

Etenim ego, si quid donaui, cui donaui, propter uos in persona Christi: Vt ne existiment se esse dominos dimittendi, & non alium, ac propterea negligant hominem absoluere; indicat eis quod iam ipse tali donauerit, vt non possint sese porro sibi opponere. Ne autẽ

C percutiantur ceu contempti, propter vos, inquit, remisi ei. noram enim quod hoc vobis gratum sit futurum. Deinde ne videatur propter homines cõcessisse vel dimisisse ei poenam, adiecit, in persona Christi, hoc est, erga deum & coram Christo, illo hoc iubente, ac veluti eius loco existens, dimisi. Quod si iam in gloriam Christi cedit dimissio, quomodo non esset huic ignoscendum, vt glorificetur Christus?

Vt ne circumueniamur a satana: haud enim ipsius cogitationes ignoramus. Ne, inquit, fiat publicum damnum, imminuaturque gregis Christi numerus. Eleganter autem rem ipsam, circunuentionẽ nominauit. non enim a se discrepãtia satanas accipit, verũ & nostra rapit, hoc est, quae per compendiũ, id est immoderatã cogitationẽ contigunt, qui mediũ excedunt. Propterea & diaboli cogitationes vocauit malitiã eius & imposturã, & quõ in pietatis specie perdat, nec solũ ex fornicatione eneruet ac debilitet, verũ & ex immodico moerore. Quomodo igitur non esset circunuentio, quum ex nostris etiã bonis nos capiat? — Moeror immodicus etiã homine̅ perdit.

Porro quum uenissem ad Troada ad Euangelium Christi, & porta mihi aperta, non habuit quietem spiritui meo, quia non inuenirem Titum fratrem meum. Supra commemorauit quod afflictionẽ habuerit in Asia, monstrauitque quod liberatus sit ab ea: iãnunc rursus docet ꝙ & aliter infortuniũ sustinuerit, ꝙ non inuenerit Titũ. Quũ enim non adfuerit qui animum addit, grauior est tentatio. Quare quid me tarditatis accusatis, quid in tot tantasq calamitates inciderim, & necessitates, quae nõ finũt nos ꝓ nostro arbitratu proficisci? Nõ

simpliciter autem dixit, profectus sum ad Troada, verum ad euangelium, hoc est, vt prædicarem.ecqui non prædicasti, maxime quum ianua patefacta fuerit? Prædicauimus D quidem, sed non multum, postquam non reperi Titum. Non habui enim quietem, hoc est, turbatus fui, doluit mihi eum non adesse. Ideo ne igitur intermisisti opus dei? non ppterea, sed quia ipediebatur opus illo peregrinante. Nā ego prorsus prędicare cupiebā, enimuero Titi absentia impedimento fuit: magna eīm perficiebat præsens.

Verum seiunctus ab illis profectus sum in Macedoniam. Hoc est, non multum temporis isthic demoratus sum aut triui, afflictus nimirum atque perturbatus. Ostium eīm ingens apertum erat, id est, multum operis restabat, verum propter cooperatoris absentiam impediebatur.

Deo autem gratia, qui nunquam non triumphat nos in Christo. Quia multos commemorauerat mœrores, multaque tristia quæ in Asia in Troade pertulerat, quibus etiam præpeditus ad eos non accesserat, ne videatur ista lugens denumerare, inquit: Gratias ago deo,
Triūph⁹. qui semper triumphat nos, hoc est, conspicuos facit & ostendit. Triumphus enim dicitur cum victoria & trophæis per mediam vrbem progressio atque transitus regis vel imperatoris cuiuspiam. Et nos igitur cum de diabolo trophæis deus conspicuos reddit. Quæ enim videntur esse contumeliæ, sunt gloria nostra: tū enim corruit diabolus. In Christo autem eadem fiunt, hoc est, propter Christum, & verbi prædicationem. Vel quod in Christo triumphamur, hoc est, glorificamur & nos.

Et odorem cognitionis ipsius manifestat per nos in omni loco. Vnguentum, inquit, precio E
dei cogni- sum est cognitio dei, quam nos cunctis hominibus manifestamus: imo non ipsum tantūtio vnguē- modo aroma vel vnguentum, sed fragrantiam etiam ipsius. Etenim præsens cognitio nō tum prę- est admodum perspicua, sed per speculum & in ænigmate. Perinde igitur vt qui fragranciosum. tiam olfacit, vnguentum alicubi esse positum nouit, quantum autem sit quo ad essentiā non nouit: sic & nos quod deus sit, nemo non nouit: quis vero sit quo ad essentiam, nō nouit: sic & nos quod deus sit, nemo non nouit: quis vero sit quo ad substantiam: non porro. Veluti igitur acerra fumus regia, & quocunque abierimus, odorem spiritualis vnguēti circumferimus, cognitionis videlicet dei. Quum igitur pauloante dixisset, quod semper triumphamur, nunc inquit in omni loco homines bono suffitu adflamus. Omnis eīm locus & tempus nostris institutionibus repletus est. Itaque strenue oportet ferre, si quidem & nunc glorificemur priusquam futuris bonis potiamur.

Nam Christi bonus odor sumus deo in ijs qui seruantur, & in ijs qui pereunt. Vel hoc dicit, quod nos ipsos hostiam offerimus, morientes propter Christum, vel quod ob Christi victimam & mactationem veluti quidam suffitus & nos incendamur. Quod vero ait, est huiusmodi: Etiamsi seruentur quidam, aut pereant, Euangelium propriam virtutem retinere perseuerat, nosque perseueramus illud esse quod sumus. At quemadmodū lumē etiamsi caligine perfundat quid debilioris visus sunt, lumen tamen est, ac quemadmodū mel etiamsi febricitantibus amarum fuerit, dulce tamen est: hunc ad modum Euangelium odorum est, etsi increduli quidam quum sint, pereunt. Et nos bona fragrantia sumus, non simpliciter autem, sed deo. Quando vero ille iudicauerit isthuc, quis F est qui contradicat.

Alijs quidem odor mortis ad mortem, alijs uero vitæ ad uitam. Quia dixerat nos bonam esse fragrantiam pereuntibus, ne arbitreris illos quoque esse reprobos, & minime gratos apud deum, subintulit hæc: Odorem, inquiens, hunc alij quidem expetunt vt seruentur alij vt pereant. Perinde ac sues & cantharos pisces vnguentum suffocare dicitur, sic & Christus, petra scandali, & in ruinam positus est. Tum ignis aurum illuminat, clariusque reddit, spinas vero vrit & absumit.

1 Pet. ij. *Et ad hæc quis est sufficiens?* Quia magna dixerat, nimirum, bonus odor sumus, & triūchrist⁹ pe- phamur, rursus ad moderatam humiliterque de se sentientem mentem redit. Ad hæc inra scāda- quiens, nostra imbecillitas non esset satis, nisi dei esset potentia. Illius enim solius totum li. hoc est quod agimus, nihilque nostrum est.

Non enim sumus, ut multi, cauponantes uerbum dei. Mendaces & vanos apostolos hic notat, qui dei gratiam suum esse opus affirmabant. Propterea, inquit, dixi, quis est sufficiens: ac deo totum retuli acceptum, quod non sum sicut pseudapostoli, cauponans ac depravans verbum dei. Ostendit autem iuxta clanculum, quod Euangelij doctrinam deprauent humanæ sapientiæ rationibus, at pecunia diuendere conentur, quod gratis impertiendum erat. Verum nos non sumus huiusmodi. Infert igitur,

Sed tanquam ex synceritate, sed tanquam ex deo, ante conspectum dei in Christo loquimur.
A Hoc est, ex pura minimeque fallaci mente, ac veluti ex deo habentes ea quæ loquimur, & non veluti per nos ipsi quicquã transigamus, cum in Christo, non per nostram sapientiam, verum illius sapiẽtia imbuti & instituti. Ante conspectum autẽ dei dixit, vt cordis sui candorem & libertatem ostẽdat. Adeo enim cor nostrũ purũ est, vt & deo indicemus.

CAPVT III.



Ncipimus rursum nos ipsos commendare. Quandoquidẽ de seipso locutus erat ardua, fors quispiam dicere poterat, Quid adeo o bone Paule te effers, huiusmodi de teipso proloquẽs? hanc igitur obiectionem per sequentia diluit.

Nisi opus habeamus commendatitijs literis ad uos, aut ex uobis cõmẽdatitijs. Hoc cum grauitate & autoritate loquitur, sermonem suum asperiorem reddens. Pseudapostolos autem carpit, qui cũ proprijs suis operibus non possent inclarescere; cõmendatitias fingentes epistolas, quibuscunque vellent, ostẽdebant, & ad quos cuperent perferebant, quibus ita cõmẽdabantur & innotescebant. Quod igitur dicit permotus, est huiusmodi: Nisi quis dicat quod oporteat nos epistolas commendatitias adferre ad vos, vt per ipsas vobis manifestemur, aut rursum ex vobis ad alios. Deinde ex effectu apposite subdit.

Pseudapostoli

B *Epistola nostra uos estis scripta ĩ cordibus nostris quæ cognoscitur & legitur à cũctis mortalibus.* Quod fecissent, inquit, literæ comendantes nos, & honestos venerabilesque reddentes, hoc ipsum vos facitis, qui vidistis & audistis nos. Nam quocunque profecti fuerimus, vos circumferimus, cordique nostro inscriptos gestamus, omnibus denunciantes virtutem vestram. Proinde quum vos habeam epistolam me alijs commendãtem, non indigeo aliorum epistolis ad vos, per quas innotescam ignorantibus me. Porro quum vos in mente mea sitis, non opus habeo vt quidam alij me vobis prædicent. Ad ignotos enim commendatitijs literis opus est, non ad cognitos. Vos autem ita mẽti mea inscripti estis, vt excidere nõpossitis. Hic autem testimonium dicit non solum eorum dilectioni, verũetiam virtute conspicuis operibus, vt quid sufficientes fuerint cunctis mortalibus præceptoris sui dignitatem commonstrare. Discipulis nanque virtus, præceptorem ornat.

Ac manifestamini quod estis epistola Christi. Quia isthuc ratione? Quod lex Christi & mandata eius, literarum instar apud vos maneant & custodientur.

Discipuli virt⁹ pręceptorem ornat.

Ministrata à nobis, inscripta non atramento, sed spiritum dei uiuentis, non tabulis lapideis; sed tabulis cordis carneis. Occasione apprehẽsa comparãdi legẽ cũ euãgelio, orditur hinc inquiẽs: Aeque ac Moses minister fuit legis, sic & nos vestræ in verbũ fidei ministri extitimus. Et perinde vt is tabulas lapides habuit, sic & nos vestra corda. Lex porro atramento scribebatur, euangelium autem in vobis per spiritum scriptum est. Quanto igitur interuallo spiritus ab atramento distat, & cor a lapide, tanto & nouum testamentũ a lege discrepat. Quod ait in tabulis cordis carneis, sic lege per hyperbaton: In tabulis carneis, deinde adijce quod per medium interpositum est, hoc est, cordibus. Aut postquam
C corda sint etiam lapidea, induratorum nimirum, eam ob rem credentium corda carnea esse dixit, quippe quæ sint capacia verbi.

Ex. xxxi & xxxiiij

Legis & euangelij differẽtia.

Fiduciam autem habemus talem per Christum ad eum, non quod sufficientes simus à nobis ipsis cogitare quicquam ueluti ex nobis ipsis. Quia commostrauit nouum testamentum vetere esse maius, consequens autẽ erat ratiocinari quod & vos deinceps apostoli noui testamẽti ministri maiores estis Mose, qui veteri testamento inseruit, idque arrogans esse videbatur: Nihil, inquit, nostrum, sed fiducia nostra, id est gloriatio nostra, per Christũ est ad deũ. Christus enim est in causa nobis quur in deo gloriemur, nihilque plena nostrum est, ne minimum quidem. Hoc enim indicat quum ait, Non sumus sufficientes cogitare aliquid veluti ex nobisipsis.

Sed sufficiẽtia nostra ex deo est, qui fecit nos sufficiẽtes ministros noui testamẽti. Potẽtia, inquit nostra ex deo est: ipse nanque idoneos aut sufficientes non reddidit, hoc est, roborauit, potẽtiã nobis suã insęuit, idoneos fecit ministros magnę ac diuinę illi⁹ rei, noui testamẽti.

Non literæ, sed spiritus. Lex quidem spiritualis est, hoc est, ab spiritu data, nec tamen spiritum suppeditabat, vt nouum. Hoc igitur dicit, nobis non sunt creditæ literæ, perinde ac alijs, sed spiritus suppeditatio. Etenim non tantum spiritualia & diuina docebant apostoli, verumetiam manum imponentes, spiritum dabant.

Roma. vii Lex spũalis est.

Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. Lex si acceperit quempiam peccantem, etiam si hoc minimum visum fuerit, veluti si quis in sabbato ligna colegisset, eum tollit e me D dio. Spiritus autem sanctus eos qui innumera flagitia commiserunt, suscipiens in lauacro baptismatis, iustificat, mortuosque peccato, viuificat.

num. xv. Legis seueritas.

Si autem ministerium mortis, literis impressum in lapidibus, factum est in gloria. Quum supra docuisset discrimen noui a vetere testamento, quod illud quidem atramento, hoc vero spiritu scribitur, & illud quidem in lapides, hoc vero in corda scribatur, tũ quod isthuc occidat, hoc vero viuificet: nunc ostendere in animum inducit, quod & gloria Euangelij maior sit. Quia vero lex externam gloriam habuit, quæ ex Mosis renidebat persona & facie, nouum vero testamentum spirituali gloria refulsit, quam nemo corporis oculis vel sensibiliter videt: a ratiocinatione igitur excellentiam Euangelij gloriæ ostendit, inquiens. Lex ministra erat mortis. Non dixit autem factrix mortis, vt ne det locum hæreticis, sed adiutrix. Peccatum nanque mortem faciebat, lex autem pœnam inducit ac statuit. Præterea literæ tantum aut elementa, lex fuit, non auxilium præstans certantibus, quod fit in baptismate, atque supplicia indelebilia subindicans. Lapidibus enim impressum fuit ministerium mortis ipsum. Si igitur lex, quum huiusmodi sit, in gloriam cessit, quanto potius gratia quę incomparabiliter excellit?

Exodi. xxxiiij.

id.

Adeo ut non possent defigere oculos filij Israelis in faciem Mosis, propter gloriam uultus ipsius quæ aboletur. Clanculum Iudæos accusat. Adeo nanque rudes inquit fuerunt, vt neque sensibilem gloriam intueri possent. Non dixit autem quod lex & tabulæ habuerint glo B riam. Moses enim celebris erat, non tabulæ legis. Quinetiam ipsum Mosis splendorẽ tollit, abolitam illam gloriam dicens, hoc est, quiescentem. Vide autem quomodo non dixerit prauam, sed finem accipientem & ociosam.

Quomodo non potius ministerium spiritus erit in gloria? Quum legem dixisset ministerium mortis, consequens erat dicere, Euangelium esse ministerium vitæ: at quod maius est dixit, nimirum spiritus. Nouum nanque testamentum suppeditandi facultatem habet; non vitam modo, at quod maius est, spiritum quoque ipsum, qui vitam suppeditat. Multo igitur celebrius erit lege.

Noui testamẽti pstãtia prę lege.

Si enim ministerium condemnationis est gloria, multo magis ministerium iustitiæ abundat in gloria. Rursus eandem sententiam circũuertit, adeoque profert. Interpretans autẽ quomodo dixerit, Litera occidit, legem ait esse ministerium condemnationis, non punitricem peccati, nec factricem. Ministerium vero iustitiæ, Euangelium, quod non solum a pœna & supplicio liberat, verum iustificat etiam peccatores. Quanto igitur potius Euãgelium in gloria erit?

Etenim neque glorificatum est quod glorificatum est, in hac parte, propter excellentem gloriam. Quid confero, inquit, vetus & nouum testamentum inter sese? Tanta est enim noui excellentia, vt in hac parte, id est in comparatione, ne gloriam quidem habere putetur quod glorificatũ est, vetus nimirum testamentum, propter eximiam noui gloriam. Nam lex glorificata per seipsam, Propter excellentiam tamen gloriæ Euangelij, ingloria videtur. Animaduerte autem quod & in hoc commendet vetus testamentum, comparationes enim F fiunt inter cognata.

Compa a tiones inter cogna ta fiunt.

Si enim quod aboletur, per gloriam, multo magis quod manet in gloria. Aliam rationem adijcit. Si enim abolenda abrogandaque lex, per gloriam data est, quanto magis in gloria erit stabile ac semper duraturum nouum testamentum?

Habentes igitur huiusmodi spem, multa fiducia utimur. Quia in gentem quandam gloriam nouo attribuit, qui vero isthuc audierãt, desiderabãt fortasse externã sensuque cõprehensibilẽ gloriã videre, vt imbecilles intellectu: Spẽ habem⁹, inquit, qualẽ? quod maioribus nẽpe bonis honorati ac donati sim⁹, quã Moses, quotquot credimus. Hinc multa libertate ac fiducia vtimur erga eos quos instituimus, nihil abnunciantes, nihil etiã prętermittentes, neque metuimus vestrum conspectum, quemadmodum Moses Iudæorum. Non enĩ estis infirmi æque atque illi. Moses enim quum secunda vice accepisset tabulas, atque a monte descenderet, faciem habebat adeo splendicantem, vt Iudæi neque accedere eum possent, neque quicquam cum eo loqui, tantisper dum vultum obuelauit; velum ei opponendo. Huius historiæ Paulus hic iam meminit, & ait.

Mosis splendor. Exodi xxxiiij.

Et non quemadmodum Moses ponebat uelamen super faciem suam, ne filij Israel in eum intuerentur, in finem eius quod aboletur. Id est non est opus nos contegi, perinde ac Moses se contegebat. Potestis enim aspicere gloriam hanc quam habemus, quæ illa longe est lu-

A cidior atque fulgentior; hoc est, pulchre potestis intelligere Euangelij mysteria, nec op⁹ habemus ea celare vos, ac veluti tegumento quopiam vobis abscondere propter obscuritatem sui. Israelitæ autem rudes non potuerunt videre quod finem haberet lex, quodq; abroganda foret. Velum enim pinguem necnon crassam eorum mētem significat, vt deinceps disces. Nonnulli sic intellexerunt, quod illud ipsum illorum cæcutire, quo nequiuerunt dirigere lumina sua in vultum Mosæ, ostenderet gloriam istam finem habere. Cū enim non videretur, gloria non erat: atque hac ratione significabatur eam non diu duraturam, quandoquidem ne gloria quidem appareret.

Sed excæcatæ sunt mentes illorum. Nam in hodiernum usque diem idem uelamentum in lectiōe ueteris testamenti manet non retectum, quoniam in Christo aboletur. Excæcata est inquit mens eorum: ac propterea neque qui tum ducebant vitā, videbant, neque qui hodieq; superāt & vescuntur aura (vt poetæ verbo vtar) cernūt: quippe qui excæcati sint, ipsumque velamentū habeant in facie Mosis, hoc est in lectione q̄ superficie tenus fit legis. Nam Mosen Christus legem nominat, vt in eo loco. Habēt Mosen & prophetas. Neque reuelatur eis, neque dignoscitur quod Christus esset antiquaturus vetus testamentum. Itaque mentis eorum error est, siquidem excæcatio mentis est peccatum. Ne per igitur mirum sit vobis si non possint intueri in gloriam Christi, & credere Iudæi: neque enim gloriam legis, quę minor erat, conspicere poterant. Si enim legis gloriam vidissent, Christi etiam radians iubar conspicati essent. Gloria enim legis est, ad Christum conuerti quenquam. Vbi autem Luc. xvi

B dixit quod lex per Christum sit abroganda? Isthic vbi ait: Prophetam vobis excitabit dn̄s deus, ipsum per omnia audietis. Itaque quum iuberentur ipsum audire, ipse vero & sabbata dissolueret, & circuncisionem, aliaque omnia: lex igitur imperabat propriam sui dissipationem. Insuper per hoc quod præciperet sacra fieri invno templo, illud ipsum autem rursus auferret, sacrificia non omnino auferebat. nam & tu es sacerdos, inquit, in sempiternum, secundum ordinem Melchisedec. &, Victimam & oblationem noluisti. Hæc enim omnia legis sunt solutio abrogatioque. Deute: xviij. Actuū. iij. iij. reg. ix psal. cix: ps. xxxix


At in hodiernum usque diem cum legitur Moses, uelamētum super quo ipsorum est positū. Quia supra dixerat quod in lectione veteris legis velamentū sit positum, ne quis existimet q̄ velamentum legis obscuritatem dicat, Haudquaquam, inquit, sed cæcitatem & ruditatē cordis eorum, hanc dico velamentum: quandoquidem in facie Mosis, non ipsius gratia situm erat, sed propter eorum crassitiem hebetudinemque visus.

Quando autem conuersus fuerit ad dominum, auferetur uelamen, dominus autem spiritus est. Modum hic dicit quo fieri possit vt corrigantur Israelitæ. Quando conuerteris te ad dominum, hoc est, quando ab lege defeceris, accesserisque spirituali Euangelio, tunc auferetur velamentum. Nam quādo Moses, vt historia habet, ad dominum accedebat, retect⁹ erat. Id vero futuræ rei indicium erat, quoniam quum conuersus quispiam fuerit ad spiritum (is enim dominus est) nudam videbit faciem legislatoris, imo ipse erit Mosis loco, excellentique fruetur gloria, legis nimirum gloria, vt dictum est. Hanc enim donabit spirit⁹, veluti dominus & omnipotens. Exodi xxxiiij.

C *Vbi aūt spiritus domini, isthic est libertas.* In lege iugū erat & seruitus, in spiritus autem lege & Euangelio libertas, vt citra obstaculū & libere videatur gloria domini. Libertas euāgelica

Nos autem omnes gloriam domini retecta facie speculantes, in eandem imaginem transformamur ueluti à domini spiritu. Tanta inquit libertate & ingenuitate fruimur, vt omnes nos fideles, non quemadmodum vnus ille Moses retecta facie (non enim est apud credentes velamentum) gloriam domini speculantes, in eandem imaginem trāsformemur, hoc est eādem gloriam recipiamus, tanquam speculum simus, splendoremque recipientes, rursus resplendeamus. Ac quemadmodum argentum è contrario solis positum; remittit radios etiam ipsum ex repercussu solis: sic & nos in baptismate per spiritum purgati, illiusque radijs illustrati, iubar quoddam spirituale, quod sola mente comprehenditur, remittimus, ac transformamur in eandem imaginem, a gloria spiritus ad gloriam nostrā, eamq; talem qualem par est habere eum qui a spiritu domini, qui nulli est subiectus, illustratus est. Nam cū dn̄s sit, heriles etiam faces & flammam habet. Siquidem omnes fideles spiritu sancto replentur per baptisma, animaq; ipsorū fulget: quandoquidē etiā Moses diuinam gloriam conspicatus, transformatus est & ipse ad hanc, hoc est, adsumpsit & ipse fulgorem, luxitque vultus ipsius, quippe quæ figura nostri esset. Christianorū splēdor.

CAPVT IIII.



Ropterea habentes ministerium hoc, quemadmodum misericordiam sumus consecuti, non deficimus. Quia multa eaque ardua dixerat, nimirum quod Mose maiores sint apostoli: (nam si omnes fideles sunt maiores, quanto magis illi) curat nunc adeoque demittit rumorem istū. Dei est, inquiens, vniuersum, nos enim ministri tantummodo sumus, neque illud etiam ministerium nostrum est, sed (perinde ait) misericordiam consecuti sumus, diuinæ enim & isthuc misericordiæ est. Hyperbatō autem hoc est, propterea non deficimus, hoc est, quia tantis sumus dignati donatique bonis, non defatigamur, neque deficimus ad pericula, ad afflictiones, postquam semel misericordiam consecuti ; ordinati sumus ministrare. D

pseudapostoli. *Verum abdicauimus occulta dedecoris, non obambulantes in astutia.* Pseudapostolos subobscure notat & intelligit hic, qui simulabant omnia. Accipientes enim clanculum, videbantur non accipere, sancti in speciem cernebantur, & immundi erant. Nos vero recusauimus talia committere, quæ manifestata dedecore afficiunt, pudoreque suffundunt agentē, nēpe quæ cum hypocrisi & fuco transiguntur. Infert enim, non obambulantes in astutia, in impostura. Proinde in idem recidunt & quæ contumeliam pariunt, & quæ in astutia seu fraude transiguntur. Sin de turpibus facinoribus isthuc intelligas, nihil impedit. nā huiusmodi etiam committunt pseudapostoli. E

Non adulterantes uerbum dei. Non solum vita, inquit, nostra simplex est & pura, & expers sceleris, verumetiam doctrina nostra & verbum, doli sunt vacua. Non enim quicquā externæ sapientiæ admiscemus ipsi, aut quicquam adulamur, aut ex verbo pecunias colligimus, aut iam quidem hoc, iam vero illud docemus pro temporum & personarū opportunitate, perinde ac pseudapostoli.

Sed in manifestatione ueritatis commendantes nos ipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo. Pseudapostoli commendant seipsos hypocrisi, & per hoc quod alias alij videantur: ego vero commendo meipsum manifestatione veritatis, hoc est, ipsis operibus pro testimonio vtor: veluti quum me nihil accipere confirmo, testes habeo vos, aliaque id genus eandem ad rationem. Atque sic me prædico & commendo apud omneis homines tam infideles, quam fideles, vitam meam retegēs ac denudens: prædicationemque verbi omnibus patefaciens, vt ipsum discant. Quia vero fieri potest vt homines fallantur, adijcit, coram deo, vel ante conspectum dei, quem pseudapostoli testem habere haud sustinuissent.

Sin occultatum est Euangelium nostrum, in pereuntibus occultatum est. Quum supra dixisset Israelitis velamen appositum esse, fideles autem retecta & aperta facie videre: subijcit euangelium, quod si contectum est Euangelium, infidelibus est contectum. Quod enim Iudæis obtingebat ex Mose, hoc non credentibus ex Euangelio obuenit. Illorum autem culpa est, non Euangelij, quod non videant gloriam Christi. nam si credidissent, etiam ipsi aperte palam conspexissent gloriam dei.

infidelib' euāgeliū contectū est.

In quibus deus seculi huius excæcauit mentes infidelium, ut non radiet eis illustratio Euāgelij gloriæ Christi. In pereuntibus, qui multi sunt & varij, sunt etiam increduli. Horum igitur mentes excæcauit deus seculi huius. Hic prodeunt Marcionistæ, asseuerantes per hęc cōditorem omnium rerum intelligi, quem iustum quidem dicunt, sed non bonum. Manichæi vero per deum huius seculi, diabolum accipiunt, quem & ipsi mundi huius conditorem adserunt. At vero neutrum horum firmum est, cæterum de deo nostro hoc dictū est. Ac si seculi huius deus esse perhibeatur, nihil nouum est, quum & deus cœli dicatur; Nec huius tantum deus est, verum deus Abrahami, Isaac & Iacob, nec illorum tantum, nec prorsus omnium. Quid igitur noui est si Paulus oportune etiam ipsum nominauit deum huius seculi, vt ita magis ostendat incredulis quod etiam ea quæ videntur, ipse cōdiderit, ex quibus etiamsi voluptatem ipsi capiant, conditorem tamen ipsum reijciunt? Hunc autem ad modum hic locus est legendus: Infidelium huius seculi mentes excæcauit. futurum enim seculum infideles non habet. Quid vero est excæcauit? hoc est, permisit eis cæcis esse, quemadmodum & illud, Tradidit eos deus in affectus ignominiæ. Quū enim resilierunt ab eo, dimisit eos, reliquit eos: non enim cogit ad salutem. Obserua aūt quod non dixerit excæcauit, vt referatur ad hoc vt infideles maneant, verum ad hoc, quo prophani oculi non videant lucem seu splendorem gloriæ Christi. Splendor autem & il F

Marcionistæ. Manichæi.

Neem. ij. Exodi. iij

Excæcare dei. Roma. i.

luminatio est, credere quod Christus crucifixus sit, quod in cœlum receptus sit, & quod
A futura nobis bona daturus sit. Quẽadmodu si quis ophthalmia laborans, vel sanguine
infectis oculis ægrotet, quædã obstruat, ne solis radios intueatur, ne ijs offendatur, hanc
ad rationem & illi increduli perseuerarunt a seipsis. Porro quum tales facti essent, exclu
sit deus radios gloriæ Euangelij, æque atque Israelitis Mosæ faciam obuelauit. Sic & no Matt.vij.
bis in mandatis dedit, ne proijciamus margaritas nostras ad porcos Bene autem radian-
di verbo vsus est. moderatum enim & mediocre iubar, non totam illuminationem hic ha
bemus vel lucem, quam & antea odorem & arrhabonam dixit, indicans quod eximium
& excellens in futuro suo remaneat. Sup.i.&.ij

Qui est imago dei. Monstrat hic quod non solam Christi gloriam ignorent, verum
etiam patris. Quum enim sit imago patris Christus, qui hunc non videt, neque illum cõ
spicit aut nouit.

*Non enim nos ipsos prædicamus, sed Christum Iesum dominum, nos ipsos autem seruos uestros,
propter Christum.* Supra dixit quod non obambulemus in fraude, deinde adiecit de
infidelibus quomodo sint contecti. Ait igitur nunc, Propterea fraudulenter non agim⁹,
quia nosipsos haud prædicamus, vanorum apostolorum instar. Illi nanque persuadebãt
discipulis suis vt ab se sibi nomina inderent, vt in priore epistola indicauit, alijs dicenti-
bus, Ego quidem sum Apollinis, ego vero Cephæ. Aut ne existimetis qui aduersum nos
pugnatis, quod nobiscum bellum geratis. Non enim nosipsos prędicamus, sed Christum
B Iesum, aduersus eum nanque dimicatis qui prædicatur. Nos enim adeo non prædicam⁹ i.Cor.i
nosipsos, vt & non detrectemus serui vestri esse propter Christum, hoc est, eo quod ille
sic nos dilexit, & omnia nostri causa egit.

*Quoniam deus, qui dixit ex tenebris lumen splendere, qui resplenduit in cordibus nostris, ad illu
minationem cognitionis gloriæ dei, in facie Iesu Christi.*
Quare nosipsos non prędicamus? Quia deus illuxit in cordibus nostris, & perinde ac
faciei Mosæ quondam, sic nobis nunc refulsit. Porro non quemadmodum in prima crea
tione dixit, Et facta est lux e tenebris, sic nunc dixit, Et facta est lux: cæterum ipse nobis
est lumen. Siquidem is illuxit nobis in facie Christi, hoc est, per Christum. Per Christũ Exodi
enim lucet in nobis pater, datque illustrationem cognitionis, non substantiæ suæ, sed xxxiiij.
gloriæ. Animaduerte autem Trinitatis sacrosanctę mysteriũ apud Paulum etiamnunc.
De spiritu nanque dicit, Gloriam domini speculamur, dominus enim spiritus est. De fi- Gen.i.
lio autem, Illustrationem gloriæ euangelij Christi. De patre autem nunc, Illustrationem
cognitionis gloriæ ipsius.

Habemus autem thesaurum in uasis testaceis. Postquam multa & præclara de ineffabili
gloria loquutus esset, ne quis dicat, Et quomodo manemus in mortali corpore, talia, vt
dicis, accipientes? hoc ipsum, inquit, dei etiam virtutis est & potentiæ, quoniam vas te
staceum huiusmodi thesauros capit.

Vt excellentia potentiæ sit dei, & non ex nobis. Vt magnitudo & excellentia, inquit,
virtutis quæ in nobis apparet, Dei sit, neve existimemus nos ista egere ex nobis ipsis, Trinitatis
C verum omnes qui vident, dei dicant hoc totum esse. Notat autem pseudapostolos, quo mysterij.
niam sibipsis vniuersum adscribebant.

In omnibus afflicti, sed non constricti. Adeo, inquit, totum est potentiæ dei; vt & testa
cei quum simus, tot tantis tamque varijs tentationibus impulsi, non frangamus neq; per
damus thesaurum qui in nobis est. Affligimur enim in omni cum loco, tum tempore, in-
ter amicos, inter hostes: sed non constringimur, angustia ve concludimur, deo cordib⁹ no-
stris latum consolationis campum patefaciente.

Indigentes, sed non plane destituti. Hoc est, ad penuriam & egestatem incidentes, verun
tamen recti consistentes, in desperationem non deuoluimur, neque vincimur, cæterum
in deo inuenimus opes, atque vincimus.

Persecutionem patientes, sed non derelicti.
Persequuntur quidem nos homines, verum deus nos non deserit. Ad exercitium enim
nostrum non ad victoriam hæc permittuntur.

Deijcimur quidem, sed non perimus. Corpore, inquit, & externis rebus deijcimur ab ad-
uersantibus nobis, sed non perimus quantum ad alacritatem animæque instantiam atti-
net, tum quo ad corpus ab deo etiam conseruamur.

Semper mortẽ domini Iesu in corpore afferentes, ut & uita Iesu manifestetur in corpore nostro:

D

Hoc est, quotidianas mortes sustinentes, imitantesque mortem domini Iesu semper, hincque vitam ipsius commonstrantes, seu resurrectionem in corpore nostro. Si enim quispiā non credat quod dominus resurrexerit, videns nos quotidie mori & quotidie viuere, nō porro bona ratione incredulus permanebit.

Semper enim nos qui uiuimus, in mortem tradimur propter Christum, ut & uita dei manifestetur in mortali carne nostra. Per hæc interpretatur quomodo dixerit occisionem Iesu, quādoquidem non perinde apertum erat. Solet autem perpetuo obscure dicta declarare, lucidioraque reddere. Quod ait, vt vita Iesu manifestetur, iuxta priorem intellectum sic accipiendum est: Vt mortem Christi sustinemus nunc, viuentesque propter ipsum mori deligimus, sic & ipse volet mortuos viuificare tum: quod & alio in loco ait: Si Christo cōmorimur, simul etiam cum eo viuemus.

Roma. vi

Mors itaque in nobis operatur, in uobis autem uita. Mortem hic tentationes vocat, hoc dicens. Nos, inquit, in periculis sumus, vos autem ex periculis vitam decerpistis: Euangelio nempe vobis prædicato, vitam viuitis per illud sempiternam.

ps. cxv.

Habentes autem eundem spiritum fidei, secundum quod scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propterea & loquimur.

Tentationum supra mentionem fecit, & mortis generum, & quod ex his nos liberet Ies⁹. adiecit etiam rationem, quoniam propterea liberat, vt resurrectionis suæ fidem faciat. Subdit itaque iamnunc quod fide hoc oporteat certum reddi, non tantum rationib⁹ & verbis. E Quemadmodum, inquit, Dauid tentationibus immersus, & ab deo solo ab ijs ereptus, Credidi, propter quod (dixit) locutus sum: hac via & nos eundem fidei spiritum habentes, quem & ille habebat, credimus, ac eam ob causam loquimur, quod perinde vt Iesus resurrexit, sic & nos pericula huius temporis vincemus, & rursus excitabimur. Obserua quod idem sit spiritus veteris & noui testamentorum, propter eos qui legem calumniantur.

Spūs idē vet. ac no. testamēti

Scientes, quod qui excitauit Iesum, & nos excitabit, ac simul uobiscum exhibebit. Omnia enim propter uos, ut gratia exuberans, per plurium gratiarum actionem exuberet ad gloriam dei. Quid credimus, & quid nouimus? Quoniam & nunc ex periculis nos eripiet, ac in posterū excitabit, qui & Iesum excitauit, sistetque nos vobiscum, vt perfruamur bonis. Animat autem eos, confidentesque facit ad fidem & bonam vitam. Notat autem pseudapostolos, qui dicebant nos esse mediatores bonorum quę ab deo proueniunt. Propter vos igitur sunt omnia inquit etiam ipsa resurrectio, non propter hunc vel illum. Hoc autem de⁹ facit, multisq; donat, gratiamque suam exhibet, vt exuberante gratia, abundet & gratiarū actio, per multas personas adducta ad gloriam dei. Quare vani apostoli quum gratiam dei sibi adscribunt, obscurant pariter gloriam suam.

Propterea non deficimus, ac etiamsi exterior noster homo corrumpitur, interior tamen innouatur de die in diem. Quoniam, inquit, nouimus dei potentiam atque vires, & quod hoc tempore nos e periculis liberet, & quod post fata nostra nos suscitabit splendidos; non deficimus, neque recusamus pati. Porro exterior homo, id est corpus, corrumpitur, quomodo? dum flagris cæditur, dum agitur. Interior vero, id est spiritus & anima, renouatur. quanam ratione? quum bene sperat, ac libere agit, quasi propter deū patiens & gaudens. F

Homo exterior & interior.

Quod enim statim & facile est afflictionis nostræ, per excessum ad excessum æternū pondus gloriæ operatur nobis. Interpretatur quō innouetur interior hō, dum secum reputat quod afflictio statim transit, nec diu durat, id est, temporaria est, ac facilis propter hoc ipsum quod sit temporaria. Gloria autem æterna est, & pondus habet, hoc est, magnitudinem excellēter excellentē. hoc enim est quod ait, per hyperbolen ad hyperbolen.

Non spectantibus nobis quæ uidentur, sed quæ nō uidentur. Quæ enim uidentur, temporaria sunt: quæ uero non uidentur, æterna.

Ecqui facile quippiam est afflictio? Quia omnia inquit quę videntur, temporaria sunt, itaque & afflictio, imo & ipsa requies: nam & ipsa visui subiacet. Ob eam enim causam dixit, quæ videntur, vt & hanc comprehenderet. Neque igitur afflictioni succumbemus; neque ocio & quiete diffluemus vel laxabimur, vtrunque enī temporarium est. Quū itaque hæc se ita habeant, vt quæ non videntur, sint æterna, id est & regnū & pœna, isthuc ergo desiderate, hanc vero declinate.

CAPVT V.

A 

Oui mus enim quod si terrestris nostra domus tabernaculo suo dissol uatur, ædificationem ex deo habemus, domum non manufactam, æter nam in cœlis. Quia dixerat supra, quanto exterior homo corrumpitur, tanto innouatur interior, ac aliquid ita nouiui deretur adferre: Imo, inquit, quando perfecte corruptum fuerit mortale corpus, tum innumera nobis bona germina-bũt: Simul autem & de resurrectione ipsis rursus differit, etiã si non adeo perspicue vt in priore, vt ne videatur inemẽ dabiles eos iudicare. Terrestrẽ aũt domũ tabernaculi noĩauit Porro dum tabernaculum vocat, temporariam corruptibilẽ que eius naturam significat. scena enim quiddam est non perinde longo tempore durãs. Etiamsi autem sæpenumero scenæ, id est tabernacula vocentur iustorum quies, verum isthuc cum appendice dicitur, nempe tabernacula æteana. Animaduerte autem quomo do terrestri oppofuerit cœleste, ad tabernaculum æternam referens. Exaggerans autem encomium futuræ gloriæ corporis nostri, & non manufactam appofuit, non vt opponeret corpori huic, non enim est manufactum. Nonnulli per domum manufactam, vitam quam in terris degimus, acceperunt: tabernaculum autem, corpus ipsum: vt sit quod dicitur, hmõi: Si dissoluta fuerit in terra vita corporis nostri, quæ & manufacta dici possit, tanquã a manibus consistat (panis enim & vinum sunt huiusmodi, ex quibus vita nostra
B velut per manus conficitur) habebimus aliam vitam in cœlis incorruptibilem & nõ manufactam, hoc est, non indigentem nostrarum manuum operatione. Supra.iiij Luc.xvi

Etenim in hoc ingemiscimus, habitationem nostram ex cœlis superinducre desiderantes. Qualẽ habitationem? corpus incorruptibile. Ex cœlo autem ipsum dicit, non quod descendat a supernis, cæterũ quod inde possideat & retineat emissam incorruptibilitatis gratiã. Adeò aũt non est opus vt quisquã turbetur ob tentationes corporis quasdam ex parte contingentes, vt e diuerso potius ingemiscere debeamus quod non vniuersim corruptibile corpus exuamus, vt incorruptibile hoc superinduamus. Propterea non tabernaculũ ipsum nominauit, sed habitationem, veluti permanentiorem. Corporis incorruptio e cœlo.

Si modo & induentes, non nudi inueniamur. Vt ne confidant omnes incorruptibilitati corporis, si modo, inquit, induentes incorruptibilitatem, & corpus incorruptibile accipientes, non nudi inueniamur a gloria & securitate, quippe qui peccati deformitatem habea mus. Resurrectio nanque communis est, honos non est communis omnibus.

Etenim quum sumus in tabernaculo hoc, ingemiscimus, quatenus nolumus exuere, sed induere; ut absorbeatur corruptibile à uita. Quia molestum videbatur quod dixit, Ingemiscimus desiderantes liberari a corpore, etenim ineffabilis est animæ ad corpus detentio: Nõ propterea, inquit, ingemiscimus, vt simpliciter a corpore liberemur, verum quia superindue re incorruptibilitatem expetimus. Proinde corpus hoc neque exuere volumus, verum a corruptione liberari, vt impendatur insumaturque corruptio a vita, non corpus. Nec eñ simpliciter corporis nomine grauamur, sed quia est corruptibile. Hinc autem omnino hę
C reticorum obstruuntur ora. Non enim de alio atque alio corpore sermo est, sed de corruptione & incorruptibilitate.

Qui autem cõdidit nos ad illud deus est. Deus est inquit, qui primum nos ad hoc effecit. Etenim condidit nos, vt simus incorruptibiles. Neque hoc nunc primum ei placuit, sed iam inde a principio creationis isthuc sic decreuit, vt omnino fieret. Sapien.ij

Qui dedit etiam nobis arrhabonem spiritus. Vis, inquit, & aliam tibi dabo demonstrationem? Qui nobis per baptisma spiritum dedit, pignus quoque immortalitatis, adeoq; status corruptione vacantis pignus nobis impertijt. Etenim sanctificauit animam & corp⁹, & utraque diuiniora reddidit, a peccato nos liberans, ex quo mors propagata erat. Quo circa quum spiritum nobis dederit, perspicuum est quod a peccato nos liberarit. A peccato vero postquam nos liberauit, corruptionem etiam destruxit, ex peccato enim corruptio. Proinde futuræ hoc pacto immortalitatis pignus est spiritus. Alias autem, qui dedit nobis spiritum ex parte, pignus quoddam dedit se totum quoque traditurum. Quo modo autem subministrabit, nisi corpore & animo incorruptibiles futuri simus? Vbi igitur parum acceperis ab immortalitate, arrhabonem videlicet, confide quod & totum, vbi fato perfunctus fueris, prorsus sis habiturus. Spirit⁹ futurę immortalitatis pignus.

Confidentes igitur semper, & scientes quod in corpore agentes à domino peregrinemur (per fidem enim obambulamus, non per speciem) confidimus autem & oblectamur è corpore proficisci,

& apud dominum agere. Confirmare pergit quod supra dixit. Non sunt mihi curæ inquit pericula. Siquidem pericula & mortes optabilem nobis rem præbent, incorruptibilitatem ipsam, propter quam & ingemiscimus. nam & ea celerius nos ad dominum perducunt nostrum. Confidentes igitur semper, id est, non metuentes neque insidias, neque persecutiones, neque mortes. Reputa hic sapientiam, quomodo occultarit nomina mortis & vitæ, alteram quidem præsentiam vel vitam apud dominum, alteram vero profectionem & absentiam a domino faciens, vt nemo præsente vita teneatur, eique sese addicat, vt quæ ab domino abducat. Deinde vt ne quis dicat, Quid igitur? corpus nos alienos facit a deo? correxit hoc, inquiens: Per fidem enim obambulamus, non per speciẽ, hoc est, in terris hic agentes, ipsum quidem nouimus, sed modice adeoque parum (hoc enim est per fidem) non quidem facie ad faciem, quod est per speciem. Quum autem hęc sic habeant, oblectamur, hoc est, valde desideramus exuere corpus hoc, atque esse cum domino. Non dixit autem, desideramus immortalitatem adsequi, verum, quod præstãtius est cum domino esse: id enim plus est quam immortalitas. D

Corp⁹ an alienos a deo nos faciat.

Propterea ambimus, siue peregrinantes, siue domi agentes, ipsi grati esse. Quod quęritur hoc est, vt ipsi in via tua placeas. Ne enim audiens peregrinationem a corpore, existimes hanc tibi ad salutem satis esse, Stude, inquit, probatus migrare hinc, per vitam nimirum qua deo hic placuisti.

Oportet enim nos omneis manifestari ante tribunal Christi. Terrorem incutit hic memoria & recordatione terribilis tribunalis, & per hoc quod ait, manifestari oportet. Nõ enĩ cogites quod vel cortinę vel profunditas cordis siue opera siue cogitationes abdere queat, verum omnia manifestabuntur. B

Vt accipiat unusquisque in corpore secundum opera sua, siue bonum, siue malum. Hisce eos qui in virtute fidei & charitatis, adeoque vita Christianos decente incesserunt, sperare melius facit: segniores autem alacriores reddit, magisque excitat terrore quoddam. Confirmat autem rursus de resurrectione corporum sermonem. Quod enim vel bonis vel prauis operibus inseruijt atque obsequutum est, isthuc etiam tum vel coronatur vel punitur. Obstruuntur ergo & hic hæreticorum ora.

Scientes igitur metum dei, hominibus persuademus, deo autem manifestati sumus. spero autem & in conscientijs nostris manifestatum esse. Scientes, inquit, iudicium dei terrificum illud, omnia agimus ne scandalum ponamus mortalibus. Hoc enim est quod ait, hominib⁹ persuademus, hoc est, offendicula cauemus, tollimus, curamus. Etsi enim mali quiddam non operemur, & interim, vt fit, suspicioni ansam præbeamus, nec remoueamus scandala, cũ possimus tamen, condemnamur. Deo nãque perspecti sumus, qui optime etiã nouit qualem vitæ rationem habeamus, neque opus est vt ipsum doceamus quę sit vita nostra, vt qui iam antea scandala nostra teneat. Vobis item manifestati sumus, quippe qui omnia nostra probe teneatis. Vos igitur haudquaquam docere opus habemus ceu in nobis scãdalum passos, quum nullum dederimus.

Scãdalũ nũquam ꝑbendũ.

Non enim rursus nos ipsos commendamus uobis, sed occasionem dantes uobis gloriationis de nobis. Continuo deterit occasionem quæ in eo videbatur gloriandi. Ad hunc, inquiens, sermonem & locum peruenimus, non vt nos ipsos commendemus, hoc est, attollamus, vt præconijs euehamus, cæterum vt vobis occasionem daremus qua gloriaremini, atque decoros vos redderetis, ornaretisque aduersum pseudapostolos, qui in persona & facie iactabant sese, hoc est in externis, in ijs quæ in speciem cernebantur, & quæ ex facie iudicabãtur. Huiusmodi enim erant pietatis speciem præ se in vultu in externis gerentes, in corde vero nihil plane boni ferentes. Non semper autem gloriari iubet cæterum quum illi sese extulerint. F

pseudapostoli.

Siue enim excessimus, deo: sin temperantes sumus, uobis. Siue arduum quiddam loquimur (extasin enim id vocat, perinde ac alio in loco stultitiam) dei, inquit, isthuc causa facim⁹, ne vos existimantes nos esse viles, aspernemini nos, & pereatis. Siue moderatum quiddã & humile dicamus, propter vos, vti discatis humilia sapere. Vel hunc ad modum quispiam intellexerit: Si quis nos furere suspicetur, ab deo mercedem recipiemus, eo quod huiusmodi suspiciõi simus obnoxij. sin sobrios nos esse putet, ipse pariter commoditate ex temperanti sobriaque mente nostra proueniente perfruetur. Vel aliam ad rationem: Si insanimus, dei causa ita insanimus, vt vos ad ipsum perducamus. Insaniebat itaque Paulus, amatoriam insaniam dei dicturus, ac amatoris instar illi viuens, nempe deo, extra seipsum raptus, ac totus in deum tralatus, nec suam ipsius vitam viuens, sed eius quem

1. Cor. iij.

Insania Pau. sctã

A amat, amatoriam plane, seu (sit venia dictioni nouę) dilectoriam. Si igitur excessimus, vel extra nos rapti sumus, deo omnino excessimus, id est, dei causa.

Dilectio enim dei continet nos, iudicantes hoc, quod unus pro omnibus mortuus est. Itaque omnes mortui sunt, ut uiuentes, non porro sibijpsis uiuant, sed ei qui pro ipsis obijt mortem, & excitatus est. Dilectio dei quam exhibuit erga nos; cohibet nos & compellit vt eius amore pericula subeamus, hoc probe apud nos iudicantes, quod quia mortuus est pro omnib⁹; perspicuum est quod omnes perieramus, eamque ob causam mortuus est pro ijs qui perierant, obierantque diem, vt nos viuificaret. Postquam igitur nos viuificauit, non debemus porro nobis ipsis viuere, sed illi propter quem viuimus, qui nedum mortuus est pro nobis, verumetiam excitatus, primitiæ nimirum nostræ, hoc est, corpus suum in cœlos referens, ut omnino nos etiam eo reportet ac perducat. Quid enim prorsus opus erat illud abire, atque adeo ipsum ascendere in cœlos, nisi nos similia olim consecuturi essemus? Proinde quia mortuus est pro nobis, & quia excitatus est; & quia viuificauit nos, & quia arrhabones incorruptibilitatis dedit, ipsi in posterum debemus viuere, haud nostris cupiditatibus. Primitiæ nostræ Christus.

Itaque & nos iamnunc neminem nouimus secundum carnem. Quia omnes occisi a peccato, reuiximus, & viuificati sumus per Christum, per baptisma, merito neminem nouimus fidelium, inquit, secundum carnem viuentem, hoc est iuxta veterem & carnalem vitam. Omnes enim spiritu regenerati, nouam & spiritualem vitam auspicantur dicuntque.

B *Si enim secundum carnem agnouimus Christum, at nunc non nouimus.* Indicat quod Christū ducem & principem habemus vitæ spiritualis, ne secūdum carnem viuamus. Etsi, inquit, Christus olim secundum carnem erat, nunc tamen non porro est. Quid igitur? carnemne deposuit? Minime, verum quemadmodum assumptus est, sic etiam veniet. Assumptus est autem in carne, & cum corpore. Quid igitur dicit? quod nos tunc quidem secundum carnem viuere dicimur, quando in peccatis fuerimus; tumque non secundum carnem viuere, quando peccatis nos non coinquinarimus. Christus autem secundum carnem vixisse dicitur, quando secundum naturales, inculpatos tamen motus & affectiones vixit, esuriens, sitiens, dormiens, laborans. Nunc autem non est secundum carnem, hoc est; ab his naturalibus & inculpatis affectionibus liberatus est, impassibile & immortale corpus habens, vt omnino & nos abunde doceat ne porro viuamus secundum carnem & peccabiliter, sed secundum spiritum. Actuū. i.

Itaque si quis in Christo, noua creatura. Si quis credidit Christo, in aliam plane creaturā peruenit, & noua creatura facta est. Non debemus igitur secundū veterem morē viuere. Esa. xliij. apoc. xxi

Vetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia. Qualianam vetera? peccatum & Iudaicæ ceremoniæ. Nam vetus peccatum prætererijt, nouaque nobis anima, & nouum corpus factum est, & pro Iudaicis omnibus noua nobis facta sunt omnia, pro lege Euangeliū, pro Hierosolymis cœlum, pro rēplo interior cortina, in qua sacrosancta trinitas residet, pro circumcisione baptisma, pro manna corpus dei, pro aqua sanguis domini, pro virga Mosæ vel Aaronis crux, pro agno filius dei, omniaque alia eandem ad rationem. Mira mutatio veteris legis.

C *Omnia autem ex deo, qui reconciliauit nos sibijpsi per Iesum Christum.* Hęc omnia nobis data sunt ex deo, qui reconciliauit nobis sibijpsi per intercessionem filij sui. Non enim nos ipsi accurrimus, sed ipse nos vocauit per mortem filij sui. i. Iohā. iiij.

Qui dedit nobis ministerium reconciliationis. O profunditatem clementiæ diuinæ. Quū enim misisset intercessorem & legatum filium suū, eumque occisum conspicatus esset ab ijs qui reconciliatione indigerent, neque sic tamen neglexit homines, verū ministerium reconciliationis nobis apostolis suis dedit; vt circumeuntes interpellemus deum pro ijs qui defecerunt ab deo, eosque ad eum perducamus.

Sic, quia deus erat in Christo mundum reconcilians sibijpsi, non imputans eis peccata. Quod nos sibi ipse reconciliauerit, supra dixit. Ne igitur quis dicat, filium tamen suum misit; nunc ait quod filium quidem miserit, veruntamen non solus filius aduocabat, verumetiam pater, reconcilians sibipsi mundum in Christo, hoc est per Christum, ac tantam mortalibus bonitatem demonstrans, vt non solum non punierit, verumetiam reconciliatus sit, nec tantum dimiserit, sed ne imputauerit quidem peccatum. Si enim rationē exigere voluisset, omnino perijssent. Pater pro nobis aduocat.

Ac ponens in nobis uerbum reconciliationis. Nihil igitur molestum aut onerosum vobis imponere constituti sumus a deo, sed hoc nobis iniunctum est, vt reconciliemus quidē vos ipsi. Quia enim mihi, inquit, non crediderunt, perseuerate vos adhortantes, tantisper

dum persuaseritis. D

Pro Christo igitur legatione fungimur, tanquam deo adhortante per nos, Precamur etiam pro Christo, reconciliamini deo. Pro Christo, id est, Christi loco intercedimus, seu legatione fungimur: quod ille facturus erat, nos suscepimus nunc. & quemadmodum per illum adhortabatur nos pater, sic & nunc per nos adhortatur, vt ipsi reconciliemini. Non dixit autem reconciliate vobis ipsis deum, sed vos reconciliemini ei. vos enim hostes eius estis ipse nunquam vester, siquidem deus & pater est. Quasi vero deus aduersum eos errauerit vel deliquerit, sic facit intercessionem, vt concedant deo. O profunditatem miserationis & condonationis dei.

Eum enim qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos simus iustitia dei in ipso. Ne alia inquit omnia commemorem, quod benefactorem vestrũ ignominia adfecistis, quod vindictam is non exegerit, quod primus potius reconciliari voluerit, ac si propterea nũc fecit, nonne dignum est reconciliari vos ipsi? Ecquid? nonne res ardua & ineffabilis, quod filium suum qui peccatum non norat, hoc est, qui ipse iustitia erat, pro nobis morti subie

Deu.xxi. cit, morique fecit ceu peccatorem ac sceleratum? Maledictus enim qui pendet ex ligno.

Esaię. liij. &, Cum iniquis reputatus est. Nec dixit quod peccatorem fecerit, cæterum peccatum, quod maius est. Quur isthuc factum? vt nos iustificemur, non ex operibus & lege, verũ ex gratia dei. Hæc enim est dei iustitia, quum quis gratia iustificatus fuerit, vt nullus in eo næuus nullave macula inueniatur. Propterea enim neque dixit vt efficiamur iusti, sed iustitia dei, excellentiam gratiæ ostendens. E

CAPVT VI.



Cooperantes autem etiam adhortamur vos, ne frustra gratiam dei recipiatis vos. Cooperamur, inquit, nos & vobis, & seruemini: & deo, vt voluntas eius repleatur hoc est, vt vos æternum seruet: & adhortamur Christi loco ad secundum vsque aduentũ eius, ac tantisper dum vixerimus, vt ne in vanum suscipiatis gratiã dei. Quid enim prodest a peccatis liberari diuina gratia, deinde rursus ijs per propriam socordiam impleri? Rursus enim noua inimicitia nascitur, fitque hac ratione, vt gratia erga nos deinceps dei vana fuerit. Ne igitur existimetis quod fides tantũmodo sit reconciliatio, verumvita etiam est necessaria.

Dicit enim tempore acceptabili exaudiui te, & in diebus salutis auxiliatus sum tibi. Ecce nunc tē

Esa. xlix. *pus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem.* Quale nam temp⁹

Tēpus ac acceptabile? gratiæ, in quo est remissio peccatorum, iustitiæque subministratio. Illud est

ceptabile, acceptabile tempus, in quo nos deus recipit, exauditque nos & seruat. Iudicij enim tempore neque exaudiet, neque auxiliabitur nobis, neque seruabit. In hoc igitur gratię tempore certare debemus. facile nanque assequemur brabea, nullam in vlla re dantes offensionem, nullumque impedimentum. F

Vt ne reprehēdatur ministeriũ nostrũ. Adhortamur, inquit, & adiuuam⁹. quo? citra offensionem viuentes. Narrationis aũt loco cõsulit vt & ipsi ad eũ defigãt oculos. Sic ẽm inquit instituo vitã meã, vt nedũ nõ accusationi, verũ ne querimonię quidem exiguę, aut scandalo cuipiã locum dem; vt ne culpetur ministeriũ nostrũ. Rursum non dixit vt non accusetur, verũ vt ne minimã quidē reprehensionē accipiat opus meũ & ministerium meum. Nonnulli sic interpretati sunt, ne accusatio quædam apprehendat prædicationē, hoc ẽm ministerium suũ appellat. Me ẽm inhonestam & Christiano indignam, adeoque apostolo non conuenientem ducente vitam, prædicatio & verbum conculcabitur, calumniæque ob noxia erunt. Clanculum autem subindicat quoniam si & vos male viuatis; ad Christum & fidem blasphemia redundabit ac recurret.

Sed in omni re commendantes nos ipsos, tanquam dei ministri. Hoc maius est, non solum se ipsum ab accusationibus & reprehensionibus purum facere, verumetiam huiusmodi vitam commonstrare, vt per ipsam videatur esse minister dei. Non dixit autem apparētes, sed commendantes, hoc est, demonstrantes.

In patientia multa, Modum dicit quo talis fuerit, per patientiam videlicet, ne simplici

Patientia ter, sed per multam, inquit. Non enim satis est vnum aliquid & alterum sufferre, cæterũ opus est ad finem vsque sustinere.

In tribulationibus, in necessitatibus. Hæc est afflictionis intẽsio & exaggeratio, quando
A inextricabilia mala fuerint, quæ hominem suffocent.
In angustijs. Quæ sunt a fame, & simpliciter a tentationibus.
In uiribus & carceribus. Quod si verba & carceres hic adsint, vide quantum sit mali;
quum alterum horum sit grauissimum.
In sedibus haud stabilibus. Hoc est in persecutionibus, quando non habuerit aliquis vbi
pedem figat, vbi consistat, de loco in locum actus & compulsus. Ac.xxiij
In laboribus, in uigilijs, in ieiunijs. Quum dixisset de externis; quæ sua sũt iam hic ap- I. Cor.iiij
ponit, quibus suapte sponte sese affligebat, laboribus videlicet manuum, per quos &
seipsum & alios alebat, cumque his omnibus & vigilauit, & inediam passus est.
In pudicitia. Modestia sic appellat, vel puritatẽ in omnibus rebus, cum quod mu-
nerum corruptelam non admiserit, cum quod citra sumptũ aliorum prædicarit verbum.
In cognitione. Hoc est, in dei sapientia, quæ est reuera cognitio & scientia non ex-
terna, qua pseudapostoli se ostentabant.
In longanimitate, in commoditate. Adamantini plane animi est, si quis quum vndique
exacerbetur & pungatur, non solum longanimis, verumetiam mitis sit & benignus.
In spiritu sancto. Vndenam hæc peregerit indicat, in spiritu, inquit, sancto. Quia
autem quæ ab se erant, aut sua demonstrauit, spiritus paracleti auxilium posuit. Intel-
ligitur etiam in spiritu sancto, pro donis spiritualibus. per hæc enim documẽtum quo-
B que damus quod dei simus ministri, vt qui miracula exhibeamus. Vel in spiritu sancto
nullam dedimus offensionem, hoc est in donis spiritus. Multi nanque attolluntur, vt qui
linguas habent, nec vtuntur tamen eo dono commode. Diuus vero Paulus aliter est vius
eu dono atque isti.
In dilectione non ficta. Hæc res omnium bonorum causa est, hæc & spiritum apud eum
permanere faciebat.
In uerbo ueritatis. hoc est, non deprauantes verbum dei.
In potentia dei. Nihil, inquit, meum est, sed hæc omnia in virtute & potentia dei
facta sunt, vel in signis etiam atque prodigijs: potentia inquam, qua deus & punit, & be-
neficia nobis impertit. Iustitię ar-
Per arma iustitiæ dextra & sinistra. Arma iustitiæ sinistra, tristia cuncta nominat: ar- ma sini-
ma quidem, tanquam mũnientia, ac in tuto nos collocantia: sinistra vero, quia minime stra & de-
paucos apprehendat. Siquidẽ & dominus nos orare iussit ne ingrediamur in tentationẽ. xtra.
Dextra vero iucũdiora. In vtrisq; ergo Paul⁹ irreprehensibilis mõstrabatur, vt qui neq; Mat.vi.
tristibus demitteretur vel dijceretur animo nimium, neque lætis efferetur, arma iustitiæ
hæc reuera faciens.
Per gloriam & ignominiam. Interpretatus est nobis dextra & sinistra, quod sint glo-
ria & ignominia. Quomodo vero arma iustitiæ sunt gloria? quoniam multos inducit ad
pietatem, vt honorẽt verbi ministros suos ac doctores. Quid igitur? hac ne Pauli virtus?
hoccine decorum? profecto: quia non inflabatur, nõ intumescebat si celebraretur afficere-
C turve gloria. Ignominia autem patientiam efficiens, ipsum probatum efficiebat, prædi- Matt.v.
cationemque eius felicem reddebat.
Per contumeliam & bonam famam. Hoc etiam arduum est, nominis ferre contumeliam:
valde nanque animum commouet. Propterea dominus etiam beatos prædicat, qui op-
probria ferant patienter. In tormentis enim corpus cum anima partitur dolores, in contu-
melia vero bonique nominis deturpatione, totum onus animæ imminet: vnde & diuo
Iobo isthuc cæteris plagis grauius erat. Iob.i.
Tanquam seductores, & ueraces. Hoc est quod dixit, per ignominiam & bonam famam
Velut ignorati, & agniti. Alijs nanque familiares & cogniti erant, alij vero ne nouisse
quidem eos volebant. Hoc autem idem est cum eo quod dixit, per gloriam & ignominiã.
Tanquam morientes, & ecce uiuimus. Hoc est, tanquã morti addicti & cõdẽnati, ac qua- Castigia-
tenus ad mentẽ insidias struent iam pertinet, moriẽtes, per Dei autẽ potẽtiã ecce viuim⁹. tionis
Tanquam castigati, & non occisi. Permittit, inquit, hæc Deus, vt erudiat nos & casti vtilitas.
get. Proinde non exiguum lucrum est castigatio, pro præmijs quæ inde proueniunt.
Ab Dauide autem hoc desumptum est Castigans enim, inquit ille, castigauit me domin⁹, Psal.cxvij
& morti non tradidit me.
Tanquam contristati, semper autem gaudẽtes. Apud incredulos quidem videmur mœsti
esse cæterũ voluptas nobis est florida & viuax. Non enim alias quidẽ lætamur, alias vero

mœremus,sed nunquam non gaudemus.

Tanquam mendici,multos autem ditantes. Opibus spiritualibus locupletes reddebat,diuitijs etiam externis non destituebatur. Etenim omnium ædes sibi apertas habens, opulentissimus erat,quippe qui alijs impertiri posset,eosque alere, perinde ac sanctos in Hierusalem Indicat autem hoc & per sequentia. D

Tanquam nihil habentes,& omnia continentes. Qui enim nulli rerum temporalium ad victum & amictum pertinentium adfixus est,quę omnium sunt habet. Si fieri posset,inquit, oculos vestros effossos mihi dedissetis. quomodo igitur huiusmodi,pecunijs pepercissēt

Galat. iiij. erga Paulum? Hæc autem omnia illis recensuit , ne turbentur super quapiam re,quę tristis esse videbatur.

Os nostrum apertum fuit erga uos o Corinthij,cor uero nostrum explicatum est. Commemoratis certaminibus proprijs atque laboribus , monstratoque ipsis narrationis modo,quo modo eos se imitari oporteat , in posterum eos notaturus est , quasi non magna perinde dilectione eum prosequantur. Antea vero quem hoc faciat, propriam suam eis charitatem ostendit. Semper,inquit volo vobis loqui & disserere,ac citra intermissionem, cumque fiducia & libertate loqui. Hoc enim indicat per hoc quod ait , Os nostrum apertum est. Sic autem dicit,quia eos obiurgaturus est , indicans eam esse maxime dilectionem;

Obiurga ipsam videlicet loquendi libertatem. Non solum autem ore ostendo dilectionem me-

difiducia, am,verumetiam corde,amplum illud & latum erga vos habens . Feruor enim dilectiōis

charitatis os etiam meum aperit,& cor meum amplum fecit,latumque reddidit,vt omnes vos capi E

indicium at. Vnde etiam infert.

Et non habetis angustiam in nobis:angusto autem loco constringimini in uisceribus uestris. Vos inquit in meo corde lato citra angustiam locum habetis. idque cū tot tantisque sitis. In vestris autem visceribus angustiam multam habetis,nec potestis late capere me , quum tñ vnicus sim:hoc est,ego quidem valde vos diligo,vos vero diligitis quidem me, & habetis me in visceribus,sed angusto loco & modo,non amplo.

Eandem autem tribulationem,ceu liberis dico,dilatamini & uos. Eandem,inquit , compensationem amicitiæ & æqualitatem vos adferte,ac lato vos quoque reddite,necnon explicate vos,perinde ac ego. Indicat aūt hoc esse par: Vt filijs enī inquit,dico . Nihil magni postulo siquidē pater cū sim a filijs amari cupio, interest enim puerorum hoc.

Ne ad alteram lancem acclinemini cum infidelibus. Ne propter seipsum videatur hęc dicere,innuit se propter eorum commodum indigere amicitia vel amore illorum , perinde quasi dicat:Hoc est diligere me,si non commisceatis vos infidelibus , nec acclinetis vos ad partem eorum. Non dixit autem,non commisceamini, sed ne ad alteram lancem inclinemini,hoc est,iniuria afficiatis iustum,quum acclinamini & apponimini istis quibus nō fas est vos acclinari. Verbum enim ἑτεροζυγεῖν alteri lanci incumbere,de iniusta libra dicitur,quando nimirum altera lanx grauior extiterit .

Quę enim est societas iustitiæ & iniquitati? Hic non sui ipsius & infidelium comparationem facit,cęterum Corinthiorum virtutis & ingenuitatis,illorumq; prauitatis,quēadmodū si pater videat filiū corruptum conuersatione hominum,ad eum dicat,Quæ est communicatio tuę ingenuę menti cū illorū pollutiōe? Vos igitur re ipsa,inquit,iusticia estis, illi vero iniquitas,quid igitur vobis cum illis commune est? F

Quę autem communio luci ad tenebras? Quę est concordia Christo ad Belijal? Omnib⁹ modis volens vt deficiant ab infidelibus,non dixit,quæ est societas illustratis lumine cū tenebricosis? vel,Christianis cum Belialitis? verū res ipsas pro personis posuit,lumen & tenebras,quod plus est,Christum & Belijaal,quod significat desertorem vel defectorē,Hic autem omnino terribiliorem orationem fecit,

Aut quę est pars fideli cum infideli. Hic personarum meminit , vt ne videatur vitia sim-

Belijaal. pliciter accipere,vel virtutem commendare.

Quę enim est conuentio templi dei cum idolis? Vos enim templum dei estis uiuentis. Qui Christo non dederunt nomen,increduli,templum idolorum sunt,vel ipsa etiā idola. Vos autem templum dei estis,non talis dei,quales vos fingitis,sed viuentis. Quæ igitur conuentio,id est similitudo vel consensus vobis ad hos?

Leuit. xvi *Quemadmodum dixit deus:Quoniam inhabitabo in ipsis,& inambulabo , eroque ipsorum deus ; & ipsi erunt mihi in populum .* Vt ne videatur adulari , ex scriptura confirmat quomodo sint templum dei. Quod igitur deus in nobis habitet, prioris vitæ puritas sane præbet:quod vero ambulet,conatus posthac & diligentia facit. Quum enī homo pur⁹ fuerit

A inhabitat eum deus:post, si ad aliud quoddam opus moueatur, inambulare dicitur, quãdo iam Deus, eius quoque Deus fit, dum in patriarcharum ordinem peruenit. De' ĩnobis ĩhabitat.

Propterea egredimini ex medio eorum, & segregemini & impurũ nolite tãgere, & ego suscipiã uos, dicit dominus. Non dixit, ne agatis absurda, sed ne attingite quidem. Impuritas autem duplex est, altera quidem corporis, altera vero animæ. animæ quidem, vt sordidæ cogitationes, & intueri impudicis oculis, vindictæ cupiditas, iniuriç recordatio, doli, idq; genus alia: corporis vero, vt fornicatio, adulterium, omnisque impudicitia. Vult igitur vtrinque nos esse puros. Egredimini igitur ex medio infidelium & segregemini, hoc est, soli agite, speramini, & puri estote, tum suscipiam vos. Quum enim discesseris a prauis, tum vnieris deo. Esaæ:lij.

Et ero uobis in pãtrem, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens. Viden' qui prædixerit propheta, quæ iam in nos peruenit per baptisma, regenerationem, filiorumque adoptionem? Hiere. xxxi

CAPVT VII



Has igitur habẽtes promissiones dilecti, purgemus nosipsos ab õni coinquinatione carnis & spiritus. Quales promissiones? Quod templum sitis dei, quod habeamus eum inhabitantem in nobis, & inambulantem cum deum tum patrem; purgemus nosipsos ab impuris operibus (hæc enim carnis sũt coinquinatio) & a sordidis ac turbidis cogitationibus. hæc enim sũt contaminatio spiritus, id est animæ B

Perficientes sanctitatem in timore dei. Non satis est abstinere ab impuritate, verũ opus est etiam quicquam boni perficere. Sanctitatem, id est puritatem ac temperantiam, In metu autem dei appofuit, vel qui est idonea temperantia vt placeat hominibus, & non secundũ dei metũ: vel ostendit nobis quomodo hanc perficiamus, nempe in metu dei. Nam etiam si sæuiat concupiscientia carnis, timorem dei habe, ac tolletur insania. Non solam autem temperantiam per sanctimoniam intelliges, verum etiam quamuis in vita puritatem,

Capite nos, nemini uim fecimus, neminem corrupimus, neminem fraudauimus. Rursus sermonẽ de charitate mouet. Quia enim terruerat eos quum diceret quod a deo resilirent, agglutinarent urque incredulis & impuris, nunc mitigat eos, inquiens: Capite nos, hoc est, accipite nos lato dilectionis campo, neque sit arctus nobis in vobis locus. Perstringens autẽ pseudapostolos, nemini, inquit, vestrum vim fecimus, in pecunijs: neminem corrupimus, hoc est decepimus, in doctrina impia mentem eius perdentes: neminem fraudauimus, hoc est non rapuimus, non quæstum nostrum fecimus verbi & prædicationis prætextu. Concupiscẽtiã, dei timor coercet.

Non ad condemnationem hec dico. Prædixit enim, quod in cordibus nostris sitis, ut simul moriamini, & simul iuuatis. Non vt vos condemnem, hæc dico. Vnde perspicuum est ? ex charitate: quod in cordibus nostris sitis. Quiã vero fieri potest vt quispiam diligat, nec C velit tamen vna periculis se submittere, propterea dixit, vt commoriamini. At quia multi lætos dies transigunt, amicis tamen nõ cõgaudent per inuidentiam, adiecit, & conuiuatis: Totum autem quod ait, est huiusmodi. In periculis non fugiemus vos, in secundiore rerum statu conuiuemus, & non inuidebimus.

Multa mihi in loquendo libertas erga uos, multa mihi gloriatio de uobis. Quia videbatur eos ferire cum diceret, Angusto loco constringimini, & capite me: defendit nunc sese, medicinam adeoque curam illis adhibens. Non vt condemnem vos hæc locutus sum, sed ob multam meam, quam mihi de vobis policeor. fiduciam ac libertatem, & quia cupio ad virtutem vos promouere. Quod enim vos non condemnem, vel inde planum est, quod etiam apud alios vestri nomine glorier.

Repletus sum consolatione, superabũdo gaudio in omni afflictione nostra. Quia correxistis ea propter quæ vos in priore epistola condemnaui, consolatione me replestis. Nec solum me consolati estis, quod est a tristitia discedere, verumetiam letitia largiter me implestis, Lætitiæ nanque copiã indicat per verbũ ὑπερπερισσεύομαι, hoc est superexubero. Ac tantum, inquit, gaudium erat, vt in omni afflictione nostra suffecisset illud, extinxissetque hanc. Hæc porro videntur pugnare cum ijs quæ paulo ante de ipsis dixit, sed non pugnant. Et hæc enim et illa amantis sunt; illa quidem arguentis, hæc autem stabilientis quo non ex inimicitia hæ sint increpationes, verum ex nimia dilectione;

Etenim quum uenissemus in Macedoniam, nullam habuit quietem caro nostra. Enumerat calamitatem suam & afflictionem, attollitque sermonē, vt ostendat ingens esse gaudium, ꝙ ex ipsis dimanet, siquidem tantum dolorem repulerit represseritque. Pulchre autem dixit carni non fuisse quietem: anima enim diui Pauli est inuicta. D

Sed undique in omni re affligebamur: foris pugnæ ab infidelibus, intus uero terrores. Propter imbeciliores fideles, vt ne seducantur a vanis fratribus.

Titus.

Verū qui consolatur humiles, nos consolatus est deus aduentu Titi. Quia multa eis tribuerat; producit testē Titū. Quis vero consolatur humiles? Deus, inquit: ille & nos consolat⁹ est, qñ Titum nobis misit. eius em̄ aduentus satis fuit vt dispergeret omnem afflictionē nostram. Inducit aūt in animum, istum virum illis venerabilem & suspiciendum reddere. Quare magni admodum facit eius aduentum & præsentiam.

Non solum autem aduentu eius, uerumetiam consolatione quam ipse accepit in uobis. Non solū inquit ob eam causam quod mihi astiterit, afflictionis meę tempore consolationē sum nactus, cæterum quia & huiusmodi vestram virtutē nobis denunciauit, ex qua & ipse solamen adeptus est, hoc est, gauisus est in vobis, suscipiens vos propter virtutes vestras. At tribuit autem eis hominem, quasi deprædicarit eos apud ipsum.

Annuncians nobis uestrum desiderium, uestrum luctum, uestrum zelum pro nobis. Verisimile nanque erat eos lugere & dolere, quur ita ægro esset animo præceptor suus, quod tanto item tempore abesset. Hinc non simpliciter dixit lachrymas, sed luctum: neque cupiditatē, sed ardens desideriū, hoc est vehementē quasi inquisitionem: neque iram, sed E æmulationem aduersus eum qui fornicatus erat. Propter me enim accensi estis & vsti, vt iussa mea capesseretis, vel aduersum pseudapostolos æmularemini pro me. Hæc autem dicit apostolus, non solum priores ictus & terrores curans, cæterum reuera etiam suscipiens eos qui sese emendarant; melioresque mores induissent. Fuerunt enim scelerati multi, & indigni his laudibus, attamen illos ipse non diducit, verum cum encomia, tū vituperia cōmunia in mediū ponit, dans ita cuilibet conscio eligere quod ad se pertinuerit.

Vt maiore ita gaudio sim perfusus, ex præsentia etiam eius exhilaratus. Magis, inquit, gauisus sum, quia talia mihi de vobis annunciauit.

I. Cor. v.

Itaque etiam si contristaui uos, me non pœnitet, quamuis pœnitebat me. Etsi huiusmodi scripserim vobis, quibus excesserim mediū obiurgatiōis, vt adeo me pœniteret quod vltra modum vos increpuerim, ingens tamen commoditas quæ inde profluxit, non sinit me porro pœnitentia duci. Hæc autem dicit, non quod reuera immoderate eos increpuerit; verum vt pręconia eorum maiora faciat.

Video enim quod epistola illa, etiamsi ad tempus, uos contristauerit. Gaudeo nūc, nō quod contristati estis, sed quod cōtristati estis ad pœnitētiā. Tristitia ad horā durat, est tēporaria, cōmoditas aūt perpetua. Lętor vero, nō ꝙ contristati estis, quid em̄ lucri mihi accedit ex eo ꝙ vos mœreatis? sed quia contristati estis ad pœnitentiā. Obserua aūt quomodo tristitiam epistolæ attribuat, neque dicat quod profuerit eis quod iuuerit eos, quod etiam verum erat, sed illorum virtuti rem adscribit. Vos enim, inquit, perturbati estis.

Præceptor discipulū peccātem nō obiurgās dānum illi affert.

Contristati autem estis secundum deum, ut in nulla re ex nobis damnum patiamini. Obiurgati a nobis, conturbati estis secundum deum, ac in nulla porro re a me læsi estis, damnūve F passi. Omnes enim vos, & ipse qui extreme deliquerat per fornicationem, mores vestros correxistis. Pręceptor em̄ tū discipulo damnum infert, qñ delinquentem non obiurgat. si em̄ increpitus esset, facturus erat lucrum, emendaturusque erat sese discipulus.

Tristitia nanque quæ est secundum Deum, pœnitentiam ad salutem, cuius te pœnitere non possit, efficit: mundi uero tristitia mortem operatur. Philosophatur de mœrore, ostendens quod non semper sit noxia, es mœror, sed quando secundum mundum fiat, hoc est, propter pecunias, propter gloriam, propter mortem obeuntes. Ipsa enim mundi tristitia mortē efficit, omnino animæ interitum, sæpenumero & corporis mortem. haud pauci enim ob has res perierunt. Propter peccata vero si quis volens tristatur, secundum Deum contristatur. Medicina enim hęc ad hanc ægritudinem sola commodat, haud pœnitendam salutē efficiens (nemo enim seipsum condemnat peccati nomine perturbatum) eaque medela a morte animæ hominem eripit.

Cōtristatio, pctī medela:

Ecce enī, quod secundum Deum contristati fuistis, quantum in uobis effecerit studij ac diligentiæ. Non ab alijs inquit demonstro commoditatem ex mœstitia quæ est secundum Deum, prouenientem, sed ex vobis. Non tantum enim non pœnituit vos ꝙ perturbati fueritis,

A imo potius studiosiores magisque seduli facti estis.

Sed defensionem, Erga me, Defendistis enim me, quia resipuistis.

Sed indignationem. Erga eum qui fornicatus erat.

Sed timorem. Erga me: metus enim erat tanta adeoque festina correctio.

Sed desiderium uehemens. Erga me Quum dixisset metum, ne putaretur ista ex autoritate quadam suspsius dicere, breuiter correxit, desiderium inquiens, quod charitatis, non potestatis erat indicium.

Sed Zelum. Pro Deo.

Sed ultionem. Legum Dei: vlti enim estis iniuriam passos.

In quauis re exhibuistis uos ut casti essetis in opere. Non solum, inquit, nihil tale estis ausi quale commisit fornicator iste, sed ne consensistis quidem, neque oblectati estis. Quia enim in priore epistola dixerat. Et vos inflati estis, quod eos socios constituebat sceleris, talem, inquit, iamnunc suspicionem de vobis detriuistis, demonstrastisque vos esse puros ab hac reprehensione. I.Cor.v.

Igitur etiamsi scripsi uobis, non propter eum scripsi qui iniuste egerat, neque propter eum cui uis illata erat, caeterum ut manifestaretur studium nostrum pro uobis erga uos coram Deo. Ne dicant ei, Quid igitur increpas nos, si sancti & casti in opere fuimus? ait: Adeo habeo gratiam literis illis nec poenitet me obiurgationis. Itaque dico quod propter hoc ipsum

B haec scripserim, vt dilectio mea & studium meum pro vobis manifestetur erga vos corā Deo, hoc est, inspectāte Deo, quoniam verus est. Metuebam enim ne & in vos perueniret contagium. Quam autem dicit iniuriam intulisse, & iniuria adfectum? eos qui fornicati erant. vtrique enim se mutuo iniuria adfecerunt. Quomodo autem dicit, quoniam nō propter hos scripsi? Hoc est, scripsi quidem propter hos etiam, sed nō praecipue vel sigillatim propter eos, propter vos vero potius, cauēs atque operam dans, ne ciuitas vniuersa laedatur: perinde ac quum dicit, Nonne Deus curam gerit boum? non hoc dicit quod Deus nulla boum cura tangatur, qui enim alias perstitissent? verum quia propter illos Deus praecipue non sancit leges. Fornicantes, se inuicē iniuria afficiunt. I.Cor.ix

Propterea cōsolationem accepimus. Eo quod studium meum apparuit pro vobis, nec fraudatus sim spebus meis, propter hoc (inquit) maximam cōsolationem accepi.

Super consolatione autem uestra, abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi. Nunc vero ad cōsolationem qua consolati estis me, vt dictum est, longe adhuc vehementius gauisus sum super gaudio Titi. Ipsa vero laetitia & consolatio ex vobis est, & propter vos. Ait ergo deinceps.

Quoniam recreatus est spiritus ipsius ab omnibus uobis. Nam si quid gloriatus sū uestri nominē, non sum pudefactus. Eam ob rem exhilaratus sum, inquit, quod inuenit vos Titus tales, quales ego ipse dixi vos futuros. Proinde & ipse recreatus est, quum tales vos inuenerit, neque quicquam asperum aut iniucundum ipsi ab vobis occurrit. Quod vero Paulus gloriatur discipulorum nomine, indicat virtutibus eos conspicuos fuisse, ipsumque liberorum amātē. Tales igitur hodieque conuenit discipulos esse atque praeceptores.

C *Verum ut omnia in ueritate loquutus sum uobis, sic & gloriatio nostra super Tito uera fuit.* Vt, inquit, quaecunque praedicaui vobis, vera fuerunt, vel quia verisimile erat eum de Tito ipsis encomia dicturum: quemadmodum igitur haec omnia vera; sic quaecunque de vobis gloriatus sum, vera visa sunt.

Et uiscera ipsius abundantius sunt erga uos. Titum ideo ipsis commendat; vt & ipsi rursus eum diligant, ceu colligatum ipsis & incēsum pro ipsis amore & igni spiritus, Hinc enim dixit viscera eius, vt affectum & ignem genuinae charitatis indicet.

Quum recordatur omnium uestri obedientiam, quod cum tremore & timore recepistis ipsum. Causas reddit propter quas Titus eos adeo diligat, ostendens principium dilectionis ex ipsis esse, simulque eos ad hanc adhortatur. Non enim simpliciter charitatem aut studiū vestrum erga ipsum ostendistis, sed obedientiam, tanquam liberi patrem recipientes, imo tanquam etiam principem, cum timore, adhuc autem & cum tremore. Duplicem enim ipsis virtutem inesse testatur, dilectionem, veluti ad patrem: & metum, tanquam ad principem: vt neque charitas citra timorem deficiat, neque timor sine dilectione iniucūdus sit, non placeat. Timoris & charitatis coniūctio.

Gaudeo, quod in omnibus confido in uobis. Non proper Titum tantum gaudeo; quod honoratus sit a vobis, verum quia tales vos inuenio, qui non pudefaciatis me, sed potius confidētem reddatis ac liberū loquendo propter vos & apud vos, in omni re ac tempore.

Alias autem confido etiam ac polliceor mihi de vobis, quod quęcunque dixero vel fecero, libenter vos suscipiatis, & ad vestram emendationem, siue vituperare siue commendare quemquam opus fuerit. D

CAPVT VIII.



Anifestamus autem vobis fratres gratiam Dei quæ data est ecclesijs Macedoniæ. Non frustra in superioribus, multis præconijs eos euexit, verum antea leniit eos quia ad paupertatis amorē eos adhortaturus erat. Propterea enim & supra dixit, Confido in vobis, hoc est, quęcunque vobis dico, facitis. Non dixit autem statim, Date eleemosynam, sed quæ ab alijs acta erant, in medium promens, ad similem zelum & hos adhortatur. Obserua autem quomodo gratiam Dei misericordem mentē appellet, partim quidem gratum inuidiaque carentem sermonem faciens, partim vt Corinthios prouocet, quo & ipsi idem donum arripiant. Non dixit autem huic vel illi vrbi, verum totam Macedoniam commendat, vt & ipsi omnes ex æquo ad similia respiciant. Supra.vij

Quoniam in multa probatione adflictionis exuberantia Letitiæ ipsorum. Id est, multum afflicti, & sic vt probati fiant per patientiam, non succubuerunt tamen, sed magis gauisi sunt, & non simpliciter, verum cum exuberantia.

Ac paupertas eorum ex profundo, exuberauit ad diuitias simplicitatis eorum. Hoc est, quēadmodum ingens adflictio exuberauit in lætitiam, sic ingens & profunda eorum paupertas non solum nō impedijt eos ad eleemosynā, sed exuberare potius eos ad opes persuasit Non dixit autem datorum, sed simplicitatis, hoc est, abundantis ac diuitis consilij & sententiæ, quæ facile impertit Non enim ex multitudine donorū, sed ex voluntate iudicatur honoratio. Hoc autem mirandum, quod ex tanta paupertate (direpti nanque fuēt a proprijs contribulibus) tantum ostenderunt honorem, tantanque liberalitatem. E

Beneficiū nō multitudine donorū, sed charitate metitur.

Quoniam secundū uires testificor, & supra uires, suapte sponte, cum multa adhortatione rogantes nos. Interpræatur quod dixit, pro viribus, inquiens, suis, imo & supra vires, hoc enim appellat exuberantiam simplicitatis, supra vires inquam. Quinetiam non admoniti ab nobis, verum sua sponte. Ecquid hoc dico? illi ipsi adhortabantur nos & rogabant. Hæc autem dicit, vt & ipsos commonefaciat non tam vt multa dent, quam vt cum alacritate dent. Hanc ob rem immoratur in eodem sermone.

Gratiam & communicationem ministerij erga sanctos. Deest, adhortabantur nos suscipere ministerium hoc. Gratiam autem dixit, vt postquam æmulatores fuerunt spiritualium charismatum Corinthij, accurrant etiam huic veluti charismati, perinde ac supra commemoratum est. Communicationem autem vocauit, vt discant quod non solum dent, verū etiam accipiant.

Et non quemadmodum sperauimus. Non sperassemus, inquit, quod quum in tanta paupertate & afflictione esset, nos rogare animum induxissent vt susciperemus ministerium eorum.

Sed seipsos dederunt primum domino, & nobis per uoluntatem dei. Alias eorum virtutes hic cōmemorat, testimoniū illis perhibēs. Nō enim postquā eleemosynę curā gesserūt, excæcati alia neglexerunt, cæterum seipsos dederunt totos domino, ad omne opus deo gratum prorsus, & non cum duplici animo nutantes, Nobis autem dederunt seipsos, hoc est, in omnibus obedientes & subiecti fuerunt, charitatem ostenderunt per voluntatem dei, hoc est, vti deo placuit, & non humanæ rationi, F

Vt nos adhortaremur Titum, ut quemadmodum iam antea cœpisset, in nobis sic perficeret gratiā hanc. Adeo, inquit, illi sese ad eleemosynam dederunt, vt ego conspicatus rem, anxie cogitarem pro vobis, ne ipsis inferiores essetis, ac propterea adhortarer Titum vt veniret ad vos, quod ipse iam antea exorsus erat, id est, proposuerat in animo venire ad vos, priusquam eum commanefacerem. Iuri autem eorum stabilit Titum, ac plane proprium ipsis facit, ob eam nimirum rem, ut si venerit, atque de eleemosyna consultet, facilius ei credant, ceu cogitanti quæ ad eorum salutem faciant. Rursus autem gratiam vocauit rem magnum enim reuera est donum dei, vt quod eum in quo est, adæquare possit deo. Vnde & sapiens quispiam dixit: Magnum quiddam homo, & preciosum quiddam vir misericors.

Sed quemadmodum in omni abundatis fide, & uerbo, & cognitione, & omni studio, & charitate

A *uestra in nobis, ut & in hac gratia abundetis.* Cum laudibus adhortatur, inquiens: Quemadmodum cætera omnia abunde tenetis, sic & hoc loci, non vt detis, verum vt exuberetis vel supra Macedones, vel vt largi sitis simpliciter. Fide autem charismatum indubitata, verbo vero sapientiæ, cognitione & scientia doctrinarum, & omni studio erga aliã virtutem, & charitate quæ ex vobis est in nobis. Prædixit enim, Indicastis Tito dilectionem vestram in me, æmulentes pro me.

Nõ secũdũ mãdatũ dico. Hoc est, nõ cogo vos, neq; velut in meã vos potestatẽ redigo.

Verum per aliorum sedulitatem, uestram genuinam charitatem explorans. Hoc est, propter ea laudo Macedones, vt per illorum diligentiã, vestram erga pauperes factos dilectionẽ probatiorem demonstrem & fulgentiorem.

Nostis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quod propter uos pauper factus est. quum diues esset, ut uos illius inopia locupletes redderemini. Hoc est, cogitate, expendite vobiscũ ingens mysterium, & nulli patens. Si enim non credis quod paupertas diuitiarum sit effectrix, reputa tecum domini tui causam, & non amplius dubitabis. Nisi enim ille pauper factus esset, hoc est infra positam & ingloriam carnem suscepisset, aliaque cuncta cõtumeliæ plena sustinuisset, idque propter nos indignos inimicos suos, nos haud essemus ditati. Quales autem opes attẽptetatem, puritatem & purificationem, sanctificationem, cęteraque bona, quæ cum dedit, tum daturus est.

Paupẽtas, diuitiarũ effectrix.

B *Et consilium in hac re do, hoc enim uobis commodat.* Animaduerte quomodo minime molestus esse contendat. consilium enim, inquit, do, id est consulo, non necessitatem impono. Isthuc autem consilium do & facio, quod vobis magis prosit accipientibus.

Diuitiæ Christianorum.

Qui non solum facere, uerumetiam uelle iam inde ab anno superiore exorsi estis, nunc autẽ & perfecistis. Non porro ex aliorum studio eos commonefacit, cæterum ex sua ipsorum cupiditate. Sponte, inquiens, vestra ad hoc venistis, nec fundamentum tantum iecistis ad facere ipsũ, verum & ad velle, hoc est ad hoc vt voluntarij nullo etiam adhortãte faciatis.

Nunc igitur consilium uobis do, ut & opus perficiatis, ut quemadmodum prõptitudo est ex uoluntate, sic & trãsactio rei sit ex eo quod habetis. Vt ne ad promptitudinem vsque bonũ consistat, verum & perfectius fiat. Perinde namque vt promptitudinem & deliberationẽ voluntas facit, sic & opus ex habere nascitur. Quid igitur habet, impleat opus, æque ac qui non habet, voluntate ac deliberatione compleuit.

Macedones, Thessalonicẽses.

Si enim promptitudo præsto est, quatenus habuerit quispiam, grata erit, non quatenus non habet. Intuere sapientiam, qua ratione Macedones, Thessalonicenses inquã commendans, quod plura quam potuerint præstiterint, ab his nihil vltra vires poscat. Si igitur animos pro nos habueritis, pro virili quæ potestis contribuite, ac suscipiet hæc Deus.

Mar. xij.

Non enim ut alijs sit remissio, uobis autem afflictio. Non vt alij inquiete ac delicijs agant; vos vero supra vires elargiamini vt ex hoc penuriam & afflictionem sustineatis. Atqui dominus viduam etiam laudauit quæ omnes facultates suas impertit. Verumenimuero Paulus hoc nunc non agit, partim quod imbecilliores erant, partim quod opulenti erant; vnde omnino si pro viribus suis dedissent, præclara & eximia contributio fuisset. Dein-
C de venit in spem Thessalonicensium exẽplo eos magis excitandos, quare illorũ arbitratui & potestati rem relinquit. Præterea insequẽtibus subobscure ad eandẽ rẽ inhortatur:

Sed ex æqualitate in præsenti tempore uestra exuberantia cedat in illorum indigentiam, ut & illorum exuberãtia in uestrã uergat indigentiã. Hoc est, efferimini vos opibus & pecunijs vestris, illi autem attolluntur fiducia & libertate erga Deum. Date igitur ex ijs quibus exuberatis pecunijs, quibus illi destituuntur, vt accipiatis a copia & fiducia qua illi quidem locupletes sunt, vos autem inopes. Animaduerte quomodo clanculum confirmet ac probet vt supra vires etiam dent. Si enim vis abunde accipere, da etiam abunde, sin totam vis omnino compensationem accipere, tu pariter totum exhibe, hoc est, ex abundantia, adeoque plura quam possis. verum id clam (vt dixi) agit. Hactenus igitur, vt apparet, pro viribus dare commendat.

Dandũ etiã supra uires.

Exo. xvj.

Vt fiat æqualitas, quemadmodum scriptum est: Quoniam multum non exuberauit; & modicum non defecit. Quanam ratione fit parilitas? si & vos & illi exuberantia permutetis; ac defectus repleatis. Ecque est parilitas, spiritualia pro carnalibus dare? Non secũdum precium quo magni quicquam æstimatur, nec secundum vtilitatem rerum quæ dantur vel permutantur, æqualitas dicta est, verum si ex eo quo abundatis, detis vos: ac rursum si quo illi exuberant, vobis communicent: ac iterum si quo indigetis, ab illi accipiatis

& illi, quo opus habent, ab vobis accipiant. Secundum hoc est æqualitas. Præcipue au tem in præsenti tempore ea locum habet æqualitas: in futuro autem plurimum excellūt ea quæ ipsi donant. Proinde submittite vos opulenti, siquidē in præsenti tempore vos pauperes antecellunt. Producit autem quod de manna factum est, partim vt indicet quo modo fiat æqualitas: quando videlicet qui multum habet diues, dederit quod sibi superfluit; ei cui parum est: sic fit vt ipse neque abundet, neque alter deficiat, vt qui ab illo ac ceperit quo quod deerat compleret, ac rursus idem fit in fiducia erga Deum, partim ve ro maius etiam aliquid perficit, ob oculos ponens opulentis, quod quemadmodū in mā na, qui plus collegerant, & qui minus, omnes eandem habere mensuram inueniebantur; Deo auaritiam & insatiabilitatem eorum puniente: sic hodieque non oportet nimium expetere. D

mānę mysterium.

Gratia autem Deo, qui dedit tandem curam pro nobis in corde Titi. Quū de eleemosyna, quā tū res poscebat, disseruisset, deinceps cōmendat qui eā ob rem missi erant, vt omni suspi cione carentes, vehementius eos ad alacritatem & promptitudinem contribuendi impellant. Quia vero inter hos primus erat Titus, laudat eum. Deique opus esse dicit quo ad ministrandum ecclesiis sit excitatus. Eandem enim curam & solicitudinem, quam & ego habeo pro vobis. Deus menti eius imposuit. Hinc vero hortatur eos vt dignam se faci ant contributionem. Si enim Deus Titum excitauit, Deus etiam in posterum per eum pe tit, par est ergo vt deo dignam eleemosynam faciatis.

Quoniā adhortationem accepit studiosior autem quum esset, suapte sponte egressus est ad nos. Vnde planum est quod Deus Titum excitauerit: Quoniam commonefactus a me, prom pte & alacriter adhortationem ab me suscepit, neque quicquam murmurauit, imo & sua sponte exiuit, vt etiamsi ego ipsum non essem adhortatus, proprium tamen studium suū demonstrasset. E

Misimus autem una cum ipso fratrem, cuius laus in Euangelio per omnes ecclesias. Nonnulli Lucam hic intelligi aiunt, propter euangelium quod scripsit: nonnulli vero Barnabā ac cipiunt. Nam & prædicationem non scriptam, Euangelium vocat. Non immoratur autē in huius præconiis, perinde ac in Titi, forsan ideo, quia Corinthiis non erat cognitus. Titus autem abunde notus erat. Attamen & sic idoneum encomium adeoque præclarā lau dem texit. Non enim simpliciter dicit, Euangelion prędicat, verumetiam laudatur, non ab duobus vel tribus, sed ab omnibus plane ecclesiis.

Prædicatio ēr nō scripta, euāgeliū.

Non solum autem, uerum & electus ab ecclesiis, ut simul nobiscum proficiscatur cū gratia hac quæ à nobis administratur. Commendat hominem ex iudicio eorum qui ipsum selege runt. Non enim tantummodo Euangelii verbum prædicans commendatur veluti pro batus, verum ab ecclesiis electus est etiam, vt simul nobiscum proficiscatur: proinde cū tentationum tum periculorum est socius. Hæc autem Barnabæ magis quadrant. Ele ctus est autem ad gratiam hanc, hoc est ad pecuniarum ministerium, vt vna nobiscum sis administer.

Ad ipsius domini gloriam, & promptitudinem uestram. Hoc est, vt deus glorificetur, & vos promptiores reddamini, seu pecuniarum receptores probati sint, adeoque spectatę fidei, vt nemo aduersum ipsos suspicionem parere queat. F

Veriti hoc, ne quis nos carpat in plenitudine hac, quæ administratur à nobis. Decet hoc quod hic ais, sanctam Pauli animam, ingentemque curam & permissionem. Eam enim ob rem inquit tales misimus, nec vnum, sed plures. στελλόμενοι, id est suspicantes, & metuentes ne quis sinistram de nobis opinionem cōcipiat, qua cogites nos quicquam e pecuniis in vsum nostrum sublegere. Nec dixit, ne vos, sed ne quis alius, ne succenseant si intelligāt se in tali apud Paulum esse suspicione, quippe qui huiusmodi de Paulo verea̅tur. Et ple nitudo ipsa, id est copia pecuniarum, satis est efficax vt prauis suspicionem præbeat, nisi securitatem demonstrauerimus, ac omnia esse in tuto.

Prouidentes bona nedum coram deo, uerumetiam coram hominibus. En pauli mentem, quam so licitus fuerit ne scādalum poneret fratribus. Non enim dixit, ego purus sum, lugeat qui vult: sed quemadmodum, inquit, coram deo prouideo, hoc est, curo videri inculpatus, sic & coram hominibus: ac quanto sunt imbecilliores, tanto magis illis acquiescendū, quā doquidē & paruulis pueris condescendamus, si lucrari simus eos.

Scandalū fratribus ponere Paul' veretur.

Simul autem misimus ipsis fratrem nostrum, quem probauimus in multis sępe studiosum esse, nūc autem studiosiorem fiducia multa erga nos. Alterum addit, fratrem eum nominans, & cōmendans ipsum ex hoc quod probarit ipsum, iudicauerit que studiosum esse & in mul

tis argumentis,& sæpe. Laudis autem exaggeratio est,hac ratione geminare dictionem.
A Nunc autem,dicit,studiosior factus est,tanquam confidens quod vos largiorem eleemosynam facturi sitis,quam administraturus est.

Siue super Tito,socius meus,& ad nos adiutor. Hoc est, si quid mihi dicendum super Tito eadem dicenda sunt,quod collega meus sit,adiuuans me in institutione vestri & cōmoditate. Vel,siquid Titi nomine facturi estis,non vulgaris cuiuspiam nomine facietis sed collegæ mei,


Siue fratres nostri. Hoc est,siue pro alijs vultis quicquam audire, & illi multum iuris habent quur fide digni vocentur:etenim fratres nostri sunt.

Apostoli ecclesiarum. Hoc est,ab ecclesijs missi & electi.

Gloria Christi. Quod omnibus maius est,posterius posuit.In Christum,inquit, omnia referuntur,quæcunque illis obtingunt,vel eis accidunt.

Demonstrationē igitur charitatis nostræ & gloriationis nostræ pro uobis,ergà ipsos ostendite in facie ecclesiarum. Nunc ostendite,inquit,quō diligatis nos, quomodo etiam nos non frustra gloriemur de vobis.Monstrabitis autem, num charitatē in ipsos ostendatis. Etenim& in faciem ecclesiarum facietis,quod facietis ad hos,hoc est,ad gloriam ecclesiarum. Faciem nanque ecclesiarum habent illi,quæ mittunt ipsos.

CAPVT IX.



B E ministerio erga sanctos,superfluum est mihi scribere uobis. Quū hæc antea dixerit,postque hac rursum dicturus sit,superuacaneum sibi tamen dicit de his scribere.Sapienter autem hoc facit,vt magis eos attrahat. Pudefient enim si Paulus eandē de ipsis suspicionem habeat,quoniam neque opus habēt consultatione vel consilio ad id vt misereantur sanctorum: deinde quia tales sint, de quibus non sit opus suspicari quod viscera sua indigentibus fratribus non aperiant,vt misereantur.

Noui enim promptitudinem uestram,qua de uobis apud Macedones glorior,quoniam Achaia parata est ex anno superiore: Noui,inquit,& ipse animi vestri promptitudinem; nec hoc solum,verumetiam glorior apud alios,quod parati sitis.Porro tota Achaia,inquit,non sola Corinthus,parata est,neque quicquam deest,nisi vt veniant qui pecunias accipiant. Quare pudori mihi est si videar frustra & falso gloriari. Sup. viij.

Aemulatio etiam uestra prouocauit plurimos. Atqui supra dixit,Sponte vestra & rogātes nos:quomodo ergo nunc dicit,Æmulatio vestra incitauit plures? Non dixit omnes, sed plures. Alij nanque sua sponte & rogantes nos contribuerunt, alij autem per vestrā sunt æmulationem incitati:siquidem plures stimulo habent opus. Vel quia non cōsuluimus,non adhortati sumus,sed tantum laudauimus vos,idque satis fuit eis adhortationē Viden' quomodo & illos per hos excitet,hosque per illos? Doctores,inquit, illis facti estis,ne igitur discipulis videamini inferiores. Æmulationis ad virtutem stimulus.

C *Misi autem fratres,ut ne gloriatio nostra de uobis,uana fiat in parte hac, ut quemadmodum dixi,instructi sitis.* Seipsum veluti partem Corinthiorum quandam facit, certatque pro ipsis. Ait enim: Quia postquam vestri nomine gloriatus sum,metui ne pudefieremus, misi fratres, vt ne euacuetur, id est frustraria & vana arguatur gloriatio mea de vobis. Ego enim apud omnes propter vos ornor,hinc & gloriatus sum apud illos. Itaque si deficiatis,communis est ignominia:sed non in omnibus,verum in hac sola parte,hoc est, vt ne pudefiam in hoc solo de eleemosyna argumento & consilio, sed parati sitis,perinde ac dixi Macedonib⁹,quod proni sint in tota Achaia omnes,neque quicquā eis deest.

Ne ullaratione,si uenerint mecum Macedones,pudefiamus nos,ne dicā uos,in hac substantia gloriationis. Rursus circa eadem versatur,intenditque certamen ab humanis rationibus ipsos permouēs. Maior enim est ignominia; si quisquam apud alienas personas rubore suffundatur. Forsitan,inquit,mihi confiditis ceu ignoscenti vobis:at enim Macedonas aīmo voluite,qui forsan mecum veniens,versimile est enim hoc. Et si inuenerint vos, nō dixit nolentes dare,cæterum imparatos. Si enim non paratum esse,aut celeriter non contribuere pudor est,quanto magis omnino nihil contribuere, vel minus quam par sit? Corrigit autem sermonem dicens,Quoniam nos pudefiemus, vt ne dicam quod vos; in materia gloriationis huius,hoc est,non alia in re pudefiemus, præterquam in sola de eleemosy-

na gloriatione, quod cætera vestra reprehensionem non admittant. Hoc aūt dicit nō adulans eis, verum promptiores potius reddens, vt ne in alijs probati, in hoc non inueniantur probati, sibique ipsis inferiores. Quum ait, vt ne dicam & vos ostendit quod ipsi maiorē sint ignominiam relaturi ipsorum nanq; peccatum est. Substantiam autem, subiectū vel materiam vel rem ipsam, vel gloriationis essentiam intellige. D

Cap. viij. *Necessarium igitur putaui præmittere fratres, ut præparent hanc benedictionem uestram, ut sit parata, sic ut sit benedictio, & non circunuentio.* Vt ne videatur sibi contrarius esse (cū enim supra dixisset, superuacaneum mihi est scribere, nunc de his rursus disserit) obseruādum est quod hic de largitate & liberalitate disputet, ac de alacritate quam operi adhiberi par est: horum enim gratia sese misisse fratres asserit. Duorum porro pugnantium inter se admonens, vt dent auide cum quadam ambitione, & cum promptitudine animi, sapientissime vtraque aggreditur. Prius enim de alacritate eius qui dat, disputat, post de altero etiam capite. Ait igitur: Benedictio est quod datur, nemo autem benedictionem dans contristatur. Ostendit autem eos statim fructu suo germinare, benedictioneque repletos eos qui præbent. Neque hoc illi satis fuit, sed adiecit, & non veluti circunuentionem. Ne igitur existimetis, inquit, quod veluti circūuenientes vos, hæc accipimus, sed volentes benedictionē vobis præbere. Quare qui dat inuit*, veluti fraudatur.

Eleemosynarum fructus.

Hoc autem, qui seminat parce, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus & metet. Ad aliud caput iam transit, quod est de dando largiter, inquiens: Hoc etiam adijcio ad ea quæ cōmemoraui, quod non parce oporteat dare. Et non dixit modicum quiddam, sed celebratius parsimoniæ vocabulum posuit. Ac semen opus ipsum vocauit, vt protinus ad permutationem respicias, ac discas quod plura accipias, quā des. Quum enim dixisset quod largiter dandum sit, rursus etiam meminit quod cum animi alacritate pronaque mente dandum sit. Quod enim ait, seminans in benedictionibus, hoc indicat, perinde ac in superioribus dictum est. E

Ecclesia. xxxv. *Vnusquisque enim ut in corde statuit, non ex mœrore, aut necessitate. Hilarem nanque datorem diligit deus.* Immoratur argumento quod de promptitudine in dando adduxit, compertum habens Macedonum exemplum sufficere ad hoc vt excitet eos quo plura dent; vtque rubore suffundat ac pudefaciat eōs, si inferiores illis appareant. Ipsorum autem mentem sanat, vt sit etiam virtus quod ab ipsis fit. si enim inuoluntarium est quod faciunt, non est virtus. Vt igitur verus præceptor, discipulos suos omnino vult pro virtutis ratione ac formula facere quod faciunt. Simul autem vt merces ipsis tota contingat, voluntario faciunt bonum. Quocirca inuoluntariam succidit mercedem. Ob eam causam, inquit, vnusquisque vt in corde suo prædeliberat, non ex mœrore aut necessitate. Testimonia præterea ex Solomone producit. Atqui sermo sapienti de largitate dictus est, ipse vero intellexit eum de prona in dādo mente, aut si malis, ad vtraque retulit.

Potens est autem deus omnem gratiam exuberantem facere erga uos. Hisce verbis diluit ac tollit cogitationem, quam multi habemus, Si multa (dicentes) dedero, metuo ne iam ad paupertatem redigar. Ait igitur: deus potest adeo vos rerum copia affluentes facere, vt & omnem gratiam, hoc est eleemosynam possitis cum exuberātia facere. Date igitur largiter, vt & eleemosyna vestra magis magisque exuberet. F

Vt in omni re omnem sufficientiam habentes, exuberetis ad omne opus bonū. Viden'non opes ipsis exoptat, sed sufficientiā. Hoc autem dicens, indicat quod neque adigat, neque compellat eos ex defectu dare: neque enim sufficientiam deinceps haberent. Simul autem docet vbinā oporteat donis dei vti. Vt abundetis, inquit, ad omne opus bonum Siquidem in carnalibus, vobis sufficientiam adopto: in spiritualibus autem (hoc enim est quod ait; ad omne opus bonum) abundantiam etiam vobis imprecor, vt nedum abunde misericordes sitis, verumetiam omne opus deo placens auide faciatis.

Psal. cxi. *Sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sempiternum.* Vt confirmet quod dixit, Vt exberetis, ex propheta testimonium protulit: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sempiternum. Porro dictio dispersit, liberalitatem & exuberātiam indicat. Pecuniæ igitur & facultates non manent, iustitia autem, hoc est amicus erga homines affectus (sic enim clementiam vocat, ceu eam quæ hominem iustificet, ac peccata soluat) ea igitur perdurat in sempiternum, & hoc & futuro seculis permanet. Hic enī misericors ab omnibus diligitur; ac posteris, ab illis clementibus, dico propagati, sunt in precio.

Iustitia, clemētia.

Qui autem suppeditat semen seminãti, & panem in cibum, suppeditet & multiplicet semẽ vestrũ
A *& crescere faciat germina iustitiæ vestræ.* Exoptat hic illis & corporalia & spiritualia, verboq; suo autoritatẽ cõciliat ab sẽsibili adeoque externa agricultura. Si enim terrę semina manducantibus deus impertit semen, ac si corpus alentibus, alimoniam præbet: quanto potius cœlum colentibus, animamque alentibus, suppeditabit sumptum? Dicens igitur, suppeditet & multiplicet semen vestrũ, de sensibus subiectis opibus intelligit, quas vult spirituale semen effici, dum pauperibus erogantur. Hinc enim crescit omne opus in vobis, atque adeo iustitiæ actus prodeunt, & asparagos suos emittunt. Propterea infert, & crescere faciat germina iustitiæ vestræ. Repone autem hic in mentem, quod non delicias aut voluptatem, sed alimoniam, sed victum impertientem deum introducat: panẽ inquit in cibum. Ex Esaia hoc desumptum est.

In oĩbus ditescentes ad omnem simplicitatem, quæ efficit per nos gratiarum actionem deo. Indicat hic rursus qui nos diuitijs vti oporteat, qm non sunt defodiendę, cęterũ ad omnẽ simplicitatem retinendę, hoc est, cum liberalitate quadã sunt erogandæ. Quum enim haud parum multi in scorta & mimos simplicitatẽ ostendant, Talem, inquit, simplicitatem puto, quę multam gratiarum actionem adfert deo, imo vero non solam gratiarum actionẽ, verum & multa alia quę in progressu epistolæ deinceps ponit, vt si commonstret pleraque bona ex simplicitate progigni, proniores eos ad hanc efficiat. — *Esaiæ.lv.* — *Diuitijs quõ sit vtendum*

Quoniam ministerium sacri & oblationis huius, non solum replet defectus sanctorum, verumetiã
B *exuberat multa gratiarum actione erga deum per probationem ministerij huius, glorificantes deum in obedientia confessionis vestræ in Euangelium Christi, in simplicitate consortij in ipsos & in omnes, & ipsorum precatione pro vobis, desiderantium vos vehementer propter excellentem gratiam dei in vobis.* Ministerium, inquit, id est suppeditatio hæc & contributio, multa perficit. Etenim non solummodo replet egestatem & indigentiam fratribus, verumetiã exuberat, hoc est, plus quam necessarium sit, ipsis impertit, multæque gratiarum actiões fiunt per exploratum hoc & confessum propter humanitatem & clementiam largientium, ministerium. Glorificant enim deum, quod sic subiecti sitis, obedieritisque Euãgelio vt expleatis iussa eius cum liberalitate. Eleemosynam enim Euangeliũ ipsum docet. Alia etiam ratione glorificant deum, quando simplicitas & bonitas vestra non in solos ipsos, verum in omnes etiam fideles pauperes effunditur. Non enim inuidiæ affectu laborant, reliquorum mendicorum instar, verum gratias agunt quod alijs etiam dederitis: quod maximæ virtutis eorum argumentum est. Quare huiusmodi largius dandum est, qui adeo inuidia vacant, qui adeo virtutibus cõpti. Insuper pro vobis etiã apud deũ interpellant, vt digni iudicentur videre vos, non pecuniarum causa, verum ob excellentem dei gratiam excellenter vobis datam. Rursus autem gratiam, eleemosynæ, causam vocauit, omnia ita deo accepta referens, vt ne ipsi attollantur. Quum autem dicit excellentem gratiam, excitat eos vt largiorem eleemosynam faciant, ne exuperentur aut vincantur ab alijs. — *Lucæ.xi.* — *Bonis largi⁹ donãdum.*

Gratia autem deo, pro inexplicabili eius dono. Donum hic nominat bona ipsa quæ per eleemosynam fiunt tũ dantibus, tũ accipientibus: vel bonorũ reminiscitur quib⁹ donati
C dignatique sumus per incarnationem Christi, perinde ac si dicat: Ne arduum vos facere existimetis. inenarrabilia enim sunt bona quæ accepimus a deo. Quid igitur præclari est si pauca eaque corruptibilia demus?

CAPVT X.



Ipse autem ego Paulus adhortor vos per mansuetudinem & clementiam Christi. Confectis de eleemosyna verbis & argumentis, austeriora nũc orditur aduersum pseudapostolos, & eos qui calumniabantur ipsum ceu popularem & indoctum, qui temere sese ostentaret, seque ipsum commendaturus esset. Coactus igitur, ne verbum ab se prædicatum vilipendatur, recenset quæ per se gesta sunt, gratiamque dei sibi datam. Ne quis ergo peccet atque erret si hãc epistolam Pauli encomiũ dicat. Exordij itaque huius talis quędam est sententia, quam verba indicant. ad eos nanque loquitur, qui eum impotentẽ & arrogantem vocabant. Adhortor, inquit, vos Ipse ego Paulus, terrarum orbis doctor (dignitatem enim & autoritatem indicant verba, Ipse ego Paulus, perinde ac illud, Ecce ego Paulus dico vobis) precorque vos, ne me cogant conuitiantes mihi, vti potentia mea — *Ephe.iij.* *Colos.i.*

aduersum ipsos. Magna autem res est apostolum adhortari. Porro mansuetudinem etiā Christi ad interpellationem adducit, perinde ac si dicat, vereminor clementiam Christi, per quam vos obsecro: simul ostendens quur eis parcat, nimirum vt imitetur mansuetudinem seruatoris Christi, non quia non possit quicquam aduersus eos. Ne igitur cogatis me egredi, ac deficere me ab mansuetudine hac, quam adeo cupio, vt & intercessionis loco eā obijciam vobis. D

Qui secundum personam quidem abiectus sum inter uos, absens autem confido uobis. Vel per ironiam hæc dicit, calumniantium eum verbis vsus. Dicebant enim illi, Etiamsi præsto fuerit, nullius est momenti, nulloque numero dignus, sed vilis atque contemptibilis. sin abfuerit, tumet & superbit, audetque aduersum vos, & interminatur. Vel vere hæc de se ipse dicit: Ego quum sum apud vos, humilis & mansuetus sum erga vos, ac etiamsi nūc magna proloquar, non ex dementia isthuc ago, sed quia confidam vobis.

Precor autem uos, ne præsens confidam fiducia, qua cogito audax esse aduersus quosdam reputātes nos ueluti secundum carnem ambulantes. Precor, inquit, ne me adigatis confidenter vti potentia mea (confidentiam enim potentiam suam vocat) qua cogito audere, hoc est, in animum induco, ratiocinor, aut conijcio, eo quod illi me compellant, aduersum calūniantes nos, quasi hypocritæ & ostentatores simus. hoc enim est secundum carnem obambulantes. Obserua autem quomodo ausum appellat, quod omnino se de quibusdam vlcisci velit, nec propter seipsum, cæterum ob verbum a se prædicatum hoc facturus erat. Attamen magis interest præceptoris, in supplicijs cantatorem agere, nec protinus ad illa adsilire. E

Præceptor ad supplicia tardus sit

In carne enim obambulantes, non secundum carnem militamus. Hoc est carne amicti, carnalibus armis haud vtimur. De verbi enim ministerio disputat, ostendens quod non sit humanum, neque humanæ opis indignum verbum, nempe dei. Quum dicit militamus, prælium & pugnam nos suscepisse indicat.

Arma enim militiæ nostræ non sunt carnalia: Hoc est, non opes, non gloria, non eloquentia, non adulationes, non hypocrisis, talia enim carnalia sunt arma.

Sed potentia deo, ad demolitionem munitionum. Non dixit sed spiritualia; hoc enim omnino debuisset dicere vt carnali opponeretur, sed potentia, subindicans ita eorum res esse imbecilles & impotentes. Considera autem demissum in eo spiritum non dixit enim, nos potentes sumus, sed arma potentia deo, hoc est, deus ipsa potentia effecit. Quia enim agebantur, & flagris cædebantur, infirmitatis autem hæc signa viderentur, deo, inquit, potentia sunt hæc. dei nanque robur per hæc maxime apparet: ille enim est qui operatur & bellum gerit, etiamsi nos illis amiciamur. Vbi autem sunt potētiae ad demolitionem munitionum. Ecquas munitiones adfert?

Syllogismi Græcorum.

Ratiocinationes demolientes. Græcorum sapientum syllogismos intelligit. fastum eorū demolimur hisce armis, vel quia ratiocinationes eorū & animas deijcimus ex errore quo detenti fuere, ac veritati subijcimus. Areopagitæ enim ratio & magna mens sublata est ab impietate, sufflexaque est pietati. Animaduerte quod non dixerit, machinas admouemus, sed statim demolimur, tollimus, cum victoriæ facilitatem, cum armorum potentiam indicans. F

Act. xvij

Et omnē altitudinē quæ attollitur aduersus cognitionē dei. Perseuerat in tropo, vt clarius ꝙ vult significet. Si, inquit, altitudo fuerit, hoc est, turrita munitio, vel præsidiū, vel excubię resistentes cognitioni dei, adeoq; Euangelio, eas etiam demolimur.

Et captiuantes omnem cogitationem ad obedientiam Christi. Captiuitatis vocabulū duo significat, & ex libertate lapsum, & perfectam captionem, qua quis ita capitur, ne resistere vnquam possit. Iuxta secundum igitur significationem nunc Paulus dixit, captiuantes; Non enim tantum inquit superiores sumus, & victoriam obtinemus de omni humana cogitatione & intellectu, sed captiuos etiam ducimus, quæ est consummatior victoria. Deinde quia captiuitatis vocabulum graue est, addit, ad obedientiam Christi, hoc est, ad seruitutem eos redigimus omni libertate preciosiorem, ab interitu nimirum ad salutē, ab morte ad vitam subijcientes eos Christo. Intellige autem magicos Ephesi libros combustos, & videbis quomodo Paulus captiuos duxerit.

Act. xix.

In promptu etiam habentes ulcisci omnem inobedientiam, postquā impleta fuerit uestra obediētia: Hic illos etiam terruit. Vos inquit etiam expectamus, vt postquam per admonitionem nostram correxerimus vos, & ab illis defecerimus, tum illis solis incurabilibus relictis sectionem ac diductionem adferamus. In promptu igitur habemus pœnam & vltionem,

cæterum quum vos illis mixti sitis, prohibemus adhuc, ne & vos plaga contingat. Per
A hoc quod ait, quum completa fuerit obedientia vestra, tacite indicat eos quidem obedire etiamnum, sed imperfecte. Hæc autem illis interminatur, vt & hi & illi meliorem vitã induant, & vt neminem feriat aut lędat. Solent & in nobis consistere ratiocinationes, & cogitationes, peioribus aduersum potiores luctantibus. Deinde sunt exaltationes vel altitudines, victoriam videlicet obtinentium, quando contra diuinam cognitionem eriguntur in tantum, vt & intellectus locum occupent, quales sunt qui dicuntur diuini motus, furores, & impulsus, & afflatus. Est enim intellectus, simplex & ratiocinatione vacãs mẽtis actio, impetusve ipsa opera melius ostendens, vel demonstratio. Sunt autem & in ijs quibus a dæmonibus imponitur, tales, vt videtur, intellectus, quod Paulus, & siquis alius Pauli spiritu ductus, captiuos ducit ad obedientiam Christi.

Quæ ad faciem sunt cernitis. Non solo deceptores perterrefacit, verumetiam deceptos increpat. Propterea dicit, ex ijs quæ apparent iudicatis, si quis superbit, si quis locuples est, si quis virtutis imagine vestitus est.

Si quis confidit se esse Christi, hoc rursum apud sese cogitet, quod perinde ac ipse Christi est, sic & nos. Pseudapostoli gloriabantur & superbiebant quod Christi essent, & quod Christum ipsi viderint forsan. Apud seipsum autem dixit, pro, non expectet nostram aduersus ipsum obiurgationem: sed intelligat quod secundum hoc ipsum quod Christi est, nihil nobis sit superior: non enim ille quidem Christi, ego vero alterius cuiuspiam
B sum. Verum hoc obiter dixit, quandoquidem deinceps in sequentibus ostendat quantum ipse excellat. pseudapostolorũ iactantia.

Si enim abundantius quadantenus gloriatus fuero de potestate quam dedit mihi dominus ad ædificationem, & non ad destructionem, haud pudefiam. Non dixit, est mihi potestas puniendi & occidendi, quæ illis non est, sed longe submissius, abundantius quadantenus. Nec dixit si glorier, verũ si gloriatus fuero, hoc est, si gloriari voluero de potestate quã dedit mihi dominus. Rursus deo totum id quicquid est adscribit. Accepimus autem eã potestatem a deo, vt ad fidem ædificemus, beneficia impertientes non punientes. Ecqui igitur dixisti cogitationes demolientes? quoniam hoc ipsum maxime est ædificatio, marcida demoliri, obstaculaque deijcere. Quomodo igitur ipsis interminaris, si non in destructionem accepisti potestatẽ? In primis, inquit, & pręcipue ad ædificationẽ accepi, sin quisquã fuerit incurabilis, demolitione vtemur. Si igitur voluero, inquit, gloriari quod plus dederit mihi quiddã, vt potestatẽ habeã benefaciendi in primis, & quñ cogar, etiã puniendi: non pudefiam, non monstrabor esse mendax aut arrogans.

Vt ne uidear ueluti terrere uos per epistolas. Quoniam epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes, præsentia autem corporis infirma, & sermo contẽptus. Hoc autem existimet huiusmodi, quod quales sumus in sermone per epistolas absentes, tales etiam sumus præsentes opere. Quod ait, est eiusmodi, Potuissem equidem gloriari, sed ne videar terrere vos per literas, quemadmodum dicunt calumniantes me: Quoniam in epistolis grandis est, & horrenda scribit: vbi autem aduenerit, despicabilis & contemptibilis est, arguiturque non esse talis, qualis est in scriptis suis. Verum agnoscat quisquis est qui talia dicit, quod nedũ grandia intermina-
C mur, verumetiam possumus præsentes ad opus minas perducere & effectum.

Non enim audemus nos conferre aut adæquare quibusdam qui seipsos commendant. Hic arrogantes esse ostendit illos, ac multa adeoque magna de seipsis iactantes. Dicit igitur: Nos nõ audemus comparare nosipsos, hoc est, connumerare, vel conferre, vel opponere adęquando quibusdam eorum qui seipsi prędicant.

Sed ipsi in seipsis seipsos mensurantes, & comparantes seipsos sibijpsis, non intelligunt. Illi, inquit, non dignantur neque volunt ad quempiã aliorum conferri, sed ipsi sibijpsis conferuntur, secumque ipsi certant erga se mutuo, nec sentiunt quam sint ridiculi ita sese ostentantes. Vnusquisque enim seipsum meliorem iudicans, alterum deijcit: sicque omnes per se mutuo probati videntur: quod quã ridiculum sit, ipsi non intelligunt. Nemini se cõparã tiũ factus

Nos autem non in immensum gloriabimur. Illi enim fortasse gloriantes dicebant ac super bientes, Ad fines terræ accessimus, obremque terrarum ad Christum perduximus. At nos non sic, inquit.

Sed iuxta mensuram regulæ quã nobis deus partitus est mensuram, peruenire usque ad uos. Quemadmodum colonis vineam deus diuidit, hunc ad modum nobis apostolis suis terrarum orbem segregauit. Secundum igitur mensuram regulæ, quam partitus est nobis deus, gloriabimur. Qualis est autem mensura? vt perueniam advsque vos. Postquam

igitur hæc nostra pars est,ad vos etiam vsque gloriamur.

Non enim tanquam ad uos non peruenimus,superextendimus nosipsos:ad uos enim usque peruenimus in euangelio Christi. Verisimile est pseudapostolos vel sine prædicatione aliquo profectos,ex exigua tamen profectione elatos esse,ac totum sibi imputare. Ait ergo apostolus: Non tanquam ad vos non peruenerimus,nosipsos extendimus:peruenim⁹ enim, non simpliciter,sed in euangelio Christi,hoc est,non parum peregrinantes vt illi, verum cum euangelij iuxta prædicatione. D

Non in immensum gloriamur in alienis laboribus, spem autem habentes crescente fide uestra in uobis,magnificari secundum regulam nostram, ad abundantiam , ut etiam ultra uos euangelium prædicemus,non in aliena regula,ut prompte gloriemur. Indicat illos apostolorum laboribus exornatos,supra modum & mensuram gloriari, hoc est, ad veri vsque excessum, idque in alienis laboribus.At nos non sic,sed ad vos vsque peruenientes , ad vos vsque & fiducia & libertate nostra vtimur Speramus autem, in deum videlicet (non solet enim certo demonstrare Paulus)quod abunde vos docentes & augentes fidem vestram inueniamur vt adeo magnificam ego in vobis. Tunc enim magnifit præceptor, quum res discipulorum creuerint,ac regula eius in medium processerit,hoc est,mensuram quã acceperit,abunde promouerit.Quid igitur speremus ? quod & vltra vos euangelium prædicabimus,ac forsan etiam gloriabimur propterea:siquidem commodabimus ipsis. Canonem autem vbique mensuram vocat, æque ac ædium extructor vel architecton structuræ mensuram,regulam seu amussim vocat.Et vt indicet quod dei sit vniuersum hoc,qui canonem dedit & mensurat,propterea infert : E

Qui autem gloriatur,in domino glorietur. Habentes,inquit,talia tantaq; opera, nõ superbimus,neque nobisipsis quicquã imputamus. enimuero deo vniuersum,etiam ipsam ad quã peruenimus mẽsuram,tribuimus.Oportebat igitur & illos in hoc gloriari.

Hiere.ix.

Non enim qui seipsum commendat,is probatus est,sed quem deus commendat. Non dixit, nos sumus probati,sed quem deus commendat,hoc est,quem veritas laboris & operis cum dei gratia probatum ostendit.

CAPVT XI.



Tinam sustineretis parum insipientiam meam, sed & sustinetis me. Ad proprias laudes descensurus,multis vsus est præ correctionibus præmunitionibusque , defugiens id quod onerosum & molestũ videtur in suipsius commendatione. Huc autem eum necessitas perpulit,quum metueret ne in discipulorum damnum vergeret si ipse vilipenderetur, pseudapostoli vero in precio haberentur. Quod enim ex multa necessitate ob discipulorum suorum commodum huc peruenerit , vel insipientibus adeoque vacantibus mente planum esse queat. Qui enim priorum peccatorum meminit,a quibus per baptisma liberatus erat , qui etiam indignum sese apostolatus nomine cẽset,qui citra necessitatẽ(quæso)de se ipse magna prædicaret? Ait ergo. Vtinã sustineretis me in paucis quibusdã incipientẽ ac stultũ futurũ:imo vero sustinetis. F

Paul⁹ cur seipsũ laudauerit.

i.cor.xv.

Confido enim quod diligatis me,& omnia sustineatis,æmulor enim uos dei æmulatione . Non dixit diligo,sed quod multo vehementius erat,æmulor. Zelotypia enim inter ardentes amantes eandem rem nascitur.Deinde ne existiment quod humani quæstus veluti pecuniarum aut gloriæ causa eos æmuletur,infert,dei Zelo.Nam & deus æmulari dicitur,q̃ nimia nos dilectione prosequatur,non quod aliquid inde commodi lucretur ,sed vt nos seruet, ad se ipse nos colligit, ac sibi ipse agglutinat. Huiusmodi igitur & meus erga vos zelus est , non vt inde quid mihi lucri accedat, verum vt vos non perdamini corrumpaminive .

Aptaui enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Despondi vos,inquit,Christo pro illo igitur æmulor, non pro meipso.Non enim ego sponsus aut maritus, sed sponsæ ductor & paranymphus.Obserua autem quomodo non dixerit,Præceptor vester sum, propterea debetis me sustinere:verum illos sponsę loco posuit, seipsum autem pronubi vice collocat,honore ipsos afficiens.Nouum autem hic quiddam in ecclesia contingit.In mundo enim post nuptias non porro virgines manent hic autem qui antehac virgines non fuerunt,post nuptias hasce virgines efficiuntur . Hac ratione vniuersa ecclesia virgo est:ad omnes enim Paulus hæc loquitur,& maritos & vxores.Qualem autem dotem

adferens aptauit?regnum cœlorum.Huius figura erant quæ cum Abrahamo contigerunt,quando seruum misit vt ethnicam puellam matrimonio quæreret filio. Hic etiam deus misit seruos suos prophetas desponsaturos filio suo Christo ecclesiam veluti regium vatem Dauidem, quum dicit:Audi filia & vide , & obliuiscere populi tui, & domus patris tui. Tum apostolos,vt Paulum,vbi ait:Christi nomine legatione fungor.Præsens itaque tempus desponsationis est,futurum autem nuptiarum erit,quum clamor auditus fuerit,Ecce sponsus. Ge.xxiiij. Psal.xliiij. ij.Cor.v.

A

Metuo autem,ne quemadmodum serpens decepit Heuam astutia sua,sic & mentes uestræ corrumpantur à simplicitate quæ est in Christum. Etsi enim interitus vester est,metus tamē me us est.Non certo autem apparet quod corrupti sitis.Atqui corrupti fuerunt,verum ambigue hoc posuit,Nequo modo vt serpens Heuam decepit. Nam & ille maiora quanuis promitteret,decepit tamen.Hanc ad rationem pseudapostoli superbientes, magnaque vobis quædam denarrantes,calliditate fraudeque suavobis imponunt. At perindevt neque astutia serpentis,neque simplicitas Heuæ satis fuit ipsi ad veniam , sic neque vobis hæc proderunt.Non dixit autem quod Adā deceptus sit, vt ostendat deceptionem muliebrem esse rem,vel ad mulierem pertinere.Non dixit autem, Ne decipiamini, verum ne corrumpantur mentes,intellectus ve vester,in ea quo tropo seu metaphora perseuerās, corruptio enim de virginibus dicitur.Nequo modo corrumpantur a simplicitate vestra, quam habetis in Christo,hoc est,ne decepti a simplicitate vestra , ab Christo auellamini. Gene.iij. Decipere mulierū est.

B Quidam autem sic:Ne transferamini ab simplicitate fidei ad infidelium vehementiam , & in dicendo potestatem hæc enim est maxima corruptio .

Si enim ueniens quispiam alium Iesum prædicauerit,quem non prædicauimus,aut spiritum alium accipitis,quem non accepistis,aut euangeliū aliud quod non accepistis,recte sustineretis . Quid ais diue Paule, Galatis scribens:Si quis euangelizauerit præterquam quod accepistis, anathema sit:nunc vero dicis,Si alium Iesum prædicarent illi , recte sustineretis . Audi igitur:Pseudapostoli fastu inturgescebant,quasi plus quam alij & maius quiddam quam veri apostoli adferrent. Quia igitur pleraque stulta nugabantur, externa sapientia vtentes.Si,inquit,alium prædicarent Christum prætermissum a nobis,quam prædicari conueniebat,recte sustinuissetis propter hoc enim adiecit,quem non prędicauimus.Sin eadem fidei capita sunt vtrinque,in quo nobis illi superiores sunt?Obserua porro, non dixit, si veniens plus quiddam maiusve prædicat , etenim plus quiddam dixerunt magna quapiam autoritate,multaque verborum elegantia:sed alium Iesum prædicat, quem nō prędicauimus,ad quod non est necessaria sermonis elegantia. Aut spiritum alium accipitis ; hoc est,si opulentiores vos faceret in spiritualibus donis. quod neque ipsum orationisve nere opus habet. Vel euangelium aliud:neque ad hoc opus habebat orationis cultu. Vbique autem indicat quod non simpliciter si quid excellentius dicant, attendere oporteat , sed si quid dicant quod accipiendum sit,& a nobis prætermissum sit. Obserua enim:Alium,inquit,Iesum,quem non prædicauimus:spiritum alium,quem non accepistis : euangelium aliud,quod non accepistis. Quum itaque eadem dicant,quid in eos inhiatis? Post quam ergo eadem prędicant o Paule,quid eos prohibes? quia hypocrisi quadam vtentes,alia introducunt dogmata. Galat.i. pseudapostoli.

C

Opinor autem me nihil esse inferiorem ijs qui ualde admodum sunt Apostoli. Deinceps Petro sese confert,hoc indicare in animo habens:Si me,inquit,plura norunt,& illo cęterisque maioribus apostolis plura norunt,ad absurdum argumentum perducens . Contemplare hic Pauli demissam,adeoque non alta spirantem mentem.Opinor, inquit,id est puto,arbitror & nihil est ambigui hic.Non simpliciter autem dicit,reliquis apostolis,sed ijs qui sunt plus quam valde apostoli,Petrum,Iacobum,Iohannem intelligens. Atque hoc nūc de se dicit. quum necessitas ita postulet, quum alias se indigniorem esse quam vt apostolus vocari debeat,adserat. Galat.ij. i.Cor.xv.

Ac etiam si indoctus sim oratione,sed non scientia. Quia hoc decorabantur pseudapostoli, quod non essent indocti,ostendit quod non inficietur sese imperitum esse, atque hoc sibi gloriæ ducit. Nec dicit,etiamsi indoctus ac rudis sim , commune hoc mihi cum cæteris est apostolis,ne videatur vna criminari omneis:enimuero exterioris sapiētiæ causam tollit,æque atque in priori epistola monstrauit eam non solum esse inutilem , verum gloriā potius crucis subruere ac deuastare. Sermone igitur & orationis cultu indoctus sum, scientia & cognitione haudquaquam. Per hoc autem clam innuit , quod quanto eloquētia gloriantur,tanto cognitione Dei eos esse orbatos,& quatenus ad ipsam attinet , eos esse i.Cor.xx.

idiotas & indoctos.

Sed in quauis re manifestati in omnibus erga uos. Non quemadmodum pseudapostoli, aliud sumus, & aliud apparemus, verum in omnibus quæ facimus & dicimus, manifesti sum⁹ erga vos, neque vlla est in nobis duplicitas vel hypocrisis, vt in illis qui sola pietatis persona sunt amicti, deterrima quæque patrantes. D

Aut peccatum commisi, meipsum humilians ut uos exaltemini, quoniam gratis Euangelium Dei prædicaui uobis? In hoc, inquit peccaui, & propterea est cur me ad iudicem vocetis, attollaminique aduersum me quoniam deieci meipsum, mendicans & famem patiens, vt vos exaltemini hoc est ad fidem ædificemini? Non enim offendebantur deinceps, quæ maxima est eorum accusatio, neque aliter ædificabantur, nisi ipse fame premeretur, calamitateque concuteretur. Quia vero calumniabantur eum quod præsens abiectus esset, absens vero grandiloquentia tumeat atque grauis sit, seu super hac re apologiam texēs, ferit eos. Vilis quidem sum & abiectus, cæterum vos inde exaltamini.

Alias ecclesias prædatus sum accepto stipendio ad ministerium uestrum. Atqui potuisset dicere, Ex manuum mearum labore vixi & manducaui atqui asperiorem orationem faciēs, Ab alijs (inquit) accepi, idque quum in vestri essem ministerio. Prædatus sum pro nudaui dixit, & dixit, & pauperes eos feci. Macedones intelligit, qui ramets pauperrimi essent, me tamen habebant secum commorantem. Atqui superfluis non indigebam, verum necessarijs duntaxat sumptibus, stipendium enim accepi: at vos ne necessarias quidem impensas communicastis quæ maxima est accusatio. Peius est porro quod ad ministerium quo vobis inserui, nihil dederitis. prędicans enim ac laborans quę facerent ad salutem vestram, ab alijs alebar. E

Atque quum præsens essem apud uos, destitutus non grauaui quenquam. Triplex est accusatio & culpa: prior, quod apud vos præsens fuerim: altera, quod vobis inseruiens: tertia, quod rebus necessarijs destitutus, non fui in aliquo habitus numero. Nō solum enim ex alio loco mihi non misistis quicquam, quod Macedones faciebant, sed ne pręsentem quidem alebatis. Quod ait, non graui quenquam est pro non fui oneri cuiquam. Indicat autē eos segniter adeoque cum grauamine ac torpore contribuere. Nonnulli verbum ὀυκατενάρκησα, pro non posthabui, vel segnior ad prædicationē fui accipiunt. A me vero, quęcunque ad salutem vestram necessaria erant, perficiebantur. Quum enim rerum essem indigus necessarium apud vos demorans, non petij ā quicquam, neque patientiam meam dissolui torpentior redditus, siquidem torporem nihilominus excussi abegique.

Paul⁹ nemini onerosus.

Defectum meum repleuerunt fratres qui uenerunt à Macedonia. Ad æmulationem eos inuitat, vt magis ad eleemosynam excitet: vt ne vincantur ab Macedonibus in eleemosyna, victi ab ijs iam antea in subministratione alimoniæ qua ipse alendus erat. Quum dicit, defeci vel destitutus sum, indicat sese nihil accepisse vltra necessarium vsum. Philippenses autem fuerunt qui aluerunt ipsum.

Et in quauis re citra grauamen meipsum seruaui & seruabo. Indicat autem quod onus adeoque grauamen arbitrabantur, alimenta ei suppeditare. Pulchre autem dixit seruabo. Ne enim existimetis, inquit, quod hæc dixerim vt in posterum accipiam a vobis: seruaui enim me, ac seruabo deinceps citra grauamen. Quod ingens eorum, quod illis hic ab apostolo infligitur, vulnus est: quādoquidem porro eis non confidat, sed desperauerit semel quicquam ab eis accipere. F

Philip. iiij

Est ueritas Christi in me, quoniam gloriatio hæc non obstruetur erga me in finibus Achaiæ. Vt ne existiment quod propterea dixerit seruabo meipsum, vt magis eos ad impertiendum attraheret, ait: Secundum ueritatem quæ est in Christo Iesu, dico quod non sim quicquā accepturus. Ne autem quispiam arbitretur eum ex dolore vel iracundia hæc dicere, gloriationem rem ipsam appellat. Gratis enim citraque sumptum aliorum prædicare Euāgelium, gloriatio ei magna erat, ceu vltra Christi terminos per Christū prosilienti. Quod ait, non obstruetur, metaphora est ab amnibus desumpta. Tanquam enim hæc ei fama per omnes terrarum fines dimanet, dicit: Non obturabitur, non obstruetur bonū isthuc verbum & celebre, quod nihil accipiat ab Corinthijs pro ministerio suo. Quod ait in climatibus Achaiæ, ferientis est. Si enim hæc est gloria, hæc vbique custodienda erat. sin in ipsis solis conseruat, perspicuum est quod non sint sana mente præditi, reliquorum instar.

Quamobrē? quia nō diligo uos. Deus nouit. Prolaturus causam quur non acceperit ab ipsis, propter pseudapostolos nimirum, prius tollit quod suspicabantur Corinthij, quia, v E

vide-

A videtur,quod nos non diligis,non accipis.Imo potius,inquit, quia vos diligo,non accipio, quippe qui nolim vos lædere,quum facile scandalum patiamini. Verum adeo perspicue non dicit,vt ne imbecillitatem eorũ arguat. Ad aliã autẽ rationẽ sermonẽ cõuertit.

Quod autem facio,& faciam: ut abscindam occasionem,uolentium occasionem,ut in quod glorиantur,inueniantur perinde ac nos. Hic manifestissime omnium causam explicat,quur nõ acceperit. postquam enim conspexit Satanas, quod seculi huius studiosi homines maxime curantur per hoc quod doctores nihil accipiant, docuit etiam vanos ac mendaces istos apostolos eã rẽ simulare. Neq; tñ hoc reuera faciebant,etiãsi diuites essẽt,verũ etiãsi viderentur nihil accipere, accipiebant tñ. Propterea non dixit, vt in quo grauiter agũt, sed in quo gloriantur, q̃ & arrogantiæ est indicium. Quocirca apostolus hisce cõspectis decreuit apud sese ne quicquam acciperet a quoquam, idque quum paupertate grauaretur,vt resecet quampiam occasionem illorum, nec locum habeant carpendi eum. Quanquã hęc non erat reprehensio: si quidem lex Christi erat, vt qui altari inseruiret ab altari etiam viueret. Attamẽ quia veluti ĩbecilles Corĩthij facile scandalo succũbebãt, seipsũ custodiuit. At deĩceps in alijs etiã inferiores inuẽti pseudapostoli, neq; in hoc excellebãt. Nisi quis dicat quod in hoc etiam inferiores sint iudicati,quod quum opulenti essent,nihil acciperẽt; quum diuus Paulus ne in multa quidẽ egestate quicquã acceperit: & quod neque hoc vere trãsigebãt,sed fuco quodã simulabãt. Apostolus autẽ reuera trãsigebat.

Cur Paulus etiam egẽs a Corinthijs nihil acceperit.

B *Tales enim pseudapostoli operatores dolosi, transformãtur in apostolos Christi.* Ecquid ais? Christum annunciantes,nec aliud Euangelium introducentes, vt supra commemorasti, pseudapostoli nunc sunt? Nę,inquit,propter hoc ipsum sunt pseudapostoli.simulant em̃ hæc clanculum impias traditiones subinferẽtes.Operatores dolosi,quatenus operari quidem videntur,conuellunt autem & dissipant plantata,ac figuram tantum habent apostolorum,& pellem ouium, lupi autem sunt re ipsa.

Nec illud mirum.Ipse nanque Satanas transformatur in angelum lucis. Quando doctor eorũ Satanas omnia audet,nihil mirum hos imitari ipsum. Angelum autem lucis dicit,fiduciam habentem,atque adeo vero lumini astantem angelum (quoniam & Deus lumen est) per hoc quod & ipse lumen sit. Transformatur autem in talem Satanas,verum huiusmodi non est.Hunc ad modum illi figuram tantum apostolorum gerunt,non ipsam rem Discimus hinc, quod in speciem aliquid facere,maxime sit diabolicum.

Angelus lucis.

Non magnum igitur,si & ministri eius transformantur tanquam ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum. Hoc est,ceu ministri euangelij iustitiam habentis,vel quod iustorum virorum gloriam sibiipsis circumponunt.Sed non effugient tandem: secundum enim opera earum,erit etiam finis eorũ,id est,prauus. Itaque ab operibus ipsorum agnoscemus ipsos: finem enim inter sese cum operibus habebunt.

Rursus dico,ne quis putet me insipientem esse.Sin minus,tanquam insipientem accipite me, ut & ego parum quiddam glorier. Etiamsi hisce ad correctionem vsus est, nõ contentus tamẽ sum, inquit,commemoratis,verum iterum dico, ne quis me existimet insipientem esse. Gloriari enim simpliciter,insipientia est: ego autem nõn tanquam insipiens hoc facio, sed
C coactus. Attamen si mihi non ignoscitis,sed omnino insipientem me iudicatis,etiamsi necessitate adactus glorier,non detrecto hoc.Proinde tanquam insipientem sustinere me loquentem, vt & ego,hoc est perinde ac illi glorier,idque parum quiddam.

Quæ loquor, non loquor secundum dominum, cæterum ueluti in insipientia, in hac substantia gloriationis.

Quæ loquor,inquit,non loquor secundum dominum,hoc est,iuxta verba domini: scopus vero verborum est admodum secundum dominum. Non dixit autem,in insipientia,sed velut in insipientia: videtur enim insipientia gloriationis meę,non est autem reuera. Vt autem non existimes quod vbique in insipientia loquatur,& non secundum dominũ,ait, in hac parte gloriationis,non in alijs quibusdam.

Quia multi gloriantur secundum carnem,& ego gloriabor. Hoc est, ab externis, ab generis splendore,ac circuncisione, a maioribus Hebręis. Hoc enim est quod non secundum dominum loquitur,quum ob huiusmodi gloriatur. quę enim commoditas Hebręum esse? Nõ igitur tanquam virtutem in hæc pono, verumenimuero quia illi huiusmodi se iactant, & inde ego comparationem facere cogor.

Libenter enim sustinetis insipientes,quum sitis ipsi prudentes. Vos,inquit, cogitis me talia dicere,nisi enim & vos suscepissetis illos, & ex hoc viderem vos læsos, huc ego sane non

essem progressus. Insipientes autem vocat, qui propter carnalia gloriantur. Si enim de spiritualibus gloriari, stultitiæ signum, quanto dementius erit gloriari de his quæ plane nihil sunt? Quod ait, prudentes quum sitis, videtur iucũdum & plausibile, verum multo magis accusationis habet vehemẽtiam & exaggerationem: quoniam in cognitione, inquit, peccatis. Nam si insipientes delinqueretis, venia eratis digni. D

Sustinetis enim si quis uos in seruitutem redigit. Obserua quãtam seruitutem Corintiorum in iudicium vocet, qui supra modum pseudapostolis subiecti erant.

Si quis deuorat, si quis accipit. Viden' quod indicet eos accipere etiam cũ hyperbole? deuorare enim hoc significat. Itaque & quod supra dixit, vt in quo gloriãtur, bene dixit. Gloriationem enim solam, non veritatem habebant, simulantes se non accipere.

Si quis attollitur. Hoc est, si quis in potestatem suam vos redigit, & contra vos attollitur. Neque enim mites domini sunt, sed onerosi & molesti

Siquis uos in faciem cædit, secundum ignominiam dico. Vidisti intensam & vehementem iniuriam atque dementiam: tanquam enim mãcipijs vtebantur Corinthijs. Hæc autem dicit non quod in faciem verberarentur, verum quod non minora paterentur ijs qui in faciem ferirentur. Ad contumeliam enim vestram hoc dixit. Etenim quid hoc turpius esse queat, quando & pecunias resque vestras, & libertatem & honorem auferentes, tanquam seruis vobis vsi sunt?

Tanquam nos infirmi fuerimus. Cuius rei gratia, inquit, ipsos sustinetis? Num quia
Corinthij nos infirmi sumus, nec possumus hac ratione vobiscum agere? quod minime gentium est. E
pseudapo Et nos, inquit, possumus adeo contumeliose in vos inuadere, sed nolumus omnino. Vni-
stolis ser- uersam igitur causam dementiæ eorum, illorum seruituti adscribit. Vos enim seruili ad-
uiliter modum more ipsis sufflexi & subiecti estis, illiusque iniuriæ autores estis, nobisque præ-
subditi. sẽtium sermonum estis occasio.

In quo enim aliquis audet (per insipientiam dico) audeo & ego. Vide rursum quod audaciam & insipientiam rem ipsam appellat, ac quod tantum non dicat, Vi quadam huc peruenio & pertrahor. Quantas autem & alias pręcorrectiones præstruxit ante hasce? Hæc autem facit erudiens nos, citra necessitatem sese ad huiusmodi sermones non descendere; neque nobis perueniendum eo iactãtiæ. Ait ergo: In qua re cunque audet quispiam gloriari, audeo & ego. hæc enim subaudienda sunt. Deinde recenset propter quæ glorientur.

Hebræi sunt, & ego. Israelitæ sunt, & ego. semen Abrahami sunt, & ego. Quia non omnes Hæbræi Israelitæ fuerunt, & Moabitæ & Ammonitæ seipsos Hæbræos faciebant, propterea generis splendorem tollens, intulit: Semẽ Abrahami sũt; & ego, Isaac ipsũ innuẽs.

Ministri Christi sunt (desipiens loquor) plus ego. Ad seuerant quidam quod non per cõparationem debuerit efferre sermonem, sed simpliciter negare eos esse ministros Christi. Illis respondemus, quod vna hoc dictione significauerit quum dixit eos esse pseudapostolos. Iamnunc vero per comparationem verba facere exorsus, per res demonstrationem adducit, datque intelligere auditori, se quidem esse Christi ministrum, illos vero minime. Ait ergo quod Christi ministri sunt, ea tamen ratione, vt ego in hoc ministerio eos antecellam. Ac rursus insipientiam appellat rem ipsam, ob insignem suam dimissionem, adeoque humilitatis pelagus. F

Apostolo *In laboribus abundantius, in uerberibus excellenter, in carceribus exuberanter.* Connumerat
rũ idicia. quænam apostolos indicent, indiciaque eorum edens, a tentationibus principium ducit. Labores (inquit) plures ego recipio, locum ex loco permutans, ac docens noctu & interdiu, præterea manibus laborans, imo quod maius est, verbera sustinens, eaque supra modum; tum quod hæc exuperat, cum verberibus etiam carceribus mancipatus. Quod excellenter ait & abundanter, ad comparationem pertinent, qua pseudapostolis adæquatur, verumtamen per argumentum & subiectionem huiusmodi: Esto quod laborem illi, at ego excellentius laboro. Nonnulli autem hæc non per comparationem dicta esse existimant, sed simpliciter significare abundantiam, copiam, & intensionem.

In mortibus sæpe. Non solum ex proposito ac prædestinatione moriens, verum ad mortifera plane pericula traditus.

Deut. *Ab Iudæis quinquies quadraginta, una dempta, accepi.* Quamobrem? lex erat eum qui
xxv. plures quam quadraginta plagas vel ictus verberando accepisset, ignominiosum esse. Decreuerant itaque dempta vna quadraginta dare, hoc est, triginta nouem verbera, vt etiam si in ipso verberandi impetu verberans excederet, quadraginta, non plura det, nec fiat ita ignominiosus vel infamis qui cæditur, quippe qui in decreto numero cesus sit.

Ter uirgis cæsus sum, semel lapidibus petitus sum. Non omnia quæ passus est diuus Pau
A lus, nobis conscripsit Lucas. Quum enim videret multa in epistola hac commemorata,
prætermisit ea ille. Non enim ipse ad ambitionem suam conscripsit historiam.

Ter naufragium passus sum, nocte & die in profundo feci profectiones crebro Ecquid ad Euā
gelium, quod naufragium sit passus? propter Euangelium enim longas & profundas vi-
as missus, naufragium feci. Noctu autem & interdiu in profundo natauit. Nonnulli adse Act. xvi.
runt, quod in quodam puteo post periculum apud Lystrios, cui nomen bytho (quæ vox Act. xxiiij
latinis profunditatem significat, additus fuerit. iam vero hoc ait.

Periculis fluuiorum. Nam & amnes trancere adigebatur.

*Periculis latronū, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in urbe, periculis in solitudi
ne, periculis in mari.* Vbiq; Satanas bellum gerebat aduersus apostolū, & Deus certami-
nis præmia proponebat. Item latrones excitabantur & ab incredulis & genere mihi iunctis
vel cognatis Iudæis, qui & acrius īpugnabant me, in bestias plane feuitiæ ac veneni nomi
ne permutati, ducti zelotypia erga Paulum. Proinde in vrbe periculorum expers erat?
haudquaquam. Reliquum est ergo vt in solitudine securus esset, verum neque isthic tu-
tus fuit, ac si terram fugisset, maris eum pericula exceperunt.

Periculis in uanis fratribus. Hæc rursum alia species est tentatiōis, oīum maxime dolorē
incutiens & gignēs, ne sinistris, minimeq; cādidis, fucatis fratrib9, hypocritis, qui ei insidi
as machinabātur, q & Dauid lugebat: Quoniā si inimicus cōuitiaretur mihi, sustinui pla Psal. liiij.
B ne, tu vero homo paris mecum animæ, Et iterum: Homo pacis meæ.

In defatigatione & labore, in uigilijs crebro. Non satis fuerunt externi angores, verum Psal. xl.
ipse etiam se proprijs laboribus ac defatigationibus atque excubijs attriuit.

In ieiunijs sæpe, in frigore & nuditate, præter ea quæ foris sunt. Hæc patiēs, ne necessaria qui
dem alimonia abundabat, neque amictu, orbis terrarum tñ doctor, verum nudus certa-
bat, ac fame laborans pugilatum exercebat. Atqui plura prætermisit. hoc enim est quod
ait, demptis ijs quæ foris sunt, imo ne ea quidem quorum meminit, speciatim expressit,
sed quorum numerus facile potuit comprehendi, denumerauit. Quinquies aut ter dicēs,
eorum quę non facile sub numerum cadunt, indefinite meminit. Abundanter enim, in-
quit, & excellenter, & sæpe. Vide autem quomodo tot tantaque denumerans pericu-
la, non dixerit quotnam ad Christum conuerterit, simul quidem moderata spirans, si-
mul vero docēs, quod etiamsi nihil hic excellens obueniat laboribus defesso, in futura ta
men patria merces plena ac certa supererit.

Et *inuasio mea quotidiana.* Hoc est, aditus & furibūda inuasio, qua quotidie plerique om
nes vel publico consilio me adoriuntur.

Solicitudo omnium ecclesiarum. Hæc est summa omnium. Si enim quivnius tantummo
do curam domus gerit, famulos tamen & œconomos quum habeat, ne respirare quidem
possit: quid sustinere ac pati verisimile est animam vnam, quæ tot tantisque periculis ꝓ
vniuerso orbe est solicita, proque fidelium mentibus angitur?

Quis infirmus est, ita ut ego non langueam? Vt ne quis dicat, Anxius quidē erat, verū sic
C simpliciter: speciem etiam solicitudinis indicat. Nec dixit, particeps sum calamitatis vel
mœroris, cæterum velut ipse infirmus sum, perinde affectus sum vt æger. Intelliges au-
tem hic languorem etiam corporalem, seu quo corpus corripitur, potissimum vero quo
animus etiam languet. Quod ait, quis, accipiendum est quasi siue magnus, vel potēs, vel
paruus, vel imæ fortis sit, respondeat.

Quis scandalo succumbit, & ego non accendor urorque igni? Animaduerte qui doloris ma
gnitudinem expresserit. incendor inquit, ardeo, & vror. Alia quidem patiens lætaretur,
quippe qui sciret sese pro domino suo talia ferre: hic vero sauciabatur anima. Proinde
quempiam scandalizari, quam unicunque etiam abiectum, maiori mœrore eum afficit.
Dauid porro vates ille diuinus dicet quomodo intelligendum sit πυρῶμαι, id est, igne-
sco vel incendor, nempe pro scandalizor. Vt enim dixit, Quis infirmus est, & ego nō sum
infirmus? hunc ad modum etiamnum ait. Et si offenditur aliquis, ego quoque scandaliza
ri videor, adeoque operam, vt languorem & affectionē istam curem, eique medear, haud
secus atque meum foret isthuc malum. Vbi vero Dauid ait: Dum superbit impius, incē
ditur pauper, hoc est, scandalizatur pauper, mente sua repetens indigne ditescentes, adeo
que se super cæteros tollentes.

Si gloriari oportet in ijs quæ sunt infirmitatis meæ, gloriabor. Infirmitatem persecutiones psal. xix.
vocat. in tolerantia eñ inediæ, verberū, naufragij, aliorumq; malorū patientia, humana

imbecillitas demonstratur. Signorum autem hic nõ meminit, siquidem ea fuerunt donũ dei. Hæc autem quæ hic commemorat, vna cum Dei potentia ipsius etiam patientiam commonstrabant. D

CAPVT XII.



Eus & pater domini nostri Iesu Christi nouit, qui est benedictus in secula, quod non mentiar. Quum in prioribus nullam fecerit confirmationem eorum quæ diceret, hic confirmat, stabilit, ac robur & fidem conciliat suis verbis, forsan quia vetustius erat & obscurius quod dicturus erat, cætera vero ipsis erant cognita, vt anxietas, idque genus alia.

In Damasco præfectus Aretæ regis excubias tenebat in Damascenorum urbe, premere me uolens. Obserua quantum fuerit bellum, si ipsius Pauli nomine princeps præsidio firmabat vrbẽ; excubiasque agebat. Haudquaquã autem se ita gessisset præfectus, ni diu Pauli zelus omnia incendisset. Fuit autem socer Herodis regis Aretes.

Actu. ix. *Ac per fenestram in sporta demissus sum per murum, & effugi manus eius.* Effugit, herilem legem complens: nam & dominus migrauit de loco in locum. Nec enim nos ipsos obiicere debemus tẽtationibus, neque est operæ sane precium, vt nos ipsos in eas inijciamus.

Aretes socer Herodis. Mat. x Vbi vero huiusmodi sunt mala, e quibus euadere non possis, solo Deo indiges, & ab illo duntaxat cum inquirenda, tum expectanda est redemptio ac liberatio. Sin tolerabilis ac moderata fuerit tentatio, a nobis quicquam etiam cogitandum quidem est, verum & hoc totum Deo tribuendum venit, quemadmodum & ille in sporta effugit. Etiamsi enim cum Christo esse expeteret, salutem tamen mortalium amabat, seque ipsum verbi ministerio seruabat. E

vt in periculis nos gerere debeamus. *Gloriari autem non prodest mihi. Veniam enim ad uisiones & reuelationes domini.* Quia ad aliam gloriationis formam transit, quæ ipsum splẽdidum faciebat, reuelationem nimirũ, nõn conducit, inquit, mihi hoc, vt ne me ad dementiam attollat. Quid vero? Num si non dicas, & apud te retineas, tu ea nosti, perque tuam huiusmodi scientiam, nihilominus

Philip i. iflaris? Sed eadẽ nõ vel sublatio vel superbia, nos ipsos nouisse quicq̃, & ad alios id efferre neq̃ nõ ppalare. Hæc aũt nõ dixit ceu ipse sit passurus aliquid hmõi, sed vt erudiat nos q̃ dimoi apud nos ipsi contineamus. Alias aũt nõ conducit, ne quis me maiorẽ arbitretur quam videat, quod & in progressu dicit. Pseudapostoli autem etiamsi nihil haberent, loquebantur tamen de huiusmodi. Hic vero noster, etiamsi minime paucas visiones domi-

Reuelatio maius quã visio: ni & reuelationes haberet, vnius tamen solummodo meminit eiusque inuitus. Noueris porro quod reuelatio sit maius quippiam quam visio: hæc enim tantummodo videre dat, reuelatio vero altius quiddam quam videtur, denudat.

Noui hominem in Christo ante annos quatuordecim. Neque omnium reuelationum meminit, onerosus enim fuisset si multas enumerasset neque omneis reticet. At quum non de omnibus verba faciat, de vna sola loquitur, vt indicet quod & huius inuoluntarius mentionem fecerit. In Christo autem adiecit, vt ne dicant pseudapostoli quod ab dæmone sit perinde raptus atque Simon. Neque præter rationem tempus est adiunctum, vt discas quum quatuordecim annos conticuisset, ne nunc protulisset quidem, ni necessitate compulsus fuisset. Ac si talibus ante quatuordecim annos dignatus est, quantus nunc est post tot tãtaque rerum pericula? F

Tertiũ cœlum. Gene. i. Psal. xl. x. Gene. xxvij. *Siue in corpore, non noui: siue extra corpus, non noui, Deus nouit: raptum huiusmodi tertium adusque cœlum.* Vide insignem animi modestiã, qui fateatur se ignorare, in corpore ne fuerit, an extra corpus, quando raptus est. Tertium autem cœlum sic intelligas licet. Scriptura aerem vocat cœlum, vt volucres cœli, & ros cœli. En illud vnum cœlum. Nouit eadem cœlum esse firmamentum, en cœlum isthuc secundum: vocauit enim firmamentum cœlum. Perspectum etiam habet principio creatum cum terra cœlum, ecce tertium tibi cœlum.

Paradisus *Ac noui talem hominem (siue in corpore, siue extra corpus, ignoro, Deus nouit) quod raptus sit in paradisum, & audiuerit haud dicenda uerba, quæ non fas est homini proloqui.* A tertio cœlo rursum raptus est in paradisum. Raptus est ergo, vt ne in hoc quidem reliquis apostolis

Verba tacenda, & arcana. qui Christo conuixerunt, sit inferior. In paradisum autem, quoniam celebre locis huius nomen prædicabatur, vnde & eundẽ dominus latroni promisit. Verba porro tacẽda aut ineffabilia dicit, quę humana tãtũ spirãtib⁹, & in quib⁹ nihil & spirituale, nõ licet eloqui

A Hinc liquido apparet, Pauli reuelationem, quæ ita nominatur & circunfertur, diuo Paulo, mendaciter & falso esse inscriptam. Quomodo enim non esset falso inscripta, si secreta haud dicenda illa fuerunt? Vt igitur dictum est, tertium cœlum, alius locus est: secundũ vero mentis ad superna reductus, partim idem est, partim non idem. Quum enim multi sint cœli anagogice dicendi, paucos sane numerabimus, & eos qui sunt faciliores captu. Est enim primum cœlum, finis ac terminus ethicæ, atque adeo morum scientiæ, quando mores suos quisquam recte formauerit. Deinde naturalis philosophia est cœlum alterũ; quum scientiam aliquis de vniuersi cognitione ceu comprehensibilem circunscripserit. Deinde tertium cœlum Theologica est scientia, quando quispiam comprehensibilem mẽsuram, quatenus ad ipsum attinet, rerum diuinarum humanam cognitionem excedentium, captus & perceptionis præuenerit per contemplationem. Paulus igitur in hoc locorum ternario fuit: raptus omnino, hoc est, omnes creaturas exuperans: neque in corpore constitutus, non enim operabatur per corporeos sensus: neque extra corpus, torpuisset enim ei intellectus etiam. In diuinis enim rebus torpet & ociosus est omnis intellect⁹ humanus rapto homine & ab Deo cõprehenso, vt ab illo agatur, & opus accipiat. Quia vero & in Teologicę locis ascensiones sunt, ꝓpterea rursus rapitur in paradisum, arcanioribus diuinitatis sacramentis immorans, q̄ incognita cũ sint, nec vllis verbis exprimi possint. nisi humanam quisquam vilitatem transcenderit, nunquam intellexerit.

Cœlorũ descriptio moralis;

Pauli raptus.

B *De tali gloriabor.* Ipsius vide summam demissionem & humilitatem, quomodo tanquam de alio hęc recenseat: de hoc enim (inquit) gloriabor. Atenim cuius gratia, si alius raptus est, gloriaris? itaque hęc de seipso dicit.

De meipso autem non gloriabor: Vel quia quum necessitas non sit, nihil tale simpliciter ac temere dicam: vel opacam reddens orationem, vt fieri potest, hæc dicit.

Nisi in infirmitatibus meis. Hoc est, in afflictionibus, & persecutionibus.

Si enim uolo gloriari, non ero insipiens, ueritatem enim dicam. Quomodo, quum antea dixisset insipientiam esse gloriari, nunc ait, Non ero insipiens si gloriabor non gloriatiõis causa se non insipientem fore dixit, cæterum quia non mentiretur, intulit enim, Veritatem dicam. Vt veriloquus ergo, non ero insipiens.

Parco autem, nequo modo imputet mihi plus quam uidet me, uel audit aliquid ex me. Hæc est certissima causa, ne homines ex ipso deum faciant. ob eam enim rem semper tacuit, ac siquando coactus sit dicere quicquam, opacabat tamen, ac veluti vmbra quadam contegebat, vt ne maiorem de ipso homines suspicionem sumant. Non enim dixit, ne quis dicat de me, verum ne quiddam maius quam par sit, de me cogitet, menteve concipiat. Nam si tauros ei mactare, ãsque sacrum ei facere voluerunt propter prodigia, quid non fecissent si reuelationes manifestasset?

Act. xiiii.

Et ne excellentia reuelationum extollar, datus est mihi palus carni, angelus satan, ut me colaphizet, ut ne extollar. Angelum Satan & palum, nonnulli cephalalgian, hoc est capitis dolorem, intellexerunt, ab diabolo factum. At absit hoc: non enim Pauli corp⁹ diabolo traditum est, quandoquidem Paulus ipsi potius præcipiebat, finesque certos pręscribebat,

C quando fornicantem tradebat ei ad interitum carnis, nec eam sibi metam ille prætergrediebatur. Quid igitur est Satan? Contrapositus vel aduersarius dicitur hebræa voce. Angeli igitur Satanæ, sunt omnes aduersarij, Alexander ærarius, Hymenæus & Philetus; omnesque tribulantes ipsum & affligentes, ceu Satanæ opera perficientes. Dicit igitur, ꝙ non permiserit deus prædicationem meam absque periculis procedere, vt ne extollar multis reuelationibus donatus. Quur autem non dixit, angeli Satan dati sunt mihi, sed angelus? Quia in eo loco vnusquispiam inueniebatur renitens fortasse, populumque concitans, quo præcedente ducenteque principium, reliqui sequebantur. Vel quod melius, ipsam rem adeoque renisum aduersus verbi prædicationem, periculorumque oblationẽ, angelum Satan nominauit. A quo autem datus est? Ab deo (inquit) permissum est ei. hoc enim est quod ait, Datum est: & non vt semel mihi colaphos infligat, sed semper. Quod vero ait, vt ne extollar, quiddam intellexerunt pro eo quod est, vt ne ab hominibus glorificer: Sed id Paulus hic non dicit, etiamsi supra adseruerit, sed illudipsum, vt ne vane gloriosus sim: homo enim & ipse erat.

I. Cor. v.

ij. Ti. iiij. & ij.

Pro hoc ter dominum rogaui, ut desisteret à me, & dixit mihi, sufficit tibi gratia mea. Ter pro sępe, imploraui diuinam opem. Atque hoc etiam humilitatis est, fateri quod non tulerit insidias ad afflictiones, quarum causa dominum etiã precatus sit. Dixit igitur. Satis est,

quod talem tibi gratiam meam dederim, vt mortuos excites, vt virtutes adeoque potentias omnes perficias. Ne quæras igitur vt citra periculum prædicatio tibi progrediatur, superuacaneum enim hoc est. Quod autem satis est tibi, accepisti. D

Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Hoc est, fortasse doles o Paule, ne videatur imbecillitatis esse meæ, quod multi verbo meo insidias machinentur: confide. Tum enim perfectius potius videtur potentia mea, quando persecutionē passi, persecutiones viceritis. Vide autem quomodo dixerit ipse obnoxium sese ac traditum tentationibus, vt ne extollatur. Deus autem aliam rationem reddidit huius, nimirum quod potentia ipsius tum videatur consummationem habere, quando in infirmitate, hoc est, in persecutionibus & periculis ipsi fuerint.

Libentissime igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt tētoria figat super me potētia Christi. Quia (inquit) hæc audiui, quod potentia Dei in infirmitate perficitur, deinceps gloriabor in infirmitatibus meis. Hæ enim quo plures fuerint, hoc vberiorem Dei potentiam mihi largiuntur. Ne igitur arbitremini quod veluti contristatus de palo verba fecerim, sed lætitiæ potius ac gloriationis causa, tanquam Dei potentiam maiorem attrahens ad meipsum per afflictionum intensionem ac vehementiam.

Propterea oblectoe in infirmitatibus, in iniurijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Expetebam, inquit, hominis instar liberari a periculis: postquam audiui quæ audiui, glorior hinc & oblector, hoc est, exhilaroe gratias agens, oblectationem capio in infirmitatibus. Deinde ne existimes febrim, aut id genus morbos alios, interpretatur ipse tibi hanc ægritudinem, indicans quod sint contumeliæ, & alia quædam, infirmitates istæ. Hæc porro pseudapostolos etiam pudefaciunt in diuersis rebus gloriantes, vt qui deo reluctentur. Discipulos iuxta consolatur, ne doctoris sui nomine erubescant, sed potius decori hoc sibi adscribant, ceu Deo hoc volente, pro Christi gloria insistantibus periculis. E

Infirmitates Pauli.

Quando enim infirmor, tum potens sum. Quid miraris quod Dei potentia tum demonstretur? nam & ego potens sum, largiore dei gratia mihi præsente & assistente: veluti quum carceri inclusus est, carceris custodem in Christi fide instituit: quando naufragium passus est, insulares barbaros attonitos reddidit: quādo ad iudicem astitit vinctus, accusatoribus superior factus est. Quādo igitur imbecillis erat, hoc est, in periculis, cōstitutus, tum potens, fortis & splendidus erat.

Act. xiiij. Act. xxviij. Act. xxv & xxvi.

Factus sum insipiens, dum glorior: vos me coegistis. Rursus defensionem parat gloriationi suæ. Et supra quidem, ceu insipientem, dixit, suscipite me, ac velut in insipientia: nunc autem (ceu) aduerbio sublato, insipientem seipsum vocat. Quum enim confirmauit quæ voluit, confidenter posthac talem defectum iactantiæ suæ condemnat, erudiens nos abunde, ne vnquam nos non præsente necessitate gloriemur, quandoquidem quum ita necessitas postularet, insipientem sese Paulus appellet. Vos enim, inquit, me coegistis, hoc est, vestræ salutis rationem habens hæc dixi, quum viderem quod pseudapostoli per iactantiam suam & inanes glorias quas efflabant, corrumperent vos, quum ipsis aduertitis animum. Hanc ob rem volui & ipse dicere quiddam de meipso, vestri in gratiam.

Ego enim debebam a vobis commendari. Par erat, inquit, vt vos mea recenseretis deprædicaretisque. Quia vero id non fecistis, sed illis adhibuistis mentem ad corruptionem vsque vestri commemoraui hæc salutis vestræ causa. F

Supra.ij.

Nihil enim inferior fui ijs qui supra modum sunt apostoli, etsi nihil sim. Supra cum ambiguitate nonnulla dixit, existimo enim me nulla in re inferiorem fuisse: nunc autem maiori potentia dixit, Nihil inferior sum, hoc est, non sum postferēdus magnis illis apostolis, Petro & reliquis. Verumtamen haud hic est oblitus propriæ consuetudinis, vnde subintulit, etsi nihil sum. Animaduerte autem hic intelligentiam Pauli. Non enim porro pseudapostolis seipsum confert, sed illos ne verbo quidem dignatus, apostolis se maioribus etiam parem statuit, quippe quia omnium facultates teneat atque bona. Simul autē innuit, quod apostolos contumelia afficiant Corinthij, quando apostolis parem, pseudapostolis postponant.

Paul' etiā maiorib' apostolis par.

Signa quidem apostolatus effecta sunt in vobis. Ego quidem, inquit, nihil sum, verum tu nihil isthuc contuearis, sed eo defogas oculos, quid nihil defecerim a veris adeoque magnis apostolis indicia quædam & signa apostolatus sui edentibus. Vos enim mihi testimonium dicetis, quod omnia perfecerim.

In omni patientia. Primus character apostoli, est patiētia, omnia dextre ac strenue ferre,

A Contemplare hic non alta spirantē vel de se cogitantē Pauli mentē, quanta pericula, quātaq; bella, tam interna quā externa, vna hac dictione indicans clam, accurerit. Quod enim erat eius officij patiētia nimirum, vnica dictiōe expressit & absoluit: ꝙ vero ad signa attinet, quę ipsius non erant, sed gratię dei, pluribus enarrauit. Audi igitur.

In signis, & prodigijs, & uirtutibus. Quid differat signum a prodigio, alio in loco dictum est. Ne igitur existimet aliquis, haec de solis beneficijs quæ in eos contulit, dicta esse, in virtutibus appositum est. Siquidem virtus seu potentia, apertius quiddam ac pœnam inferens significat. Reputa autem hic, quot vita defunctos, leprosos, cęcos, dæmoniacis occupatos, omneis ab se beneficijs affectos, simpliciter comprehenderit, ac iuxta castigatos, qualis Elymas magnus. Act. xiij

Quid enī est in quo uincimini ab reliquis ecclesijs? Ne quis dicat, Magn⁹ quidē es Paule, verum nō tanta tñ operatus es, quanta reliqui apostoli in alijs ecclesijs, ait, Quid victi estis? hoc est, quid min⁹ habetis? nū minus donum nacti estis, quam cæteri?

Nisi ꝙ ipse ego nō grauaui uos, donate mihi hāc iniuriā. Magna grauitate & asperitate obiurgat eos, inquiēs. Si hoc culpatis in me ꝙ vos nō grauaui, verū gratis, ac citra īpēsas vestras Euangeliū p̄dicaui: donare mihi peccatū hoc. Simul aūt encomion illorum continet sermo, qui iniuria sese adfici putant, quod nihil ab se dignatus sit accipere.

Ecce iam tertia uice paratus sum uenire ad uos, & non grauabo uos: non enim quęro uestra, sed uos. Ne videatur hoc continuo proferre ipsis, quasi in præsentia iamnunc quicquam

B accipere cupiat: Quia inquit non accipio, eam ob causam ad vos non venio. Quin etiā altera vice destinaram venire, ac tertio iam paratus sum ad vos proficisci, nec aggrauabo vos. Quamobrem? Non quia terremini, vel quia non possitis, enimuero quia non vestra, sed vos ipsos quęro, hoc est, vestram salutem, & animas, non pecunias.

Non enim debent liberi parentibus thesauros coaceruare, sed parentes liberis. Quia verisimile erat eos dicere, Quia non licet vos nostra habere, ideo ęgro erga nos animo affectus es, ideo vide ris nobis nō beneuelle: propter hanc ratiocinationē infert, Parentū est liberis dare, pro pręceptoribus ac discipulis parentes ac liberos adsumens, innuens ita debitum sese explere, remque se quam prætermittere non possit, transigere.

Ego autem lubentissime impendam & impendar pro animabus uestris. Ego, inquit, non solū non accipiam a vobis, sed potius addam. id enim est quod ait, impendam. Ipse etiam impendar, hoc est, si oporteat me carnem corpusque meum pro salute vestra impendere, non parcam.

Et si abunde uos diligens, minus diligar. Hoc accusationem pariter habet ac dilectionem. Hęc, inquit, facio sane pro dilectis ab me, non pariter tamen diligentibus me. Expende tecum, quotnam gradus hæc causa admittat. Quum debuisset accipere, non accepit: secūdo, destitutus: tertio, ipsis verbum prædicans: quartum, quod addit etiam: quintū, quod non simpliciter, verum cum alacritate & cupiditate (ex indigentia enim) addat: sextum quod seipsum impendat: septimum, pro ijs qui non perīde ipsum redament: octauum, ꝙ pro impense amatis sese impendat.

C *Esto autem quod non grauarim uos, sed quum astutus essem, dolo uos cepi. Nunquid aliquo eorum quem misi ad uos, per ipsum circumueni uos?* Quod ait, est huiusmodi. Ego quidem vos nō circumueni, potest tamen aliquis fortasse suspicari, quod ipse non accipiens subornarim vafer alios a me missos, qui sua persona quicquam a vobis peterent, vt hoc compendio accipiens, non videar tamen accipere. Ne igitur hoc verum sit, videte & contemplamini. Circūuentionem autem rursus vocat rem, carpens eos & contumelia afficiens, ostendens quod inuiti daturi erant, ac veluti circūuenti, hæc enim est circumuentio, ab inuito quopiam accipere. Quod maximum in pudorem eis cedit, si circumueniri se arbitrarentur, cū alerent præceptorem ac doctorem suum. Ab inuito quicquā accipere, dolus est.

Adhortatus sum autem Titum, ac simul misi fratrem, nunquid in re fraudarit uos Titus. Hoc etiā nonnihil obiectionis & opprobrij habet. Non misi, inquit, sed adhortatus sum, innuēs ꝙ etiamsi accepisset, iure accepisset, ex adhortatione nanque mea venit: attamen vel sic purus mansit. Misit autem vna & alium fratrem quempiam.

Nonne eodem spiritu obambulauimus? Hoc est nonne eodem dono spirituali? charisma enim vocat, quod quum in angustia esset, nihil acciperet. Atqui opus ipsius erat, deo tamen acceptum refert.

Non ijsdem uestigijs? Ne in minima quidē re tramitem meum excesserunt, sed eandē exactam rationem a nobis pręmonstratam ostenderunt. Expende autem quomodo nedum

ſeipſum erudierit Paulus, verumetiam ſuos commilitones, ne polluerentur omnino vel iuſta etiam acceptione.. D

Rurſum exiſtimatis, quod defenſionem apud uos paremus? coram deo in Christo loquimur. Metuo, inquit, ne adulationis opinionē hic incurrā. Non ad gratiam, inquit, veſtram hęc dicimus, neque vt vobis nos defendamus, ſed tanquā cernente deo, in Chriſto, hoc eſt, per Chriſtum loquimur. Itaque illa dicimus, quæ facta ſunt, & a deo decreta, & non vt commendem meipſum vobis, quod & in exordio huius rei dixit:

Hæc autem omnia dilecti pro uestra ædificatione. Non dixit, propterea hęc omnia feci, & nihil accepi, quia vos infirmi eratis, hoc enim aſperum fuiſſet ac durum, ſed propter veſtram ædificationem. Vt enim, inquit, non offendamini in me, eapropter non accepi, ob veſtram nempe commoditatem.

Metuo enim ne quo modo ueniens, non quales uolo uos inueniam, & ego inueniar in uobis non qualem uos uultis. Viden' paternam curam? At in peccarunt, & Paulus metuit, neque certo quicquam adſerit, ſed dubitat adhuc, Ne ſi venero, non quales velim vos inueniam, hoc eſt, corruptos: & inueniar ego neceſſario qualem non vultis, hoc eſt, vltor & punitor.

Ne quo modo lis, æmulationes, iræ, contentiones, obtrectationes, murmurationes, inflationes, inordinationes. Primum poſiturus erat inflationes, aduerſus ipſum meum arrogantes erant: attamen ne videatur quæ ſua ſunt quærere, quod publicum eſt primū dicit. Ab æmulatione enim & inuidia omnia alia naſcebantur, ac rurſum ab illis æmulatio accendebatur. Contentio autem dicitur, quando quiſquam per litem prouocat alterū ſuper quapiā re. Murmurationem autem calumniam vocat. Inflationes, quæ ad oſtentationem & arrogantiam ſpirant, tumidoſque mores, vel quando ceu in alteram naturam tumor tralatus fuerit. aduerſus ipſum enim elati, pſeudapoſtolos honorabant. E

Contentio
Murmuratio
Inflatio

Ne rurſus ſi uenero ad uos, humiliet me deus meus: Hoc eſt ſufficiunt priora. Metuo autē, ne iam veniens cogar auſterius vobiſcum agere. Humiliationem enim vocat, quod omnino ſit puniturus aliquos, licet multi iſthuc opinionem eſſe cenſeant, quæ in hoc loco non ſit admittenda in Pauli verbis. Non dixit autem, ne humiliet, ne deprimat, verū ne humiliet me deus, indicans quod dei cauſa iſthuc facturus ſit. Niſi enim in medio eſſet deus ipſiuſque mandatum eſſet, ab ſeipſo non ita auſterus viſus eſſet. Quod ait, deus meus, ardentem eius charitatem erga deum indicat.

Et lugeam multos, qui iam antea peccarint, nec reſipuerint ſuper impuritate, & fornicatione, & libidine quam patrarunt. Apoſtoli hic viſcera & miſerationem animo volutatā pro aliorum delictis ipſe luget. Non dixit autem omnes, ſed multos, nec ſimpliciter qui peccarunt, ſed quos non pœnituit ſuorum ſcelerum. hi enim digni ſunt luctu, qui in vulnere, nullam adhibentes medicinam, permanent. Neque illos dum retegit, dans eis facilem ad pœnitentiam aditum. Eam enim ob rem & pœnitentiæ meminit, vt eam accipiāt, ne ſi venerit, puniat eos, ac propterea lugeat, hoc eſt, ſummo mœrore conficiatur. Obſeruat quod dixit de pœnitentia, propter Nouatianos. Per impuritatem quoduis peccatum accipies: quoduis enim peccatum impurum facit. Vel ſpeciatim nefariam corporum mixturam, qua nefanda committuntur. Non enim vnus erat qui fornicatus erat, ſed multi, idque in pleriſque laſciuiarum ſpeciebus. F

Nouatiani.

CAPVT XIII.



Ertium hoc uenio ad uos: in ore duorum teſtium aut trium ſtatuetur omne uerbū: Perinde ac deus multa interminatur, ſemper autē cunctatorē agit in inferendo ſupplicio: hūc ad modū imitator eius Paulus haud pauca prętestificatur ante aduētū ſuum. Veſcriptū eſt, inquiēs corā duobus aut tribus teſtibus oēm cōtrouerſiam ſiſti: hanc ad ratiōnē tribus meis aduentibus, oē verbum quo interminatus ſum vobis, ſtatuetur aduerſum vos, & plane cum autoritate perficietur, niſi reſipueritis, mētēve ſtra ſanctioribus cogitationibus imbuta. Teſtimoniorum viſi loco aduentus ſuos ponit.

Deu. xvij
mat. xviij

Prædixi & prædico, quod præſens ſecundum, & abſens nunc, ſcribo iis qui antehac peccauerunt. Quod ſi uenero rurſus, non parcā. Prędixi inquit & rurſus prędico, quemadmodum ſecūdo adueniens vobis dixi, ſic etiamnum hiſce literis pronuncio iis qui flagitia commiſerunt, ceu indigentibus correctione, reliquis autem ceu teſtibus, ſi rurſus venero, nec dixit

puniam, sed paterno verbo parsimoniæ vsus est. Quod si enim incorrectos, inquit, inuenero, non porro reuocabor ab instituto meo.

A *Quoniam probationem eius qui in me loquitur, Christi, quæritis.* Cum magna indignatione ad contemnentes ipsum veluti imbecillem & contemptum, hæc dicit. Postquam enim vultis explorare num Christus in me commoretur, ac propterea me ridetis ceu infirmum; & Christi inanem, agnoscetis omnino, ni vitā moresque vestros correxeritis. Commōstrat autem spiritualia esse quæ loquatur verba, deincepsque metuendas esse minas suas, ceu loquentis sint Christi. Non ideo autem puniebat eos velut probationem aut experientiam daturus: verum quia irremediabiliter delinquitis, si cogar, inquit, pœnā sumere de vobis, adeoque punire vos, sentietis per opera ipsa explorationem quam acquiritis.

Qui erga vos non est imbecillis, sed potens est in vobis. Quur apposuit erga vos, quum vbique potens sit? quia verisimile erat eos iam antea expertos esse potentiam. Ait igitur: Quia iam antea experimentum accepistis, omnino nouistis quod in vos non sit infirmus, sed fortis potensque. Vel quia iamnunc potentiam suam in vobis demonstrat, qua efficit vt vos possitis emendari, percutiens vos nunc, vt in futuro iudicio dimittat. Erga infideles autem ostendit potentiam in die iudicij. Simul autem indicat quod etiamsi puniturus sit, se tamen non puniturum, sed Christum.

Etenim si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex potentia dei. Plerisque offenduntur ex dictione hac: atqui disce quod dicatur infirmitas tum corporis, tum circa fidem macies, Rom.xiiij
B & marcor, & putredo, vt eo loci: Infirmum in fide suscipite. Dicitur rursus imbecillitas, Supra.xij
& insidiæ ipsæ, & pericula, & ignominiæ, vt quum dicit: Oblector in infirmitatibus, & similia. Secundum hanc igitur significationem Christus crucifixus est insidias sufferens, & periculum, & iniuriam. hæc enim videntur ex imbecillitate fieri. Perinde igitur vt I.Cor.I.
stultitiam vocat Paulus prædicationem, nō quod sit, sed quod ita reputetur infidelibus: sic ex imbecillitate dicit crucifigi dominum, quæ ita ab incredulis existimabatur, quum tamen non esset. Viuit quidem ex potentia dei, hoc est, patris, siue sua ipsius. Nam quæcunque patris sunt, etiam ipsius sunt: & quæ ipsius sunt, patris sunt. Proinde ipse etiam Iohan.ij.
seipsum excitauit, atque ac prædixit: Soluite templum hoc, & excitabo illud. Hæc autē omnia dicit Paulus, quia contemnebant ipsum, vt qui persecutionibus & insidijs esset obnoxius, atque ex infirmitate hæc eum pati existimabant. Ob oculos itaque ponit quod Christus ex hac infirmitate nihil damni acceperit.

Etenim nos infirmamur in ipso, verum viuemus cum ipso ex potentia dei erga vos. Hoc est, persecutionem patimur & agitamur. Hæc enim est infirmitas in ipso, hoc est propter ipsum, ipsiusque verbum, & euangelij præconium. At perinde ac ille non est iæsus insidijs petitus, sic neque nos, sed viuemus cum ipso, id est, inuincibiles inueniemur erga vos, hoc est, ad vestram commoditatem. Fortasse autem adhuc terret eos. Nam si putatis & nos esse viuentes erga vos, quippe qui vos, nisi vitam vestram esse infirmos, scitote nos & mores aliter institueritis, punire queamus.

Vos ipsos tentate num sitis in fide, vosipsos probate. Quid dicam, inquit, de meipso, quod Christus in me loquatur, & quod potens sim? illum tamen crucifixum imitatus, non
C dominor in vos. Porro si velitis vos ipsos explorare, videbitis in vobis ipsis Christum, siquidem omnes habetis fidem (credentes enim tum miracula edebant) vel fidem simpliciter, vel signorum, quæ specialior est. Proinde si in vobis discipulis Christus est, multo potius in me præceptore vestro est.

Aut non agnoscitis quod Iesus Christus est in vobis, nisi quid reprobi sitis? Hoc est, nisi quid excideritis e gratia signorum quam accepistis. Innuit autem clanculum eos vita corruptos esse. Quia enim plerisque fidem habentes miraculorum fuerunt destituti exhibitione & operatione, vt videtur, inquit; non agnoscitis vos ipsos, quod Christus Iesus est in vobis? Non est autem in vobis, eo quod moribus sitis reprobi. Non certo autem hoc expressit, sed ambigue posuit, ne acerbius eos feriret ac incesseret.

Spero autem quod cognoscetis nos non esse reprobos. Magnæ hinc minæ prodeunt. Quia enim vultis accipere probationem, per pœnam quam vobis infligemus, venio in spem nobis non defuturā demōstrationē quod nō simus reprobi, neque exciderimus ab gratia signorum & virtutis, neque vita fumus ita corrupta, vt e nobis, eque domo nostra excrudatus Christus, verum est in nobis per probatam vitam vosque immorigeros puniet.

Precor autem deum, ne faciat vobis quicquam mali, non ut nos probati simus, sed ut nos bonum faciatis, nos autem reprobi simus. Reputa hic apostoli clementiam & miserationem.

Vilipendebatur, proscindebatur vt qui nihil posset, sed solum in literis turgeat. Ipse vero non solum differt ac reijcit pœnam, verumetiam rogat ne vnquam ipsi peccatum cōmittant, & ne ipse eos punire cogatur necessitate hoc postulante; eorumque demeritis. D Non enim in hoc elaboro, inquit, vt videar probatus, ceu potentiam puniendi habens, cęterum vt vos bonum faciatis semper: & si vnquam contingat vos delinquere, vt pœniteat vos scelerum, & ego sim reprobus, hoc est, vt ego non paucis videar infirmus, ac potentia vacans, quippe qui non inueniam locum puniendi vos. Non enim reuera reprob⁹ esse cupiebat. Probatus enim potius inueniebatur, quod sic erudiat discipulos, vt nihil peccent, sed multorum opinione dixit se veluti reprobum.

Non enim possumus quicquam aduersus ueritatem, sed pro ueritate. Ne videatur blandiri eis, ait: Ex mente omnino vanæ gloriæ experte hæc facio. Si inuenerimus vos firmos ac minime nutantes in fide, non poterimus vos punire. Deus enim nobis non cooperabitur. Potentiam enim nobis dedit, vt verum feramus calculum, qui haud sit veritati aduers⁹. Vere autem suffragatur ac decernit, qui dignum punit: aduersus autē veritatem fert suffragium, qui non peccantem etiam punire tentat.

Gaudemus enim si quando nos infirmi sumus, uos autem potentes sitis. Rursus ostendit seipsum admodū totum eorum esse. Ait enim: Ne existimeris quod quia non possim (quādo quidem vos non impingatis, careatisque errore) potentiam meam demōstrare erga vos; propterea doleā lætor enim maxime, qn̄ ipse quidem ego langueam & infirmer, hoc est, infirmus reputer, quod non possim potentiā meam puniendo vos commonstrare: vos autem potentes sitis, hoc est, virtute conspicui, lapsuque vacantes. E

Hoc aūt & precamur, uestrā perfectionem. Non solū, inquit, hoc volo, sed cupio etiā esse vos irreprehensibiles & compactos, hoc est, perfectos, nullam exhibētes noxam.

Propterea hæc absens scribo ut præsens, ne seueriter utar secundum potestatem quam tradidit mihi dominus ad ædificationem, & non ad destructionem Postquam acriter eos terruerat, & interminatus erat nunc defensionem parat. Eam, inquiens, ob causam sic scripsi, quod voluerim minas meas ad literas vsque esse, & seueritatem, neque re ipsa & operibus demonstrari. Non correctos enī, & eos qui sese non emēdauerint, duriter puniam ac seuere, postquam potestatem dedit mihi dominus. Hinc indicat quod dominus etiam per ipsum, vt medium, punit. Commonstrans porro quod non desideret potestate sua vti ad illorū supplicium, apposuit, non ad destructionem, sed ad ędificationem; hoc est imprimis & ante omnia deus non vult destruere, siue perire, sed ędificare, hoc est benefacere. Atqui, demoliri ea ac destruere, quæ sunt inædificabilia, ædificare etiam est.

Pauli clementia.

Quod reliquum est fratres, gaudete. Ego, inquit, quod meum est feci, reliquum est vt vos vestra etiam simul adferatis. Si enim vitam vestram correxeritis, immarcessibile possidebitis conscientiæ gaudium, etiamsi tristia vobis locutus sim.

Consummamini, Hoc est perfecti estote & in doctrina, & in moribus, ac replete quæ deerunt vobis.

Consolationem accipite. Quia multæ fuerunt tentationes & pericula. Consolationē, inquit, accipite & a vobis ipsis, & alter ab altero & a permutatione vestri in melius. Magna enim consolatio est conscientia bona. F

Idem sapite, pacem habete. Hoc & in priore epistola ab ijs petijt, ceu dissidentibus. Est autem idem sapere, in vnanimitate doctrinæ: pacem uero agitare & exercere, in mutua conuersatione. Vtraque ergo ab ipsis Apostolus experit ac postulat.

Ac deus pacis & charitatis erit uobiscum Non solum adhortatur, verumetiam exoptationem adijcit: uel ne hæc quidem est exoptatio, sed eius quod posthac euenturum est, prædictio & prolatio. Nam si pacem inter vos alueritis. Deus enim vobiscum. Charitatis autem deus dicitur, vel quod veluti fons sit huius, vel quod eam erga vos eximiam ostendat, vel quod hic sit charitas, isthic autem is qui huius dominus sit, appareat. Similiter & pacis siue fons sit huius, siue quod pacata faciat tam quæ in cœlo, quem quæ super terram, vel quod sit dominus tanti boni.

De⁹ charitatis & pacis.

Salutate uos mutuo in osculo sancto. Non fucato ac doloso, Iudæ instar. Propter hoc enī osculamur, vt magis accendamus charitatem. Nam os præ cæteris maxime membris cōnectit animas etenim reuersi, vnionem significantes osculum figimus. Vel quia templū sumus dei, huius autem templi vestibulum vel atrium est os, atria osculamur: per has enī priores ianuas ingreditur Christus.

Salutant uōs sancti oēs. Præsentes quidem per osculum connectit, absentes autem per

salutationem. Imo & hosce connectit os, nam ab ore salutatio proficiscitur.

A *Gratia domini nostri Iesu Christi, & dilectio dei, & communicatio sancti spiritus cum omnibus nobis. Amen.* Quia connexuit omnes, imprecatur eis consueto sibi more gratiam filij, per quam seruauit nos, non ex operibus nostris, sed ex gratia, mactatus ipse pro nobis: ac dilectionem patris, qua dilexit nos, dans vnigenitum pro nobis. Tanquam autem interrogatus, vndenam filij gratia adueniat, ex patris, inquit, dilectione. Quid vero efficit? communionem sancti spiritus, hoc est, participationem & assumptionem, qua sancti ficamur aduentu spiritus paracleti super nos, socij ipsius facti, imo & ipsi in spiritum permutamur, non essentia, sed societate. Vbi ergo sunt qui spiritum sanctum reijciunt, quia in principio epistolarum hoc non ponit? En, iam posuit, atque ternarius tibi consummatus ab diuo Paulo connumeratus est, per quem cōseruemur, vt veritatis adeo dogmata firmiter retineamus, ac vitam incorruptibilem demonstremus, vt reuera perfecti simus, vtrinque bene habentes, serui perfecti, perfecti in Triade dei commonstrati, cui gloria in secula seculorum. Amen. Tit.iij. Iohan. iij.

Scripta est a Philippis Macedoniæ vrbe, per Titum & Lucam.

In tertiam diui Pauli apo.

B AD GALATAS EPISTOLAM.

Theophylacti Bulgariæ Archiepiscopi Præfatio.



Vlta indignatione refertum est, exordium, ut uniuersa propemodum epistola: perpetuo enim mitem & mansuetum esse discipulis, qui asperitate & increpatione opus habent, non est boni præceptoris. Idem etiam dominus agit. Quum enim Petrum beatum prædicasset, postea itidem obiurgat, ac discipulos indoctos & carentes intellectu appellat. Diuus Paulus igitur ad alios scribens, austeritate usus est, quemadmodum ad Corinthios, potissimum autem ad Galatas. Causa uero est huiusmodi. Qui ex Iudæis ad Christi fidem accesserant, partim quidem lege detenti, partim uero doctores esse desiderantes, docebant Galatas circuncisionem esse retinendam, sabbata & neomenias seruanda: Petrum nanque hæc non uetare, eius que collegas. Ac reuera quidem non uetabant illi, non quod ita docerent, uerum quod infirmitati eorum qui ex Iudæis crediderant, condescenderent, quibus & uerbum Euangelij prædicabant. Paulus uero Christum gentibus annuncians, non habuit opus condescensione & permissu hoc. Nam siquādo opus esset, ipse etiam acquiescebat. hinc est quod circunciderit Timotheum, quodque ipse sanctificatus sit secundum legem. Atqui impostores non reddentes causas quur Petrus & qui cum ipso erant, circuncidèrent, decipiebant simpliciores. Atque hoc ipsum sane in Pauli calumniam proferebant, alias quidem circuncisionem stabilire, alias uero circuncisionem tollere, & alias alia prædicare. Ante omnia uero Paulo haud obtemperandum clamabant, quippe quia neque Christum uidisset, neque eius esset discipulus, sed apostolorum. Petrum autem cum cæteris apostolis ceu αὐτόπτας, hoc est, eos qui
C *ipsi Christum uidissent, suscipiendos. Has ob causas animo accensus apostolus, epistolam hanc conscribit. Ac primum quidem eo sermonem dirigit, quod illi dicebant, perfodientes ita & eleuantes eius autoritatem, nimirum quod alij quidem essent Christi, ipse uero apostolorum discipulus. Propterea & sic orditur.* Mat.xvi. Lu.xxiiij. i.Cor.v. Act.xvi. Act.xxi.

CAPVT I.



Aulus apostolus, non ab hominibus, neque per hominem. Illico hominum esse discipulus renuit, ac tollit. Non ab hominibus enim, sed e supernis adeoque cœlitus vocatus sum, & nō per hominem, sed per ipsum Christum. Baptizauit quidē ipsum Ananias, sed ad fidem non vocauit, verum e cœlis Christus. At quur non dixit, Paulus vocatus, sed Apostolus? Quia hac de re tota erat quęstio atque sermo. dicebant enim quod ab hominibus apostolus electus esset. Aduersum isthuc ergo consistens, ostendit rem sese habere aliter. Actu.ix.

Sed per Iesum Christum, & deum patrem, qui excitauit ipsum à mortuis. Ipsę res gestæ & opera ab spiritu sancto profecta, indicant eum segregatum Act.xiij.

esse ad apostolicam functionem. Perspicuum igitur quod sit vna potestas & patris & fi- D
lij & spiritus. Obserua hic præpositionem (per) patri esse adpositam, ac filium primũ esse
nominatum, propter hæreticos qui in hisce rebus curiosi sunt. Opportune autem memi-
nit mortis & resurrectionis, vt persuadeat eos non porro legi aduertere animum, quę eis
conferre non possit, neque quicquam etiam quod in salutem eorũ cedat, afferre: sed Chri
sto potius, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Tum quod magnæ sit dementiæ, a ta
li tantoque benefactore deficere. Dicitur autem ipsum excitare etiam pater, propter au-
ditorum imbecillitatem, & quod ad patrem etiam referantur quæcunque filius facit. Ne
que enim non potuit seipsum excitare Christus, qui in ipsum credentibus dedit suscita-
re mortuos sola vmbra corporum suorum.

Roma. i. *Et qui mecum sunt omnes fratres.* Quia calumniabantur eum, quod solus hæc prędi-
ij Cor. i. carit indicat iamnunc plerosque sibi alios esse eiusdem consilij & sententiæ participes at-
Philip. i que consortes.

Ecclesijs Galatiæ. Reputa hic indignationem Pauli atque dolorem. Non enim dixit;
dilectis, sanctificatis, neque ecclesijs dei, sed sic simpliciter, ecclesijs Galatiæ. Quia vero
dissidebãt inter sese, non iniuria multas has vocat ecclesias, simul eos pudefaciens, in vnũ
colligit per hoc nominis. Qui enim in multa sunt diuisi, non possunt hac nomenclatura
appellari, quæ concordiam denunciat.

Gratia uobis & pax. Quia periculum erat ne gratia exciderent, propterea quod ani- E
mũ ad legem applicarent, imprecatur hanc & exoptat ipsis. Quoniam vero se ipsi hostes
dei fecerunt, statuentes legalia q̃ ille aboleuerat, ad pacẽ illos reuocat ac reducit.

A deo patre. Deus pater vester factus est. Vnde? ex lege ad quam inhiatis, vel ex ba
ptismate Christi? Quomodo igitur auersamini benefactorem? Obserua autem quod ait
a deo patre, sine articulo positum.

Matth. i. *Et domino nostro Iesu Christo.* Non lex nostra dominus noster est, verumenimuero
Iesus. Christus Iesus. Hæc ipsa porro nomina beneficij sunt indicia demonstratione esseque. Ie-
Christus. sus enim, veluti a peccatis seruans populum dicitur, & Christus a spiritus vnctione, qua
pro nobis vnctus est, sanctificans naturam nostram per assumptionem, dans nobis vt eo
ipsum nomine appellemus.

Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. En seipsum dedit: non igitur vt seruus he-
rili iussu operatus est. Quum igitur audis ipsum a patre datum esse, beneuolentiã patris
Rom. viij & voluntatem intellige. Dedit autem seipsum, vt liberet nos a peccatis, a quibus lex li-
berare non valuit. Quomodo igitur liberatore vestro dimisso, in legem defigitis oculos,
mentem ei appellentes, quum nihil prodesse possit aut iuuare?

Manichęi *Vt eximat nos a præsenti seculo scelerato.* Manichæi aduersus hunc locum hic insurgũt,
adserentes, En prauum appellauit seculum præsens, siue vitam nostram: verum id sic nõ
habet. Non enĩ dies prauę ipsę sunt per sese: quę enim est prauitas solaris cursus, vel die
Speculũ rum interualli? Neque vita nostra per sese praua est, quomodo enim, in qua deum agno-
prauum. scimus, ac de futuris philosophamur? Sed seculum prauum: operationes prauas dicit, vel
corruptam voluntatem ac prædeliberationem, quemadmodum nos consueuim⁹ dicere, F
Malum habuerunt diem, non tempus, sed circunstantiam & opus accusantes. Non enim
vt nos occidat & eijciat e præsenti vita, propterea mortuus est Christus, verum vt a pra
uis operibus deinceps non liberet. Quum enim supra dixisset, Dedit seipsum pro pecca
tis nostris, hoc est, liberauit nos a præteritis sceleribus, posthac ait quod & in futurũ de-
dit nobis securitatem, vt eximat nos a praua vita & moribus peruersis. Lex autem neq;
præterita peccata deleuit, nec ad futura quicquam valuit.

Iuxta uoluntatem dei & patris nostri. Quia putabant illi quod deo non obtemperarẽt
dimittentes legem, suspicionem eorum corrigit, ostendens voluntatem patris esse, quod
per filium liberaremur. Vides autem quod non dixerit iuxta mandatum patris, sed se-
cundum voluntatem, hoc est, beneuolentiam, oblectationem. Dicens autem patrẽ nostrũ
deum, rursus benefactoris meminit Christi, qui patrem suum, nostrum etiam benefacto-
rem fecit. Quid igitur ab hoc deficitis?

Cui gloria in secula seculorum. Amen. Quum nusquam alibi in exordijs Amen posue-
rit, hic ponit, indicans quõ sermo consummatus sit ipsi, ac sufficere quæ dicta sint, ad ac-
cusationem Galatarum. Etenim mentione facta inenarrabilium dei beneficiorũ, ex quib⁹
condemnabantur illi dimittentes benefactorem Christum, deinde admiratus ea, nec quic
quã valẽs de illis porro exprimere verbis, gloriã dei continentib⁹ verbis finit sermonẽ.

Demiror quod adeo cito transferimini ab eo qui uocauit uos per gratiam Christi. Indicat ꝙ
A magnam de ipsis habuerit opinionē. Admiror, inquit, si vos qui adeo in fide laborastis, adeo cito transferimini. Duæ culpæ sunt, & quod transferimini, & quod cito adeo, vt ne tempore quidem opus habeant impostores: quod leuitatem excipientium imposturā reprehendit. Nec dixit, translati estis, sed transferimini, hoc est, necdum credo, nec arbitror consummatam esse deceptionem. Considera hic sapientiam. Quia lege detenti putabantur curare patrem. A patre, inquit, transponuntur legi adhibentes animum. Ab eo, inquit, qui vocauit vos, hoc est, patre. In gratia Christi, id est, vt iustificemini per Christum, non ex operibus, sed gratia. Filius enim exhibet remissionem in gratia, pater autem ad hanc vocat,

Ad aliud euangelium, quod non est aliud, nisi quidam turbantes uos, ac uolentes peruertere euangelium Christi. Quia suam ipsorum imposturam seductores euangelium vocabant, ipse ad nomen illud pugnans. Non est, inquit, aliud euangelium, præterquam quod accepistis. Vnum enim est, rectam & synceram opinionem & cultum dei continens: quod prędicaui ego: nisi iam sint qui turbent oculos animarum vestrarum, & faciant alia pro alijs cernere, volētes subuertere euangelium Christi. At non totum euangelium subuertebāt, verum de sabbato & circuncisione solum mandatum subintroduxerunt, attamen indicat quod exiguum quippiam perperam factum, vniuersum euangelium inuertat, perinde ac qui regij nomismatis quicquam deprauauit, totum nomisma adulterium reddidit.
B Obserua id propter eos qui dicunt, hoc esse modicum, esseque concedendum. Apprehendunt autem hoc Marcionistæ, asseuerantes vnicum duntaxat hac recipiendum euangelium, non quatuor. Ecquid hoc? Nam & nos quatuor vnum dicimus, secundum quidem concentum atque concordiam. Neque enim Paulus de numero nunc dicit, verum de dissonantia. Quia enim dissonat impostorum prędicatio, nec est cum nostra concors; ideo non est euangelium, quemadmodum si consonaret, esset euangelium, hoc est, prædicatio apostolica. Proinde manifestissimę nugæ sunt quæ Marcion hic profert de vno euangelio.

Marcionistæ.

Sed etiamsi nos, aut angelus ex cœlo euangelium uobis prædicet præter id quod prædicauimus, anathema sit. Ne quis dicat quod ambitione glorięve cupiditate ductus, sua dogmata turbet, .·. seque ipsum execratur. Quia vero ad authoritatem & dignitatem personarum confugiebant, ac Petrum cum suis, & Iacobum præferebant, eam ob causam angelorum etiam meminit. Adiecit autem ex cœlo, quandoquidem & sacerdotes angeli vocabantur. Ne igitur de sacerdotibus hæc dici putes, cœli appositione superas virtutes adeoque potentia indicauit. Nec dixit pugnantia prædicent, cęterum si parum quiddam annuncient præter id quod annunciauimus. Quum enim angelos anathemate ferit, adeoque detestatur, omnem autoritatem ac dignitatem reijcit. Quia vero seipsum execratur, omnem coapostolorū coniunctionē tollit. Ne em̄ dicas, En coapostoli tui diuersum prędicāt: Ecce nanq; ne mihi ipsi quidē parco alia ab his prædicanti. Nec quia apostolos condemnet hęc loquitur, sed volens obstruere ora seductorum, atque monstrare ꝙ autoritas vel persona neque expetatur, neque aspiciatur, siquando sit de dogmatibus sermo,

συγκροτῶ

Sacerdotes, angeli dicti.

C *Quemadmodum prædiximus, sic rursum dico: Si quis uobis euangelium prædicet præter id quod accepistis, anathema sit.* Ne arbitrentur ex indignatione vel commotione hęc ipsum dicere, rursus eadem ponit, indicans quod non citra iudicium, sed firmiter & solide stabiliens ac decernens hæc apud sese, sic protulerit:

Iam enim homines persuadeo: aut deum; aut quæro hominibus placere? Defensurus est ea quorum causa accusatur. Ne igitur ipsi attollantur & insurgant, veluti cum præceptore disceptātes: ne cogitetis, inquit, quod vobis defensionem parem, aut vobis quæram persuadere, cęterum ad deum omnis mihi oratio dirigitur. Vnde neque hęc scribo a vobis expetens gloriam, neque vt discipulos habeam, sed deo rationem reddens pro dogmatib9 mihi concreditis, non vt hominibus placeam. Vel sic intelligas licebit. Calumniabantur eū ceu alia apud alios prædicantem, quique pro hominum conditione sese permutaret. Ait igitur: Num homines persuadere studeo, illisque placere, aut deo? Nam si hominib9 placere voluissem, facerem omnino quod dicitis.

Si enim adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Confirmat quod non studeat hominibus placere, neque in animum induxerit ipsis adulari, neque alia apud alios prædicare. Si enim hic meus scopus; hocq; studiū meū esset, nō defecissem a ritibus Iudaicis, & accessissem Christo, nec contēpta tanta amicorū & cognatorū gloria persecutiōes, peri

cula, & contumeliam elegissem. D

Notum autem uobis facio fratres euangelium quod prædicatum est à me, quod non est secundum hominem. Demonstraturus est eis num vere ab lege destiterit, translatusque sit, ideo & prioris vitæ meminit, ac totius permutationis suæ. Quoniam non defecissem prorsus ab Iudaismo, ni diuiniorem quampiam certitudinem habuissem. Hinc et iam: Non est, inquit, secundum hominem euangelium meum, hoc est, non hominem habui præceptorē, cæterum ipsius dei sum discipulus.

Neque enim ego ab homine accepi, sed per reuelationem Iesu Christi. Hoc em̄ obnciebant calū niatores, qm̄ nō vt apostoli reliqui ipse audiuisset Christū, sed ab hominibus accepisset oīa. Ait igitur: ille ipse reuelauit mihi euangelium, qui & Petrum instituit, & cæteros.

Audiuisti mē meā cōuersationem quondam in Iudaismo. Vnde planum est ꝙ per diuinam reuelationem accepcri euangeliū? Ex priori, inquit, conuersatione. Quum enim talis tantusque essem persecutor religionis Christi, quomodo quæso prorsus permutatus essem, ni diuina quæpiā reuelatio traxisset me? Quod enim vehemens eram persecutor, inde perspicuum est, quod & vos Galatæ audiatis eos qui tantum ab Iudæis distiterint.

Actu. ix. *Quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei, ac depopulabar eam.* Animaduerte quomodo vnumquoduis cum epitasi ponat & exaggeratione. Non enim dixit persequebar verum cum omni excessu persequebar, nec hoc solum, verūetiam depopulabar, hoc est suffodere ac diruere tentabam, ac excindere: hoc enim depopulantis opus est.

Et promouebam in Iudaismo super multos coætaneos in genere meo; abundè æmulator existens paternarum mearum traditionum. Præ omnibus alijs illis temporibus multum feruoris ostendebam, ac promouebam bellum aduersus ecclesiam: vel quia celebris eram & in precio apud Iudæos. Ne existimes autem quod vanę gloriæ isthęc res fuerit, vel indignationis, sed æmulationis. Quod si igitur aduersus ecclesiam pro nulla humana re vel ex nullo humano affectu pugnabam, sed ex zelo dei, etiamsi per errorem, qua ratione iam nunc simul atque veritatem agnoui, humanæ gloriæ amore prædicarem alia, & alia & non quæ veritas postulat, & Christus me docuit? B

Pauli zelus.

Quando autem placuit deo, qui me segregauit ex utero matris meæ. Si ex vtero matris segregatus erat ad euangelium, & electus ab deo, per omnino diuinam quampiam prouidentiam iam relictus est interea temporis in Iudaismo, vt nimirum vniuersa ita eius permutatio, multos in fide firmaret & attraheret. Segregauit autem eum deus, non per sortem, sed præscientiam, vt dignus esset.

Actu. ix. *Et vocauit per gratiam suam.* Deus ob virtutem suam vocauit eum. Vas enim electionis, inquit, mihi est. Ipse autem insigni modestia prēditus, per gratiam inquit vocatum se & non ob dignitatem, sed propter misericordiam.

Vt reuelaret filium suum in me. Non dixit mihi, sed in me, indicans quod non verbo tantum didicerit, verumetiam multo spiritu corde repleto, in interiorem hominem cognitione intincta, & Christo in eo loquente.

Vt prædicem ipsum in gentibus. Reuelauit mihi filium, non vt ipsum videam solum & agnoscam, cæterum vt alijs etiam depromam. Non enim credere tantummodo, verum & elegi, a deo fuit: quō igitur dicitis me ab hominibus doctum esse? Non simpliciter autem vt euangelizem vel prædicem ipsum, dixit, sed in gentibus, quomodo igitur gentibus circuncisionem prædicauerim? F

Protinus non contuli cum carne & sanguine. Hoc est, non sum colloquutus apostolis: hos enim carnem & sanguinem vocat a natura eos nominans. Vel simpliciter de omnibus id mortalibus dicit, quoniam a nullo mortalium didici quicquam.

Nec ascendi Hierosolymam ad eos qui fuerunt ante me, apostolos. Qui hæc apostolus dicit? Nō ne adeo intumuerat, vt seipsum sufficere sibi putaret, nec opus habere consultore? ecquī non audiui dicentem: Ne sis prudens apud temetipsum? &, Vę illis qui apud se ipsi sunt intelligentes? Haudquaquam. Sed quia calumniatores eius dicebant, quoniam apostolos nos sequi oportet, non ipsum: & quia apostoli ante ipsum fuerunt, coactus est hæc dicere vt seductorum cristas deprimat. Nam irrationabile erat & indignum, vt qui ab deo didicisset, hominibus primū rationem redderet institutionis suę. Non igitur demens & mēte captus hęc dicit, verū vt ostendat proprię prædicationis suæ autoritatem. Atqui profectus est quidē Hierosolyma, sed non vt ipse disceret, cęterum vt alijs persuaderet quod hęc etiā Hierosolymis agentibus apostolis placeant. Deinde statim non ascēdit, hoc est, in primordijs suis, sed longe post, cumq; ideo fecit, vt alijs persuaderet.

Prouer. iij
Esaiæ. v.

Sed abij in Arabiã, & rursus reuersus sũ Damascũ. Inculta loca circumibat & agrestia. Si
A enim cum apostolis permansisset, impedita fuisset eius prædicatio, nec adeo celeriter distributa. Hinc ad agrestiores gentes currebat. Expende hic mentem eius minime iactabũdam aut fastuosam, Vrbes nanque & regiones commemorans, nusquam commemorauit quot quantosue ad Christum conuerterit. Quinetiam Damasci adeo turbabat Iudæos, vt isidiæ ei struerentur a præside. Proinde quæ magna de sese narrare videtur, profecto non ambitionis gratia dicit, sed ne lædatur prædicatio, si ipse ceu vilis ac discipulorum discipulus habeatur. Actu. ix

Deinde post triennium ascendi Hierosolyma, ut uiderem Petrum. Et hoc insignis humilitatis animi signum, si qui tanta transegerat, ad Petrum abijt, non commoditatis gratia, sed solo visendi studio, honorans eum ceu maiorem se, Propterea neque dixit ἰδεῖν, id est videre Petrum, sed ἱστορῆσαι, id est cum admiratione & obseruatione intueri, quod magnas & præclaras urbes addiscentes dicunt, perinde ac nos abimus ad sanctos viros, nostræ potius vtilitatis causa: at is solius honoris gratia.

Et permansi apud ipsum dies quindecim. Intueri & agnoscere, honoris signum est: permanere autem; amicitiæ charitatisque vehementis est argumentum. Non dixit autem quod illic doctus sit, sed mansi apud eum, vel cum ipso.


Reliquorum apostolorum non uidi quenquam, nisi Iacobum fratrem domini. Propter Petrũ quidem ascendit, adeo ipsum honorabat ac desiderabat, Erat autem & Iacobus, cuius &
B cum honore meminit, fratrem domini appellans, adeo ab omni inuidentia alienus erat. Atqui si voluisset significare, potuisset dicere Cleopæ filium: neque enim secundũ carnẽ frater erat domini, sed purabatur. Quomodo autem erat gnatus Cleopæ? Audi: Cleopas & Ioseph fratres fuerunt. Porro quum Cleopas absque liberis decederet, Ioseph excitauit ipsi semen, ac sustulit hunc Iacobum aliosque fratres eius, & Mariam, quam Cleopæ filiam, sororem matris Iesu euangelium dixit: vt ita Ioseph patris potius curã erga virginem, quam mariti affectum seruarit. Cleopas & Ioseph fratres fuerunt.

Quæ autem scribo uobis, coram deo non mentior. Tanquam in foro iudiciario apud iudicem pœnam sustinere debeat sic acriter pugnat sermone, vt fide dignus videatur.

Deinde ueni in fines Syriæ & Ciliciæ. Erãt autem ignotus facie ecclesijs Iudææ quæ sunt in Christo, solummodo audiuerant, quoniam qui persequebatur nos olim, nunc prædicat fidem, quam olim depopulabatur: Vt Petrum solummodo videret, in Iudæa demorans, rursus ex ea discedit, quod gentibus duntaxat esset missus præco, ne super alienum fundamentum sustinerent ædificare. Propterea & ignotus, inquit, eram in Iudea Christianis secundum faciem Quomodo igitur prædicassem ipsis circuncisionem, qui facie eram illis incognitus? In hoc enim calumniabatur eum, quod in Iudæa prædicasset circũcisionẽ. Tantummodo enim de me audiuerant quod ad Christum conuersus essem, & quod prædicarem Christum.

Et glorificabant in me deum. Hoc etiam est modestiæ, in omnibusque Christi gloriam quærẽtis mentis. Non enim dixit, ipsi demirabantur me, consternabantur mei nomine,
C sed totum gratiæ ostendit esse. Deum enim glorificabant in me, vt qui totum quicquid esset, perficeret.

CAPVT II.



Einde post quatuordecim annos rursum ascẽdi Hierosolyma cũ Barnaba, simul assumpto Tito. Ascendi autem secundum reuelationem. Prioris ascẽsionis Petr⁹ erat causa, alteri⁹ reuelatio. Titũ autẽ & Barnabã adduxit testes suę pdicationis q apostolis placuisset

Et contuli cum ipsis euangelium quod prædico inter gentes. Hoc est, quod circuncisionis expers est. Cuius autem rei gratia post tot annos cum illis contulit, quum debuisset principio istuc agere, ac nouisse num recte vel secus curreret? Solidũ enim erat, eum qui tam diu cucurrisset, atque tanta perfecisset, opus habere tandem discere. Si igitur non frustra cucurrit, ac si ascendit vt ipse aliquid disceret de proprio cursu, ratione vacabat reuera res isthæc. At vero quia non paucos videbat offendi Petro recipiente circuncisionem ipso vero circuncisionem rejciente, ac propterea insupicionem veniente, tanquam transgrederetur legem: ascendit per reuelationem spiritus hoc ei suggerentis, vt discant & persuadentur scãdalum passi, quod nulla sit dissonantia in prædicatione verbi, sed consilio quodam cõ-

deo rationem sunt reddituri. Nec quia magni sunt & principes, idcirco personam eorũ
A deus intuebitur: non enim personarum acceptor est deus. Animaduerte: non dixit quales
sunt, sed quales olim fuerunt, ostendens quod & illi in posterum ita prædicare destiterint,
perinde quasi verbi prædicatio vndique luceat. Hæc autem dicit Paulus non vt vilipẽ-
dat sanctos, verum vt audire volentibus commodet.

Personã deus non accipit.

Mihi enim qui visi sunt, nihil contulerunt. Illi, inquit, quales fuerint, deus iudicabit, ipsi-
que curæ erit. Hoc autem noui, quod mihi nihil aduersati sint, neque quicquam apposu-
erint prædicationi meæ, neque correxerint.

Sed diuersum, uidentes quod mihi sit concreditum euangelium præputij, quemadmodum Petro circumcisionis (qui enim operatus est Petro ut fungeretur apostolatu ad circumcisionem, mihi etiam operatus est ad gentes) agnoscẽtes porro gratiam dei, quæ data esset mihi, Iacobus, Cephas, & Iohãnes, qui visi columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ communicationis, ut nos ad gentes, ipsi uero ad circuncisionem. Nonnulli sic interpretati sunt hunc locum: Non solum
nihil correxerunt mea, sed vice potius versa correcti sunt. Verum id ita esse non potest.
quid enim isti ab eo emandandi erant? nam quilibet eorum cõsummatus erat. Hoc igitur
dicit: Sed e diuerso dextras dederunt mihi societatis, deinde quæ interiacent, videntes quod
mihi creditum sit Euangelium præputij, & quæ sequuntur. Adeo enim me non correxe-
runt, vt & commendauerint, consenserintque vt ego & Barnabas ad præputium siue ad
gentes, ipsi vero ad circuncisionem, id est apud Iudæos euangelium annunciarent. Circun-
B cisionem enim & præputium non iuxta res accipit, sed præputiatos & circuncisos intel-
ligit. Hic autem iuxta propatulum collocat, se eiusdem esse cum Petro precij & honoris.
Qui enim ei dedit Euangelij apud Hebræos effectum & efficaciam, dedit & mihi hanc
ad gentes. Obserua autem quomodo indicarit quod nedum apostolis prædicatio sua pla-
cuerit, verum ipsi iuxta Deo fuerit probata. Quum enim agnouissent apostoli gratiam
dei, non dicit audiuissent, verum quum ex ipsis cognouissent rebus. Qui enim gratiam
mihi dedisset, nisi prædicatio ista bene ei complacuisset? Rursus autem non sine ingenti
encomio trium illorum meminit. Qui videbantur esse columnæ, hoc est, magni, quos om-
nes vbique cum circunferunt, tum glorificant. Hi mihi testimonium dicunt, quod mini-
sterium & prædicatio mea Christo cordi sit: quandoquidem dextras dederunt, hoc est
consenserunt, & consortes nos fecerunt, ostenderuntque quod voluptatem capiant ex
ministerio verbi meo, quippe qui nihil dissideam a verbo eorum.

Tantummodo, ut pauperes recordaremur, quod ipsum dedi operam ut sedulo facerem. Ministe-
rium, inquit, & prædicationem diuidebamus, pauperes autem indiuisos habebamus. Hie-
rosolymis enim non pauci fuerunt facultatibus suis, exuti & spoliatis per incredulos &
impios Iudęos, qui necessario etiam alimento destituebantur. Non enim adeo Græci di-
micabant aduersum eos qui ex se crediderant, quantum Iudæi Hebræis Christianis repu-
gnabant. Magnam hinc paulus curam adhibet, vt ne tradantur obliuioni pauperes illi,
perinde ac de se restatur ipse, Studui hoc ipsum, inquiens, facere. Etenim vndique ab fide-
libus quos instituerat, colligens, ipse per sese eis afferebar.

Quando autem Petrus uenit in Antiochiam, in faciem ei restiti. Plerique existimant Petrũ
C hic a Paulo insimulari hypocriseos, at vero aliter habere rem constat. Quæcumque enĩ
videtur dicere aduersus petrum, consilio quodam acta sunt ac dicta. Petrus nanque quũ
Hierosolymis esset, permittebat circũcisionem. haud enim licebat funditus ab lege diuel-
lere. Verum in Antiochiam profectus, conuescebatur gentibus. Quum venissent igitur
in Antiochiam Hierosolymitæ aliquot, subducebat sese a gentibus, ne Hierosolymita-
nos offenderet, ac simul vt daret Paulo conuenietem increpationis occasionem. Propte-
rea & Paulus obiurgat; atque Petrus sustinet. Sic enim facilius discipuli transferri ab eo
instituto potuerunt, accusato præceptore, danteque silentium. In faciem proinde resiste-
re, figura erat: tanquam si pugna reuera fuisset, non coram discipulis se muto incre-
puissent, vehementer enim eos offendissent. Iam vero in publico formata pugna, ac
veluti studio parata, correctio discipulorum erat. Neque enim quicquam Petrus
contradicit: vnde planum est quod correptionem Pauli æquo animo tulerit atque
susceperit.

Paul⁹ quõ Petro i faciẽ astiterit.

Quoniam deprehensus erat. Non a me, dixit, sed simpliciter ab alijs ignorantibus
id quod agebatur studio & consilio, ac putantibus simulationem esse, absentibus quidem
Hierosolymitanis conuesci gentibus, præsentibus autem illis ab gentibus se subducere

Nonnulli autem sic intellexerunt, quod iam antea deprehensus erat & condemnatus ꝙ
Act.x. cum Cornelio ederit, propterea etiamnum subtraxit sese, veritus ne rursus eius deprehē- D
sio ac reprehensio patefiat vel oriatur. Quia vero subtraxit se, restiti ei.

*Priusquam enim uenirem quidem ab Iacobo, cum gentibus edebat. Quādo autem uenerunt, subdu-
cebat se, & segregabat se, metuens eos qui ex circuncisione erant.* Rationem reddit repre-
hensionis. Iacobus ille erat frater domini, qui & Hierosolymis tanquam episcopus
eorum docebat. Ac hoc igitur nonnulli emandati sunt qui ex Iudæis crediderant, lege
tamen adhuc detenti, quos, quum in Antiochiam venissent, intuitus Petrus, metuens nō
quod ipse pericula subire idcirco cogeretur, verum ne ipsi offensi a fide retrosilirent, sub-
trahebat sese, ne cū gētibus cōuersaretur. Ignorātes igitur quidā causā reprehēdebāt eū.

*Simul autem cum eo & reliqui Iudæi simulatores egerunt, adeo ut & Barnabas abductus sit ad
simulationē eorum.* Hypocrisin rem ipsam appellat, non enim vult detegere mentem
Petri. Simul autem propter eos qui vehementer legem tuebantur, hypocrisin aut simu-
lationem hoc appellauit, vt funditus tollat eorum affectum & propensionem. Reliquos
autem Iudeos appellat, qui in Antiochia crediderant, qui & ipsi subducebant sese a præ-
putio dum vestitis.

Sed quando uidi quod non recte incederent ad ueritatem Euangelij, dixi Petro coram omnibus.
Neque hæc dictio te perturbet. non enim vt condemnet Petrum, hæc dicit, sed propter
eos qui hinc fructum aliquem accepturi erant, si audirent quod Petrus increpitus esset
ceu lege detentus. Et vos quid in posterum facitis? Hinc & coram omnibus ipsum obiur- E
gat, vt audientes illi perterrefiant, tali tantaque columna reprehensa, nec habente quod
contradicat. Eusebius autem non dicit magnum Petrum a Paulo increpatum, sed alium
eusebius. quempiam Cepham, vnum ex septuaginta. Atque hoc se confirmare putat, indignum
esse dicens, eum quid principio defendisset sese quado cum Cornelio manducans offen-
Act.xi. disset quosdam, rursus opus habere huiusmodi increpatione. At nos sapientissime, neque
nos dicimus Petrum ignorantem quid decorū esset, Paulo increpatum esse, sed voluntario
sustinuisse obiurgationem, vt alij emendentur.

Si tu Iudæus quum sis, gentiliter uiuis, & non Iudaice; quid gentes cogis iudaizare? Tantū
non omnibus clamat Paulus, Imitamini præceptorem vestrum, Ecce enim & ipse Iudæus
quum sit, manducat tamen cum gentibus. Expende autem quomodo non accuset ipsum,
quia male agis, legem non seruans: verum ob proprios discipulos qui ex gentibus credi-
derant, eum increpat, quippe qui cogat eos circumcidi & iudaizare. Hoc enim pacto sermo
acceptabilior erit.

Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Natura, hoc est, non proselyti, cæterum
ex parentibus Iudæis nati, & educati in lege, dimisimus consuetā, qua nutriti sumus, vitā,
atque adhæsimus fidei Christi.

*Scientes quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos in Chri-
stum Iesū credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & nō ex operibus legis, eo quod non iustificabitur
ex operibus legis uniuersa caro.* Viden' vt omnia cum munitione loquatur & securitate?
Non enim ceu prauam legem, sed infirmam, vt quæ non potuerit nos iustificare reliqui-
mus. Nemo enim opera eius perficere potuit grauia & operosa transactu nimirum diffi- F
cilia, non ob magnitudinem eorum, verum quia exiguæ commoditatis essent, & præcipue
vel quia animam non sanctificabant, sed corporeas sordes purgabant tantum. Superua-
Lex ani- canea igitur circūcisio erat. In procursu autē dicet etiā ꝙ sit periculosa, ab Christo alienās.
mā nō sā- *Si autem quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores, Christus itaque peccati
ctificabat minister.* Quæsiuimus, inquit, iustificari in Christo, dimissa lege. Vt dicitis autem
vos, peccatum est dimittere legem. Reliquum est igitur, quod ad hoc peccatum Christus
nos compulerit. Propter illum enim dimisimus cuncta legis ceremonias & statuta. Itaque
non solum non iustificauit nos, vt dicitis, Christus, verumetiam maioris condemnationis
causa autorque nobis est, quum persuadet nobis vt dimittamus legem.

Absit. Ad absurdum perducto sermone, ne opus quidē habuit deinceps confirmatione,
verum contentus fuit inficiatione quod semper facere consueuit in omnino negatis.

Si enim quæ destruxi, rursus ædifico, transgressorem meipsum constituo. Reputa sapien-
tiam. Dicebant illi, Qui legem dissoluit, transgressor est. hic vero diuersum indicans, qui
legem seruat, est trangressor, inquit, non solum fidem transgrediens, verum & ipsam legē,
Ipsa enim me perduxit ad fidem, ac persuasit mihi demittere eā. In progressu igitur mō-
strabit hoc. Interea temporis nūc ait ꝙ cessarit lex, & hoc confessi sumus quia dissipauim'

A eam, deficientes ab ea. Si igitur contendimus statuere illam, transgressores efficimur, quę ab deo soluta sunt, statuentes.

Ego enim per legem legi mortuus sum. Confirmat quomodo legem dissolueris inquiens: Per legem gratiæ & Euāgelij, mortuus sum legi Mosaicæ. vel mortuus sum legi per legem, hoc est, ipsa lex me induxit vt non porro illi auscultē, perducens me ad Christum per sermones Mosaicos & propheticos. Si igitur rursus illi aduertam animum, trāsgrediar etiam. Vel sic: Lex iussit eum qui non fecerit quæ scripta sunt, puniri & interimi. Proinde quia fieri non potuit vt perficeretur, quatenus in ipsa est, occisus sum. Ne igitur imperet mihi, qui per eam mortuus sum & morte animæ, eo quod peccarim, quia non possem præstare quæ lex præcipit: & morte corporis, per condemnationem legis. Quomodo igitur attendam occidenti legi? Deute. xxvij Hiere. xxi Esa. ij. Miche. iiij Deute. xvij Heb. x

Vt deo uiuam, cum Christo simul crucifixus sum. Ne quis dicat: Quomodo igitur viuis, postquam es mortuus? Lex, inquit, viuentem occidit, Christus autem mortuum accipiens, viuificauit me, qui mente cum eo crucifixus eram, atque cum eo mortuus per baptisma. Duplex porro hic est miraculum, & quod mortuum vitæ restituit, & quod per mortem.

Viuo autem, non porro ego, uiuit autem in me Christus. Quum dixit, Christo concrucifix⁹ sum, baptisma indicauit recte: per hoc vero quod ait, Viuo autem, non porro ego, vitam post fata nostra futuram, per quam occiduntur nostra membra, Viuit autem Christus in

B nobis, hoc est nihil i nobis fit ꝙ nolit Christ⁹, sed ille est qui ōnia facit in vobis & regnās, & dominatur in nos exercens: ac nostra quidem voluntas mortua est, illi⁹ autem viuit, & gubernat vitam nostram. Si igitur viuo deo aliam vitam quam quæ est in lege, ac mortuus sum legi, nihil legis obseruare possum.

Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei. Quæ quidem dixit, de vita spirituali dixit. Quinetiam vitam sensibilem & externam inuenies mihi esse ab Christo. Nam quia legem transgredimur omnes etiam peccato & pœnæ subdidit, ac nihil prohibuit omnes perdere, perinde ac tempore cataclysmi, ceu præuaricatores. Quum venisset autē Christus, eripuit & extraxit nos a condēnatione, iustificans nos sua morte. Proinde & hoc ipsum sensibiliter & in carne viuere, per fidem in Christum habemus, quæ nos cum iustificat, tum ex condemnatione eripit. Gene. vij.


Qui dilexit me, ac tradidit semetipsum pro me. Atqui pro omnibus dedit seipsū & omnes dilexit. Enimuero Paulus secum cogitans a quibus nos liberarit Christus, quid donarit, charitate inflammatus, quod publicum est, proprium facit, æque ac prophetę, Deus Deus meus, inquiunt; pariter ostendens, quod tantam oporteat quamuis gratiā reddere Christo, quātam si pro ipso solo mortuus esset, exhiberet. Qui autem eius beneficijs donati sunt & vsi, in ipsum credentes soli sunt. Quocirca qui legi adhuc intendit, indicat Christum pro se non esse mortuum. Ecqui hoc non horres, & ad legem rursus accurris, inutilem mortē domini tui denuncians? Obserua quod ait, tradidit seipsū, propter Arrianos. Psal. xvij. lxij. cxvij cxliij. Arriani.

Non reijcio gratiam Dei. Quia iam ratiocinationes posuit, deinceps demonstrat sese non decreuisse neque rejicere Christi donum, quod mihi donauit, iustificans me sine operi-

C bus per mortem suam, neque legi adsentior.

Si enim per legem iustitia, Christus frustra mortuus esset. Si enim lex, inquit, seruare & iustificare potest, Christus frustra deinceps mortuus est, vt ipse seruet nos per mortem, ꝙ lex efficere nequit. Quare si seruat lex æternum, superflua est Christi mors. Viden' quantum blasphemiæ hinc emersurum sit?

CAPVT III.



Stulti Galatæ, quis uos effascinauit non obedire ueritati? Quum in prioribus indicasset quod non ab hominibus esset apostol⁹, neque per homines, ac fide dignum seipsum cōstituens, cum maiori autoritate disputat. Comparatur porro tandem & legem, prius stultos eos appellat, non veluti transgredientes legem Christi, sed vehementer eandem seruans. Non enim simpliciter fratrem suum stultum appellās, reus est, sed qui temere. Isti autem omnes iustissime stulti vocati sunt, qui tot, tanta, tamque varia bona non sentientes, inutilem Christi mortem faciunt. Obserua autem quod post bonorum demonstrationes eos obiurgat, ac statim remittat. Non enim dixit, vos decepit, sed enim quis vos ἐβάσκανε, hoc est, inuidit vobis; indicans dignas inuidias res committere. Præterea indicat quod Supra. i. Mat. v. Nō oīs qui stultū suū proximum vocat, peccat.

qui eis persuaserint, hoc non fecerint quod curam eorum gererent, neque vt in posterum quæ eis deessent replerent, verum vt ea etiam quæ haberent, truncarent, mutilaque red- D derent, Huiusmodi enim est inuidia. Non quia inuidia tantum roboris per sese habeat, hoc dixit, verum quia doctores per inuidiam eo perueniant.

Quorum ob oculos Christus Iesus præscriptus est, crucifixus in uobis. Atqui Hierosolymis crucifixus est: quomodo ergo dicit quod ante oculos, & in vobis? Quoniam fidei ocu lis viderunt crucem exactius, quam qui tum coram astiterunt conspexeruntque. Nam plerisque eorum qui corporaliter viderant, nihil commodauit: hi autem, etiamsi oculis non vidissent, per fidem tamen exactius contemplati sunt. Præscriptus est igitur exacte, hoc est viua veluti imagine expressa depictus est per prædicationem: vos vero credẽtes prædicationi, ceu præsentem ipsum conspexistis. Hæc sane & in laudem eorum cedũt, & vituperium in laudem, quia cum tanta certitudine hæc susceperunt in vituperium, quia viderunt nudatum, crucifixum, mortuum, eoque dimisso ad legem accurrerunt. Expẽde quomodo relictis omnibus crucem in medium promit.

Hoc solum uolo scire à uobis. Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei. Quia pro lixiores sermones non assequimini, neque dispensationis ac diuinæ prouidentiæ magnitudinem contemplari vultis, exiguum quiddam dicam vobis. Ad hoc enim exiguum re spondete mihi, vndenam accepetitis spiritum sanctum, tantasque virtutes ac signa ediderictis: ex legis ne operibus, vel ex fide? perspicuum est quod ex fide. Nunquid eñ quã

Fidei virtus. do lege tenebamini, spiritum habebatis, virtutesque perficiebatis? minime gentium. Qui E igitur demissa fide, rursus legi succumbitis?

Adeo ne stolidi estis, ut quum spiritu cœperitis, carne consummemini? Rursus opportune contumeliam qua se Christumque adficiunt, protulit. Quum debuissetis incrementũ sumere fidei temporis procursu, non solum nõ promouistis quicquam, verumetiam ad deterius retrorsum abducti estis. Nam signa facere, spirituale est, quod vobis inerat in principio: circuncidi vero carnale est, quod nunc tandem elegistis. Nec dixit perficitis, sed perficimini, innuens quod brutorum pecorum instar hos apprehensos, circuncisionem docentes præpediebant.

Tanta passi estis frustra, si modo frustra?

Multis tentationibus colluctati erant propter Christum. Tot igitur, tantaque frustra

Pœnitentia asseritus. passi estis? Si enim circuncidimini, ista omnia sunt superuacanea, vobisque damnum dede runt, orbaruntque tantis coronis impostores. Deinde spem eis reditus proponit, inquiẽs Si modo temere, hoc est, si velitis sobrij esse, non frustra neque temere a vobis laboratũ est. Pudefiant hinc qui pœnitentiam tollunt. Ecce enim signa operati sunt, & confessores & martyres fuerunt illi qui quum excidissent a gratia, non statim reijcit eos Paulus, sed suauiter ac blande inuitat, & aduocat denuo.

Qui igitur suppeditat uobis spiritum, & uirtutes operatur in uobis, ex operibus legis, uel ex auditu fidei?

Deus (inquit) qui suppeditat vobis spiritũ vt prophetetis, & linguis loquamini, qui operatur in vobis virtutes signorum & prodigiorum, per legis ne opera hęc faciebat, vt quę F per vos hæc transigentes curaretur, vel per fidem, quam in Christum suscepistis? planum est quod per fidem. Qui igitur hæc dimissa, per quam glorificabamini, ab abolitam abrogatamque legem curritis?

Gene. xv *Quemadmodum & Abraham credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.* Maxime vos fidei vim nosse oportebat ex signis quæ perfecistis. Quinetiam ad progenitorem vestrum Abraham defigite oculos, de quo plurimus semper vobis sermo est, & inuenietis ipsum quoque ex fide iustificatum. Si autem qui ante gratiam vixit, ex fide iustificatur, multo potius gratia donati, fide teneri debent.

Agnoscitis igitur, quod qui ex fide, illi sunt filij Abraham. Metuerant ne si legẽ dimitterent, e principiũ patrũ exciderent cognatione: multum eñ ob hanc tibi tribuebant, clarõsque existimabãt Ostendit igitur ꝙ fides potius habentes eam filios Abrahami efficit.

Gen. xxij *Præuidens autem scriptura quod ex fide iustificet gentes Deus, prænunciauit Abrahamo, Quoniam in te benedicentur omnes gentes.* Demonstrat quomodo credentes sint filij Abrahami, vnde & ex scriptura testimonium profert: In te benedicetur gentibus, pro eo

fides lege antiquior. quod est, per imitationem fidei tuæ. Ostendit etiam quod lege sit antiquior fides, siqui dem Abrahamum ante legis sanctionẽ ea iustificauit: & quoniam secundum propheti am, quæ nunc fiunt, contingunt. Præuidens enim scriptura, hoc est ipse qui legem tulit,

Deus prædefiniuit atq; statuit, nō ex lege, sed ex fide iustificari. Et nō dixit reuelauit, sed
A euangelizauit, hoc est annunciauit: vt discas quod & Abraham hac iustificationis formu la lætatus sit, eamque desiderarit.

Itaque qui ex fide sunt, benedicuntur cum fideli Abraham. Quia turbabantur nequādo fint maledicti & execrati, ceu illi qui in lege perseuerent (scriptum est enim, Maledictus qui non perseuerat in ijs quæ scripta sunt in lege) diuersum nunc potius ostendit, ηs nempe benedicendum qui legem reliquerint, ac fidem accesserint, perinde ac fideli Abrahamo benedictum est. Deute. xxvij.

Quicunque enim ex operibus legis sunt, maledicti sunt. Scriptum est enim: Maledictus est oīs qui non perseuerat in ijs quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Ne quis opponat, Haud in iuria Abrahamus ex fide cum bñdictus est, tū iustificatus, quia lex nondum sancita erat. Tu vero monstra mihi quod postquam data est lex, fides iustificet, & benedictos faciat: ostendit Apostolus nunc non solum quod & iustificet fides & benedicat, cæterum quod lex peccati & maledictionis causa sit. Nemo enim potest facere quæ scripta sunt in lege: qui vero non facit, execratus est. Proinde fidei est benedicere, & frustra vos metuitis nequando vos execrati reddamini deficientes a lege. Nam si ea vtamini, potius sub execratione estis, quippe qui non possitis explere ipsam. Lex maledictiōis causa.

Quod uero in lege nemo iustificetur apud Deum, planum est, quia iustus ex fide uiuet. Lex autem non ex fide, sed qui fecerit ea homo, uiuet in ipsis. Demonstrato quod lex maledictos faciat, fides autem benedicat, ostendit iamnunc quod & fides sola iustificat, & non lex. Citat autem Habbacuk dicentem quod ex fide iustus sit victurus, & non ex lege. Lex eñ non solum fidem postulat, verumetiam opera. Pulchræ autem dixit, apud Deum: apud homines enim iusti forsan videri queant lege detenti, vt Pharisæi iustificantes seipsos coram hominibus. Quia igitur lex ob difficultatem operum nō iustificabat, sed maledictioni potius subiugabat, venit gratia facilem viam ostendens, fidem videlicet, per quam iustificati benedicimur. En demonstratum est igitur quod nedum ante legem benedicebat & iustificabat fides, sed post legem etiam potius.
B Habbac.ij Leu.xviij

Christus nos mercatus est ab execratione legis, factus pro nobis maledictio. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui pendet ex ligno. Ne quis hoc occurrat, Vere, inquiens, qui non facit legem, maledictus est, & vere fides iustificat. Vnde autem perspicuum quod maledictio illa sublata sit? Metuimus enim nequo modo veluti legi subiugati, ipsi etiam sub execratione simus. Indicat igitur solutam esse per Christum execrationem. Dato enim precio; per hoc quod ipse fact⁹ est maledictio, redemit nos ab maledictione legis, quam ipse quidem eualit, ceu legem replens: nos autem obnoxij legi sumus, eiusque rei, quippe qui nequeamus eam perficere: æque ac si condemnatum quempiam adiudicatumque morti, alius quispiam innoxius eximat a morte, pro illo mortem subire volens & eligens. Suscepit igitur maledictionem ex eo quod penderet, dissoluitque maledictionem, quæ nobis, quod legem non impleremus, erat imposita: ipse tamen non subiectus huic. Legem enim impleuit, & peccatum non fecit. Deu.xxi Maledictio quō a nobis ablata.

Vt ad gentes benedictio Abrahami perueniat. Eam ob rem ille factus est maledictio, vt ad gentes, hoc est, eos qui lege non vtebantur, neque ea tenebantur, benedictio Abrahami, hoc est quæ ex fide fuit, vel perueniat in CHRISTO Iesu, hoc est in semine Abrahami sicut & scriptum est: Quoniam in semine tuo benedicentur, hoc est, in Christo ex te nato secundum carnem, credentes videlicet in ipsum.
C

Vt promissionē accipiamus per fidē. Propterea (inquit) benedictū est gētibus, vt & spiritū accipiant per fidē. Quia eñ non licebat accipere spiritū eos qui adhuc sub maledictione erant, benedicūtur soluta maledictione a Christo, tūque per fidē iustificati, accipiunt promissionem spiritus. Quę enim promisit deus Abrahamo, spiritualia esse intelligit Paul⁹ quæ nunc videlicet nobis data sunt, ipsa benedictio, idque genus alia.

Fratres, secundum hominē dico. Supra stolidos vocauit, nunc fratres nominat, illo quidem eos obturans, hoc animū addens. Humanum, inquit, exemplum vobis adducturus sum. Gen.xxij

Hominis tamen ratum testamentum nemo reprobat, uel superordinat. Abrahamo autē dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, & seminibus, tanquam in multis, sed tanquam in uno, Et semini tuo, qui est Christus. Hoc aūt dico, Testamentū antea firmatum à Deo in Christum, post trecētos ac triginta annos lata lex non irritum facit, ut aboleat promissionem. Hoc indicare vult, quod fides sit testamentum antiquius lege, & quod iniquum est ei præferri legem. Hunc & exemplum posuit. Si homo (inquit) testamentum fecerit, nunquid audet aliquis

post eum veniens inuertere,vel superordinare , hoc est,apponere aliquid? Nonne igitur

Fides,testamentũ lege antiquius.

de Deo idem sentiendum est?Nam & Deus testamentum fecit cum Abrahamo, vt in se- D mine ipsius misericordiam consequantur gentes.Semen autem ipsius,Christus est . Non enim dixit seminibus,vt intelligeres ab eo propagatos Iudęos & Israelitas.sed semini,de vno quopiam vnice & sigillatim loquens,quod(vti dictum est)Christus est . Quomodo igitur testamentum hoc,& consensum,& promissionem,lex irrita facere, potest , vt ne in Christo benedicantur gentes, sed in legalibus mandatis? Hoc enim nihil aliud est , quam destruere & abolere promissionem,quod absurdum est.

Si enim ex lege hereditas,nõ porro est ex promissione. Abrahamo autem per promissionem donauit Deus. Si lex (inquit)donat benedictiones,& vitæ & iustitiæ hæredes facit, restat igitur vt promissio illa Abrahamo facta sit irrita,reiectaque:verum id nõ habet rationẽ: posterior enim lex quũ sit , quomodo cassabit prius testamentũ?Ne festines autem totũ exemplum ad institutum trahere.Nam ob eam rem etiam ipse dixit, Secundum hominẽ loquor , hoc est , humanum exemplum profero , Quare si non possit diuinis adæquari , nihil nouum.

Quid igitur lex?transgressionum causa lata est. Quia fidẽ, vt digna erat,extulit & euexit in altum,natuque grandiorem demonstrauit quam sit lex, obiectionem protulit quã conspexerit,cuius nempe rei gratia lex data sit , si fides antiquior erat , & benedictiones dabat? Ait igitur haud temere esse latam,enimuero transgressionum gratia , vt pro freno sit Iudæis,prohibentes præuaricari quosdam mãdata quædam,etiamsi non possit efficere E vt omnia mandata Iudæi illæsa retineant.Scite autem addidit , lata est , vel apposita est, vt indicet legem non esse præcellenter ac primo consilio datam,quemadmodum promissiones sed veluti subimpositam ac sancitam,vt aliquot saltẽ præuaricationes prohibeat.

Tantisper dum venerit semen cui facta est promissio. Non , inquit , ad infinitum vsque tempus data est lex, cæterum tandiu donec Christus venerit ; cui promissum est vt in eo

Legis ferẽdæ causa.

benedicatur gẽtib⁹.Si igitur ad Christi vsque aduẽtũ data est,quid porro eã tibi attrahis?

Ezech.xx

Ordinata per angelos in manu mediatoris. Lata est,inquit,lex, per medios angelos administrata,vel sacerdotes,vel reuera angelos.Etenim ad tubas illas & tonitrua ac terriculamenta,angeli administri erant.In manu mediatoris,id est Christi,indicans adeo quod & legem tulerit Christus, vt ita in arbitrio eius sit eam rursus tollere , quippe qui dominus eius sit.

Exod.xix

Christ⁹ legislator.

Mediator autem vnius non est,deus vero vnus est. Christus itaque duorum mediator est, dei videlicet ac hominum . Mediatorem autem egit ; vtrisque pacem faciens , ac bellum dirimens quod homines cum deo gesserunt . Quatenus enim adiũxit sibi ipse atque vniuit humanam naturam,pacem fecit,inimicam diuinæ naturę carnem mirandũ est ad modũ commiscens ,atque cum ea temperans .Quocirca quia mediator & reconciliator ipse est, perspicuum est quod ipse seruet,& non lex.

Lex igitur aduersus promissiones dei?absit . Si promissiones benedictionem dabãt , lex autem maledictionem introducit , perspicuum est qud si receperimus ipsam tanquam autoritatem habentem , tollit promissiones dei benedictionem dantes . Sed absit . Audi F autem quæ sequuntur.

Si enim data est lex que posit viuificare,vere ex lege est iustitia. Lex , inquit,fortior esset fide,& benediceret , & iustificaret hominem , si viuificare potuisset ac seruare . Iam vero occidit potius,quatenus non potest a peccatis liberare. Quomodo igitur dominabitur in fidem,quæ potest viuificare per baptismã,& benedicere & iustificare?

Sed conclusit scriptura omnia sub peccato,ut promissio ex fide Iesu Christi detur credentibus. Non potuit, inquit, lex a peccatis liberare ,verum ad hoc cooperata est , vt concluderet omnes sub peccato ,hoc est,vt ostendat eos peccatores,& compellat vt remissionem concupiscant , & accelerent ad eum qui hanc præstare elargirique possit , Deum . Postquam enim Iudęi non sentiebant peccata,neque remissionem desiderabent , dedit legem concludentem eos & affligentem , habentemque increpationes , monstrantemque peccata , ac compellentem inquirere rationem per quam possint condonari.Hæc autem ratio est,ipsa in Christum fides,per quam benedicimur iustificati.

Priusquam autem veniret fides,sub lege custodiebamur,conclusi in eam que reuelãda erat,fidem. Lex, inquit , magnam præbebat securitatem ijs qui sub ea erant ac tenebantur custodiebanturque,a pluribus peccatis cohibens , ac veluti murus quispiam existens concludens homines , colligensque ad fidem . Qua isthuc ratione ? Quum enim arguat peccata , nec

A possit ab his liberare, necessario fidem ostendebat iustificantem, quę erat sane occultata, rursusque postea reuelata est, quando deus manifestatus est in carne.

Itaque lex pædagogus noster fuit in Christum, ut ex fide iustificemur. Vt enim pædagog⁹ ab omni malicia liberat adolescētē, ac disciplinas a preceptore suscipere cū oī cura atq; attentione parat: hunc ad modum lex inuirtute moderata alūnos suos, adeoq; eos qui sub se erant, instituebat, & ad Christum doctorem atque præceptorem abducebat, per reprehensionem & ostentationem peccatorum promptiores faciens & alacriores, vt quærerent eum qui noxæ condemnationem impertiretur, ac ex fide iustificaret. Abeant ergo legis calumniatores: neque enī pædagogus aduersatur præceptori, nec lex repugnat nouo testamento. Lex, pęda gogus no ster.

At ubi fides uenit, non sumus porro sub pædagogo. Omnes enim filij dei estis per fidem in Christo Iesu. Per fidem consummati, infantiam supergressi, non sumus sub pædagogo. Quod perfecti, enim viri sumus ex fide, planum est, quia filij dei sumus per fidem in Christū, Iesū hæc est constructio Porro qui omnino accitus est, deique gratia donatus vt filius dei fiat, non est imperfectus, neque infans. Quocirca ridiculum fuerit, eos qui inviros creuerit, pædagogo legi subijci. Perinde enim esset, ac si quum dies illuxerit, non solem quis videre velit, sed lucernam. Obserua autem qui supra ostenderit fidem filios Abrahami facere, nunc autem filios dei adeo magna posse.

B *Quicunque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis.* Quomodo filij dei sumus, confirmando ostendit, per baptisma nempe. Non dixit autem, Quotquot baptizati estis filij dei facti estis, quemadmodum consectarium erat, & consecutio postulabat: sed quod multo magis est tremendum, Christum induistis. Si enim Christum filium dei induimus, ipsique assimilati sumus: ad vnam cum eo cognationem vnamque ideam perducti sum⁹ gratia facti, quod ille est natura.

Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus & fœmina. Omnes enim uos unū estis in Christo Iesu. Vnusquisq;, inquit, baptismate ablutorum reiecit natiuitas formas & ꝓprietates, vnā autē figuram & formam omnes assumpserunt, non angeli, sed ipsius dn̄i, in seipsis ostendentes Christum, perinde ac vnum sumus omnes in Christo Iesu, hoc est, quatenus vnam Christi formam impositam nobis habemus, vel quatenus etiā vnum corpus sumus, vnum caput, ipsum videlicet, habentes.

Si autē uos Christi, itaque semen Abrahami estis, ac secundum promissionem hæredes. Quia antea dixerat semen esse Abrahami in quo benedicerentur oēs gentes, ipsum Christum, cui etiā datę sunt promissiones, ac demonstrauit vos etiam Christi formam circūferre, concludit nunc isthuc. Quia igitur & vos semen estis Abrahami, ac hæredes deinde promissæ benedictionis, quomodo ergo legi animum appellitis, quum sit is benedicti, quippe qui Christum indueritis, adæquatique ipsi, indeque facti semen Abrahami?

CAPVT. IIII.



C *Dico autē. Quanto tēpore hæres infans est, nihil differt à seruo, quum sit dominus omniū, sed sub tutoribus & curatoribus est ad præstitutū usque à patre terminū.* Hoc est, statuit pater eum nihil debere administrare, tantisper dū ad legitimā ętatē peruenerit. Tali & nos affectu imbutos esse conuenit.

Quando eramus paruuli, sub elemētis mūdi seruiebamus. Infantes nō ętate, sed dei cognitiōe. Elemēta vero mūdi, neomenias ac sabbata dicit, hę nāq; dies a cursu solis lunęq; fiūt. Nos itaq; qui sub lege agūt, eāque docent, infantes faciunt, elementisq; mundi subdunt, cū tamē simus viri perfecti, & filij dei, patres que familię, & dn̄i. Discimus pręterea q̃ de⁹ quidē filiorū adoptionē, q̃ est ipsa hereditas a principio dare voluerit, sed infantia nostra, quo minus hoc fieret, obstitit, remorataque est. Volēs aūt prorsus tollere legē, non dixit q̃ diebus inseruierimus, verum elementis mūdi fuerim⁹ subditi, vt pudefaciat magis eos qui legi incūbendū suadent. Ne turberis aūt si ex consequenti tutores & curatores elemēta intelligantur. Primū enim legē debes accipere tutorē, peride ac pędagogū, etiā nō ista. Deide numenias & sabbata, elemēta dixit, pręsenti vt abunde eos ab lege deficere faciat, atque rubore suffundat, hoc dixit, quē admodum in progressu deinceps vberius indicabit. Nonnulli per elementa, elementalē & introductoriam vel institutoriam legem intellexerunt. Elemēta mundi.

Quando autem uenit plenitudo temporis, emendauit deus filium suum, natum ex muliere, legi subditum, ut legi subditos redimeret, ut filiorum adoptionem reciperemus. Quandiu, inquit, infantes eramus, subiecti fuimus numenijs & sabbatis: at simul atque aduenit præstitutum tempus Christi incarnationis, quum omne scelerum genus pergressa humana natura, op⁹ haberet curatione, emendauit filium suum deus, hoc est, placuit ei vt veniret ac nascere-tur. Non dixit autem per mulierem, vt ne aditum & ansam inueniant qui adserunt dominum per virginem ceu carnalem transijsse inani prorsus apparentia: sed ex muliere, hoc est, ex essentia virginis corpus accipientem, quippe quia sit fructus vteri ipsius. Subiect⁹ autem fuit legi, circuncisus, omniaque legis perficiens. vt ab ea exemptus, ab execratiõe nos redimeret. Duo autem Christi incarnationis officio nobis exponit: alterũ, vt nos redimeret ab execratione legis: alterum, vt subministraret nobis adoptionem filiorum. Recipiamus porro dixit, indicans quod iam antea ex promissione ad nos pertinuerit, etiamsi ob infantiam nostram nobis non fuerit data. Nam & promissa Abrahamo hęreditas, adoptatio erat: filius enim hæreditatem adit. D

A cõi lectiõe nõnihil variat Theoph.

Quia uero estis filij, emandauit deus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem abba pater. Proinde non es porro seruus, sed filius. si autem filius, & hæres ∴ hæres quidem dei, cohæres autem Christi. Vnde, inquit, planum quod filiorũ adoptione donati sumus? patefecit isthuc & antehac, quando indicauit nos Christum induisse, qui est filius. Ostẽdit autem etiamnũ ex eo quod spiritum acceperimus, qui instituit nos vt patrem inuocemus deũ, qui spiritus corda nostra statim mouet ac innouat: quod certe non fieret, ni filiorum adoptio nobis data esset. Quo circa quum filij simus, hæredes etiam sumus, non vulgarium certe rerum, ceterum bonorum diuinorum, participes vnigeniti. Quur igitur rursus serui efficimur, repellentes in filios nos adoptantem fidem, legique attendentes? E

Dierũ obseruãtia. idololatria.

Sed tum quidem ignorantes deum: seruijstis ijs qui non sunt dij natura. Hic ad eos qui ex gentibus crediderant, sermonem conuertit, commonstrans idololatriã esse dierum obseruationem, quodque hodie plus peccent, quẽ olim. Quondã eñ, inquit, ignorabatis deũ, ceu tenebris septi atque seducti, ac propterea seruiebatis soli & lunę, quę nõ natura sunt dij. Iã uero si post veritatis agnitionem dies obseruetis, nihil aliud quam elementis seruitis, eaque ceu deos colitis, ac ad peiorem quam olim impietatem relabimini.

Nunc autem postquam cognouistis deum, imo cogniti sitis ab deo, quomodo reuertimini rursum ad imbecillia & misera elementa, quibus rursus priore modo seruire uultis? Agnouistis, inquit, deum, imo vos non proprio labore inuenistis & agnouistis deum: neque enim quęsiuistis omnino, sed ipse vos in profundis tenebris agentes, inquisiuit & assumpsit. Cognitos eñ pro assumptis dixit: Quomodo igitur reuertimini rursus ad misera & imbecillia elementa, hoc est, quæ nullum robur habeant ad proposita nobis bona, neque possint spiritualiter nos iuuare? Simul autẽ ceu orbata intellectu & sensus, adeoque vita, misera hæc vocat & infirma, etiamsi hoc Græcis displiceat quod de elementis dico. Pseudapostoli itaque, ceu legis cultores, dierum obseruationes introduxerunt. Ipse autem sapiẽtissime idololatriam rem ipsam vocat, quam & ipsa lex reijcit. Quare ista docentes, legi etiam aduersantur.

Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Ex his planũ est quod nedum circũcisionem prædicabant pseudapostoli, cæterum ferias etiam & numenias. F

Metuo autem, nequo modo frustra laborauerim apud uos. Contemplare clementiam & miserationem Pauli. illi concutiuntur, & Paulus terretur. Quod ait nequo modo indicat eos adhuc fluctuare, nedum prorsus naufragium passos. Facit autem eis spem, si modo velint vigiles & sobrij esse, non frustra se apud eos laborasse, perinde quasi dicat eis, Mementote meorum erga vos sudorum, neque vanos facite labores meos.

Estote sicut ego, nam ego sum ut uos. Ad eos qui ex Iudęis crediderant, hæc dicit. Imitamini, inquit, me. Nam & ego apprime lege accendebar, non secus quam vos, attamen relicta illa, pro Christo nunc & fide dimico. Tales & vos estote, pulchre autẽ hoc deinceps posuit. homines enim potius similibus exemplis trahuntur, quam rationibus.

Baptisma te fratres facti sum⁹

Fratres rogo uos, nullam mihi iniuriam intulistis. Quia aspere eos ac seueriter obiurgarat, vult rursus mitigare sermonem: neque enim vehemens nimium obiurgatio prodest, neque nimia indulgentia & lenitas. Propterea fratres eos nominat, gratiæ baptismatis mentionem pariter faciens, ex qua omnes fratres veluti ex vno patre deo facti sumus. Defẽdit autẽ ea que dixit, ꝙ ne sit prolata ex odio uel inuidia. Nihil me læsistis, nihil iniuriæ mihi intulistis, vt hostiliter erga vos rapiar & cõmouear, sed innumera poti⁹ honoris

& dilectionis opera mihi exhibuistis. Quomodo igitur, quia infensus vobis sim hęc dixi? A sem ceterũ curam potius vestri gerens, ac rursus gratus esse vobis contendens.

Nouistis quod per imbecillitatem carnis prædicarim uobis prius, ac tentationem quæ est in carne mea, non contempsistis, neque respuistis. Nouistis, inquit, quod cum imbecillitate carnali, hoc est, cum persecutionibus & periculis prædicarim euangelium apud vos, neque sic tamen aduersati estis me. Neque tentatio mea hæc, id est, persecutiones & verbera & huiusmodi, offenderunt vos, compuleruntque vos contemnere me atque conspuere. Simul autem latenter pudefacit eos, quum quanta sit passus ab aduersarijs eorum nomine, commonstrat.

Sed ueluti angelum suscepistis me, tanquam Christum Iesum. Adeo, inquit, honorastis me, quasi maior essem homine. Quomodo igitur non absurdum est, tum quidem quum persecutionem paterer, & agerer varijs malis, me a vobis suscipi tanquam angelum & veluti Christum, & non offendi: iam vero quum consulam vobis quæ decora sunt & oportuna, veluti hostem iudicari me a vobis, minime suscipi?

Vbi igitur beatificatio uestra? Ambigit, & admiratur, & increpat. Quæ, inquiens, fuit beatitudo & felicitas vestra? hoc est, quonam abierunt illa omnia propter quæ felices prędicamini ab omnibus, ceu doctoris vestri amantes? Quæ nunc est ista vestra prædicatio? quam in rem permutata est? haud enim iam temporis eam intueor, video, cerno, perinde quasi aduersante in me affectu imbuti sitis.

B *Testimonium namque dico uobis, quod si fieri potuisset, oculos uestros effossos dedissetis mihi.* Olim, inquit, propter verbi prædicationem, chariorem me oculis vestris habuistis. Quid igitur contigit quod hostis istar me censeatis nunc, ac suspicemini? Absurdum enĩ est, eũ qui tanto ab vobis honore sit affectus, infensa & inimica hæc vobis mente dicere.

Itaque hostis uester factus sum, ueritatem uobis dicens. Aliam, inquit, non uideo inimicitiæ causam, quam quod veritatem vobis dixerim, reprehenderimque vos in institutione Euangelij corruptos. Atqui par erat, vt eo nomine maiori me honore prosequeremini vt qui curatoris vestri officio functus sim, opusque perfecerim.

Aemulantur autem uos non recte, cæterum excludere uos uolunt, ut ipsos æmulamini. Æmulatio res bona est, siquando virtutem cuiuspiam aliquis imitetur: atvero zelus haudquaquam bonus est, si quis contendat a virtute ejcere recte operantem. Isti igitur nituntur vos excludere, hoc est, ejcere a perfectissima in Christo constitutione & cognitione, ac ad imperfectiorem, qui est in lege, statum injcere, vt ipsos ceu doctores ac pręceptores vestros deueneremini, æmulaminique ac imitemini tanquam discipuli. Ego autem e diuerso volui ipsis & omnibus præceptores esse ad perfectiora, quod & factum est quum apud vos agerem. Indicat autem hęc clanculum & deinceps. Æmulatio bona.

Pulchrum est autem æmulari in bono semper, & non solum quum præsens sum apud uos. Viden' hoc indicare eum, quod æmulatores fuerint omnibus ad perfectionem, quando apud ipsos præsto fuerit apostolus? ac iuxta denuncias quod absentia ipsius horum malorũ causa fuerit. Beatam ergo rem esse dicit, quum discipuli non modo præsentem pręceptorem, verumetiam absentem præ oculis habeant, adeoque curent.

C *Filioli mei, quos rursus parturio, tantisper dum formetur Christus in uobis.* Matrem imitatur quæ puerorum suorum nomine contremiscit. Corrupistis, inquit, formam Christi, quam habebatis in vobis ipsis ex baptismate, estque vobis opus alia regeneratione reformatio neque, vt rursus forma Christi in vobis nascatur, vt ex ipso figuremini vos. Denuo enim vos parturio, per institutionem iterum regenero, non enim despero. Propterea & vos filiolos appello, ne & vos despondeatis animum. Isthuc etiam aduersum Nouatianos est. Galatas enim Paulus rursus parturit & reformat, isti autem non recipiunt ex pœnitentia correctionem. Nouatiani.

Volui autem adesse iam etiam apud uos, & mutare uocem meam, quoniam dubito in uobis. Non contentus sum literis, inquit, sed volui ipse adesse, permutareque vocem meam, hoc est, ad luctus atque threnos hanc vertere. Nam ambigo quid dicere me de vobis oporteat, quomodo qui adeo exaltati eratis, vt discrimina subiretis propter fidem, ac per eam signa ederetis, nũc ad legalem vilitatem abstrahamini. Hãc ob causam volui pręsens apud vos plangere. Quando enim imbecilles erimus, calamitatique succubuerimus, solem' ad lachrymas deferri.

Dicite mihi, qui sub lege uultis esse, legem non auditis? Postquam abunde eos emollijt & attraxit, rursus ad certamina descendit, ostendẽs ꝙ ipsa lex non vult seipsam custodiri. Re-

ſpondere, inquiens, mihi. Pulchre aũt dixit, qui vultis. Non em̃ rerum conſequentię, ſed D
Lex vniuerſũ vetus teſtamentum. inportunę contentionis cauſa eorum erat. Legem autem appellat Geneſos librum. Eſt enim illi in more vniuerſum vetus teſtamentum legem appellare.

Scriptum eſt enim, quod Abraham duos filios habuit, alterum ex ancilla, alterum ex libera. In ſuperioribus dixit, Filiȷ eſtis Abrahami Qm̃ vero non eiuſdem fuerunt dignitatis filiȷ patriarchę, ſed alter quidem ex ſerua, alter vero ex libera, oſtendit ꝙ non ſolum filiȷ, verũ etiam tales eſtis, qualis eſt liber & ingenuus: adeo uos fides ingenuos reddidit.

Sed alter quidem ex ancilla ſecundum carnem genitus eſt, alter vero ex libera per promiſſionem. Quia quum affirmaret eos filios ipſi⁹ eſſe Abrahami, imperſuaſibilia videbatur dicere, ſi qui non ſecundum carnem ex Abrahamo nati ſunt, filiȷ eius ſunt: adſerit quod & Iſaac genuinus filius Abrahami, ne ipſe quidem ſecundum carnem natus eſt (quômodo enim, natura occiſa, & matrice effœta & mutilata?) ſed dei verbum & promiſſio ipſum effinxit, Iſmael autem naturæ conſecutione natus eſt. hoc enim eſt quod ait, ſecũdum carnem. Ac tamen qui ſecundum carnem natus eſt, ſeruus & alienus eſt ab hæreditate. qui vero non eſt ſecundum carnem, dominus & hæres eſt. Quid igitur obſtat quo minus & vos qui non ſecundum carnem nati eſtis ex Abrahamo, filiȷ eius ſitis? Nam & vos per verbe quę in baptiſmate recitantur, formati eſtis.

Quæ ſunt allegoricè dicta. Hoc eſt, hiſtoria quidem ipſa hæc eſt, non hoc autem ſolum indicat. verum & alia quædam nunciat: vnde & allegoria vocata eſt, figura enim fuerũt E illa præſentium.

Illa quidẽ duo ſunt teſtamenta, unum quidem ab monte Sina, ad ſeruitutẽ generans, quæ eſt Agar. Agar enim Sina mons eſt in Arabia, contiguus eſt autem ei quæ nunc eſt Hieruſalem, ſeruit autẽ cum filiȷs ſuis. Illa, qualia? duæ nimirum mulieres referuntur per allegoriam ad nouũ & vetus teſtamenta, Quomodo? Agar enim ad vetus Etenim lex ab Sina monte data eſt.
Agar. Sina vero Arabia quidem eſt, Agar autem appellatur Arabum lingua. Eſt autem contiguus Hieroſolymis, id eſt, vicinus eſt, contingit, vel quia adſimilatur inferiori Hieruſalẽ vel eius ſpeciem præ ſe fert, & ad illam tranſſumitur, tanquam ſimilitudo ſit inter vtraque. Perinde igitur vt Agar ſerua erat, & ad ſeruitutem generabat, hunc ad modum lex ex monte Sina, qui appellatur Agar, præſentibus Hieroſolymis aſſimilato, & contiguo illis, adeoque pari, ad ſeruitutẽm generabat eos qui ſibi appellerent animum. Nam & in lege pleraque ſunt libertati aduerſa, illiberalia, atque ſeruilia. Virtus nanque pro corruptibili mercede ſtatuebatur, terræ nempe bonis: vitiȷ autem fuga per pœnas ac terrores inducebatur.

Superior autem Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtri. Nã figura quidẽ Agar, in Sina eſt. Expende aũt & Sarrhę cum filium, tum figuram. Siquidẽ ſuperna illa Hieruſalem adęquabat pręfigurabatque: nã illa ciuitas eſt fidelium, vnde & lex nobis lata eſt. ex cœlo nanque Euangelium. Libera autem eſt ex legis obſeruationibus, cunctaque libere ordinat, imperatque ingenue. Nihil enim nobis pro viſibili mercede tranſigitur: neque corporalia nobis ſupplicia imminent, verum promiſſiones diuiniores, ac pœnæ ingenuis conuenientes, nempe a myſtica menſa excludi, atque increpari. F

Eſa. liiiȷ. *Scriptum eſt enim: Lætare ſterilis, quæ non paris: rumpe & clama quæ non parturis. Nam plures ſunt liberi deſertæ, quam habentis maritum.* Figuris haud contentus, Eſaiam inteſtem citat, qui ſterilem ac deſertam appellat eccleſiam ex gentibus coagmentatam. Etenim erat deſerta, adeoque vacua diuinæ cognitionis, & abſque liberis, quippe quæ neminem prophetarum protulerit, vel doctorem. Habentem autem virum, Iudæorum ſynagogã, vel quia legem habebat adminiſtrantem res ſuas, vel quia deum ipſum. Rumpe igitur, hoc eſt, vocem lætitiæ eloquere, quia nunc completi ſunt tibi filiȷ, & prophetæ, & doctores, & filiȷ dei ex te, ac vniuerſum terarrum orbem tu genuiſti, non vnicam gentem, vt ipſa videlicet Iudæorum ſynagoga.

Nos autem fratres ſecundum Iſaac, filiȷ ſumus promiſſionis. Sed quemadmodum tum ſecundũ carnem natus perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum, ſic & nunc. Eccleſia, inquit, quũ ſterilis ſit inſtar Sarrhæ, non ſolum liberorum multitudine aucta eſt, vt illa, quinetiam eundem ad modum genuit vt illa. Vt enim illam nõ natura matrem fecit, ſed promiſſio (qui
Ge. xviiȷ. em̃ dixit, Secundum illud tẽpus veniã, is & in vterum ingreſſum infantem effinxit) ſic & nobiſcum, vt & ſupra commemoratum, diuina verba reformationem faciunt, ea quæ in baptiſmate dicuntur, Pręterea ne quis dicat, qualis ſit illa libertas, quando Iudæi flagellent credentes, viſi aũt liberi eſſe, perſecutionibus ſunt expoſiti: reſpondet, Tum itidem

sese res habebat. Etenim Ismael persequebatur Isaac, tñ nihil impediebat quo min⁹ esset
A genuinus filius Abrahami, ac dominus persequentis. Ex ipsa igitur Iudæorum persecutione ostenditur nostra ad Isaac cum similitudo, & ad Abraham necessitudo.

Sed quid dicit scriptura? Eijce filium ancillæ: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. Ne quis dicat. Quæ igitur iam consolatio est fidelibus, qui ab Iudæis persecutionem sustinent, quandoquidem & Isaac tum fuerit persecutioni obnoxius? audi, inquit, quid dicat scriptura. hinc enim consolationem accipiet. Pro temporaria enim afflictione, qua persequebatur Isacum Ismael, penitus eijcitur. Nec satis est ei ad pœnā q͡ eijciatur, cæterum adimitur etiā ei ne possit esse particeps bonorū filio paratorū, q͡ maius multo est tormētū, ab dei iudicio atque sententia ducēs principiū, & non a persecutiōe. Obseruа autem qui non Abrahami, sed ancillę filium nominauit, qui non possit hęreditatem adire, a viliore ipsum genere vocans. Contēplare igitur quod indicarit legem ipsam suųpsius dissipationem induxisse. Siquidē omnia quæ dicta sunt in lege, figuram esse omnium quę hodie facta sunt, etiam veteris testamenti libris traditum est. Lex sui ipsi⁹ dissipatrix.

Itaque fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ. Hæc omnia mouet, vt ostendat quod factum sit nobiscum hodie, ante multa tempora adumbratum præmonstratumque esse. Qui igitur non absurdum, libertate donatos ante tot annos, rursus voluntarios ac spōte seruos efficit?

CAPVT V.

B 

N libertate igitur qua Christus nos liberauit, state. Num, inquit, vos ipsos liberastis? Ali⁹ est qui precium redemptionis dedit pro nobis. Quomodo igitur vosipsos legis dominatui subiugatis præter consilium eius qui vobis liberauit, Christi? Cum dixit aūt state, monstrauit eos esse cōcussos motosque.

Neque rursus iugo seruitutis obnoxij reddamini. Per iugū, graue onus seruitutis quę in lege erat, denunciat. Quodvero (rursus) dicit, ruditatem eorum accusat. Siquidē quum experimēto didicerint seruitutis onus, rursus ad eam suapte spōte prouolant & accedunt.

Ecce, ego Paulus dico vobis, quoniam si circumdamini, Christus vobis nihil proderit. Propriæ personæ autoritatem, omnis demonstrationis vice ponit. Non prodest, inquit, Christ⁹ circuncisio, eo quod huiusmodi gratiam repellat, ac ad legem ceu benefactorē accurrat, Christovero omnino diffidit, vt qui nullo eum beneficio affecerit. Qui autem diffidit & incredulus est, nihil adipiscitur ab eo cui fidem non adhibet.

Testimonium autem dico omni homini circunciso, quod debitor est totam adimplere legem. Vt ne existimes per inimicitiam aut odium hæc quoddam dici. Non vobis solis, inquit, hęc loquor, verumetiam omni circunciso, quod onus adeoque grauamen ingens vobis imponitis. Legalia nanque inter sese mutuo sunt connexa. Vnde si parum quiddam legis susceperis, eiusque tibi iugum adduxeris, totum eius dominatum super te attraxisti. Circūcisio enim & sacrificium exigit, diesque obseruat: victimavero & sacrum & locum postulat, & modum & purgationes: immundus enim non facit sacrum. Purgationes rursus alias habent obseruationes. Animaduertis quomodo qui defecit ab Christo, non solum ex ea defectione non iuuatur, cæterum innumeris se grauaminibus oneribusque subiecit. Si enim lex est dominus tuus, totam illam adimple: si autem dominus tuus non est, ne partē etiam eius vllam recipias. Legalia inter se connexa sūt.
C

Aboliti estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Hoc est, nullam societatem habetis cum Christo, nihilque cum eo commercij, qui (veluti opinamini) in lege iustificamini, a gratia excidistis vere iustificante. Magnum igitur naufragium est, quando neque quæ lex promittit acceperis, ac ea quæ sunt gratiæ, abieceris.

Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. Nos fideles, inquit, non lege, sed spiritu sancto speramus iustificari. Quo? ex fide: operę nãq; est prēciū fidem pręcedere, deinde accessione spiritus peccatorum dimissionem accipere, ac iustificari in baptismate.

In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides per dilectionē operās. Antea tamen dixit noxiam rem esse circuncisionem, qui ergo rem indifferentem nūc eandem efficit? Dicimus igitur, quod circuncisionem intelligit quæ est ante fidem: veluti si diceret quod nouo testamento accensi, neque si circuncidantur, adiuuentur quicquam: neque si præputium retineant, lędantur. Fides enim est, quæ totum per charitatem opera

tur,hoc eſt,quæ debeat ſemper efficax & viuax commonſtrari per dilectionẽ erga Chriſtum. Notat autem eos qui crediderant quidem,ſed radices nondum egerant in dilectione erga Chriſtum,ac propterea ad legem ſponte acceſſerant, vel ad proximi etiã dilectionem eos transfert. Mõſtrat autẽ ſimul,quod ſeductores eorũ,ſi charitatem haberent erga eos,non talia auſi fuiſſent committere. Diſce igitur quod fides operatur per charitatem, hoc eſt,viuere demonſtratur:ſin charitatis expers ſit,inefficax eſt. Simile eſt Iacobi loco, Fides ſine operibus mortua. D

Iacob.ij. *Currebatis bene, quis uos impediuit ueritati non obtemperare?* Non interrogantis eſt hoc, ſed lugentis, ac dicentis, Ad conſummationem perueneratis, quid contigit? quis tãtum potuit, vt impediret vos ne veritati Euangelij morem gereretis,ſed abrogatæ vmbroſæque legi?

Perſuaſio non eſt ex uocante uos. Quod perſuaſi ſitis vt credatis impoſtoribus, non eſt ex Chriſto. Non enim vocauit vos ille vt credatis conſulentibus vobis vt ad Iudaiſmum accedatis.

Modicum fermentum totam maſſam fermentat. Vt ne dicant, Quid adeo nos notaſti & increpuiſti?vnicum tantum legis mandatum ſubijmus,quid adeo culpam noſtram attollis & exaggeras?Quod exiguum viſum eſt,valde nocet & obeſt. Vt enim fermentum per ſeipſum fermentat,totamque mixturam inficit,haud ſecus circuncìſio,quum mandatum ſit vnicum,prorſus vos ad Iudaiſmum trauciet.

Confido ad uos in domino,quod nihil aliud ſapietis. Confido,inquit,ad vos:noui enim meos diſcipulos,noui facilem apud vos eſſe emendationem. Confido igitur vobis, ac in ſpe venio vos corrigi poſſe. Confido etiam domino,qui non vult ne minimum ſeu qualemcũque quidem perire. Inhortatur itaque eos, vt & ſua afferant, & in dominum ſpem ſuam collocent. Non enim aliter licet beneficia dei conſequi, quam ſi & veſtram etiam conatum conferatis. E

Qui autem turbat uos,portabit iudicium,quiſquis fuerit. Vos quidem ad rectiorem ſtatũ per reſipiſcentiam transferimini: enimuero qui impoſuerunt vobis, non perinde liberabũtur a pœna,ſed pœnam luent,etiamſi magni videantur,& autoritate grãdes. hoc enim indicat quod ait,quiſquis fuerit. Hoc autem dicit,ne alij quidam prodeant, ac pari ratione adoriantur Galatas inſidiaſque ſtruant.

Ego autem fratres,ſi circunciſionem prædico,quid adhuc perſecutioni obnoxius? Quia calumniatores eius dicebant,Hypocrita eſt Paulus,quippe quia alias circunciſionem prædicat alias non item:Vos,inquit,mihi teſtimonium dicetis,quod perſecutionem patiar ab Iudæis. Si igitur circunciſionem prædico,pro quanam alia re perſecutionem ſuſtineo? planum enim eſt quod quia patrios eorũ ritus diſſipẽ ac tollã,perſequũtur me. Sin circunciſionem prædico cõmendo adeoq; confirmo patrias eorũ leges:ecquid igitur me perſequũtur? At vero nũ circuncidit Timotheũ Paulus? Næ,verum quandã indulgẽtiam. Aliud autem eſt circuncidere,aliud circunciſionem prædicare. Non enim dixit,ſi circuncidi,ſed ſi circunciſionem prædico. Qui enim prædicat,docet eam ſemper debere fieri, ceu rẽ ſimpliciter bonam:qui vero per conceſſionem ac diſpenſationem quiddam facit,non veluti ſimpliciter bonum hoc facit,verum tanquam ad tempus vtile. F

Paul⁹ cur Timotheum circũciderit.

Abolitum eſt igitur ſcandalum Chriſti. Si circunciſionem,inquit,prædicem, deſijt ſcandalum,quo ſcandalizabantur propter crucẽ Iudæi. Ob nihil enim aliud offendũtur Iudæi in crucis prædicatione,neque poſſunt recipere,niſi quod diſſoluat circunciſionem, atque per hoc legem. Proinde circunciſione prædicata a me,pugna Iudæorum aduerſus crucem & ſcandalum quo ſcandalizantur propter ipſam,abolitum eſt ac deſijt.

Vtinã abſcindantur inquietos facientes uos. Deceptos, ſtolidos, vocauit primum, nihil aliud agens,quem quod veluti pueros eos increpet. Impoſtores autem tanquam incurabili ægritudine langueant atque decumbant,execratur,ac dicit: Vtinam non ſolum circunciderentur,ſed & funditus reſecarent ſua membra. Contemplare autem qui ἀναστατοῦντες,id eſt turbantes,concitantes dixerit,quod de captiuos ducentibus dicimus. Nam & illi libertatem eorum auferebant,a ſupernis Hieroſolymis eos transferentes, ceu exules & profugos, ad legem Iudaicãque vilitatem tranſmittentes. Obſerua de abſcindentibus ſeipſos,quod Apoſtoli execrationem ad ſeſe attrahant.

Supra.iij.

Vos enim in libertate uocati eſtis fratres,modo non libertatem in occaſionem carni. Non, inquit,vt ſeruiamus legi,vocati ſumus ab Chriſto,cæterum vt liberi ſimus ab iugo lega-

lis seruitutis. Deinde ne suspicetur quispiam, quia postquam liberi sumus, licet nobis in A posterum agere voluerimus, corrigit hoc, inquiens: Ne habeamus, inquit, libertatem in occasionem carni, hoc est, carnalibus cupiditatibus. Non enim propterea soluti sumus ab iugo legis, vt præcipitemur, verum vt & sine iugo apposite incedamus, velut iam probe instituti. Non enim vt transgrediamur legem, propterea liberi sumus, verum vt superemus etiam legem. Libertas christiana

Sed per charitatem alter alteri seruite. Sublato legis iugo, aliud charitatis nimirum iugum imponit, quod & leuius & fortius est illo. Indicat autem iuxta latenter, quod domi natus cupiditate accensi, ad eos irrepserit peruenerintque deceptores. ea enim mater est cunctarum hæresum Si igitur dominatus cupiditas & ambitio vos discidit, per charitatem alter alteri seruite, intensam & vehementem charitatem significans per (seruite) verbum. Ad moralem autem rationem conuersus, indicat modum & rationem qua corrigi queant, ne carnalibus cupiditatibus inseruiant.

Vniuersa lex in uno uerbo completur, nempe, Diliges proximum tuum ut teipsum. Si omnino inquit implere vultis legem, non per circuncisionē, sed per dilectionē adimplete. nam ipsa legis est impletio. Animaduerte autem quomodo ad morale verbum egressus nō obliuiscitur institutionis, adeo vehementer dolebat ei quod seducti essent. Leui. xix.

Si autem uos mutuo mordetis & deuoratis, uidete ne mutuo inter uos consummamini. Quod non uit reuera contigisse, tanquam ambigat recenset: & quod sequitur similiter. Ne alter ab B altero absummamini. metuentis enim hoc est, & nutantis, non condemnantis. Non dixit autem mordetis solum, quod est indignationis, sed deuoratis etiam, quod est extremę ferocitatis, ac beluinæ sæuitię. Hæc autem & de corruptis dogmatibus ac perdit a doctrina dicit. Intelligitur etiam de mutuis insidijs, rapinis, & circumuentionibus. Quia vero vim facientes ac dolum meditantes, videntur alios capere: Videte, inquit, ne in vos res ista conuertatur.

Dico autem, spiritu obambulate, & cupiditates carnis haudquaquam perficiatis. Quia mordere ac deuorare adfirmarat ad assumptionem vergere, remedium iamnunc huius affert, quod & charitatem conseruat, & conseruatur ab ipsa, quod est, vt spirituales sint. Si em̄ spirituales sumus, diligemus nos mutuo potius: & si diligemus, spirituales efficimur, ac deinceps carnalem concupiscentiam haud perficimus.

Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus uero aduersus carnem. Hæc autem inter se mutuo sibi aduersantur, & non quæ uelitis, ea faciatis. Hic insurgentes Manichęi & huiusmodi omnes hæretici, adseuerant hominem ex duabus contrarijs essentijs esse compositum: apostolum enim testari isthuc per ea quæ nunc dicit. Atqui ea persistere haudquaquā possunt. Non enim de essentia disputat, sed carnem dicit terrestrem cogitationem & ratiocinationem, eamque socordem & neglectam, non corpus, & spiritum spiritualem cogitationem, nō animam. Terrestris igitur cogitatio opponitur spirituali, & spiritualis cogitatio terrestri. Cogitationum itaque bonarum & prauarum pugnam inducit, sed nō corporis & animi. Velle enim & non velle, animæ est cogitantis ac ratiocinantis. Infert ergo, Vt non quæ velitis, ea faciatis: quandoquidem corpus animam adiuuat, non aduersatur: etanimaque corpus continet & sustinet, omniaque agit vt ne ipsum derelinquat, ac ab eo diuulsa doleat. Quomodo igitur contraria sunt, quæ tantam inter se mutuo habitudinem & concordiam fouent? Manichęi

C Corp^9 animā iuuat

Si autem spiritu agimini, non estis sub lege. Qui spiritum habet, extinguit prauas cupiditates, qui vero ab his liberatus est, non eget consilio legis, neque ei subiectus est. Qui em̄ non succēset, age quæso, qui opus habet denunciante ac præcipiente ei, Ne occidas. Et qui non concupiscit, qui opus habet consulente, Ne forniceris? quod & alio in loco dixit: Iusto non est lex posita. Videtur autem & encomion legis canere: siquidem spiritualis fuit secundum potentiam suam, instituens ad definitum vsque tempus. Quia via igitur rursus legi subdimini pędagogo, relicto spiritu vos perfectos faciente? Quod peride est, ac si quis philosophus quum sit, opus habeat pædagogo. i. Timo. i.

Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, adulterium. Corruptę, inquit, & carnalis deliberationis & volūtatis opera sunt hęc, inter q̄ agnoscitur etiā fornicatio & adulterium. Planum est autem quonam modo fornicatio ab adulterio discrepet.

Impuritas, petulantia. Turpes modos hic notat, quos ne sustinuit quidē hic nominare.

Idololatriæ, incantatiōes, inimicitiæ, lis, æmulatio, iræ, contētiones, dissentiones, hereses, inuidia, cædes, temulentiæ, comessationes, horumque similia: quæ prædico uobis, quemadmodum prædixi, quo

niam talia agentes regni dei hereditatem non adibunt. Dicant nobis hic carnem criminantes: Esto quod fornicatio & libido, corporis sint peccata, inimicitiæ autem & hæreses & huiusmodi qui poterunt esse carnis? Est autem perspicuum quod omnia hæc sint corruptæ voluntatis. Sin ex carne sunt illa naturaliter nobis adnata, quomodo nos e regno dei eduxerunt? Non enim naturæ, sed consilij & voluntatis tum pœnæ sunt, tum coronæ. Maxime vero si naturæ fuissent affectiones, non dixisset agentes, sed patientes. agere nanque deliberationem & voluntatem indicat certo. Inimicitias porro intellige iniustas. Sũt enim & iustæ inimicitiæ, quæ fidei religionisque nomine exercentur, ergaque omnes ex recto Christianismi tramite deuiantes ostenduntur. Æmulationes autem dicit zelotypias, quibus non potest fauere alijs, quod solus obtinere ardeat. Est nanque & bonus zelus, vt si quis bene agentem recteque operantem imitetur. Pulchre autem post dissensiones & contentiones, hæreses posuit. Omnis enim hæresis ex disceptatione contentiosi propriã voluntatem & opinionem statuere nitentis, nascitur, ac propterea hæresin commendãt is. Cædes deinde ex inuidia, comessatio vero ex temulentia prouenit. κῶμοι enim sunt temulentorum ebriorumve contumeliosæ cantilenæ. Hinc priori loco posuit generantia, posteriore vero ab ijs nata. D

Zel*b n* — Comessatio.

Fructus autem spiritus est dilectio, gaudium, pax. Praua opera ex nobis solis fiunt, ea de causa & opera carnis nominauit, quæ simul laborem ac difficultatem habeant. Bona vero, non nostra tantum cura indigent, enimuero cœleste iuxta auxilium requirunt: B eapropter spiritus fructum ea dixit, tanquam ab nobis detur semen, siue propositum: vt vero fructus crescat & nascatur, isthuc in deo situm esse. Atqui radicem omnium bonorum, primam charitatem ponit, deinde gaudium. Qui enim diligit, semper gaudet, etiam quando adfligitur, cum enim a quo sibi iniuria infertur, ceu benefactorem intuetur. Lætatur autem in Deo, cuius causa nihil non agit & patitur, eam ob rem bona iuxta conscientia exhilaratur. Ex charitate autem & lætitia in animo etiam suo pacem habet, non turbatus cogitationibus, erga omnes quoque homines pacem exhibet. Ac etiamsi odisse quosdam videtur, non eos tamen odit, sed vitia eorum, ipsos ceu fratres charitate complectans, ad commoditatem odium hoc ostendens, vt ad virtutem & sanctionem vitam redeant.


Longanimitas & mãsuetudo differunt. Num xxi Sapiẽ. xij Psl. cxxiij

Longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Longanimitas a mansuetudine in hoc differre videtur in scriptura, quod longanimis multum diuque cogitet; nec celeriter, sed cunctatione conuenientem impingens pœnam imponat, mansuetus autem omnino noxam & supplicium remittat, perinde ac Moses quia Mariæ & Aaroni remisit noxam, præ omnibus terram incolentibus mansuetus vocatus est. Benignitas autem, communius quiddam est quam bonitas. Benignus enim dominus est omnibus, bonitas solis dignis benefacit, secundum illud: Bonus esto, vel benefac domine bonis: Fidem autem dicit, non simplicem, verumetiam montes transferentem, credentem possibilia esse deo, quæ apud homines sunt impossibilia, idque indubitanter. Ad omnia autem continentia est adnouenda: non enim ciborum tantum est, verum omne opus prauum iuxta respicit. F

Aduersus huiusmodi non est lex. Anima enim hæc a spiritu perficiens, non eget legis adhortatione, quippe quæ sit lege altior, quemadmodum qui natura sunt celeres equi, nõ opus habent flagro Non tamen ceu rem malam legem reijcit hic, sed minorem eam communicata a spiritu sapientia & scientia ostendit.

Qui uero Christi sunt, carnem crucifixerunt cum affectibus & cupiditatibus suis. Perinde acsi quis dicat: Ecquis est qui hæc quæ dixisti, persequatur? Qui Christi sunt, inquit, id est, qui sunt pars Christi, carnem crucifixerunt, id est carnalem affectum occiderunt, non enim seipsos interemerunt: vt carnem intelligas, non substantiam carnis, sed terrestrem cogitationem & rationem, adeo vt neque iræ motus in ipsis porro viuant, nec cupiditates, sed cum hi tum illæ interempta sint. Vel affectus simpliciter turbatas operationes intelligit, siue ab ira sint, siue a concupiscentia. Non solum igitur opera fideles interfecisse adserit, sed ipsa etiam horum principia fontesque, siue concupiscentias.

CAPVT VI.

A 
I spiritu uiuimus, spiritu etiam incedamus. Quia tantum spiritus
robur est, illi viuamus, illi etiam sufficiamus: hoc enim στοι-
χῶμεν, pro eo quod est satis simus vel sufficientes, nec inqui
ramus ab lege appendicem.

*Ne simus uanæ gloriæ cupidi, alter alterum prouocantes, alter al
teri inuidentes.* Innuit hic quod qui eos seduxerint, ex am-
bitione eo peruenerit. hæc enim omnium malorum causa est
Alter alterum prouocantes ad contentiones & lites, quemad
modum si aduersario suo, qui potentior est dicat, Age, veni,
experiamur quicquam vter nostrum, & id genus alia. Quan Ambitio
doquidem vero & a vana gloria sit inuidia, hanc etiam prohibet. malorum

Fratres, si & præoccupatus fuerit homo in delicto, uos spirituales reficite talem in spiritu mansue omnium
tudinis. Plerique apud ipsos visi increpare deli͂quentes, suos vlciscebantur & effun- causa.
debant affectus, ex dominatus cupiditate eo peruenientes. Ait ergo: Si anteuersus fuerit
aliquis, hoc est, correptus a dæmone vim passus, vos spirituales perficite, hoc est non pu
nite, sed erigite, emendate in spiritu mansuetudinis. Non dixit in mansuetudine, sed in
spiritu mansuetudinis, indicans quod & spiritui hoc placeat, tum quod sit spiritualis do
ni, cum mansuetudine peccantes erigere atque emendare.

Considerans teipsum, ne & tu tenteris. Ne quis extollatur quod alium perficiat, præmu
B nit eum. Considera, inquit, atque obserua teipsum, ne & in eadem incidas, tentationē
passus ab aduersario: Significanter autem dixit tu, humanæ nanque imbecillitatis per
hoc meminit.

Alter alterius onera portate. Quia fieri non potest vt homo, quia homo sit, non peccet;
adhortatur eos, ne sint nimium exacti cēsores in delictis proximi. sed ferant ea, vt & quæ
sua sunt, ab alio baiulentur.

Et sic complete legem Christi. Non dixit πληρώσατε; id est implete, sed ἀναπληρώσατε;
complete, adimplete, hoc est communiter omnes implete, ita vt alter alterum ferat, vt
qui celer est, segnem tardumque ferat, segnis autem vehementem illius impetum. Sic fiet,
vt neque ille peccet ab hoc gestatus, neque hic delinquat ab illo baiulatus. Hanc ad ra-
tionem itaque alter alteri manum porrigentes, per vos mutuo adimplete legem Chri-
sti, quod proximo deest, vnusquisque compleat, per hoc quod toleret eum. Nam charita
tis officium est, vt alter alterius grauamina & onera portet. Charitas autem impletio est
mandatorum Christi. Homo se

Si enim uidetur quispiam esse aliquid, quum nihil sit, seipsum decipit. Rursus hic dementiam ipsum ex
deiicit, ob oculos ponens quod qui videtur esse aliquid, qui sibi quicquam tribuit, nihil ploret.
est. Isthanc enim opinionem quam de sese concipit, euidens profert argumētum quod ni
hil sit, neque quenquam alium decipit, quam seipsum.

*Suū ipsius opus unusquisq; exploret, tūque apud seipsum solum gloriationem habebit, & non ad ali
um.* Exploret, inquit, acurate sua ipsius opera (hoc enim vult verbum probet) nū quic
C quam fecerit vana gloria ductus, num per simulationem, num alia quampiam humana
causa, tumque non aduersus alterum glorietur. Cæterum si se incontinenter & indecore
habeat, ad seipsum gloriationem transferat, hoc est ipse sibi collatus, hesterno opere ho-
diernum præstantius cēseat. Hæc autem Paulus loquitur per permissum & indulgentiam,
non vt legislator, tanquam paulatim elationem huiusmodi consuetudinis tollat. Qui
enim adsueuerit non gloriari aduersus proximum Pharisæi in morem, hic facile desistet Luc.xviij
ab iactantia sumpsius.

Vnusquisque enim proprium onus portabit. Quid enim gloriaris aduersus proximum? &
tu & ille propria onera feretis, tuncque vniuscuiusque opus probabitur. Proinde quum
& tu onera habeas & grauamina, ne glorieris aduersus alterum, neque tuo nomine cristas
attollere, quod bene sis operatus, quod bene vixeris.

Communicet autem qui instituitur in uerbo, instituenti, in omnibus bonis. De doctoribus dein
ceps disserit, vt ab ipsis instituti communicent instituentibus, non in vno quopiam, sed i.Cor.ix
in omnibus bonis, alimenti, indumenti, honoris, beneuolentiæ, adeoque omnia plane im-
pertientes eis bona. Maiora nanque catechumeni, quam dant, accipiunt, nempe pro carna
libus spiritualia. Vnde & communicationem rem ipsam vocat, ceu permutatione quapi
am facta. Cuius autem rei gratia doctores Christus a discipulis ali constituit? propter duo
hæc, ne magistri extollantur nimium, sed tanquam discipulis egentes, moderate sapiant; Mat. x.

A præterquam in cruce domini nostri Iesu Christi, hoc est in fide erga crucifixum qui legem fecit irritam & abrogauit. Tanquam autem abnegatum quippiam sic ac difficile, deprecatus, diuino auxilio ad hoc implorato. Vtinam, inquit, nō contingat mihi gloriari. Quomodo autem in cruce quispiam gloriatur? Quia propter me inutilem dominus meus crucifixus est, diligens me adeo, vt se ipse in mortem pro me traderet. Gloriatio igitur Pauli & omnis fidelis, crux est, veluti demonstrata in ipsa domini erga nos charitate. Quis autem seruus non gloriatur, qui a domino diligitur? — Crux fidelis cuiusq; gloriatio.

Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Mundum, huius seculi res & negocia dicit, gloriam, diuitias, voluptates. Hæc igitur mihi sunt euecta, egoque ipsis sum mortuus, duplici interemptione facta. Neque enim illa capere me possunt, mortua sunt enim neque ipse ego ad illa accurrere illisve assentiri queo, mortuus enim sum.

In Christo enim Iesu neque circuncisio quicquam ualet, neque præputium, sed noua creatura. Et quotquot secundū regulam hanc processerunt, gratia super ipsos & misericordia, & super Israel dei. Ne iactes mihi circuncisionē, quæ inutilis est, nihilque potest, perinde ac præputiū Christus enim omnia nouauit, aliamque a nobis vitam postulat. Noua enim creatura, est vita secundum Christum: quandoquidem animæ nostræ inueteratę peccato, renouatæ sunt per baptisma, quodque in futuro æuo incorruptibilitate & gloria honorabimur, corpora nouati, incorruptibilesque facti. Quotquot igitur perseuerant in regula hac nouæ secundum Christum vitæ, fugientes antiquatam & impotentes facientem circuncisionem,

B pacem erga deum consequentur, liberati a peccatis, quæ deum nobis impugnant, hostemque faciunt: humanitateque & clementia dignabuntur, non porro ceu hostes dei odio expositi, sed misericordia donati, ceu pace illi facta per crucem & gratiam. Tales etiam sunt Israel proprie, tanquam videntes deum. Quare qui huiusmodi non sunt, etiamsi genere Israelitæ fuerint, falso Israelitæ dicūtur. Hoc autem ab Dauide desumpsit Paulus, dicente Pax super Israel. — Gene. xxxiij. Psalmus. cxxiiij.

Posthac nemo mihi negotium facessat. Non tanquam desidia laboret, vel deficiat, hæc dicit (quomodo enim is ad socordiam relabatur, qui commonefaciēs, Insta, inquit, opportune, importune:), æternum volens leges ab se sancitas immobiles esse, ne vel aliud quiddam ad eo sperent, sed consummatam certitudinem accipiant, quod sic prædicet. — ij. Tim. iiij.

Ego enim stigmata domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Apologiam habeo aduersus eos qui dicunt me esse hypocritam, & quod alibi circuncisionem prędicē, stigmata nimirum & pericula quæ pro Christo subeo. Hæc enim omni voce splendidius testantur, quod non legis nomine, sed pro Christi dogmate & Euangelio eius periculis obiectus & immersus fuerim. Non dixit autem habeo, sed porto, tanquam trophæum & insigne quoddam regium, atque in illis glorior.

Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fratres, Amen. Quia exoptationem facit, & eis gratiam imprecatur, indicat quod non ira vel odio dixerit quæ dixerit. Non solum autem votum & exoptatio est, verum etiam uelut institutio confirmans & obsignans veluti sigillo commemorata omnia. Facit enim mentionem gratiæ qua claruerunt, quaue donati sunt, non per legem, sed quia Christo crediderant. Nec dicit vobiscum, sed

C cum spiritu vestro, a carnalibus nimirum abducens, & monstrans quod non ex lege, sed spiritu gratiam acceperint, & quod non lex, neque circuncisio, sed gratia possit ipsis spiritum conseruare, quemadmodum & dedit. Propterea quum fratres appellat, ad memoriam reuocat baptisma, ex quo fratres efficimur, vno spiritu filij dei existentes, & nō ex lege. Sit autem nobiscum etiam gratia dei, ita vt secundum spiritum viuamus, nec diuinam paracleti sanctificationem reiiciamus scelerum peccatorumque stercore, cæterum nunquam non eam sanctificationem maiorem nobis conciliemus in Christo Iesu domino nostro, qui nouam vitam & spiritualem, veteris adeoque corporalis interitu, subindicauit nobis, cui gloria in secula. Amen.

Ad Galatas scripta est ab Roma.

Ad Ephesios epistolæ Pauli

per Theophylactum Bulgariæ Archiepiscopum enarratio.

ARGVMENTVM



Phesus, Asiæ est metropolis. Colebat autem Dianam, cuius templum D
Ephesus, *erat in ipsa & pulcherrimum & maximum, quod omnibus Græcis in summa ueneratione erat, potissimum uero ab ipsa Ephesio colebatur, ut adeo seruatrix templi Dianæ ea diceretur, perinde ut in Actis me-moriæ proditum est. Ephesi Euangelista Iohannes diu etiam multum*
Act.xix. *que demoratus est, proscriptus eo, ubi & mortem oppetijt. Quinetiam Timotheum diuus Paulus illic reliquit doctorem. Clarissimi porro philosophorum in hac urbe uixerunt. Quia igitur superstitiosa adeo erat ciuitas, ac sapientibus superbiebat, magna diligentia Apostolus usus est ad hos scribens, profundioresque sententias & altiores eis credidit, ut qui iam in fide Christi instituti erant. Scribit autem præclaris sententijs refertam epistolam ab Roma, uinctus. opus est igitur & nobis multa attentione, ut intelligantur quæ sunt in hac mysteria.*

CAPVT I.



Aulus Apostolus Iesu Christi, per uoluntatem Dei. Ecce præpositionē (per) patri dedit, quod obserua propter Arrianos.

Arriani. *Sanctis quæ sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu.* Animaduerte quanta virtus tum resplenduerit in Ephesijs, adeo vt sanctos & fideles appellet viros mundi negotijs deditos, vxores habentes & liberos. At hodie ne in montibus quidem & E
spelæis tales reperiuntur.

Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Quum dixisset gratiam, infert dei patris nostri, vt ostendat quid effecerit nobis gratia, nimirum vt dominum deum patrē nostrū faceret. Ad hęc dominus, hoc est, filius, sua erga nos gratia & Iesus & Christus fact⁹ est, propter nos incarnatus, ac Iesus vocatus, iuncta cū humanitate ipsa diuinitate.

Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi. En deus & pater eiusdē & vnius Christi, Deus quidem vt incarnati, pater vero vt verbi dei.

Psal.cxx. *Qui benedixit nos in oī benedictione spirituali.* Vt opponat iudaicæ, spirituali dixit. Nam
cxxvij. illa corporalior erat, Benedicat deus sobolem ventris tui, & benedicat ingressum & exi-
Deutero. tum tuum. Hic autem omnis benedictio spiritualis est, & nihil nobis deest, nam facti sum⁹
xxviij, immortales, & filij dei, & cohæredes Christi, ac primitiæ nostræ a supernis virtutibus ad
Rom.vi. orantur, Christus nimirum. Merito igitur dixit in omni benedictione: omnia enim nobis
Rom.viij donata sunt, cum diuina, tum spiritualia.

In supercœlestibus. Interpretatur propemodū quomodo sit spiritualis benedictio nostra
in supercœlestibus, inquiens. Siquidē Iudęorum erat in terra, vnde & corporalis. Bona
Leui.xxv enī terrę, inquit, comedetis: terrāque lacte & melle manantē possidebitis: Ac benedicet do-
Exo.xiij. minus terræ tuæ Hic autem nihil terrestre, sed supercœlestia omnia, propterea & spiritua-
psl.lxxxiij lis benedictio nostra. Regnum enim cœlorum pauperibus annunciatum est, & persecu-
Mat.xij.v tionem Christi nomine passos merces in cœlis multa expectat. F

In Christo Iesu. Hoc est, per Iesum Christum nobis benedictio contingit, non per Mosen, velut Iudæis. Quare non sola qualitate bonorum, verumetiam per mediatorē ab illis discrimen habemus.

Quemadmodum elegit nos ante conditum mundum. Benedixit nos per Christum, perinde ac elegit nos per ipsum, hoc est, per fidem in ipsum. Elegit autem ante mundi creationē. A supernis enim iam olim prædefinita erant quæ in nos deriuata sunt: neque enim recentia sunt vel noua, sed a principio dispensata ordinataque. Pulchre autem dixit constitutionem vel creationem, vt ostendat quod ab altitudine dei potentiæ conditus sit fundatusque mundus. Quod ait elegit, Dei clementiam denunciat, ipsorumque virtutem: omnino enim futuros probatos elegit.

Vt essemus sancti & immaculati ante conspectum ipsius. Vt ne si audias quod elegerit nos, in posterum ad desidiam labaris, veluti iam electus: propter hoc, inquit, nos elegit, vt sancti simus & immaculati, permanentes in sanctitate quam impertijt nobis baptizatis, ac vitam virtutibus comptam habentes. Sanctus enim est, qui fidei consors est: immaculatus autem, qui inculpatę vitæ est. Sanctitatem autem quærit, & vitę puritatem, qua fiat vt in iudicium a quoquam vocari, reprehendive non possit, non simpliciter, sed corā deo. Sunt enim multi in cōspectu mortaliū sancti, quod genus sunt Pharisęi,

cæterum non in conspectu dei; quam rem Dauid etiam testatur: Secundum, inquit, puri-
A ratem manuum mearum. qualem intelligit? quæ obseruatur oculis eius. Idem & Esaias: Matt.
Abluimini, inquit, & auferte prauitates coram oculis meis. xxiij.

In dilectione præfiniens nobis ad adoptionem filiorum per Iesum Christum erga ipsum. Quũ Psal.
dixit elegit, voluit nos intelligere quod veluti probatos ob virtutẽ nostram nos elegerit. xxvij
Quãdoquidem autem non a nostra virtute sola salus prouenit, adiecit, in dilectione præ- Esa.i.
finiens, declarans, prædestinans nos, hoc est propriæ suæ clementiæ gratia diligens nos;
præfiniuit, ac ab æterno decreuit. Alias quidem credere & accedere ad Christum, par-
tim nostra refert, partim vocantis dei est. Eos vero qui accesserint, filiorum adoptatione
donari, solius ipsius dilectionis est & clementiæ. Propterea adiecit, præfiniuit ad filiorum
adoptionem. qualem? quæ ad ipsum referat genus nostrum; ac nos ipsius domesticos
faciat, adeoque totos ei dedat, ac filios constituat, idque per Iesum Christum. Pater sane
præfiniuit, Christus autem adduxit nos. Per filium enim omnia nobis bona conferuntur;
non per seruum quempiam; hinc & splendidior ampliorque noster honor est.

Secundum beneplacitum uoluntatis ipsius, ad laudem gloriæ & gratiæ ipsius. Propterea,
inquit, ad filiorum adoptionem nos prædestinauit, volẽs ac nimis cupiens atque deside-
rans. Hæc enim est bona voluntas & beneplacitum, vt gratiæ & beneficentiæ ipsius gloria
necnõ celebritas indicetur. Itaque gloriam expetit deus? Minime, nihil enim deest diuinæ
naturæ: cæterum vult celebrari glorificarique ab nobis, vt excellẽtius eum diligamus.
B Nam qui demiratur factam erga sese beneficentiã, det operã ne vlla ratione impingat vel Ezechielis
resistat benefactori. Porro quoties recordatur bona, vehementiori amore accenditur erga xxxiij
eum qui dedit. Bona voluntas igitur est, seu beneplacitũ, præcedens voluntas dei, atque
adeo prima voluntas dei, vt nemo pereat. Non enim necessario punit, sed volens. Quare
beneplacitum, præcedens est voluntas dei.

Qua nos in dilecto gratiosos reddidit. Non dixit ἐχαρίσατο id est donauit, sed ἐχαρί-
τωσεν, id est, gratiosos & amabiles nos fecit. Perinde ac si quis scabiosum quempiam
senem, & fame corruptum ac deformem accipiens, protinus elegantem, formosum, & Psal. xliiij.
iuniorem reddat, amabilem ipsum in omnibus efficiens; hunc ad modum etiam deus nos
omni cum deformitate tum turpitudine plenos accipiens, amabiles & formosos nos exhi-
buit. Desiderabit enim rex, inquit, decorem tuum. Amabiles autem nos fecit in dilecto i. Iohã. iiij
filio suo, hoc est per ipsum dilectum. Roma. viij

In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum. In dilecto, in-
quit, habemus redemptionem. qualem? remissionem delictorum. quomodo factam? per
sanguinem. Hoc enim est maxime tremendum, quod cælo dilecto filio suo nos liberauit,
qui inuisi & odio succũbebamus, precium redemptionis & honorem dans sanguinem di-
lecti. Expende autem quod hoc sit maius etiam filiorum adoptatione, quod filio suo non
pepercerit propter nos. Quum enim verba de illa fecisset, de sanguine ac liberatione filij
nunc dicit, de minoribus ad maiora sermonem perducens.

Secundum diuitias gratiæ eius, quæ exuberauit erga nos. Hoc fecit, inquit, in diuitijs gra-
tiæ ipsius. Vide autem hic hyperbolas. Diuitiæ nobis datæ sunt, ac diuitiæ dei, & gratiæ
C diuitiæ; idque non simpliciter, sed qua exuberauit erga nos, hoc est, quam abunde &
largiter supernos effudit.

In omni sapientia & prudentia, ut manifestaret nobis mysterium uoluntatis suæ. Hoc est
gratiã suã effudit in nos, vt sapiẽtes prudẽtes faciat, vtque manifestet nobis mysteriũ volũ-
tatis, perinde ac si diceret, arcana cordis sui nobis cognita fecit. Vel ad hunc modum: Vt
manifestaret nobis mysterium, quo est in omni sapientia & prudentia, hoc est, quod omni
sapientia & prudentia refertum est. Quod enim subiectos nos tot tantisque bonis digna-
rus est, idque in fine temporum, atque per crucem, qui non magnæ sapientiæ plenum?

Iuxta beneplacitum suum, quod proposuit in ipso. Fecit autem hoc quemadmodum vo-
luit, ac sicuti proposuit & prædestinauit, in ipso Christo videlicet.

*Ad dispensationem plenitudinis temporum, id quod sibi placuit, & uoluntatem hanc proposuit,
& prædestinauit.* Ad dispensationem, inquit, & gubernationem & constitutionem
plenitudinis temporum. Plenitudo enim temporum, hoc est; nouissima tempora pœnam
postulabant & supplicium, tanquam impleta in ipsis malitia mortalium. Aduentus autẽ
filij, potius salutem in his nouissimis temporibus distribuit, quod est nulla cogitatione Plenitu-
comprehensibilis sapientiæ. do tẽpo-
Vt consummentur omnia in Christo, quæ sunt in cælis, & quæ super terrã in ipso. Dissecta erãt rum.

cœlestia a terrestribus,nec habebant caput vnũ. Etsi enim iuxta creationis ratione vnus
erat pater oĩbus , secundum tamen rationẽ vendicationis, qua credentes sibi proprios & D
filios adoptatos facit,non itẽ. Proposuerat eñ pater ac prædestinauerat coagmentare ac
consummare,vel in vnã summã colligere cœlestia atque terrestria,hoc est vnũ caput ipo
nere oĩbus Christum:angelis quidem secundũ incorpoream naturam,hominibus vero se
cundum carnem. Dicitur etiam anacephalæosis,succinctim & per capita summatim dice
re,quæ prolixius acta vel commemorata sunt. In Christo igitur recapitulauit,hoc est,con
cidit & abbreuiauit,seu breuiter absoluit quæ longo tempore distributa transactaq; erãt.
Verbum enim consummans & concidens in iustitia,inquit Esaias .

*In quo & sortem adepti sumus,præfiniti secundum propositum eius qui omnia operatur iuxta de
cretum uoluntatis suæ.* Dixit supra quod elegerit,nunc rursus quod per sortem acciti si
mus in Christo,hoc est per Christum. Quia vero sors,fortunę opus est,& non virtutis,ne-
Sors, fortunæ op⁹ que propositi ceu voluntatis,corrigit hoc ipsum,inquiens: Prædestinati iuxta propositũ
dei. Non enim pręfinisset seu pręscisset,nisi dignos agnouisset. videbat enim nos antequã
nasceremur,& sortitus est nos,& segregauit sibi ipse qui omnia operatur deus. Quocirca
ipse nostram electionem & sortitionem operans,non mutauit. Felicitatis autẽ est per sor-
tem eligi vel acciri.perinde nanque est,ac si quis citra laborem per diuinam gratiam ac-
cesserit,etiamsi ad indignos peruenerit. Iuxta decretum autem voluntatis suæ,vt osten-
dat quod non obiter neque in transcursu quum Hebræi increduli manerent,gentes voca
tæ sint,sed e supernis iam antea hæc definita erant ac pręstituta, eratque decretũ hoc dei E
Mat. x. vetus,& voluntas eius. Etsi enim Christus dixit, In viam gentium ne abieritis: & , Non
Luc. xx. sum missus nisi ad oues quæ perierunt in domo Israel: attamen propter Iudæorum ad-
& xviij. hortationem hæc dicta sunt,& vt attrahat eos veluti infantilibus blanditijs , postquam
reuera ab supernis præfinita atque prædestinata erat vocatio gentium.

Vt simus nos in laudem gloriæ ipsius,sperantes in Christo. Vt,inquit,in gloriam ipsius, si
mus sperantes in Christum,hoc est vt in Christum credamus,& vt priusquam instet futu
rum seculum speremus quæ tum sunt nobis euentura bona . Gloria enim & præconium
bonitatis dei est,sic alienatos beare.

In quo & nos estis,qui audiuistis sermonem ueritatis,euangelium salutis nostræ. In quo,hoc est,
per quem Christum. Sic & ad Hebræos ait: Locutus est nobis in filio , Sermonem autem
Heb.i. veritatis dicit,vt opponatur figurali adeoque vmbrosæ legi:& Euangelium salutis , vt
Actu ij. statuatur in contrarium legi occidenti,futuræque pœnæ. Prioris enim aduentus prædica
tio,salutis causa est:tuba vero secundi aduentus,est propter pœnam.

In quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto. In quo, inquit, euangelio,vel in
quo Christo,hoc est per Christi gratiam credentes signati estis,vt sit ita perspicuũ quod
sitis sors & hæreditas dei Sed Iudæi quidem per circuncisionem signati sunt,tanquã ra-
tionis expertia bruta,sigillum carnale recipientes:nos vero tanquam dei filij,super carnẽ
Iohe.ij. spiritu signati sumus. Promissionis autem spiritum eum appellat,vel quod ex promissio
Actu.ij. ne datus sit. Etenim per Ioelem promisit de⁹: Effundam de spiritu meo super omnem
Luc.xxiiij carnem. Et Christus, Accipite virtutem venientis super vos spiritus sancti. Vel quia fu-
turorum bonorum spiritum stabilit. Datus enĩ iam nobis,futura nobis rata efficit,pro F
pterea & arrhabon dicitur. Audi enim quæ sequuntur.

Qui est arrhabo hæreditatis nostræ. Emit deus salutem nostram a nobis, ac dedit nobis
arram interim spiritum, certos nos faciens quod & inexplicabilium & arcanorum bono
rum hæreditatem sit daturus. Qui autem reuera spiritus sunt participes, illi iam hinc no
Philip.i. uerunt eum esse arram perfectæ hæreditatis : quorum de numero & diuus Paulus erat ,
propterea ingemiscebat & quærebat consummationẽ accipere,& esse cum Christo . Nos
autem neque arrhabonem habemus vt conuenit,neque finem & consummationem expe
timus,tanquam gustu careamus.

Ad liberationẽ acquisitionis. Acquisitionẽ,dei optimi max. erga nos diligentiã & curã vo
cat. Ait ergo: Pignus isthuc perfectam nostram redemptionem, & puram acquisitionem
vel defensionem fert,ac propter ipsam data est. Tum enim erit perfecta libertas,quando
prorsus destruetur peccatum,quando & sancti absoluti fuerint a cohabitatione peccatis
coinquinatorum,apparuerintque acquisiti & possessi deo,ꝙ sint ipsius populus. Nõnul
li acquisitionem,nosipsos intellexerunt, In redemptionem igitur acquisitionis,id est no-
stri,qui sumus acquisitio,possessio,& substantia vel facultates dei.

In laudẽ gloriæ ipsius. Continuo hoc infert,certiores nos reddẽs ꝙ omnia q̃ sunt promissa

A certo euenient. Quod si nostra causa ista faceret, dubitare licebat: iam vero quia hæc facturus est vt appareat ipsius propria benignitas, quis contradicet ei quod non sit facturus? Hanc ad rationem scriptura, Benefac nobis, inquit, propter nomen tuum. &, Non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Ps. cxviij; Psal. cxiij

Propterea & ego, audita fide uestra in domino Iesu, ac dilectione in omnes sanctos, non desisto gratias agere pro uobis. Propter hoc, qualeq; quod quia credidistis, signati estis spiritu, pignusque accepistis futurorum bonorum, perfectæque redemptionis, assecuturique estis ea quæ sunt reposita ijs qui recte credunt & viuunt. Gratias agere pro vobis. Animaduertis hic pium diui Pauli affectum, & clementiam eius, quomodo pro omnibus gratias agat, ceu ipse beneficium acceperit? Non enim solis his, verumetiam omnibus qui tum ducebant spiritū, scribit hoc. Dignum est autem gratias nos agere deo pro cunctis beneficijs alijs quæ in nos ille transtulit. dignum etiam est pro fide credentium gratias agere, quod sic illuminati sint, quod cruci appositi sint, deficientes a perdēte lege atque Satana: id enim fraternæ charitatis est. Audita fide vestra quæ est per Iesum Christum, nec solam fidem audientes, verumetiam sanctitatem, misericordemque animum & fratrum amantē, qui erga omnes est, non erga solos indigenas, hoc est, fideles pauperes erga. Vbique autē fidei charitatem connectit, generantem vitam virtutibus conspicuam. citra hanc enim alterum ociosum est, fides nempe sine operibus & vita, quemadmodum & vita sine fide. Gratiæ deo agēdæ.

B *Memoriam uestri faciens in orationibus meis.* Expende tecum quotnam secum in corde gesserit, quot etiam fratrum & fidelium mentionem fecerit in orationibus. Nos ne nostri quidem ipsorum vt oportet reminiscimur.

Vt deus domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ. Quid precaris, vel intercedis pro nobis? Vt deus erudiat ac sapientes vos faciat. Deus autem domini Iesu, hoc est, hominis, qui secundum carnem nobis est similis. Pater gloriæ, id est, qui ingentia necnon celebria nobis bona dedit. Semper enim a proposito argumento ipsum nominat, vt in illo, Pater misera- ij.Cor.i. tionum, ac deus cōsolationis. Quinetiam propheta, Dominus robur meum, & cornu salu- Psal.xvij. tis meæ. Hic igitur, postquam magna & celebria nobis donauit, patrem gloriæ, hoc est, autorem, ipsum appellat. Non potest enim eum aliter vocare, quam ab ampliore splendidioreque apud nos nomine. Theologus autem Gregorius, per gloriam, vnigeniti diuinitatem intellexit, vt sit vnius & eiusdem Christi deus & pater, Christi quidem siue humanæ naturæ, deus: gloriæ vero, siue diuinæ naturæ, pater. Christi de⁹ & pater.

Det nobis spiritum sapientiæ ac reuelationis, in agnitione ipsius illuminatos oculos cordis uestri. Hoc est, donum & gratiam vobis exhibeat, vt per spiritum sapientes reddamini erudiminique. Nisi enī spiritus reuelauerit vobis abdita mysteria, fieri nō potest vt alia ratione eadem discatis. Ipse nanque solus spiritus dico, non angelus, neque archāgelus, omnia rimatur, etiam profunda dei: animalis autem homo non percipit quæ sunt spiritus. Quum igitur ab spiritu reuelata nobis fuerint mysteria, tum in agnitione dei sumus, illustranturque oculi nostri, nec porro ambigimus ac dicimus quod sit impossibile hoc vel illud fieri, cæterum videmus omnia quemadmodum sunt. i.Cor.ij

C *Vt sciatis uos, quæ sit spes uocationis eius.* Hoc est, ad quales quantasve spes vocati simus. Planum est autem quod ad filiorum adoptationem, cœlestiumque bonorum vsum; & vt caput nostrum Christus esset. Quia enim hoc futurum est spirituali indiget homo reuelatione vt isthuc discat.

Et quæ sint diuitiæ datæ hæreditatis eius in sanctis. Et hoc quum obscurum sit, opus habet reuelatione spiritus, quorum nam sint hæreditatem adituri sancti, quāqaque bona accepturi: magna enī sunt. Hinc & diuitias gloriæ ea nominat, hoc est, inenarrabilē gloriā, & humani ingenij captū plane exuperātē. Hæreditatē ea bona vocāt, quippe quę sint filijs danda.

Et quæ sit excellens magnitudo eius in nos credentes, secundum operationem roboris ipsius, quam operatus est in Christo, quem ex mortuis excitauit. Quæ prædicta sunt, de futuris rebus fuerūt. iam vero quod factum est, memorat, vt ab his illis etiam fidem conciliet, ac rata ea faciat. Quale autem hoc est? vt credamus, inquit, nos. Atque hoc ipsum spiritus reuelatione indiget, vt ipsum apertius discatis. Quid igitur? non nouerant Ephesij quod crediderunt? Norant sane, sed non eam ad rationem, vt Paulus hic dicit: nam haud facile est illud nouisse. Magnæ nanque potentiæ est, animæ persuadere, eamque ab errore reuocare: tantæque est virtutis, quantam ne mortuorum quidem excitatio postulat. Mortuos nanque vno tātum verbo excitauit Christus, Iudæis autē ne multis quidē concionib⁹ & admirabilib⁹ signis persuasit. Dicit ergo ꝙ ad hoc spirit⁹ paracleti idigeam⁹ reuelatione; Lu.vij &.viij Iohan.xi

vt discamus nos, quod crediderimus, magna virtute & efficacia factũ esse. Et quẽadmodũ Christum excitauit ex mortuis, sic & nos cũ mortui essemus, excitauit ex incredulitate. D
Roma. iiii Propterea & excellentem magnitudinem potentiæ ipsius hoc vocauit, & robur fortitudi
Infra. ii. nis eius. Quando enim prophetæ nihil effecerunt, & omnis creatura cum visibilis per ornatum & insignem ordinem docens nos, tum inuisibilis per viam præbentes ac erudientes nos angeli: tunc ex inopinato & modo naturæ nostræ opinionẽ excedenti seruati sumus. Operari autem in Christo, propter humanam naturam dictũ esse intellige. Quod enim resurrexit, homo est, etiamsi deo vnitus fuerit.

Et collocauit in dextera sua in supercœlestibus supra omnem principatum, & potestatem, & uirtutem, & dominationem. Non dixit ἄνω, id est supra, sed ὑπεράνω, id est plane supra, quod summam altitudinem indicat. Ab vltimo enim gradu ad altissimũ retulit humanã in Christo naturam. De hac enim disputat, quæ & mortua est, & excitata: quandoquidem diuina natura neque mortua est, neque excitata, neque exaltata, quæ nunquam non omnem altitudinem excellit. Superior igitur omni angelica potentia constituta est humana natura, quæ antea execrata erat.

Et supra oẽ nomẽ, quod nominatur non solũ in hoc seculo, uerumetiam in futuro. Si quid, inquit, in cœlo est, inferius est assumpto & exaltato, cunctisq; ipse est superior. Discamus hic quædã esse potentias iã quidem incognitas & innominatas, quæ tum reuelabuntur.

Et omnia subiecit pedibus eius. Vt ne quum audis quod sederit supra, existimes ipsum prælatum tantummodo, ostendit quod & dominum eum fecerit omnium. Nec simpliciter subiecit, sed extrema subiectione: sub pedes enim eius. E

Et ipsum dedit caput super omnia ecclesiæ. En rem omnibus modis admirandam, siquidẽ ecclesiam in eundem thronum collocauit. vbi enim caput est, illic & corpus. Quod vero ait, super omnia, significat quod excelsum caput dederit, quod super omnia sit, super angelos, & super archangelos.

Quæ est corpus ipsius, plenitudo omnia in omnibus implentis. Ne audito capite putes principatum aliquem vel potestatem significari (nam & hæc caput significat) ait, quemadmodum corporis ecclesiæ Christus caput est, hacque ratione ei cognatus est & vnitus, sic &
Ecclesia, christi plenitudo. ecclesia est plenitudo ipsius. Vt enim corpus est plenitudo capitis, repiens ipsum per propria membra: hunc ad modũ ecclesia est plenitudo Christi, qui omnia in omnibus implet. Adimplet enim Christus, ac veluti facit omnia mẽbra in oĩbus fidelibus: veluti manũ replet in homine misericorde, qui aliorũ infirmorum cura tangitur: pedem replet in eo qui verbi dei amore peregrinatur, eũ fratres inuisit, aliaque membra in alio fideli. Sic fit vt omnia mẽbra in omnibus fidelibus repleat, hoc est, per omnes fideles, alio aliam commoditatem contribuente. Tũ enim impletur etiam caput nostrum Christus, hoc est, perfectũ corpus recipit, quando simul omnes fuerimus coniuncti & conglutinati.

CAPVT II.



T uos qui eratis mortui delictis & peccatis, in quibus olim obambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris, spiritus. Supra dixit quod eandem potentiam & operationem ostenderit deus erga nos, quam & in Christo. De illo
Roma v. sane dixit, quod excitarit eum ab mortuis, & constituerit super omnia: posthac vero de nobis etiam verba facit. Vos, inquiens, quum essetis mortui (mortem non corporalẽ ex Adamo propagatam, sed animæ, ex nobis ipsis constantem, quæ peccatorum est, intelligit) suscitauit excitauitque. Qui itaq; potentia sua dominum excitauit e morte corporea, & nos ex animę morte, ex peccatorũ fœditate accidẽte suscitabit. Multo aũt maius est quã mortuos excitare, animis nostris psuadere, eosq; ad se traducere, vt supra etiã cõmemoratũ est. Sẽsus igitur coti⁹ huius loci est hmõi, etiãsi in lõgũ extẽdatur, vsq; dũ peruenerit eo vbi dicit, Viuificauit simul cũ Christo, multis nimirũ interpositis, repetitioneque facta, quũ ait, deus qui opulentus est in misericordia. Dicens igitur eos esse mortuos, ac monstrans quomodo fuerint mortui, nimirum delictis & peccatis, bifariam iam eos cõsolatur per hoc quod ait, in quibus olim ambulastis, non hodie, tum per hoc quod infert, A diabolo in potestatem redacti, peccabatis, qui adeo potenter vos suo iuri subiugabat. Peccabatis igitur, secundum seculum mundi huius circunambulantes, hoc est cogitantes,

A quæ mundi sunt huius, adeoque temporaria, perperamque vtentes seculo hoc. Non enim seculum aut tempus malum est, sed abusus eius: siquidem istuc datum est nobis in ducem ac viæ ductorem, quatenus corruptibile est & fluxum, excitans nos ad incorruptibilia & minime fluxibilia. Nos autem corruptioni & fluxui huius alligati, in causa fuimus quur ipsum non esset nobis ductoris vice, sed potius nos impedierit. Principem autem potestatis aeris, diabolum appellat, nō conditorem deum, perinde ac execrati Manichæi: principem ideo, quod mortales ipsi seipsos ei subiecerunt, ac plures ipsi seruiãt quam deo. Veruntamen in seculo hoc huiusmodi ei est principatus, qui aerem non transcendat, non enĩ in cœlo locum habet, sed sub cœlo. Propterea & Paulus principem potestatis aeris appellat, non veluti in aerem dominetur, eumque gubernet, haudquaquam, sed quod in eo demoretur. Nam quum diabolus spiritus sit, in aere veluti spiritu commoratur, ac hactenus potestatẽ habet atque potentiã, princeps eorũ qui se se ipsi subijciunt. Nonnulli principẽ aeris, ac rerum potentiarum intelligunt, vnde & intulit, spiritus, hoc est, iuxta principẽ & dominatorem omnis in aere versantis spiritus. Postquam enim semel princeps factus est, videtur ab eo principatu ne post transgressionem quidem excidisse. Princeps potestatis aeris diabolus.

Qui nunc operatur in filijs incredulitatis. Non dixit cogentis, sed operantis: vnde planum est quod inuoluntarios dominetur. si enim inuitis nobis nostri dominaretur, cogeret sane. Patefit etiam ex sequentibus illud. Operatur enim, inquit, in filijs inobedientiæ, hoc est, qui non obtemperarunt nec crediderunt deo: illi vero, Satanæ nempe, obtē-

B perarunt sponte, non coacti.

In quibus & nos omnes olim conuersati sumus, in concupiscentijs carnis nostræ facientes voluntates carnis & cogitationum. Nō in hoc solo consolatus est eos, quod diceret ex diabolo fuisse quod peccassent, verumetiam per hoc quod seipsum cum omnibus alijs in eodẽ ordine numeret, & collocet. nemo enim sine peccato erat. Concupiscentias autem carnis, quæ ex carnali affectu sunt, dicit. Porro quod carnem non accuset, planum est inde. Quũ enim dixisset, facientes voluntates carnis, subintulit, & cogitationum, hoc est nihil spirituale cogitantes. Proinde caro nō est accusanda, sed mens & cogitatio ad voluptatis affectiones pertrahens. Vel hunc etiam ad modum intelligere poteris. Cogitationes & mentes nostra sordibus defœdamus, cogitantes quæ mala sunt & carnalia, imo & facientes ea. Potes autem carnis opera, fornicationem & huiusmodi accipere: mentis autem & sententiæ, inuidiam, vindictam, idque genus alia. Concupiscentię carnis. Carnis & aiæ opa.

Et eramus natura filij iræ, perinde ac reliqui. Pro eo quod est, coacerbauimus deum & prouocauimus, & nihil aliud præterquam ira reuera. Quemadmodum & filius hominis natura est homo, sic & nos. Perinde autem vt filij gehẽnę & interitus dicuntur, qui digna his operantur: sic & Iræ filij, qui quæ ira digna sunt transigunt. Natura autem, pro vere & genuinam. Perinde ac reliqui, nemo enim liber erat.

Deus autem qui diues est in misericordia. Nos digna ira etiam recōcillati transigebamus Deus autem nō simpliciter misericors exiſtes, sed diues in misericordia.

Propter multam misericordiam suam, qua dilexit nos. Dilectio etiã a multa misericor-

C dia est. quomodo enim, quum filij iræ fuimus, dilecti sumus?

Et quum essemus mortui delictis, conuiuificauit nos Christo. Hic tandem est redditio & absolutio supra cœptæ sententiæ, cætera vero sunt interiecta. Iterum autem Christus medius est, & res ardua, fideque digna. Nam si primitiæ viuunt, & nos. Viuificauit enĩ & illum & nos, illum quidem actu & opere ipso, nos vero potestate nunc, paulo post vero etiam actu. En excellens & eximia pars potentiæ eius est, quod mortuos nos iræ filios, iustificarit ipsa spes vocationis.

Gratia estis seruati. Hoc ex animi sui consternatione, ex affectu in medium protulit, demiratus ineffabile donum dei. Non labore enim & proprijs operibus seruati estis, sed sola gratia. Quod enim ad opera attinet, pœna & ira digni eratis.

Et simul excitauit & collocauit in cœlestibus in Christo Iesu. Quemadmodum primitijs nostris, & capite, Christo videlicet, excitato, & nos per ipsum excitauit: hunc admodum sedente deinceps ipso, corpus ipsius simul sedet. Propterea inquit, in Christo Iesu, hoc est, quia ipse sedet, & nos sedemus. Vel quod ait simul excitauit, non de resurrectione accipiendum est, sed de regeneratione & viuificatione per baptisma. Quomodo igitur simul collocauit? Si sufferimus, simul etiam regnabimus. Et Christus, Sedebitis super duodeci thronos, & rursᵘ: Sedere a dextris meis & in sinistris meis, nō est meũ date vobis Matth: x ix&xx

sed quibus paratum est. Itaque paratum est.

Vt ostēdat in seculis uenturis excellentes diuitias gratiæ suæ, in bonitate erga nos in Christo Iesu. D
Ne quis fidem non adhibeat dictis, persuasibilem orationem facit, Etsi, inquiens, non faciat propter charitatem quam erga nos habet, propterea tñ; vt ostendat velle bonitatē; faciet omnino. Hodie quidē plerique sunt increduli, in futuro tamen seculo omnes agnoscent quid nobis donauerit, cernentes in gloria nullis verbis explicabili sanctos. Quod vero ait, in Christo Iesu, hoc est, non ad Christum solum vsque hæc persistent, sed per ipsum venient etiam ad nos, veluti a principio ad finem, adeoque totū ac simul viuificabimur, ac simul sedebimus. Hæc quidem magnus Ioannes Chrysostomus hic dicit. In euangelio

Chrysostomus. vero Matthæi dicit quod nemo sedebit. Vere igitur spiritus reuelatione opus est, vt intelligat profunditatem mysteriorum horum. Nisi enim palam diceret sapientissim' ille doctor Iohannes quod & nos sessuri simus, posset aliquis affirmare quod in Christo sedeamus, perinde atque in Christo adoramur ab angelis. Non enim nos adoramur, quod ad nostram personam, cæterum natura nostra vnita deo verbo, adorata, ad nos gloria ista transit. Idem igitur & nunc dicit, quoniam & nos sedebimus.

Liberum arbitriū. *Gratia enim seruati estis per fidem.* Commemoratis ijs quæ dei sunt, nempe quod gratia seruati sumus, intulit etiam quod nostrum est, per fidem, vt ne vastet liberum arbitrium, suamve cuiusque potestatem.

Et hoc non ex nobis, dei enim donum est. Rursus ipsum arbitriū sustulit, inquiens, quoniā

Rom. x. neque fides ex nobis est: nisi enim venisset; ac nisi vocasset, non obedijssemus. Quomodo E enim, inquit, credent, nisi audiāt? Proinde & ipsa fides donum dei est. Vel aliam ad rationē: non fidem dicit donū dei, cæterum per fidem seruari, hoc est donum dei. Esto enim ꝙ fides nostra sit, quomodo potuit ea nos sola seruare, nisi deo placuisset nos suscipere per ipsam? vt ne toti simus ociosi, sed videamur quicquam conferre.

Non ex operibus, ut ne quis glorietur. Non habentes nos opera sepulit, verum proditos sub operibus gratia nos seruauit, vt ex euentu isto tandem nemo gloriari queat. Nam coniunctio (vt) hic non reddit rationem, verum rei euentum denunciat.

Ipsius enim sumus creatura, conditi in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus, ut in ipsis ambulemus. Vt ne si audias nos ex operibus haud esse iustificatos, deses fias circa opera, subijcit, Post fidem iam haud nulla operum est commoditas & necessitas. Conditus es em̄ in christo Iesu, & noua creatura factus es, defuncto vetere homine in baptismate. Ac quemadmodū principio cū non esses, produxit te vt esses, sic etiamnum vt bene esses, te protulit, conditu usq; es non vt ocieris, verum vt operis circumambulesque in bo-

operū necessitas. nis operibus, hoc est omnem ętatis tuæ cursum in hisce perficias, non duos treisve annos sed omnem vitæ tuæ viam. hoc enim indicat per circumambulare. Deus enim præparauit hæc, quocirca non sunt vel differenda vel rejcienda, ceu opere diuinitus destinato. In operibus bonis, non vno nimirum opere, sed omnibus. nam si vnum desit, mutilata est virtus, Grægorius autem theologus, quod dixit, conditi in operibus bonis, non de creatiōe in baptismate ? verum de prima creatione interpretatus est.

Propterea recordamini, quod uos olim gentes in carne, qui dicimini præputium ab ea quæ dicitur circuncisio in carne manufacta, quod eratis in tempore illo sine Christo. Quum dixisset ꝙ F mortuos seruarit, dicturus iam est quibus æquales fecerit & cohæredes, nimirum Israelitis. ingens enim horū erat dignitas & autoritas. Propterea mēentote, inquit, cuiusnā rei; quod conditi sumus in operibus bonis: hoc enim solum sufficit persuadere nobis, vt virtutis rationem habeamus. Recordamini autem dixit, ideo quod fere fieri soleat', vt qui a magna abiectione & vilitate ad fastigium quoddam prouecti sint, priorum ne meminerint quidem rerum, statusve. Quid vero est cuius meminisse debeant? quod abalienati etatis a Christo temporibus prioribus, nunc vero viciniores ipsi facti estis, atq; adeo ei appropinquastis, perinde ac Israel. Hic igitur huius loci scopus est. Animaduerte aūt quam scite dejciat circuncisionem, ostendens sola eam ratione differre a præputio, nō opere. Vos enim gentes, inquit, in carne, non in spiritu: qui dicimini, non estis, perinde qua si dicat, in carne estis inferiores, non in spiritu: & rursus ab ea, quæ dicitur; circuncisione in carne, prælationem & honorem in solis verbis & carne innuens. Præputium igitur nō erat grauis adeo ac execrabilis res, etiamsi diceretur ab ijs qui circuncisionis nomine cristas tollerent. Sine Christo vero esse illud demumvere erat & graue & intollerabile. Quid igitur? monstraturus eos esse participes gloriæ Israelitarum, dignitatem Israel itarum eleuat. Ac reputa tecum in quibus eleuet, in rebus videlicet non perinde necessarijs,

A Non enim res est necessaria circuncisio, sed indifferens ac media. In rebus vero necessarijs vehementer eos attollit, sanctos nominans, Israelitas, atque domesticos dei. circũcisio res media

Abalienati à republica Israelis. Non dixit segregati, sed abalienati, quandoquidem & Israelitæ extra legalem adeoque diuinam vitam erant, sed non tanquam alieni.

Sed tanquam socordes & hospites testamentorum promissionis. Hæc etiam magna separatio est. Non enim dixit attendentes testamentis, sed omnino hospites. At quænam sunt testamenta promissionis? Tibi dabo seminique tuo terram hanc, & quæcunque alia promisit, spiritualiter intellecta. Gen. xv.

Spem non habentes de futuris. Resurrectionis videlicet, & retributionis.

Et athei in mundo. Atqui deos adorabant, qui tamen dij non erant. Adiecit autem, in mundo, vt ostendat quod non solum in cœlestibus imminuebantur, inferioresque Hebræis erãt, verumetiam in rebus super terram celebribus. Siquidem Israelitę propter cultum dei celeberrimi & clarissimi fuerunt.

Nunc uero in Christo Iesu, uos, qui olim eratis longe, prope facti estis in sanguine Christi. Lõge eramus ab deo, non loco, sed voluntate & cõuersatione seu vita. Nunc aũt coniuncti sumus ipsa quidẽ republica & vita, nihil em̃ attulimus ex operibus, sed in Christo Iesu & sanguine ei⁹. Nã ipse sanguine suo pro nobis effuso, seque ipso pro nobis tradito, liberauit nos a captiuitate, quæ nos remouebat ab ipso. Prope facti sumus, sic potes etiam intelligere, quod procul eramus ab Israelitis, iam vero nos ipsis plane commigrasse.

B *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum.* Ante incarnationem ingens erat inimicitia inter circuncisionem & præputium, nunc autem pacem adepti sum⁹, vt non facti per fidem. Non porro enim circuncisione & præputio signamur, sed idem vnumque nobis signum est, fides ipsa. Fingamus duos esse, alterum seruum, alterum filium adoptatitiũ, atque ambos eadem ratione impegisse aduersus dominum, adeoque deliquisse, hũc quia digna abdicatione commiserit, illum quia factus sit transfuga: deinde vtrique constituantur hæredes, efficianturque gneſij, id est genuini filij. En ad eundem honorẽ perducti sunt duoque isti vnum sunt facti. Hunc ad modum gentes & Israelitæ, hæ quidem vt serui; illi vero Israelitæ vt filij impegerunt. Quid igitur ceu rem preciosam & præclaram, participationem cum Israelitis ad nos homines retulisti, ac iam denuo refers? Nę ideo, inquit quod necessum sit illam cum Iudæis adæquationem fide comprehendere, hanc vero qua per Christũ pacẽ aliaque bona habemus, & fide & operibus exhibere. Neque hoc adserit, ꝙ nos ad generis illorum claritudinẽ perduxerit, sed quod & illos & nos prouexerit potius ad maiora. Veruntamen maior est ipsius ergo nos beneficentia. Illis promisit quidẽ, nobis autem nihil promisit, sed procul aberramus, vt iam antea submonstratum. Gen. xv. Exodi. iij.

Ac medium obturationis parietem soluens, inimicitiam in carne sua. Interpretatur quid sit medius paries obstructionis vel sepis, inimicitia videlicet gentium & Iudæorum aduersus deum, quæ ex nostris nascebatur delictis, vt & propheta dicit: Nunquid peccata vestra faciunt interstitium inter vos & me? Medium igitur istum parietem, inimicitiam dico, dissoluit ac diremit propria carne sua. Qua isthuc via? statuens in eam inimicitiã quatenus vniuit eam & adnexuit deitati, perspicuum est quod reconciliationem fecerit, complicatis coagmentatisque duabus naturis: præsertim vero eo nomine, quod expers peccati apparuerit, vniuersamque legem impleuerit, inimicitiam diluit. Lex enim sepes & munitio erat, veluti ad munimentum sancita, vt obfirmaret. Non seruata autem, ostendit medium parietem, peccatum, quo factum est vt non essemus intra vallum & munitionem, sed a deo potius dissiparemur. Esaię. lix.

C

Legem mandatorum in decretis abolens. Ne quisquam obijciat, Quid commodat nos a priori legis transgressione liberatos, si rursus eam seruare adigimur? subdit, soluit ipsam. Cũ enim hanc dedisset nobis ad munitionem, quia non custodiuimus eam, debebat nos punire: atqui legem is plane dissoluit & abrogauit, æque ac si quis puerum pædagogo tradat atque hunc, si non obediat, a pædagogo quoque liberet. Legem autem mandatorum ait, tanquam de vita & moribus disputantem: dogmata vero seu decreta fidem, vt quæ per dogmata consistat, perinde quasi dicat, Pro vita fidem introduxit, Non enim ex mandatis iustificati sumus, hæc & hæc facere præcipientibus, verum si credideris in corde, & cõfessus fueris spiritu, seruaberis æternum. Vel dogmata, certa illa mandata dei appellat; Ego dico vobis, ne omnino iuretis. &, Ne irascamini, & id genus alia. Rom. x. Matth. v.

Vt duos condat in seipso, in unum nouum hominem. Non ex Græco Iudæum fecit, sed ambos ad meliorem statum reduxit. Non dixit autem permutet, sed creet cõdatque, vt per

spicuum videatur quod dixit,& quod a naturalibus rebus deinceps non sit necessum re D
silire. In seipso, pro per seipsum est. Non enim alij cuipiam hoc iniunxit, sed ipse per seipsum & Iudæum & gentilem conflans, vnum protulit nouum & admirandum. Vel quod ipse primum exhibuerit formulam nobis & exemplar, visusque sit ille primus id, quod illos fecit: vel quia medius vtrisque factus,& hinc Iudæum continens, illinc vero græcum commiscens illos ac temperans, ac omne quod alienum erat, exterminans obliteransque, refinxerit diuinitus per ignem & aquam. In humana igitur natura quam assumpsit, quæ communis est cum Græco tum Iudæo,& pro vtriusque salute assumpta, in hac inquam ab oĩ corruptione & vetustate ex peccatis cõtracta, alienata cõdidit duos in vnũ nouũ hominem a senio peccati atque dementia liberatum. Non enim propres porro formis & hic & ille signantur, sed vnius hominis secundum Christum formati speciea, adeoque formę vtrosque signant. Propius enim attinges quod dicitur, si intellexeris angularem summũ lapidem, hos autem duos, parietes in hoc conditos.

Faciens pacem. Inter illos mutuo. Siquidem Iudæus tum gentili copulatur, quando fidelis fuerit, maxime vero in ijs quæ ad deum attinent, quod & magis proprium, vt deinceps patefiet.

Et reconcilians ambos in uno corpore deo per crucem. Non dixit conciliet, sed reconciliet, ostendens quod & olim per legem conciliabatur ad deum humana natura: deinde per transgressionem magis inimica facta indiguit conciliatione rursus ad deum, quæ veluti E
perfecta merito appellatur reconciliatio. In vno autem corpore, id est, suo. Quę enim no
Exo.xix. bis debebatur pœna, ipse sustinuit in corpore suo per crucem, ꝙ & supra dixit, in carne;
xxi. & 24 ac rursus duos condet in seipso. Nonnulli, ꝙ ait in vno corpore, sic intellexerunt pro eo quod est, vnum corpus factos vtrosque, cuius ipse est caput, conciliauit deo.

Occidens inimicitiam in ipso. Non dixit soluens, verum quod est expressius, occidẽs, vt non porro eam excitet. Quomodo igitur rursus resurgit inimicitia? Illa quidem nunquã resurgit, sed aliam progeneramus nos denuo peccantes. Quod ait in ipso, vel ad crucẽ referendum est, vel ad corpus ipsius. Etenim inimicitiam in cruce etiam occidit,& in proprio corpore, in quo & crucem recepit.

Ac ueniens annunciauit pacem nobis qui longe eramus, & ijs qui prope. Non aliũ misit, sed ipse venit serui ac ministri forma accepta, prędicauitꝙ pacẽ ad deũ videlicet illis qui lõge erãt gentibus,& ijs qui prope erant Iudæis hi enim deo familiariores putabantur. Dixit eñ Christus, Pax relinquitur vobis:&, Confidite, ego vici mundũ:&, Pater vos amat.&, Omnia quęcunque petieritis, accipietis. Hæc enim omnia pacis signa sunt.

Quia per ipsum habemus accessum ambo uno in spiritu ad patrem. Iram soluit per propriam
Iohã.xiiij mortem, deinceps autem amabiles fecit spiritu, hoc est, per spiritum gratos nos faciens
& xvi. vna gratia. Non enim illos vt viciniores, maiori, nos vero vt remotiores, minori donauit: sed in vno spiritu vtrisque vnam gratiam dedit, sicque ad patrem attulit. Vel (in) præpositionem pro (per) accepit, vt sit sententia huiusmodi: per ipsum adducti sumus ad patrem,& per spiritum.

Igitur non estis porro hospites & aduenæ, sed conciues sanctorũ. Quia filius manet in sempiternũ, consecuturi supernã cœlestem ciuitatem, hospites & aduenæ sunt. Vos aũt tales nũc non estis, verum conciues sanctorum, non simpliciter Iudæorum, cæterum sanctorum illorum patriarcharum,& prophetarum, ac in eandem vrbem accensi conscriptique sum⁹, quę in cœlis est, quæ perseuerat, quam illi etiam desiderabant. F

Ac domestici dei. Quod illi per multos labores vix obtinuerunt, nos per gratiam inuenimus, deo dediti, ac domestici facti Ecce spes vocationis: talibus enim spebus vocati sumus, vt talia etiam recipiamus.

Roma.xi. *Superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum.* Eximiam coniunctionẽ & coadunationem gentium ad prophetas & apostolos significare volens, superædificati, inquit, perinde ac si dicere vellet, fundamentum positi sunt prophetę & apostoli, vos reliquam structuram replestis, vt omnes vos efficiamini vnum templum dei. Quale autẽ est super prophetas & patriarchas ædificari? quod alibi insitionem dicit. Primos autem apostolos posuit, etiamsi sint tempore nouissimi.

Christiva *Qui est summus angularis lapis ipse Christus Iesus.* Qui omnia continet, est Christus. Ipriç appel se enim summus angularis lapis & parietes continet & fundamenta. Animaduerte hic ꝙ lationes. nonnunquã ipsum in supernis cingere vniuersum dicat: hic vero & caput ipsum vocet nõ nũquã aũt & infra, vt in summo angulari lapide: alibi aũt & fundamẽtũ ipsum vocat.

In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino. In summo angula
A ri lapide, Christo nimirum, omnis ædificatio, id est, omnes fideles constructi & vniti, con-
genitæ adeoque connaturaliter & indiuulse, crescunt & replentur, vt fiant templum dei.
Habitabo enim, inquit, in ipsis. Communiter autem ecclesia, hoc est, collectio omnium fi-
delium, dicitur templum dei, & vnusquisque priuatim. In domino autem dixit, pro per
gratiam domini, non per nostros labores. Quum autem dicit constructi, ostendit quod Leuiti.
nõ licet aliter cõponi nos in templum dei, nisi & vitam viuamus quæ respondeat ipsi sum Ecclesia,
mo angulari lapidi. tẽplũ dei.

In quo & vos coædificamini in habitaculum dei in spiritu. Vniuersi quidem fideles in hoc
coædificantur, ac vos Ephesi, vt sitis habitaculum dei in spiritu, hoc est, per spiritus au
xilium: vel vt sensibili structuræ apponeret, dixit in spiritu, perinde ac si dicat, habitacu
lum Christi spirituale. Proinde ad secundum vsque aduentum hæc ædificatio fit per
vndique credentes.

CAPVT III.



Vius rei gratia ego Paulus vinctus in Christo Iesu pro vobis gẽtibus,
Quum hactenus Christi erga nos curam indicasset, deinceps
qua erga Christum ipse solicitudine & affectu tãgatur, osten
dit. Quia, inquit, dominus meus talia exhibuit, necesse est &
me pro viribus quicquam afferre. vinctus igitur sum pro uo
B bis. Si igitur ille crucifixus est, ego sane pro vobis vinct⁹ de
tineor. Dicens aũt pro vobis gẽtibus, hoc indicauit, quod nõ
solũ vos non execramur, verũ etiam vincimur propter vos. &
Christi vinctos nos ipsos nominam⁹, gloriæ id nobis ducẽtes. Actu. ix.

*Si quidem audiuistis dispensationem gratiæ quæ data est mihi er
ga vos.* Vaticinium indicat dei ad Ananiam: Vas electionis mihi ille est, vt portet
nomen meum coram gentibus. Reuelationẽ quoq; mysterij, quod ab hominibus non didi
cerit, illud gratię dispensationẽ vocat. Sic enim, inquit, distribuit gratia dei, vt e supernis Galat. i.
vocarer ergo, vtq; accenderet lumine suo me inobedientẽ, vt sic tandem persuaderet. Ad
vos autẽ, inquit, data est mihi gratia. Ipse nanque dixit mihi, Ad gentes longinquas emĩ Act. xxij
dabo te. Proinde gratiæ hoc totum est, & nihil ego mearum virium attuli.

Quoniam secundum reuelationem patefecit mihi mysterium. Ecce, gratiæ opus est mysterij
reuelatio. Mysterium est enim reuera, gentes ad maiorem Iudæorum honorem traduce Gẽtiũ vo
re a summa vilitate. catio, my

Quemadmodum præscripsi in modico. De quibus supra locutus est, dicit quod vocatæ steriũ est.
sint gentes quæ longe erant, quodque ædificati sunt supra patriarchas, & quæcunque
sunt huiusmodi. In modico autem, pro paucis dixit.

Ad quod potestis legentes intelligere intellectum meum in mysterio Christi. Scripsi, inquit;
non quantum oportebat, sed secundum vires vestras, & captum vestrum. Ex quibus po
testis intelligere intellectum meum qui mihi est in mysterio Christi, nimirum quod sedet
a dextris, quod nos secum simul transtulerit in cœlum, quod in seipso condiderit omnes
C in vnũ nouũ hominẽ, & quæcunq; alia ad mysterium pertinent. Agnosceris igitur digni
tatem intelligentiæ meæ, quandoquidem tanta patefecerit mihi deus. Et quia hoc magni
honoris sit, audi. Non fecit sic, inquit, omni genti, quoniam iustificationes & iudicia sua Psal. 147.
manifestauit Israeli.

*Quod in alijs generationibus non est patefactum filijs hominum, quemadmodum nunc reuelatum
est sanctis eius apostolis atque prophetis in spiritu.* Quid igitur? Non norant prophetæ?
Ecqui Christus inquit, Moses & prophetæ de me scripserunt: scrutamini scripturas, illæ
nanque sunt quæ testimonium perhibent de me? Primum quidem hoc nunc Paulus ait, Iohan. v.
quod omnibus hominibus non fuerit reuelatum: adiecit enim quod in alijs generationi-
bus non est patefactum filijs hominum, & quod ad hunc modum ne prophetis quidẽ co-
gnitum fuerit æque ac nunc per res ipsas patefactum est & apostolis, & noui testamenti
vatibus per spiritum sanctum. Nisi enim spiritus paracletus docuisset Petrum, Cornelius Actu. x.
qui ex gentibus erat, cũ suis non suscepisset. Obserua autẽ q̄ de circuncisione, nihil de gẽ
tibus vero reuelationẽ faciat spiritus, res enim ardua erat & magna, gentes execratas ad
Euangelium admitti. Veteres itaque adeo exacte mysterium hoc non nouerunt quando
quidem & Petrus, tantus apostolus, hac de re spiritus sancti institutione indiguerit.

Vt essent gentes cohæredes, & concorpores, & cõparticipes promissionis eius in Christo per Euan

gelium. Hoc est mysterium, vt gentes sint cohæredes promissionis Israeli factæ, si- D
Exo.xvi. mulque participes. Erant enim socij adeoque participes promissionis Israelitæ, ceu gens sancta. fuerunt autem coniuncti ipsis, partemque habuerunt cum ipsis, qui ex gentibus venere interim, immũdi etiam. At qua ratione? in Christo, hoc est, per fidem in Christum; quæ per Euãgelium ipsis obtigit. Nec satis fuit apostolo dicere cohæredes simulque participes, verum vt indicet magnam propinquitatem vnitionemque, concorpores etiam affirmauit. Vnum enim corpus sunt gentes cum Israelitis sanctis, vni capiti Christo agglutinatum, eoque contentum.

Cuius factus sum minister per donum gratiæ dei, quod datum est mihi secundum operationem potentiæ eius. Euangelij factus sum minister, & vinctus sum ipsius gratia, verum non meum opus est isthuc, sed donum est diuinæ gratiæ, quæ data est mihi, non simpliciter; neque exigua mensura, sed potenter: & non viliter neque parua ratione, cęterum large & honorifice, ac tanquam iam operetur potens Deus. Vel quando donauit mihi Deus hoc ministerium, largitus est pariter mihi potẽtiam. nam non satis fuisset autoritas, nisi ad
In euãgelij ministerio tria pręstanda. iecta esset virtus & potentia. Tria nanque oportet nos adferre & contribuere ad ministerium, animam periculorum amantem, sapientiam & intellectum, vitamque inculpatam. Deum autem virtutem dare, per quam hæc omnia efficacia sint.

Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia hæc. Quia verba facturus est de gratiæ dei amplitudine, vide quãta modestia de se ipse loquatur. Post enim tot a sese res strenue E transactas, post tot tantasque virtutes, seipsum minimum appellat, non apostolorũ, sed omnium prorsus sanctorum, hoc est fidelium. Hoc autem maius est, quod ad modestię rationem, illo: Non sum dignus vocari apostolus.

Vt euangelizem in gentibus inscrutabiles diuitias Christi. Qualis gratia data est mihi? vt in gentibus prædicem Euangelium alij enim circuncisioni, ipse vero gentibus Euangelium
1 Cor.xv. annunciabat. Proinde gratię opus erat, vt minori maiora crederentur. Quum enim ipsi iniunctũ esset vt inferiores & peiores ad Christum cõuerteret, per hoc ipsum magnus efficitur, qui paruus videbatur, gratiæ sane id opus est. Si igitur imperuestigabiles sunt diuitię ipsius postquam nobis illuxit, quantò potius essentia eius est imperscrutabilis,
Ro.xij. Quõ igitur Eunomius se Christi naturam & essentiam comprehendere iactabat?

Vtque illuminem omnes quæ sit dispensatio mysterij abditi à seculis in deo. Quod gẽtes quidem vocandæ erant, nouerant ex æquo cum prophetæ, tum angeli: quod vero ad tanta bona, vt Christus eas ad thronum dei collocaret, quis quæso hoc expectasset? Eam ob rẽ mysterium hoc vocat in deo absconditum ante secula, hoc est, a supernis & a principio: nõ enim recens est hęc dispensatio, & ipsi soli cognita.

Qui omnia condidit per Iesum Christum. Pulchre creationis meminit. Qui omnia inquit, condidit per Christum (sine ipso enim factum est nihil; vt Iohannes, inquit) & hoc per
Iohan. 1. ipsum reuelat.

Vt patefiat nunc principatibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam varia admodum sapientia Dei. Neque superiores principatus & potestates, neque inferiores norant mysterium gloriæ gentium. Etenim angeli & archangeli hoc tantummodo compertum habe F bant, quod Israel esset pars domini, adeoque populus ipsius. Gabriel porro hoc tantum
Matth. 1. norat, quod seruaturus esset populum suum a peccatis suis. Quod autem & qui ex gentibus sunt, tantum honorem consequantur, norunt & supernæ potentiæ atque virtutes, & infernæ, per ecclesiam, hoc est per beneficia quæ nobis sunt collata. beneficia enim quibus diuinitus perfusi sumus, doctores fuerunt eis sapientiæ dei. Non simpliciter ait variam eam dicit, sed πολυποίκιλον, id est multis nominibus variam, omnibus artibus claram, pręciosam & incomprehensibilem intellectu, vim eius intelligens. Gregorius autem Nyssæus, Ante incarnationem, inquit, simplicem norant cœlestes virtutes sapientiam dei, nempe quod omnia sola sua voluntate condiderit, deprehendebantque eũ esse potentem, quodque omnia conseruaret sapienti gubernatione: ac sapientem curatorẽ qui prospiceret rebus, agnoscebant, nihilque in his varium est, hoc est vt aliud quidem esset, aliud vero efficeret. Incarnato autem verbo dei, per contraria, contraria sunt transacta per mortem vita, per imbecillitatem potentia, per contumeliam gloria, per omnia vilia & abiecta, deo digna & præclara. Hanc ad rationem multiuaria multisque nominib' eximia eius sapientia cognita est, & potentia dei cœlestibus etiamnum virtutibus. Quando enim nos didicimus, tum & illæ per nos agnouerunt, ac videntes quantis bonis ecclesia sit donata, per ipsam etiam ad cognitionem sunt perductæ.

A *Iuxta prædestinationem seculorum quam fecit in Christo Iesu domino nostro.* Iamnunc quidē cognita est sapientia eorum quæ nobis obtigerunt, verumenīuero iam olim ante conditū mundum erant decreta, secundum propositum uel prædestinationem seculorum futurorum. Norat enim deus quæ uentura essent, & sic prædefiniuit atque decreuit. Quod ait, quam fecit in Christo Iesu, intelligitur dei sapientia siue dispensatione quā fecit pater per filium. Chrysostomus aūt (quæ) legens, quæ fecit, inquit, secula deus per filium.

In quo habemus libertatem loquendi, & accessum in confidentia per fidem eius. Quod per christum omnia facta sint, hinc est perspicuum, quod ipse est qui adducat nos. Atqui non vt captiui adducti sumus, neque quod peccauimus, sed libertatem habem⁹, neque eā simplicem, sed cum confidentia & fiducia & audacia. Vndenam hæc nobis bona? per fidem, inquit: hæc enim solutis peccatis libertatem nobis & fiduciam imposuit.

Fides fiduciā nobis parit.

Propter hoc peto, ut non deficiatis in afflictionibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra. Propter hoc, inquit, quale hoc? quod ingens sit mysterium vocationis vestrę, & quod magna mihi credita sunt vt prædicem vobis, ac necesse est me vinctum esse, & affligi ab ijs qui non intelligunt mysterium hoc sed ei contradicunt: rogo vos vt ne deficiatis, hoc est, turbemini tumultueminive, ceu res quæpiam indigna factu sit in gloriam enim hoc vestram potius cedit. Nam sic nobiscum egit deus, vt nedum filium suum pro nobis daret; verumetiam nos seruos suos, vestræ commoditatis gratia in pericula & vincula conijceret. Quod si meæ afflictiones gloria vestra est, quanto potius per vestras glorificabimi-
B ni? Quare neque quando ipsi affligamini, deficiatis.

Rom. viij
Iohan. iij.

Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo superque terram nominatur. Postquam adeo dilecti estis, & incomprehensibilia sunt bona quę nacti estis & nascimini. Oro, inquit, vt detur vobis gratia commemorantis in vobis Christi, vt comprehendatis ea, sciatisque quantum dilecti sitis. Precationem autem vehementem & ardentem cum compunctione significauit quum dicit, flecto genua mea. Ex superno autem patre omnis est, inquit, paternitas, super terram quidem generationes & familias nominans πατριὰς, a patrum nomine sic appellatas, in cælis autem, quia isthic nemo ex quopiam nascitur, familias ipsos ordines & choros dicit, hoc est, cum superiores tum inferiores ipse familias tribusque fecit, & ab ipso sunt qui nominantur patres.

Vt det uobis secundum diuitias gloriæ suæ, in uirtute confortari per spiritum suum in interiorem hominem, ut habitet Christus per fidem in cordibus uestris. in dilectione enim radices egistis, & fundati estis. Ecquid oro pro vobis? vt det vobis ceu diues & glorificari volens, roborari ad tentationes, vt ne turbemini ob hisce, ac transferamini alio. Porro non content⁹ dicere roborari, adiecit, in potentia, abunde enim & largiter imprecatur eis bona. Quomodo autem confortantur? per spiritum eius. ipse nanque est qui robur præbet, ęque ac Esaias spiritum roboris dicit. Et non solum vt confortemini, verumetiam quod mai⁹ est & abundantius, vt Christus immoretur interiorem hominem vestrum, hoc est, in cordibus vestris, non superficie tenus, sed in profundo. Quanam ratione? per fidem in cordibus
C vestris, non superficię tenus, sed in profundo. Quanam ratione? per fidem in cordibus fidelium habitat Christus, cum patre veniens, & mansionem in illis faciens, quemadmodum prædixit. Hæc autem adsequemini, vbi radicem egeritis in dilectione eius, si nec transferamini, nec turbemini. Duo itaque eis diuinitus dari precatur, & confortari per spiritum, & Christum commorari in cordibus ipsorum: vel vt confortemini, inquit, & idonei efficiamini vt Christus habitet in interiore homine vestro.

Esa. xi.

Vt ualeatis cōprehēdere cū oībus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo & profunditas, & altitudo. Quod principio precatus est, vt detur eis spiritus sapientiæ & intellectus & reuelatiōis, vt sciant quæ sit spes vocationis, & id genus alia: idem & nunc ait, Vt possitis inquit cōprehendere cum omnibus fidelibus mysterium pro nobis dispensatū, quod adeo magnū est, vt vndique & in omnes sit extensum partes. Vnde & corporalibus ipsum subscripsit figuris, comprehendens cum superna, tum inferna atque obliqua. Dixit quidem & ego de hisce verum enim non possunt hæc per meos sermones satis commodeque disci, sed per spiritum sanctum, nec poteritis hæc comprehendere, nisi confortemini per spiritum. Est enim multo robore opus, ac nisi inhabitet in vobis Christus, nihil efficere poterimus. Gregorius autem Nyssęus per latitudinem, longitudinem, profunditatē, & altitudinem, crucem dicit intelligi. precari igitur Apostolum Ephesijs, vt possint comprehendere crucis mysterium. Vniuersa enim dispensatio in hoc continetur, atque in hac ipsa omnium ma-

Gregor. Nyssęus.

me tremendum est crux, ex qua charitas dei maxime demonstratur, quemadmodum & D
Iohan. xv dominus dicit. Propterea & Paulus de dilectione infert.

Ac sciatis excellentem cognitionis dilectionem Christi. Vt possitis, inquit nouisse dilectionem Christi, quæ excellit omnem cognitionem. Quomodo igitur nos agnoscemus? Primum quidem charitatem dixit excedere cognitionem, humanam videlicet. Vos autē nec per humanam quidem cognitionem, sed per spiritū cognoscetis hanc. Deinde neque hoc dixit, quod agnituri sint quanta sit, sed hoc ipsum, quod magna sit, quippe quæ exuperet omnem sciētiam & cognitionem. Hoc precor, inquit, vos a spiritu discere. Ecquis hoc ignorat omnes, & qui ægro animo accipiunt quæ in singulos dies fiunt, & qui Mammonam deo præferunt. Nam si hanc dilectionem nouissemus, non aduersus prouidentiam iam murmuraremus, neque in præsentia defigeremus oculos, ab deo deficientes qui adeo nos dilexit. Obserua autem si charitas excelit omnem cognitionem; quanto potius ipsa Christi essentia?

Vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Bifariam nonnulli hoc intellexerunt. Vt sciatis, inquit, vel quod in patre & filio & spiritu sancto adoretur nobis deus, hæc enim plenitudo est ipse ternarius: vel vt sitis impleti, inquit, omni virtute, qua plenus est deus. Rectius autem opinor sic intelligi, vt sitis perfecti in omni diuina perfectione, omnia diuina cognoscentes, quatenus licet.

Ei autem qui potest super omnia facere abundantius & copiosius quam petimus aut intelligimus E *secundum potentiam quæ operatur in nobis, ipsi sit gloria in ecclesia in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculorum. Amen.* Ego quidem precor, inquit, & orationem meam ad deum fundo: ipse autem & meis orationibus maiora efficiet. Potest enim non solum omnia quæ quisquam orat, sed super omnia facere supra & ex abundanti, hoc est splendide & largiter. Duos autem hic excessus ponit, super omnia, & ex abundanti excellēter. Potest enī quis plura facere quam petimus, non iam ex superabundanti excellentia, quod est largiter, & cum liberalitate, verū deus vtraque potest, quemadmodum & tam etiam potuit; ac destruxit in nobis magna & eximia adeoque fatalia, hostes suos, gentes; in filios adoptans. Proinde ex iis quæ iam circa nos peracta sunt, perspicuum est quod dixi. Merito autem celebratione dei claudit sermonem hunc, glorificans benefactorem, simul vt & hoc ostendat magnitudinem eorum quæ nobis obtigerunt. Non enim admiraretur, nisi talia dedisset, quæ ad miraculum & gloriam permoueant. Non simpliciter autem dixit, ipsi gloria: sed per Iesum Christum. Reuera enim nemo potest ne glorificare quidem, nisi in dei virtute. ipse enim est qui ad laudem dei nos amabiles reddit & acceptos, ac docet quomodo oporteat isthuc nos facere. In ecclesia enim est gloria dei, ac recte quidem, siquidem
Mat. xvi ipsa perseuerat assiduo, & portæ inferi non præualebunt aduersus ipsam, itaque laus & præconium eius æternum.

CAPVT IIII.



Dhortor itaque uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis secundum uocationem qua uocati estis. Non oportet autoritatem atque adeo dominatū exercere præceptorem in discipulos, sed F seruire eis pro salute ipsorum: propterea & Paulus tanquam seruus adhortatur & obsecrat. Proponit autem & vincula ad supplicationem, vinctus enim in domino, hoc est, non ob prauum aliquod opus, sed propter dominum. veremini igitur vincula quæ dei causa patior. Quid autem adhortor? nō pro me ipso certe, sed pro vobis, vt ambuletis digne vocatione. ad magna enim vocati estis, vt simul consideatis cum Christo, & simul conregnetis, nec oportet vos defœdare dignitatē vestram per opera Christo indigna. Ab instituendi autem ratione ad mores transit, orationem ita suam dulcem faciens.

Præceptor discipulis seruiat.

Cum omni humilitate. Quomodo digne liceat vocatione ambulare, indicat, nempe si humilis & vilis in oculis sis tuis. Cogitabis enim in animo omnino, quis sis, & quantis bonis sis donatus, ac demittes te, dabisque operam vt sit tibi curæ benefactor, præsertim quum omnis virtutis isthuc sit fundamentum. Hinc & dominus beatitudines hinc orsus est, beatos eos prædicans qui sint pauperes spiritu, humiles videlicet. Cum omni autem, inquit, humilitate, non ea solūmodo quę sit in verbis, sed & quę sit in operibus, & in habitu, & sonitu, locutioneq; nec ea ratiōe, vt erga hūc te humilē exhibeas, erga illū vero minime, sed siue paruus fuerit siue magnus, tuā illis semper humilitatem & candorem ostendes.

Beati pauperes spū humiles.

Et mansuetudine & longanimitate. Potest enim aliquis esse humilis, & interim tamen
A concitatus & iracundus: at ea humilitas nihil prodest.

Sustinentes uos mutuo in dilectione. Quę sit mansuetudinis & longanimitatis commodi tas, docet nempe vt alter alterum toleret. Ne autem quis dicat, Quomodo sufferam proximum iracundum & iniurium? modum subdit quo isthuc fieri possit, nempe per dilectionem. si enim charitatem habeamus, tolerabimus alter alterum.

Dantes operam, ut seruetis mandatum spiritus in connexione pacis. Quemadmodum in corpore spiritus est, qui omnia continet & vnit, etiamsi diuersa fuerint membra: hūc ad modum in fidelibus spiritus sanctus est, qui vnit & coniūgit omneis, etiamsi diuersa habuerimus & genus & mores & studia, atque per hunc sanctum spiritum vnum corpus efficimur. Laboremus itaque hanc vnitatem conseruare per pacem, quæ est inter nos mutuo. Nisi enim connexio dilectionis inter nos fuerit, & paci mutuæ studuerimus, vnitatē istā & coniunctionem amittimus, quam spiritus nobis dedit: quemadmodum si dissidium fiat inter manum & pedem aduersum reliquum corpus, impediantur que a coagmentatione & connexu erga reliqua membra, non porro deinceps ab vno spiritu continentur. Multa igitur sedulitate opus est, nec sine defatigatione ac labore poterimus pacem habere, connectentes nos inter nos, vt si huc vnus feratur, alter simul feratur. Si enim huiusmodi sumus, connexi sumus, nec alter alterum in seruitutem redigat vel proculcet, sub vno hoc pacto spiritu erimus.

B *Vnū corpus, & unus spiritus*. Non simpliciter charitatem inquirit Paulus, sed eam quæ oēs vnū corpus faciat, propter exactam & firmam inter nos mutuo coniunctionē & vnionē, vt mēbra inter sese compatianrur, & simul congaudeant, vnū spiritum pariter habentia. Pulchre sane hoc dixit, ostendēs quod si vnū corpus sit, vnus etiā spiritus erunt. Vel quod hoc possit quidem vnum esse corpus, sed non vnus spiritus, quemadmodū si quis hæreticorum amicus sit, dogmatibus eorum non consentiens. Vel quia vnum spiritū per fidem accipientes, debetis esse concordes. Vel spiritum, æqualem promptitudinem dicit, & conspirationem, perinde ac si diceret, vnum corpus, & vna anima.

Quemadmodum uocati estis in una spe uocationis uestræ. Deus, inquit, ad eadem vos vocauit, omnibusque vitam donauit, omniumque ex ęquo factus est caput omnes simul excitauit secum, & ad superna secum transtulit; ac simpliciter eodem honore omnes adsumpsit, eadem hinc omnes speramus. Debetis igitur vnum esse, secundum charitatis etiā cōiunctionem. In cælis enim æquales sumus, etiamsi in terra differre videamur.

Vnus dominus, una fides, unum baptisma. Nunquid enim tu maiorem habes dominum, ille vero minorem? nunquid tu ex fide, ille vero ex operibus seruatus est? num tu ex baptismate liber factus es, ille vero non item? Vnus enim deus & pater omnium. [redacted]

Qui super omnia, & per omnia, & in omnibus uobis. Hoc est, qui supra omnia, & per omnia prouidētia gubernationeq; sua cōmeat, & in omnibus vobis habitat. Obserua quod hæretici præpositionē (per) tribuunt filio, (in) vero patri, tanquam immunitionem adferae. Iam uero vtræque inuentę sunt patri appositæ, non igitur immunitionis sunt.

C *Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram doni Christi*. Si omnia, vt dicis, sunt communia, vnde ille & iste minus habent donum? hoc enim ipsos perinde ac Corinthios & alios plerosque ad inuidiam perduxit. Diluens igitur hoc, inquit. Vnicuique vestrum data est gratia & donum, quemadmodum partitus est qui dedit. Proīde quia donum est, dilige omnino quod accepisti, nunquid enim tanquam debitum tibi datum est? 1.Cor. xij.
Et quoniam mensuram tibi Deus præfiniuit, ne sis curiosus. Deus enim mensuram distribuit, & omnino commode id fecit. Necessaria igitur, & citra quæ non possis Christianus esse, communia sunt. Sin quisquam alius excellentius donum habeat, ne tibi isthuc doleat: quandoquidem & labor illius maior est, perinde ac in procursu dicet. Non dixit aurē iuxta mensuram cuiuslibet fidei, vt ne ad mœrorem conijciat eos quibus minora sunt collata charismata, cęterum voluntati dantis mensuram acceptam retulit, eiusque arbitratu reliquit, tanquā ne audeant quidem omnino hic obstrepere verbis quicquam.

Quapropter dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, deditque dona mortalibus. Quod dona ipse dederit, planum est ex eo quod propheta dicit, dedit dona hominibus. Psalmus
Atqui propheta, Accepisti, inquit, dona: quod idem est. Nam qui nominibus dat charismata, ab ijs accipit ministerijs: qui vero charisma accipit, vt operetur & laboret, accipit. lxvij.
Quocirca precium est operæ, ne ociosi simus. In summitatem autem ascendit vel crucis, vel cæli per assumptionem, quod & potius est, velut ex sequentibus liquet, quæ infert.

Qualē aūt captiuitatem dicit? diaboli: captiuū enim cepit Satanam & mortem, & maledi D
ctionem & peccatum, nosq; diabolo subiectos, cōmemorat, iisque iam obnoxios.

Captiuitas capta quæ sit.

Ascendit autem, quid est, nisi quod descenderit etiam primum ad inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est qui & ascendit supra omnes cælos, ut impleret omnia. De humilitate hic disputans Paulus, Christum producit exemplum, sicut in epistola quoque ad Philippenses. Quemadmodum, inquit, ille non recusauit descendere, sic & vos non refugiatis per humilitatem & moderatum spiritum, condescensum. Quo enī descenderit, perspicuū est ex propheta, qui eum ascendisse adserit. De deo enim quum dicitur quod ascenderit, necessarium est primum descensum intelligere: de hominibus autem secus est. Quo autem descendit? ad inferos. Hos enim, infimas terræ partes appellat iuxta communem opinionem & intellectum, quemadmodum & Iacob inquit. Deducentur cani mei cum dolore ad inferos. ac Dauid, Assimilabor descendentibus in lacum. Descendit igitur ad infimas partes, post quas non est aliud quid: & ascendit supra omnia, vltra quæ non sunt alia. nec obstitit ei descensus, quo minus ascenderet. Et vos igitur si humiliemini atque demittamini, exaltamini. Ob hanc enim causam hæc omnia efficit, vt omnia impleat dominatu operationeque sua, idque in carne, quandoquidem diuinitate iam antea cuncta compleret. Hęc autem aduersus Paulum Samosatensem & Nestorium sunt. Qui enim descendit, planum est quod quum in supernis esset, descenderit & incarnatus in terram, & mortuus ad inferos, idemque est & vnus, non alius & alius. E

Philip. ij.
Gen. xlij.
Ps. xxvij.
Luc. xiiij.

Et ipse dedit. Significanter autem dixit, ipse. Qui enim adeo nostri curam gessit, vt & pro nobis non recusarit ne ad infimas quidem terræ partes descendere, nae haud simpliciter distributiones donorum fecit, verum planum est quod sapiens ipse cōmode distribuerit. Quid igitur doles ꝙ nō commode & pro ratione distributio facta sit? Alio autem in loco spiritum dicit dispensare, In quo & vos posuit spiritus sanctus: &, Omnia operatur vnus & idē spiritus. Alias & patri hoc tribuit, vt: Posuit deus in ecclesiā primum quidē apostolos, & quę sequuntur: &, Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Hic autem filium dispensatorem facit vna enim trium est operatio.

Actu. xx
i. Cor. xij.
i. Cor. iij.

Alios quidē apostolos, alios uero prophetas. Primi sunt Apostoli, quādoquidē & prophetias habebant, prophetę autem in nouo testamento apostolatum non habebant.

Alios autem euangelistas. Vel eos qui conscripserunt euangelia, vel qui non vndique circumierint, non omnia peragrauerint, Euangelium tamen prædicantes, quales fuerunt Priscilla & Aquila.

Act. xviij

Alios uero pastores ac doctores. Qui ecclesias instituerunt intelligit, Episcopos, quales erant Timotheus, Titus, & alij. Poteris autem per pastores, seniores & episcopos intelligere: per doctores vero, ipsos etiam diaconos, adeoque ministros. Etenim & illi ordinem habentes expurgandi, per verbum omnino sordes tollunt.

Ad consummationem sanctorum, ad opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi. Vides dignitatem? Vnusquisque, inquit, perficit, consummat, vnusquisque ministrat ad extructionem corporis Christi, siue ecclesiæ. Quid itaque ægre fers ceu minus donum acceperis? Nam & tu ad consummationem sanctorum, hoc est, ad commoditatem fideliū & perfectionem commodas. Caue igitur ne accepto dono vt alios ædifices teipsum, quum alijs inuides, subuertas. Præterea si ad consummationem fidelium alius accepit maius donum cogita quod & maiori ideo labore ac ministerio defatigetur: vnde & maior negligentem in suo charismate culpa manet. Porro qui non ex Satana letale istuc virus prolluat, eaque affectio virulenta prodeat, inuidere te consummanti, & ædificanti corpus Christi? Est enim isthuc hominis plane deo reluctantis. F

Tantisper dum occurremus omnes ad unitatem fidei, & agnitionis filij dei. Interea vsque operari oportet omnes qui dona acceperunt, & ędificare & laborare, donec peruenerimus ad vnitatem & coniunctionem fidei, hoc est, vsque dum demonstremur omnes vnam fidem habentes, neque dogmatibus differre, neque quo ad vitam sectis quibusdam inter nos dissidere. Tum enim vera est fidei vnitas & vnio, tum agnoscimus filium Dei, quando & in doctrina rectam sententiam habuerimus, & charitatis vinculum seruauerimus. Charitas enim Christus est.

In uirum perfectum, in mensuram ætatis impletionis Christi. Virum perfectū & mensurā ætatis, consummationem dogmatū cognitionē dicit, quemadmodū & plenitudinem Christi, omnimodam adeoque perfectam ipsius cognitionem & fidem, quod vnus ex trinitate cū esset, & ęqualis patri, factus sit homo, vna persona in duabus naturis & voluntatibus & ope-

Christi plenitudo.

& operationibus,& cum corpore patri adsidet, eundémque thronum occupat, veniet
A que cum ipso,& quæcunque alia de ipso recte intelliguntur ac dicuntur: Quomodo
igitur alias imperfectam dicit cognitionem nostram? Recte profecto, vt opponatur fu
turæ post fata nostra cognitioni. hic vero cognitionem perfectam dicit, quod facile sit
mortalibus ab honorifico statu atque adeo a virtute excidere. Quando enim a Chri-
sto non exciderimus, tum perfecti sumus, vt ex sequentibus liquet.

Vt ne porro simus infantes, qui fluctuemus & circumagamur omni vento doctrinæ,
Vt ipsam exiguam, inquit, mensuram quam accepimus contineamus firmiter & soli
de, & non infantium instar concutiamur & circũagamur abs quouis doctore. Ad hoc
enim data sunt charismata, vt ędificent atque consumment, vt ne concutiatur ipsa stru
ctura. Quum vero ait, ne porro, indicauit & iam olim eos id esse passos. Seipsum au-
tem etiam connumerat, ne velut obijciens & conuitia dicens, sed cum hilaritate vi-
deatur corrigere. At quum ait fluctuantes, ostendit quali periculo sint ad verã religio
nem perductæ animæ. In tropo autem perseuerans, ventos etiam vocauit diuersas do
ctrinas, minimeque consentientes.

In lusu hominum, in astutia, ad circumuentionem erroris. κυβευταί, id est lusores dicitur,
qui talis adeoque cubis vtuntur. huiusmodi sunt vani doctores, transponentes sim-
pliciores, ceu talos, prout voluerit. Ne igitur, inquit, circũferamur ludo hoc, quõs per
fraudẽ, ad insidias erroris, hoc est, ad quodcunque deceptrix eorũ circunuẽtio volue-
B rit, ad hoc transpositi & circũacti. Ob nihil enĩ aliud vel oĩa fallaciter conantur, & ar-
te quadam machinantur, quam vt seducant. Pulchre autem apposuit hominum. res e-
nim diuinæ adeoque deus ipse cuborum ludum ac deceptionem non admittunt.

Veritatem autem loquentes in dilectione, crescamus in ipsum per oĩa, qui est caput Christus.
Fraudulenti enim & impostores verbis vt tesseris ludentes, omnes notha & falsa lo-
quuntur, neque quicquã in ipsis est vel sanũ vel stabile. Nos aũt veritati studẽtes in
dilectiõe erga deũ & proximũ, neque vana dogmata hñtes, neque in hypocrisi viuen-
tes (hic enĩ videtur & de vita ipsis disputare) crescamus in ipsum per oĩa nostra, vitã
nimirum & doctrinam. Ipsi enim qui caput est, debemus adaptare nostra, vt nihil non
respondens & inconueniens capiti feramus, sed omnia augeamus ad ipsum.

Ex quo omne corpus constructum & compactum, per omnem iuncturam suppeditationis per operationem in mensura uniuscuiuslibet membri, augmentum corporis facit ad ædificationem suiipsius in charitate. Sententia huius loci talis est, etiamsi obscure di-
ctus sit. Quemadmodum in corpore spiritus qui e cerebro descendit per neruos, non Comparatio philo
simpliciter dat omnibus membris sensum, sed secundum proportionem cuique, ei qui sophica.
dem quod plura recipere potest, plura: quod vero minus, minus: sic & Christus in ani
mas nostras quæ sunt membra ipsius, facit suppeditationem charismatum suorum.
Non simpliciter autem, sed pro mensura cuiuslibet membri, hoc est, perinde vt po-
test capere quodlibet, hacque ratione totum corpus ædificationem, & augmẽtum sui-
ipsius facit in dilectione, Alias enim non licet recipere suppeditationem descenden-
C tis desuper spiritus. Vnde enim viuificamur & crescimus, nisi per dilectionem cõnexi
fuerimus, & vniti ceu vnum corpus? Vt enim manus si a corpore auulsa fuerit, nõ por
ro receperit sensibilem spiritũ, tanquam continuitate diducta: sic & nos nisi vniti fue-
rimus, non recipiemus a capite nostro Christo descendentem spiritus gratiam. Pro-
pterea dixit quod corpus etiam constructum & coagmentatum, hoc est, non e simpli-
citer positis membris, verumetiam coniunctis, vt adeo quoduis propriũ locũ habeat,
vt neque luxatum sit, neque præter formam sit collocatum, In nobis igitur est nosip
sos construere, & coagmentare per dilectionẽ: Christi vero capitis nostri, spiritum adle
gare. Totus igitur hic sermo & vniuersum argumentũ est de humilitate, & vnitate seu
coniunctione. Quod vero ait per omnẽ iuncturam, denunciat hoc, quod spiritus a capite
aduectus & suppeditatus, omnia contingat. Corpus igitur crescit & ędificatur per hoc
quod spiritus suppeditatio mẽbra contingat, atque in eis operetur, hoc enim est quod
per operationem membris spiritum communicat.

Hoc igitur dico atque testor in domino, ne porro vos obambuletis perinde ac reliquæ gentes circumambulant in uanitate mentis suæ. Præceptoris est non solum adhor-
tari, verumetiam terrere, per hoc quod deus discipulis etiam astet atque pręsit, æque Præceptor etiã
ac diuus hic Paulus agit. Testor enĩ, inquit vobis in domino, hoc est testem dominum terreat.
facio, quod non occultarim vobis ea quæ dicenda fuerint, Non dixit autem, ne porro

vos circũambuletis quemadmodum circũambulatis, vt ne irritet eos, verum reliquarũ gentium instar, inquit, illarum exemplo illos castigans & erudiens. In vanitate porro D mentis isti circũambulabãt, quippe qui idola colebant, affectibusque suis inseruiebãt, mundi vanitatibus edixi, Quæ ideo vanitas dicuntur, quod nos illis vane vtamur, nõ enim e sui natura vana sunt, valde nanque pulchre sunt condita.

Obtenebrati sententia, abalienati a vita & deo. Lumen quidem lucebat diuinæ cognitionis, puræque vitę, ipsi autem obtenebrarunt seipsos, imbecillem facientes animæ visum & perspicuitatem per caliginem affectuum mundanarumque curarũ. Reuma enim multum & difficiliter curabile, sunt affectus & solicitudines mundi turbantes mentem. Propterea & a vita dei, id est diuina, quę secundum deum est, abalienati sunt sic habentes. Rationalis autem hominis vita est, veritatem intelligere. Ad hanc

Veritas, rationis lumen. qui excæcatus est, haud iniuria non dicitur viuere, eo quod veritas sit substantia & lumen rationis;

Propter ignorantiam quæ est in ipsis propter cæcitatem cordis ipsorum. Si igitur ignorant, quid eos accusas? Ignorãs enim docendus est, non accusandus. Atqui ignorantia, inquit, propter cæcitatem eis accessit, siue propter stupiditatem. stupiditas autem & sensuum veluti carentia, est ex affectu & propensione ad impuram vitam. Proinde digni sunt qui in ius vocentur reprehendanturque. Audi porro reliqua,

Qui desperantes, seipsos tradiderunt impudicitiæ, ad operationem impuritatis totius in circumuentione. Vides ex voluntate atq; proposito hãc eis stupiditatẽ esse? Desperan- E tes. n. inquit, hoc est, segnes facti, nolentes laborare vt inueniant bonũ, oĩ dolore tantũ non vacãtes, ac veluti ad stultitiã redacti, se ipsi tradiderunt impudicitiæ, vt quicquã faciant, vt designent impuritatẽ. hanc enim exercitij continuiq; operis loco posuerũt: nec vnam quidẽ eius speciem, sed omnigenã. Qui igitur non in summũ stuporem venturi erant, qui seipsos oĩ immundiciei tradiderunt? Etenim immunda vita, dogmatũ

Roma. i. quę prauorũ causa est, & oĩs boni ignorantiã parit. Quando igitur alio in loco audiueris quod deus tradiderit eos in reprobã mentem, reminiscere etiam huius loci, atque

Tradere dei, permittere est. cõpingens vtrũque, intellige ꝙ deus dicatur tradere eos qui seipsos tradunt, hoc est, permittere necnõ concedere, qñ quidẽ se dignos hoc permissu fecerunt. Ad hæc quum dicit, in circũuentione, voluntariam eis ruditatẽ, & inscitiam adesse testatur. Licuisset enim eis & pecunijs & voluptatibus moderate frui, illi vero intemperantia electa, in omnibus ad cæcitatem venerunt, & insensibilitatem, & inscientiam cuiusuis boni.

Vos autem non sic didicistis Christum siquidem ipsum audiuistis, & in eo docti estis, quemadmodum est veritas in Iesu, deponere vos secundum priorem conuersationem veterem hominem. Gentes quidem sic se habent, vos autem non sic didicistis Christum, & instituti estis in ipso. Non enim dubitans, cæterum admodũ firmatus atque certus hæc dicit. Nam & hoc est discere Christum, recte viuere: perinde ac qui scelerate viuit,

Tit. i. Christum ignorat. Deum enim, inquit, confitentur nouisse, operibus autem negant. Quod ait, quẽadmodũ, vel ꝙ est veritas, sic intelliges, quod non æque ac gentes in vanitatẽ circũambulabant, sic & vos ad eadẽ vana sitis cõpositi atque cõparati. Nõ enim F

Pctm̃ vanitas est. Christi negociũ, Euangeliũ ipsum, est vanitas, sed veritas & doctrina & vita. Peccatũ autem est vanitas & mendaciũ, vt quod substantia & subiecto careat, nec habeat perfectionem. Virtus aũt veritas est, vt quæ subsistat, & perfectionem finemque habeat: Quid aũt docti estis? & quid veritas secundum Christum? Nimirum, vt abijciamus veterem hominem, hoc est, prioris vitæ conuersationisque nostræ non optimos mores, adeoque præcedentem viuendi rationem peccatis obnoxiam.

Qui corrumpitur secundum concupiscentias deceptionis. Bifariam hoc intelliges, vel quod æque vt cupiditates corrumpuntur, sic & ipse homo, hoc est, ratiocinatio & cogitatio corrumpitur. Quomodo autem cupiditates corrumpuntur? Etenim & morbo & senio pulchritudo marcescit, ac robur virile consimilem ad modum, ac morte tandem simpliciter omnia tolluntur, dissoluunturque. In illa enim die peribunt

Psal. cxlv omnes cogitationes & studia eius. Vel secundum concupiscentias dixit, pro a concupiscentijs. etenim ab his corrumpitur vetus noster homo, quemadmodum lana & ferrum a quibus conficiuntur, ab ijs etiam intereunt. Nam & glorię amor perit, quo ad animam omnino, nonnũquam etiam quo ad corpus: ac voluptates pariter. Belle autem deceptionem, voluptatem ex hisce promanantem dixit. fucus enim est, & mendacium, voluptatis quidem speciem & figuram habens, quũ re ipsa nihil sit, quã amaru

A lentia. Hæc enim est deceptio, aliud videri, aliud vero esse.

Renouamini spiritu mentis uestræ. Vt ne quis existimet alium ab ipso introduci hominem, ait, Innouamini, hoc est, ipsum quod consenuit, resuscitate, & aliud facite. Proinde subiectum quidem idem est, permutatio autem est morum & mentis, At qui fiat ista renouatio? per spiritum sanctum, qui habitat in mente vestra. spiritus enim nõ sustinet priora vestra opera Porro quod ait, est huiusmodi. Renouamini spirituali renouatione in mente vestra, sed non corporali, & in corpora facta.

Et induite nouum hominem. Viden' subiectum idem esse, quod exuitur & induitur? Indumenta autem varia necnon diuersa sunt, vtpote virtus & vitium. Vt enim exui & indui facile est, sic & vitium & virtus facilia sunt, si velimus. Quur vero hominem appellat vitium, & eundem virtutem? quoniam ex his non minus formatur homo, quam ex natura. hæc enim indicant hominem, siue bonus siue malus sit. Nouus igitur homo est, qui ex baptismate nouatus est, qui & fortis debet esse, citra rugas, & sanus; hæc enim omnia sunt & iuuenis & noui.

Qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Ille inquit, homo creatus est non secundum cupiditates, sed secundum deum, hoc est, a deo est creatura talis quæ deo placet, in baptismate, non ex aqua, & terra, sed in iustitia & sanctitate: Hęc enim huiusce hominis est substantia. Iustitia igitur virtus est vniuersalis, quemadmodum etiam solemus iustum appellare, qui inculpatæ vitæ est. Quinetiam domi
B nus. Nisi, inquit, exuberet iustitia vestra plusquã Phariseorum. Om̃em eñ virtutem Matth. v
hic dicit. Sanctitas autem, puritas est, atque adeo implere quod a nobis deus exigit. Quemadmodum & in vita defunctis dicimus iusta vel sancta, quando quis quę debẽtur ei, perfecerit, & ἀφωσιωσάμην, hoc est expiationem feci. Quia vero & in veteri testamento iustitia dicebatur, illam huius fuisse figuram affirmat. Ego, inquit, tibi de veritatis & euangelij iustitia loquor. vel respectu & collatione iustitiæ quæ fit in figura & hypocrisi, iustitiam hanc dixit, quæ veritatis est. Creati sumus igitur homo ille i baptismate per iustitiam & sanctitatem. Induite autem ipsum & nunc per vitam & ope
ra. Quando autem audieris induere, vt nunquam deponat intellige, vt in eo loco. In- Psal. cviij
duit maledictionem, tanquam pallium. &, Amictus lumine. Consueuimus etiam dice Psal. ciiij:
re, quidam quendam induit. zach. viij.

Propterea deposito mendacio, loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inter nos membra. Quum generatim veteris hominis mentionem fecisset, deinceps & speciatim per partes eum describit, ac primo mẽdaciũ resecat, quod est alteri⁹ erga alterũ, causasque adducit, quod proximi inter nos simus, & quod mai⁹ est, maiorẽque nobis pudorẽ suffundit, quod alter alterius membra simus, perĩde quasi hoc dicat: Nunquid oculis videns venenatum aliquid, mentitur aduersus pedem; nec conijcit eum in fugam? Sic quum profunda fossa sub culmis ac terra abdita fuerit, quam pes explorarit, nonne mentitur & simulat pes, neque oculo denunciat, vt alio loco conspiciat atque inueniat transitũ? Ac simpliciter in omnibus idem inuenies. Huc
C ad modum & nos non mentiamur neque fallamus alter alterum. membra enim sumus vnius corporis.

Irascimini, & ne peccetis Mendacium primum vetuit, & quia sæpenumero ex men
dacio ira proficiscitur, bonum esse ait omnino non irasci. Postquam autem contigit, ad Psalm. iiij
peccatum tamen ne pręcipitari velitis ex immoderata iræ vsurpatione. Nonnulli ad- Ira sine
seuerant vnam esse iram quę non peccet, vt quæ sit aduersum dæmones, & prauos ani peccato:
mi motus, quam explicat hic nobis diuus Apostolus.

Sol non occidat super exacerbationem uestram. Ne perseueret apud te diutius æquo iracundiæ affectus, ne sol nobis hostibus relictis abeat, nequando videatur indignis vobis præbere lumen, simul etiam, ne quo modo nox vehementius accendat ignem per tristiores cogitationes, insidiasque paret.

Ne detis locum diabolo. Vt inter vos mutuo depugnetis; hoc enim est cedere locum diabolo. Tantisper enim dum vnitate coniuncti fuerimus atque condensati, nihil suorum aduersum nos introducit Satanas; ceu non inueniens locum. At quamprimũ animaduerterit dissensionem inter nos, tum ceu inuento loco, caput suum subintroijcit, serpentis instar, ac deinceps omnem reliqui corporis tractum contrahit secum.

Qui furatur, porro non furetur. Animaduertis membra veteris hominis? mendacium, puta, vin dictæ cupiditatem, furtum. Non dixit autem, puniatur qui furtum comi

mittit, sed a malo deficiat. punire nanque est fori iudiciarij, dehortari autem a vitijs Christi doctrinæ est. Vbi sunt autem qui dicuntur puri, quum re uera omni sordium, D genere sunt referti, pœnitentiam auferentes? Audiant enim quod liceat exuere noxã, neduum quod a peccato desistant, verum quod boni etiam quicquam operentur. Audi enim quod sequitur.

Labore autem potius, bonum operans manibus, ut habeat unde impertiat egenti. Non enim satis est a peccato quiescere, sed contraria ei via est adeunda, diuersum ab eo conficiendum iter. Antea operabatur malum, iamnunc operetur bonum, neque id simpliciter, verum cum labore, partim quidem vt conterat corpus, quod antea ex corpore mala didicerat, partim vero vt largiores habeat vitæ mores, & honestiorem conuersationem. Ac impertiat nunc alijs, vbi antehac aliena sublegerat, iamque alijs beneficentiam exhibeat. Deus bone, quam facit angelos Euangeliũ, qui antea fuerant dæmões.

Omne uerbum spurcum ex ore uestro non egrediatur. Marcidum verbum, ociosum appellat, temerarium, importunumque, veluti facetias, stultiloquium. Spurcum etiam & virosum odorem habens, est turpiloquium, conuitium, nugę, obtrectatio. Non enĩ scelerum & operum tantummodo, verumetiam verborum luemus pœnas.

Sed si quod uerbum bonum est ad ædificationem necessitatis, ut det gratiam audientibus.

Prou. xv Id est, si sermo ædificat proximum, qui tibi necessarius est, & sanguine iũctus ob in-

Eccles. iij. stantem necessitatem: illum, inquit, sonemus, illum loquamur, non importune & incõmode, vt gratias nobis agant auditores. Nam si animæ commodans quicquam dixe- E rimus, agent nobis gratias auditores, vt qui per nos adiuti sint, vel vt aiunt, eos gratia perfundet, & amabiles reddet sermo. Vt enim vnguentum gratiam addit assumentibus, pari ratione verbum dei, animum iuuat, eumque gratia perfundit & condecorat. Obserua quomodo quod semper Paulus adhortatur, id etiam iamnunc nos oret,

Verbum dei, vt ædificemus proximum, quod est, nosipsos. Qui enim alteri consulit, quæ salutaria sunt animo, multo iam prius & potius sibi ipse isthuc facit.

Ne turbetis spiritum sanctum dei. Si proferas verbum Christiano ore indignũ, non hominem turbasti, sed spiritum dei, a quo beneficium accepisti, a quo sanctificatum est os tuum. Infert igitur qua in re beneficium acceperimus.

In quo signati estis ad diem redemptionis. Is enim signauit nos, atque imperatorij gregis oñdit esse, is nõ permisit nos statui cũ obnoxius iræ dei, sed signauit nos & segregauit, vt simus redẽpti ab eadẽ. Non pudet igitur nos illũ ipsum turbare? Signatũ est os tuum a spiritu, vt nihil indignum ipso loquaris, non contristes igitur sigillum:

Omnis amarulentia. & furor, & indignatio, & clamor, & blasphemia, tollatur a uobis cum omni malitia. Sustulit & per supra commemorata sane iram, nunc autem stirpitus eam euellit. amarulentia enim, & furoris & iræ radix est. Quum enim amara bilis exasperata fuerit nimium, excedit quo continetur vasculum, folliculum videlicet, per que totum corpus funditur, ac hominem plane efferat. Amarulentia igitur est exuberatio, dolus, praua suspitio ad malefaciendum præparata. furor autem, iræ est principium, veluti accensio quędam. Ira autem est, quæ etiamnum ad opus quoddã parrã- F dum turget. Quia vero ita, nisi habuerit clamorem simul inflammantem ipsam, facile extinguitur, adijcit ꝙ clamor etiã tollatur, hoc est, sopiatur, obscuretur, vt nullæ ad-

Equus Ascensor eo reliquiæ maneant. Equus enim est vociferatio, ascensor autem ira, impedi equum & subuertisti ascensorem. Tolle blasphemiam, siue conuitium quod nascitur ex ira. Accendit autem eam vehementius per vociferationem. Quia vero plerique sunt qui clanculum mordeant, nihil quidem palam dicentes, mordentes autem clanculum, obscuram & in angulis latitantem malitiam subseruãtes, propterea adijcit, cum omñi malitia, hoc est, & modica, & magna.

Estote alter erga alterum commodi, misericordes, condonantes uobisipsis Quia non satis est a malis abstinere vt regnum assequaris, sed bonorum operum peractio etiam est necessaria (si enim bonum operari prætermiserimus, in gehennam præcipitamur, etiã si malum non operemur, vt ex multis euangelij locis liquet) hanc ob rem Paulus praua auferens, ad bonorum operationem adhortatur. Estote inquiens, commodi; ad op-

Mat. xxv positionem iræ, misericordes, vt opponat amarulentiæ, donantes vobisipsis, hoc est, ad veniam inclinati, & peccantibus dimittentes, vt opponat malitiæ & blasphemiæ.

Quemadmodum & deus donauit nobis in Christo IESV. Quia tristiora exempla

A erant, deum exempli vice producit. Potuisset quidem dicere, Deus loquutus es. Dimittite, & dimittetur vobis: veruntamen quia de futuris rebus plerique dubitant, quę iam ante transacta sunt, in medium promit. Deus, inquit, donauit nobis. quomodo? in Christo, hoc est, cum periculo filij sui, mactatione que eius. Tu fortasse citra periculum donas, ille vero non sic: ac tu quidem fratri tuo, ille vero tibi, quum hostis esses, remisit ac donauit. Obserua autem quomodo pro eo quod est donantes alter alteri, dixerit, vobisipsis, ostendens per hoc, quod si alijs alij donemus, nobisipsis quisque pro se se gratiam & beneficium impendimus.

CAPUT V.



Estote igitur imitatores dei, ut filij dilecti. Quemadmodum dominus te dilexit, sic tu dilige fratrem, tum imitatus es deū pro viribus. Non licet enim hic paupertatem accusare, ac dicere. Si remisero, damnum patior. Remitte impingenti, atque peccanti gratis, ac citra istius damnum, & lucratus es magnum thesaurum, nempe quod deum imitatus es. Deinde & aliam causam præclariorem ponit. Tanquam filij, inquit, dilecti. Et aliam necessitatem habe, imitari nimirum patrem. Postquam enim non omnes liberi imitantur patrem, apposuit dilecti: tales enim patrem imitantur. mat. xviij

B *Et circumambulate in dilectione, quemadmodum & Christus dilexit nos, ac tradidit seipsum oblationem & sacrificium deo in odorem bonæ fragrantiæ.* En omnium fundamentum charitas. Vbi enim hæc est, non clamor, non blasphemia auditur, sed omnia sublata sunt: propterea postremo summam hanc posuit. Docet autem & vnde facti simus liberi, ex charitate videlicet: quare hanc vendicare debemus tanquam eam quę nobis præbeat filiorum adoptionem. Quemadmodum enim ægrotantes, si adiuuemur pharmaco quodam, ipsum etiam pharmaci nomen veneramur: sic & charitatem ornare debemus. Per hanc enim tradidit seipsum pro nobis dominus. Atqui ille pro mortuis quidem tradidit seipsum, tu vero amicis parces. Quare tum vere imitaberis Christum quando hostibus benefeceris, atque tum seruatur quod ait Apostolus, Quemadmodū Christus seipsum tradidit. quod pro hostibus moreretur, hoc est vt etiam tu ipse efficiaris victima, & odor suauitatis. Hoc enim & Christus factus est, moriens pro nobis hostibus. Atque hoc est imitari deum. Liberi ex charitate sumus.

Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut circumuentio, ne nominetur quidem apud nos; quemadmodum decet sanctos. Quum dixisset de amaro motu animi, venit ad minus malum concupiscentiam videlicet, quemadmodum & legislator quum dixisset, Non occides, quod est furoris: secundo subiunxit, Non committes adulterium, quod est concupiscentiæ. Vt enim amarulentia, vociferatio, & blasphemia, indignationis est & furoris, sic & concupiscibilis partis est fornicatio, & impuritas, & circunuentio, pari namque ratione & res adeoque pecunias amamus, & corpora. Ne nominentur igi-
C tur apud vos huiusmodi, sed toti sitis puri. verba enim ad opera viam præbent. Itaq; si sancti estis, & lingua vestra sancta sit. Infert autem & deinceps.

Turpitudo & stultiloquium, & facetiæ, quæ non sunt decentia, sed magis gratiarumactio: Quemadmodum clamorem remouit, qui est iræ vehiculum, sic nunc turpiloquentiā, & facetias, fornicationis vehiculum reijcit. Ne dicas enim vrbana, neque turpia: quod si feceris, extinxisti flammam fornicationis. Deinde ne videatur nimium seuerus, & morosus, quippe qui vrbanitatem excindat, causam intulit, inquiens. Quæ non conueniunt, non decent, hoc est, quæ non sunt Christianorum. Vt enim coriario non licet quicquam facere eorum quæ non sunt suæ artis, hanc ad rationem Christianus sanctificatus, non debet loqui quę minime deceant aut conueniant ad sanctificationem. Quæ enim non commodant, nihil ad nos. Sed si quid loqui velis, gratiarum actio sit tibi quodvis verbum: ac si consueueris gratias agere, recordaberis quis sis, quid factus sis, & lugebis mala tua, admiraberisque ad stuporem vsque, quod tot tantisque sis dona tus bonis, nec habebis tempus aliud quiddam dicere. non enim risus facetiarūque pręsens tēpus est, sed luctus & certaminis. Hostis circūit dētibus frendens aduersus te, ac tu ludis & vrbanitatem exerces? Quod si difficile sit superiorē te hoste fore si sis in acri pugna, quanto minus si ludas? Quid aūt est facetus? facilis, qui oīa fit, facile permutās sermões: hoc aūt est incōstātis mētis, & alienę ab ijs qui petrę, qui xp̄s est seruiūt. Christianum non decentia.

O iiij

Hoc enim sciatis, quod omnis fornicator, aut immundus, aut circumuentor, qui est idolorum cultor, non habet hæreditatem in regno Christi & dei. Nemo uos uanis uerbis decipiat. D
Fuerunt nonnulli, vt videtur, qui dicerent apud Ephesios, quod deus his malis inter dixerit, vt perterrefaceret. Quid enim adeò absurdũ est, dicere, Stulte, vt propterea quispiam gehennæ obnoxius fiat? & quomodo auarus & circunscriptor est idololatra? (Math. v) Hos itaque carpit hoc loci Paulus, quod & illatio conclusione indicat, Nemo vos decipiat uanis verbis. Vana enim verba sunt, quæ gratiam temporariam habent, ad opera vero, inutilia demonstrantur: estque impostura huiusmodi verba facere, vel iis accommodare aurem. Quod autem circũuentor sit idololatra, disce ex verbis Christi, Nõ potestis deo seruire & Mammonæ. Deficit itaque ab deo auarus & circũuẽtor; & inseruit auro: qui igitur non fuerit idolorum cultor? (Matt. vi.) Porro si dicat, Non erexi idola: quid tum postea? non enim vrbaniores Græcorum se idola adorare fatebantur, sed Venerem fortasse, aut Martem: qui cultus, affectus adeoque animi motus est. At nunquid circũuentor occidit & offert oues idolis? si non oues, homines tamen mactat, & animas rationales. Græci, adeoque gentes, dei creaturas adorabãt: circũscriptor autem & impostor auarus, suum ipsius figmentum adorat. Neque enim deus plura habendi cupiditatem, vel circunuentionem condidit, sed nostra insatiabilitas. Opinor autem Paulum ab Dauide hoc dicere, alio tamen modo. Illo enim asseuerante, Simulacra gentium, argentum & aurum: ipse pro sua magna sapientia inuertit, Argentum, inquiens, & aurũ sunt idola. (psal. cxiii) Proinde qui colit argentum & aurum, est idolorum cultor. E

Propter hæc enim uenit ira dei super filios inobedientiæ. Vel propter fornicationem & impuritatem, vel propter idolorum culturam, vel propter huiusmodi deceptorum sermones. Inobedientiæ autem filios, valde inobedientes, a deo deficientes, ac tradentes huiusmodi.

Ne sitis igitur consortes eorum. Eratis enim quondam tenebræ, nũc autem lux in domino. Ait vos, inquit, ne communicetis eis. Deinde vetera ac priora eis ad memoriã scelera reuocát. Cogitate, inquiens, quid sitis, & quid fueritis, quod a tenebris lumen facti sitis. Primum quidem doctrinæ nomine adeoque vitæ, tenebræ re ipsa eratis: nunc vero lumen estis, vt qui deum agnoueritis, operaque lucis aggredientes. Hoc autem contigit vobis non a vestra virtute, sed in domino, hoc est, per diuinam gratiam. Non debetis igitur filijs inobedientiæ & incredulitatis communicare, super quos venit ira. Quondam enim eratis tales, dignique ira, nunc autem non porro, ne igitur rursus curratis ad tenebras.

Math.v. *Tanquam filij lucis circumambulate.* Hoc est, decore, & quemadmodum decet eum qui in lumine ambulat. Quin potius alijs etiam vos lumen esse iubet. luminis enim filius, omnino & ipse lumen est.

Fructus enim spiritus in omni bonitate & iustitia & ueritate. Interpretatur nobis quid sit filius lucis, inquiens, Qui fructum spiritus habet. Spiritus enim fructum profert, non illa quæ prædiximus, verum contraria potius. (Lucis filius.) Bonitatem vocat, quæ amarulentiæ & iræ opponitur: ac veritatem, quæ pugnat cum mendacio, voluptate, immunditia. Omnem autem bonitatem dicit, quę erga omnes est, nedum amicos, verumetiam hostes. F

Probantes quid beneplaceat domino. Probare, perfectorum est; qui iudicare possunt. Imperfectæ itaque ac reprobæ sententiæ est, nõ eligere neque velle quæ deo placeant, quales sunt supra commemorati affectus.

Et ne communicetis operibus infrugiferis tenebrarum, magis autem & redarguite. Quæ enim clam ab ipsis fiunt, turpe est etiam dicere. Infrugifera sunt tenebrarum & peccati opera, nihil enim fructus ferunt, præter mortem & ignominiam. Ne igitur communicate talibus operibus, sed redarguite potius talia agentes & erudite. Quomodo igitur alio in loco dicit: Ne iudicetis, pro eo quod est, ne condemnetis? Aliud est autem reprehensio, & aliud condemnatio. Altera enim, redargutio nempe, est pro correctione: condemnatio vero, pro reprehensione & obiurgatione. Maxime vero & nõ iudicare, de minimis peccatis dicit. Infert igitur, Quid autem vides festucam in oculo fratris tui? Clam autem notat nefarias ac secretas quaspiam res, quæ apud Ephesios peculiariter locum habebant.

Omnia autem quæ a lumine arguuntur, manifestantur. Lumen vos esse dixit. Por-

A ro lumen indicat quæ in tenebris fiunt. Si igitur vos virtutibus conspicui fitis, non poterunt latere scelesti. Vt enim lucerna lucente fur non ingreditur, sic lumine virtutis vestræ fulgente illi capientur, a vobis præsertim sermonibus erudientibus redarguti.

Omne autem quod manifestatur, lumen est. Quemadmodum vulnus si contegatur, nullam curam recipit, sic & peccatum si celetur. Quum autem manifestatum fuerit, efficitur lux, non peccatum ipsum, cæterum qui operatus est. Quum enim redargutus fuerit, resipiscet ac remissionem consequetur, nunquid eius tenebræ mundatæ sunt? Vel vita vestra manifesta quum sit, lumen est: nemo enim occultat irreprehensibilem fidem & operationem. Quæ vero occultantur: propterea quod digna sunt tenebris, occultantur: quæ cum reprehendenda sunt, tum manifestanda.

Propterea dicit, Expergiscere qui dormis & surge ex mortuis; & illucescet tibi Christus. Dormientem & mortuum, peccatis hic immersum dicit. æque nanque virosi est odoris, atque mortuus, vacans perinde actione vt dormiens: somnia enim videt, & visiones habet leues & inanes. Quum igitur excitatus fuerit quispiam a peccato, tum illucescet ei Christus, hoc est, refulget instar solis e sopore excitatis. Tantisper enim dum in peccatis est, odit lucem, nec venit ad ipsam. Non de infidelibus autem hæc tantum dicit, verum & de infidelibus inuenias autem discrimen inter dormientem, & mortuum. Plerique enim qui malum patrant, nec rei peractæ consentiunt, nec eam laudant, dormiētes dici possunt; qui & celeriter excitantur: ad quos pertinet quod dicit, Expergiscere. Nonnulli autem Dormiēs & mortui differunt.

B & faciunt malum, & patrocinantur ei, qui mortuorum instar haberi queant, vt qui difficilius ad bonum reuocari queant. Attamen & hos verbum inclamat, vt surgant: non enim desperandum est de mirabili natura, neque statim condemnanda.

Videte igitur quomodo exacte ambuletis, non tanquam insipientes, sed veluti sapientes. Amarulentiam adhuc iramque expurgat, perinde quasi dicat eis, Oues estis in luporum medio, multi erga vos feroci sunt & agresti animo, qui etiam familiarissimi videntur: videte autem ne cuipiam detis occasionem inimicitiæ, sed solius fidei. Nemo vos in alio quopiam accuset, cæterum & honorem & omnem obedientiam præstate, si fides non labefactetur, ac columbarum vos more geratis. Sapientiæ enim est atque prudentiæ, seruate semetipsos irreprehensibiles, neminem prouocando ad cendove. Matth. x.

Redimentes temporis opportunitatem. Non proceos neque varios nos esse docet, verum quia tempus non est vestrum, sed aduenæ estis & peregrini, & exteri, ne quæratis honorea & gloriam, neque vltionem, sed omnia ferte, atque in hoc tempus redimite: omnia etiam quæ voluerint, permittite. Quemadmodum si quis opulentiua videat quosdam inuadere se ut ipsum tollant e medio, multa dabit, seque ipsum redimet: hunc admodum & vos omnia date, vt caput & summam conseruetis, nimirum fidem. Simile

Quoniam dies praue sunt. Non dierum essentiam atque naturam reprehendit (essentia enim diei lux est ipsa vulgaris, & horæ, quæ igitur in hisce malitia est?) sed propter ea quæ in diebus fiunt, easdem videtur incusare: perinde ac solemus dicere, Malum diem transegi, propter ea quæ in ipsa contigerunt, videlicet quæ ab hominibus prauis facta sunt, non a deo. Propterea igitur dies praui dicuntur, tanquam sceleratos homines in se dominantes habeant. Dies mali.

C

Propterea non sitis insipientes, sed intelligentes quæ sit voluntas dei.) Quia dies prauos homines habeant, vos ceu prudentes date operam ne ullam eis occasionem detis. hæc enim est voluntas dei, vt vos in omnibus inculpatos seruetis, cum ipsius vna fidei conseruatione.

Et ne inebriemini vino. Iram adhuc punit & increpat, nam & vini immoderata potio iracundos facit ac temerarios. Quod autem immoderatum istum vsum damnet, planum est ex eo quod non dixit, Non bibite, sed Non inebriamini. Temulentia autem est ex immodestia, modique excessu. Quia vero modice & iuxta proportionem corporum haustum vinum, sanitatem efficit, perinde ac ipse etiam ait ad Timotheum, & lætitiam, vt David ait: testatur etiam ipsa rursus scriptura Date vinum mœrentibus, ac ebrietatem, siue perfusionem dolentibus, Crassum enim quod fuerit ac compactum, dissoluit: propter ea & corpora nostra deus moderata & proportionabilia fecit, vt paucis sint contenta & ad alteram vitam festinent. I. Tim. v. psalm. ciiij Prou. xxxj

In quo est intemperantia. (In immodico vino est ἀσωτία id est incōtinentia, pernicies. Non enim seruat, sed perdit, non corpus solum, sed & animā: hæc enim est asotia luxus, & in

continentia. Vel ἀσωτίαν iuxta vulgi consuetudinem pro prodigalitate accipit. ex temu lentia enim prodigalitas nascitur. D

Sed implemini spiritu, loquentes vobisipsis in psalmis & hymnis & odis spiritualibus, canentes & psallẽtes in corde vestro domino. Vis, inquit, lętari? Fuge vinum: implete, implerique cu pias spiritu sancto. Hoc autem obueniet tibi, si psallere didiceris psallentes enim spiritu im plentur sancto, perinde vt qui satanicas cantilenas concinunt, spiritu immundo imbuuntur. Psallendum autem est in corde, hoc est, corde non hinc inde versante sese & oberrante. Qui enim animo obseruat quid psallat, ille corde psallit. Expende autem hic, quod postquam animam purgauerit a vitiis aliisque affectibus prauis, misericordesque nos fecerit, & condonantes fratribus, cum nos spiritu sancto impleri denunciat. Non enim simpliciter ille veniet, sed implebit corda nostra Simulac ergo tantum in nobis lumen fuerit, facilis ac plana reliqua etiam virtus erit.

Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi, deo & patri. Non solum gaudii tempore, verumetiam in mœroribus, nec pro bonis tantum, verumetiã pro tristibus, & pro iis quos nouimus; & quos non nouimus: per omnes enim bene nobis fit, etiamsi ignoremus. Sunt autem gratiæ agendę deo patri in nomine domini nostri, hoc est, vt simul ipsum nominemus & assumamus, ceu mediatorem cum bonorum, rum ipsius gratiarum actionis.

Subiecti alter alteri in timore dei. En rursus charitatis mentionem facit. ex hac enim est subiectio & obedientia, non propter mundanam quampiam aut humanam commoditatem, cæterum in timore dei. Qui enim dei nomine obediunt inter sese, nunquam offendẽtur aut dissoluentur, tanto nexu copulati. E

Matrimonii curam de' i primis habuit.

Vxores maritis vestris subiicimini, tanquam domino. Non simpliciter ac temere multum se duloque laborat Paulus pro coniugii firmitate, sed quia deus etiam a principio hui' eximiam curam gessit. Adamo enim sororem suam, imo potius filiam, & quid dico? carnem ipsius copulauit. Deinde multiplicato genere, latius matrimonium extendit, vt ne dilectionem ad solos cognatos contraheret. Porro vita nostra per coniugia continetur. Ait ergo: Vxores subiectæ estote maritis vestris. Si enim in concordia matrimonium floruerit, pueri pulchre educantur, & famuli ordinate sese habent, adeoque cuncta tam viciniorum quam amicorum sunt in felici statu. Seruite autem eis tanquam domino. Ecqui alias

Luc. xiiii.

scriptum est, Nisi quis se cum a muliere tum a viro seiunxerit, non poterit me sequi? Nã si tanquam domino seruiendum est, quomodo dicit deficiendum a viro & muliere propter dominum? Quoniam aduerbium similitudinis non est vbique eiusdem precii. Vel subiicimini dicit, vel obedite, scientes quod seruiatis deo, hoc est, si non propter virum in primis, propter dominum tamen. Quod si exteriori adeoque mundi potestati sese opponens, domini potestati resistit, quanto magis quæ marito suo reluctatur? Itaque e contrario, quæ marito obedit, domino obedit.

Quoniam maritus est caput uxoris, quemadmodum & Christus est caput ecclesiæ, & ipse est seruator corporis. A ratiocinatione confirmat oportere subdi vxores, dilectionisque argumentum & occasionem ponit ex hoc, quod principem maritus & præcipuum locũ obtineat, caput enim est & seruator: vxor vero subiungatur atque obediat, corpus enim est. F

Christ' ecclesiæ caput.

Quemadmodum & Christus ecclesię caput, eius curam gerit, eamque seruat, sic & marit' seruator sui est corporis, hoc est, vxoris Quomodo igitur non debet subdi capiti corpus quum curam eius gerat, illudque seruet?

Sed quẽadmodum ecclesia subiicitur Christo, sic & uxores suis maritis in quouis. Hinc disces apertius quod dixit supra, Obtẽperate propriis maritis tanquã dño. Postquam enim vxores debẽt subdi maritis, vt ecclesia Christo, ecclesia autẽ & mulieres sint, tanquam Christo igitur subdi debet marito coniux. Quomodo autem omni tempore iubet subdi? nunquid & quando ad incredulitatẽ eam compulerit maritus? Atqui de infidelibus viris sermo nũc non est Paulo, sed de fidelibus, ad quos scribebat.

Vxor diligẽda viro

Et viri diligite uxores vestras, quemadmodum & Christus dilexit ecclesiam, seque ipsum tradidit pro ea. Vides quomodo compulerit vxorem Paulus subdi tibi in mensura, perinde ac Christo ecclesia subditur? Audi iam rursus quomodo te cogat diligere eam, nec herili tantum in eam imperio ferri. Dilige enim ipsam. quali mensura? qua & Christus ecclesiam. Gere curam ipsius, quemadmodum & Christus ecclesiæ: ac si quid te oporteat pati, vel mori pro ipsa ne recuses: iam enim copulatus ipsi hæc facies. Quemadmodum autem Christus odientem se adulteram & auersantem sese adduxit, non minus neque cõtumeliis

nunc ad modū si ipse auersant te conspexeris coniugem tuam atq; lugentem, multa dile
A ctione & prouidentia attrahere ad te festina. Et si quicquam patiaris pro ipsa, ne obijcias
neque conuitieris ei: neque enim Christus ecclesiæ obiecit quicquam.

Vt ipsam sanctificet, purgans lauacro aquæ in uerbo. Igitur incesta erat, & immunda & inele
gans, at propterea non est execratus eam: sic neque tu tuam ipsius coniugem exerceris, et
si maxime deformis fuerit, ac vilis. Quod autem deformis fuerit ecclesia, audi: eratis enim
quondam tenebræ. quid quæso tenebris est nigrius? Seruientes malitiæ & inuidię, quid
immundius? Inobedientes, stolidi, imo & blasphemi. quid hisce est inuisius? In. erim tamē
tanquam pro admiranda seipsum tradidit. Purgauit autem lauacro aquæ, hoc est, baptis
mate. In verbo, quali? In nomine patris, & filii, & spiritus sancti.

Vt exhiberet sibi ipse celebrem ecclesiam. Non simpliciter puram, sed celebrem. Quemad
modum igitur Christus omnium autor est bonorum ecclesiæ, sic & tu sis vxori: ac quem
admodum ille, quod ad animam attinet, pulchritudinem ei acquisiuit, eamque exornauit
pari ratione tu in hoc incumbe, non in corporis ornatum. Si enim animæ formam atque
pulchritudinem inquiras ab coniuge, statim eam ei efficies, componens ipsam, exhibensq;
celebrem secundum spiritum cum tibipsi, tum deo.

Non habentem maculam aut rugam, aut quid talium, sed ut esset sancta & immaculata. Per hæc
animæ dicit affectus. Maculæ igitur sunt recētes affect⁹, quos & abluere facile, qui & ma Maculæ,
culam faciebant. Rugæ autem, quæ tempore antiquata sunt, & consenuere, quæ & ince- Rugæ
B stos faciebant, non facile eluibilia crimina, quæ per diuinum lauacrum omnia purgauit,
& sanctos & immaculatos exhibuit.

Sic debent uiri diligere uxores, tanquam sua corpora. Non tanquam maius magisque neces
sarium hoc exemplum iam ponit (iam antea enim planum est, Christi ad ecclesiam habitu
dinem maiorem esse hoc exempli demonstrationisque sermone) verum tanquam vici-
nius & magis peculiare hoc adducit. Ne enim aliquis obijciat, deus erat Christus, & pro
nobis sese tradidit: aliunde nobis necessitatem ob oculos statuit. Debent enim diligere,
id est, res ipsa non est gratia, cęterum debitum est & necessitas: nam corpus tuum est vxor.
Christi itaque exemplum non ob solam dilectionem, verum vt componeret in bonis mo-
ribus, adsumpsit, vt sancta sit, inquit, & immaculata. Quod vero de carne & corpore pro
fert, ob solam dilectionem est.

*Qui diligit uxorem suam, seipsum diligit. Nemo enim unquam suam ipsius carnem odio prosecu-
tus est, sed alit fouetque eam, perinde ac Christus ecclesiam.* Intensam & vehementem, curā
quisque pro sese carni suæ adhibet, itaque & tu vxori. Rursus autem Christo pro exem-
plo vtitur, innuens quod & Christus nos ceu propriam carnem suam dilexit.

Quoniā mēbra sumus corporis ipsius. Hoc est, plurimū nobis cū eo cognationis est. Iohan. iij.

Ex carne ipsius, & ex ossibus eius. A nostra enim materia facta est, vt Heua ex Adā. Por
ro quemadmodum isthic est magna propinquitas, sic & nobiscum agitur & Christo. Su
mus autem alias etiam de carne eius, & ossibus eius. nam vt ille ex spiritu natus est san
cto citra commixtionem maris, sic & nos in lauacro. Tum quod assumptis nos mysterijs
statim trāsformamur. Atque vt summatim colligam, hoc ait: Summam cum ipso coniun
C ctionem habemus & maxima cum eo nobis familiaritas intercedit. Nam visibiliter com
municauit nobiscū carne & sanguine. Inuisibiliter autē autor nobis spiritualis reformatio
nis extitit, perinde vt Adam Heuæ creationis causa fuit. Gene. ij.

*Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adherebit uxori suæ, eruntque duo
in carnem unam.* Ecce & aliam legem. Parentibus suis quispiam relictis, illi ag- Vxori cō
glutinabitur & complicabitur. Nec dixit cohabitabit, sed agglutinabitur, vnionem m oādū
quæ diuelli non possit significans. In carnem vnam, intelligit hoc modo magnus ille Io-
hannes: Erunt caro vna. Indicat autem & aliud quiddam: nam erunt duo, vt perficiant car
nē vnam, liberos videlicet.

Mysterium hoc magnum est, dico autem ego, in Christo & ecclesia. Hoc est, ma-
gnum quiddam & admirandum diuus Moses indicauit. Reuera mysterium est, paren-
tes, qui adeo fuerint afflicti pro liberis, qui etiam tot tantaque beneficia in eos contu-
lerint, relinquere, agglutinarique ei quam nunquam antea conspexeris, neque quicquā
boni antea sit orsa, vel in te contulerit. Ingens enim reuera hoc mysterium est, quate-
nus ad Christum ego hoc refero, quippe quod prophetico spiritu de eo dictum sit Etenim
& ipse dimisit patrem, non locali transitu, sed condescensu ad carnem venitque ad puel-
lam, ad sponsam, quæ ipsum nūquam agnouerat, factusque est cum ipsa vnus spiritus.

Qui enim domino agglutinatur, vnus spiritus est. Qua igitur ratione nuptiæ, adeoque D
I.Cori.vi matrimonium culpantur, vbi Paulus ad huius confirmationem & laudem de Christo mysterium producit, ipsum mysterium vel sacramentum nominans?

Veruntamen & nos sigillatim unusquisque suam coniugem sic diligat, ut seipsum. Atqui etiã si allegorice hæc accepit, propter vxorem tamen dicta sunt. Nec inuertit allegoria, mariti secundum literam habitudinem erga vxorem. Debet enim vnusquisque vxorem suam diligere, ac fouere, haud secus quam seipsum. Nec mihi dicas, hunc & hunc defectum habet vxor mea: nam & tu in carne tua defectus habes, veluti manum mutilam, pedem claudum, oculum strabum, sed minime abscindis hæc, sed maiore illa cura dignaris.

Mulier autem ut metuat uirum. Quia inordinationem & seditionem nonnunquam parit æqualitas honoris ac dignitatis, propterea timorem inducit, vt vnus sit principatus, vir ipse. Metum autem hic intensam reuerentiam, & contractionem, adeoque obedientiam intellige liberalem, & liberis hominibus haud indignam, non seruilem. Ex huiusmodi igitur metu dilectio emerget & commiscebitur, ipsaque maritum sibi rursus hoc pacto deuinciet. Diliget enim coniunx virum tanquam membrum; metuet autem seu honorabit tanquam caput. Quid vero si non metuat mulier? Tu tamen dilige, tuoque officio fungere. Similiter & mulier, etiamsi enim non diligatur, metuat tamen. Animaduerte quomodo multis verbis demonstrauerit ac persequutus sit quomodo a marito sit diligẽda coniux. De metu autem non perinde multa tradit, dilectionem enim primas obtinere E operæprecium est. Etenim coniux metu dilectionis metuere maritum debet, vti dictum est, non eo metu qui faciat tremere ac pauere, ex quo odium potius nascitur, sed ita vt non respondeat, non insurgat, primatum non ambiat. Atqui si vna est caro, & ipsa principatum habebit, eamque ob rationem æqualem dignitatem. Verum secundus est dominatus mulier, maritus autem hac est superior.

Vxor vt se gerat in domo.

CAPVT VI.



Liberi, obedite parentibus uestris in domino. Quemadmodum qui corpus fingit, primum quidem caput, deinde collum, postremo pedes format: sic & Paulus dixit de mariti principatu primo, deinde de vxoris dominatu altero, deinceps de tertio imperio, quod est liberorum, verba facit. mulieris enim solus maritus dominatur, liberorum autem & vxor. Obedite igitur, inquit, parentibus, sed in domino, hoc est quando secundum dominum fuerint, hoc est si non reluctentur deo vel euangelio quæ vobis mandarint. Nam si pater ad impietatem te compellat, aut filiam prostituere velit, vt turpem artem docere filium, non est secundum dominum mandatum hoc, quare ne obediat. *Hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione.* Ab natura hoc iustum est, tum & lege cautum est. Quomodo autem primum esse mandatum dixit, quum non sit? illud enim potius primum est, Non occides, Non mœchaberis. At enim vide quid adiecerit, in promissione. F Prima enim illa non habent promissiones & mercedem adiunctam. sunt enim a malis discessus quidam, non bonorum operationes. Porro nemo dat mercedem ei qui sibi a malo abstinet. Hoc autem mandatum postquam boni operationem primo habet, promissionem etiam accepit. Admirandus autem hic ordo est. Quum enim a prauis operibus legislator homines abduxisset, perducturus eos ad bonorum operationem, primum erga parentes honorem constituit atque sanciuit. quandoquidem enim illi primi nobis post deum benefactores fuerunt, quippe quia vitæ autores, non immerito primi sunt qui nostrorum fructuum emolumenta capiant.

Exod. xxix.

Vt bene tibi sit, ac sis longeuus super terram. Expende hic tecum, quam non longa dicat & multa, tanquam pueri non possint quemuis prolixum sermonem assequi. Nam marito & coniuge iuxta leges quas ipsis præueniens posuit, fornicatis, non est magni multique laboris pueros ipsis subiicere. Verum neque de regno hic differit, neque quopiam altiorum. verum quæ potissimum enim infantilis audire desiderat, hæc ponit: ad infantes enim ei sermo est. Quid autem iucundius pueris quamdiu in terris viuere? quandoquidẽ & Iudæis, tanquã infantibus, hæc lege sunt sancita, quum non possent perfectiora audire.

Parẽtibus secundũ deum placẽdũ debemus.

Et patres, nolite ad iracundiam prouocare liberos uestros. Non dixit diligit, hoc enim natura ab ipsis vel inuitis postulat, sed ne ad iram prouoceris, hoc est, non exhæ

A redes eos faciatis, neque abdicetis eos, neque onerosos vos illis ac saeuos exhibeatis, ceu non sint liberi, sed mancipia, semperque erga ipsos aegro sitis animo.

Sed educate eos in institutione & admonitione domini. Ad principium adeoque causã obedientiae peruenit, monstratque parentibus quanam ratione obedientes filios faciant. Si enim, inquit, vis obedire tuos filios, institue eos diuino verbo, neque dicas religiosorũ tantummodo esse legere scripturas: cuiuslibet enim Christiani est, maxime eorum qui in mundo versantur, quanto maiore ipsi auxilio indigent, ceu in tempestate agentes. Proinde pro te est quod audiant liberi scripturam: discent enim inde venerari patrem & matrem. Deinde Graecis sermonibus educas filium tuũ, ex quibus pessima quaeque docentur verbum autem dei se secus habet.

Christiani cuiuslibet interest scripturas legere,

Serui obedite dominis carnalibus. Quia & seruorum virtus ad domus constitutionem pertinet, eamque perficit, ne hanc quidem partem negligit, sed ad hanc postremo venit, quandoquidem & dignitate postrema sit. Non porro autem hisce tanquam paruulis & infantibus differit, sed tanquam adultis & consummatae aetatis, perinde ac in procursu demonstrabimus. Dominos secũdum carnem, heros temporis huius vocat. Statim enim eos consolatur, temporariam adeoque caducam istam seruitutem esse ostendens, vt quae cum carne simul dissoluatur.

Cum timore ac tremore, in simplicitate cordis uestri, tanquam Christo. De muliere verba faciens, simpliciter dixit vt maritum metuat, hic vero cum exaggeratione. Tremor nanque est timoris intensio. Vxor enim marito par est, eiusdemque cum eo precij & honoris:
B serui autem non sunt eiusdem cum heris honoris. Quanuis enim fratres secundum Christum sunt, posteaquam tamen liberos alterum alteri obedire praecipit, adeoque vxorem marito, multo magis seruos dominis parere vult. Neque enim haec res obscuritas est, sed prima potius nobilitas, nouisse se moderate gerere, atque credere proximo. Quia vero non parum multi dominos suos metuunt, non ex beneuolentia tamen, sed quando ignari fuerint, vel eos celare queant, insidias potius eis struunt, & fraudulenter cum eis agunt, ideo in simplicitate cordis apponit, fraudulẽtiam tollens.

Non secundum ocularem seruitutem, ceu hominibus placẽtes. Hoc est, non tantum praesentibus dominis, se absentibus quoque, candide atque fideliter seruire. Galat. i.

Sed tanquam serui Christi. Qui itaque hominibus placet, non est seruus Christi, vt & in alio loco dicit: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.

Facientes uoluntatem dei ex animo cum mansuetudine. Quia potest aliquis in simplicitate cordis vel citra dolum seruire, nec tamen omnibus viribus, sed certum tantummodo & segregatũ opus persequi & perficere: hãc ob rem apponit iam, ex animo, hoc est, ex omnibus viribus & animi promptitudine, imo cum beneuolentia etiam, hoc est cum omni patientia: & sponte, non vi. Hoc modo seruituti obscuritas & ignobilitas tollitur, si voluntarij bonum faciant serui, non expectantes necessitatem & flagra. Voluntatem autem dei vel obediẽtiam vocat. vult enim bonam rerum constitutionem & ordinem deus. Vel in illis obedite dominis vestris, in quibus deus vos morem vult gerere. fortasse enim, vt & in liberis dictum est, ad turpia quaedam compellant domini, vel ad impietatem, quae
C non sunt diuinae voluntatis.

Fides seruorum.

Seruientes domino, & non hominibus. Ipse enim recipit, ac in sese transfert erga dominos ingratitudinem, quippe qui bonam in rebus & statibus ordinationem sanxerit lege. Tũ qui hisce non inseruit, vt par est, diuinae legi resistit.

Scientes quod unusquisque, quod fecerit bonum, hoc feret a domino, siue seruus, siue liber. Quia verisimile erat, multos dominos Graecos & infideles nihil boni impartituros eis qui fideliter eis inseruirent seruis, Etiamsi nihil, inquit, a domino secundum carnem accipias, neque vllam compensationem feras, ab vniuersorum tamen domino expecta. Hic autem ostendit quod velut perfectioribus eis loquatur, & non veluti pueris. Illis enim diu in terris vitam duraturam proponebat, hos autem ad futuram vitam remisit.

Et uos domini eadem facite erga ipsos. Eadem: qualia? vt cum beneuolentia seruiatis, & non tanquam hominibus placentes, sed cum timore ac tremore erga deum. Et si enim verbis hoc non dixerit, attamen ista vult. Seruit & dominus seruo, curam eius anxie gerens, omniaque ei necessaria praebens, ac simpliciter eum sustinens, eique condonans, & quod ait Solomon, cum eo simul sese circumagens, ac laborans. Audi enim quae sequũtur. Eccle. ij.

Remittentes minas. Nõ dixit, remittentes flagrum, sed ipsas minas. Multo magis ita-

que supplicium, hoc est, neque in ipsis minis graues videri velitis. D

Scientes quod & uestri ipsorum dominus est in celis. Animaduerte quomodo per terrefaciat. Qua mensura, inquit, metieris, eomensurabitur tibi. Ne audias & tu, Serue nequam, omne debitum remisi tibi, nonne oportebat & te misereri conserui tui?

Mat. vij & xiij.

At respectus personarum non est apud ipsum. Ne existimes, si immitis sis seruo tuo, dominum istuc abs te non inquisiturum, ob personæ vtilitatem & contemptibilitatem. Hæc enim exteriorum legum sunt, quæ nouisse solent discrimen inter ingenuitatem & seruitutem, hominum enim leges sunt. Hic autem sic non fit, verum tu ipse etiam seruus es eiusdem domini, & in conseruum tuum austerus es? Nam a principio deus seruilem conditionem istam non creauit, sed circunuētio, qua captiui circunuenti sunt, & iniuria, qua patres & maiores affecerunt, vt in Canaan contigit. Etiamsi autem ab deo non sit condita, subiectionem tamen deus statuit & confirmat, ob felicem politian, ne vita humana sanguine madeat & repleatur.

Seruilis conditio a deo non ē instituta.

Fratres mei, confortamini in domino, & in potentia roboris eius. Cuiuslibet domus est exercitus. omnibus itaque potestatibus ordinatis, sic in bellū eas educit. Nā quum proprium ordinem aut stationem nemo dereliquerit, res bellica bene habebit. Quia vero pleraque imperauerat quę visa sunt difficilia trāsactu, Ne metuite, inquit, cæterum in domini potentia confidite. Non enim simpliciter et robur est, sed potentia roboris, hoc est, inexplicabilem habet fortitudinem, quæ in omnes dominetur, & omnes vincat. E

Induite armaturam dei, ut possitis uos stare aduersus insidias diaboli. Quæ sit armatura, paulo post docebit. Animaduerte quomodo nō dixerit, pugnās aut bella, sed insidias. insidiæ enim sunt decipere, ac per fraudem capere. Non enim manifesta proponit hostis peccata, vt idololatriam aperte non commendat, sed alia quadam ratione confirmat, insidias struēs, hoc est, persuasibilia & verisimilia verba faciens, velamētisque vtens. Proinde quum ostendit aduersarium esse potentem, horrendum, & varium, excitat eos, ac sobrios esse facit.

Quoniam non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem. Et hoc vt perterrefaciat, verum vt attentiores reddat, dicit. hostis enim vires & potentiā denarrās, tutiores facit eos qui sibi iuncti sunt amicitia, vel iure humanæ societatis. Non aduersum vulgares, inquit, hostes nobis lucta est, neque aduersum homines iisdem nobiscū affectibus imbutos, eiusdemque nobiscum potentiæ.

Sed aduersum principatus aduersus potestates. Perinde ac deus principatus habet ac potestates, hunc ad modum arrogans tyrannus huiusmodi ordines fecit.

Aduersus principes mundi. Nō quod in mūdū hi sint creationē dominētur, eiusue domini sint, sed scriptura mūdū nouit ipsa praua opera, horūque peccatores, quēadmodū & illud: Vos non estis porro ex mundo, hoc est, ex iis qui praua operantur, ac tentant. In hos igitur imperium exercent dæmones, vt in radactos in seruitutem sui.

Mūd' praua opera. Iohā. ix.

Tenebrarum seculi huius. Tenebras, nequitiam dicit quæ in hoc seculo videtur, & consistit, latius autem non pergit.

Aduersus spiritualia nequitiæ. Contra ipsos illos dæmones. Quum autē & angeli sint spiritus, apposuit nequitiæ: siquidem illi cū bonitate cū sunt ii sūt spirit'. Quia vero nos non bellum gerere affirmauit aduersus sanguinem & carnē, e contrario adiecit, sed aduersus leues, facillime mobiles, qui difficillime capiantur dæmones pugnamus. F

In cælestibus. Per hoc rursus excitauit auditorem, De magnis, inquit, periculū est: non enim de terrestribus & corruptibilibus, sed cælestibus res agitur. Præpositio enim (in) est pro super vel propter, vt sit sententia, propter cælestia belligeramur, quare nos sobrios esse oportet.

Propterea assumite armaturam dei, ut possitis resistere in die malo. Hoc est, in præsenti tempore: hoc enim diem malum appellat, a malis nimirum quæ in ipso cognoscūtur, Consolatur autem per hoc, quod ostendat breue admodum esse belli tempus: quū enim diem dixit, breuitatem indicauit.

Dies malus:

Ac omnibus deuictis stare. Omnia affectus ipsos, absurdasque cupiditates, κατεργασάμενοι id est, debellātes, auferētes. Et postquam plerisque parta victoria ceciderūt stare addidit. Opus est enim post victoriam etiam consistentia, ne qui victoriam obtinuit, rursus debelletur. si enim ad torporem lapsi fuerimus, reuiuiscet occisus hostis. Obserua autem: quum fieri possit vt vincamus atque cōsistamus, nō debemus in po-

sterum esse desides, prætexentes fortiores esse hostes, quam quibus resistere queamus.
A Etenim confortati ac docti sumus talem artem, vt & aduersus dæmones luctari quea-
mus imo non solum luctari, verumetiā terriculamento esse dæmonibus, propter in-
habitantem in nobis virtutem, vt ne lucta quidem indigeamus, sed supra serpentes &
scorpios gradiamur, eosque cōculcemus. Hæc autē dicit Paulus, quod multi essēt op- Luc.x.
ponētes sese illis, docens quod dæmones nobiscū per ipsos vt media, dimicēt. Itaq; ne
hominibus irascimini, sed dæmonibus austeritatem vestram exhibete.

State circuncincti lumbos uestros in ueritate. In rebus bellicis primum est nouisse
bene stare, adeoque stationē suā tueri. Propterea diuus Paulus stationis primū memi-
nit, & ad eam adhortatur, stationem exigens probe ordinatam, militibusque conueniē
tem. Qui enim reuera stat, erectus stat, non inclinans vel innitens cuipiam fulcro; tan
quam is qui non stat neque rectus est, tanquam lasciuus & libidinosus. amans pecunia
rū enim, & qui in delicijs versatur, non stat rectus, sed inflexus est. Porro stationis mē-
tione facta, cingit deinde militem spiritualiter omnino, ac circuncingit diffluētem &
solutum in concupiscentijs, per cingulum ita eos cohibens. Lumbos autem hic dicit Lumbi
animæ fortem omniaque ferentem virtutem. Quod autem carina est in nauibus, hoc qui in
& in animali lumbus veluti nimirum fundamentum quoddam, vnde & sæpenumero telligātur
defessi, manibus super lumbis impositis nos ipsos baiulamus. Hunc ad modum spiri-
tualis lumbus est, quem qui habet, vt circuncingat in veritate præcipit, quæ cū in do-
B gmatibus, tum vita renideat. Nemo enim hæret icorum cingitur in veritate, sed infra
circa terram trahūtur ac repūt. nihil enim altū intelligere possūt, sed humanis cogita
tionibus & humi repētibus trahētibusque sese, diuina explorāt. Præterea in vitæ suæ
moribus nutantes, mundique imposturæ adhibentes animū, nō cinguntur in veritate,
sed infra demissi mendacijs inhiant. At vero nos hoc pacto non oportet agere, cæte-
rū omnia perficere & ordiri in veritate, atque si doctrina fuerit vel institutio, in ea ve-
rū inquirere: ac si vita, pariter. Insuper omnis fuci dolique oportet nos expertes esse,
neque alterum ab altero mendacijs circumscribi decet. Quod sic hanc ad rationem suc-
cincti fuerimus, ad cursum erimus faciles. Per cincturam denique istam nos vult excu-
bias canere, perinde ac Dauid inquit: Tanquam cingulum quo semper circuncingatur. Cinctura
Semper enim aduersum nos bellum geritur. Gregorius autem theologus per lumbum quid sit.
concupiscentiam intelligit (in lumbis enim renes sunt, qui in scriptura concupiscen- Psal. cviij
tiæ symbolum sunt) per veritatem autē, contemplationem. Adserit ergo quod Pau-
lus omnem concupiscentiam nostram contemplatione & intellectu Dei circuncin
gere præcepiat. qui enim Deum contemplatur, eoque oblectatur, huic ceu reuera a-
mabili, non permiserit Deus cupiditatem eius ad inferas res dimitti, adeoque circum
terrestria trahi.

Et induite thoracem iustitiæ. Iustitiam hic vniuersaliter vitam virtutibus comptam
dicit, perinde quasi adserat, munite pectus vestrum bonis ac iustis rebus. Vt enim tho-
rax hominem conseruat ne saucietur, sic & iustitia conseruat eum, qui ea munitur.

Induti etiam pedes in præparationem euangelij pacis. Pulchra nobis calceamenta
C & caligas subdit. Vel igitur hoc dicit, quod oporteat nos præparatos esse ad euange-
lium prædicandum promulgandumque. Quam speciosi enim pedes, inquit, euangeli-
zantium pacem. Vel quia oporteat nos prōptos esse ad exitū, vt adeo recte & honeste
secūdū euāgeliū viuamus; pedes enim sūt vitæ symbolū. Propterea dicit, quomodo? Esaiæ .lc
Exacte & circunspecte obambulate, cui & dominus consentit. Præparatio autē & euā-
gelium, sunt opera bona, vti dictum est: In præparatione cordis ipsorū audiuit auris Supra.v
tua. Præclare autem dixit pacem. Simulac enim belli pugnæque meminit, ostēdit quod
aduersus dæmones pugnandum sit, non aduersus homines. pacis enim est euangeliū. Psal.ix.
Nam si contra dæmones pugnemus, pacem habemus apud deum, aduersus quē non
oportet nos denuo conflictari dissoluendo pacem. Porro euangelium est, victoria iam
parte est: ne igitur metuamus.

In omnibus assummentes scutum fidei. In omnibus, nempe in veritate, iustitia, & præ
paratione euangelij. hæc enim omnia hac indigent. Non autem hic veræ religionis
agnitionem dicit, sed indubitatem fidem, quæ de futuris credere perinde faciat, tāquā
sint præsētia: quę & miracula perficiat, quę sit adeo ignitate & calida, vt & mōtes trās-
ferat. Quemadmodum igitur scutum seu clypeus omni corpori obiectus est ceu ianua
quædam custodiens & concludens ipsum: hanc ad rationem firma & indubitata fides

animæ est in custodia. Fides est scutum; non vana hominum & pseudodidascalorum sophismata, imposturæ, ac deceptoriæ argutationes. Scutum fidei contegit, ista vero impediunt. D

Fides pro scuto.

In quo poteritis omnia tela scelerati ignita extinguere. Hoc est, absurdas cupiditates, infidelitatis cogitationes, quales sunt num resurrectio est, num iudicium & retentationes. Ignita vero appellat, non solum quod cupiditates ignescant & conflagrent, ad turpia opera incendentes, verumetiã quod in conscientia inde iã ardeamus. Insuper per infidelitatis ratiocinationes adeoque cogitationes vrit nos diabol*, perque tentationes. Fides igitur hac omnes extinguit tentationes & mala. si enim dæmones sibi subijcit, quanto potius adfectus? Si enim concupiscentia te inflammat, futuris bonis credens, obuenturæque lætitiæ, eam extingues. siue tentationes te inuadant, fidẽ adhibẽs futuris bonis, cõsolationem recipies. Reputat tecum quomodo vreretur Abrahã quãdo gnatum offerret, sed fides flammam istam extiguebat.

Gene, xxij. Abrahæ fides.

Et galeam salutis accipite. Si enim fidem habeamus, quæ nos seruet & custodiat, protinus seruanteis etiam cogitationes accipiemus, quæ caput nostrum seu præcipuã & principem nostri partem conseruent.

Et gladium spiritus, quod est verbum dei. Per ea quæ supra dicta sunt, armauit nos Paulus ne lædamur ab hostibus: nunc vero arma subministrat, quibus ipsi potius nos hostem lædere possimus. Siue igitur spiritum ipsum dicit ensem spiritus periphrasticé, vel spiritualem vitam, per quam caput draconis abscinditur: spiritualis hic ensis verbum dei est, hoc est mandatum. Si enim mandata eius fecerimus, occidemus serpẽtem istum tortuosum, vt Esaias inquit. Vel verbum dei est vt, In nomine Iesu Christi surge & ambula, huiusque similia. Vel simpliciter ẽsem spiritus, spiritualem sapiẽtiam vocat, Viuus est enim sermo dei & efficax, acie sectioneque sua omnem gladium superans. Qui huius spiritualis ensis donum habet, verbum dei citra fucum & simulationẽ proloquitur, instar Pauli huius. E

Esaiæ. xxvij. Act iij. Heb. iiij. I. Cor. ij

Per omnem orationem & precationem orantes omni tempore spiritu. Postquam armis eos militaribus induit, ad imperatorem eos deinceps ducit, vt precentur eum quo manum porrigat. Quum enim dixisset, poteritis extinguere: ne inflentur, inquit. Opus est nobis dei auxilio: omnia autem perficietis cũ prҽmemoratis. Orãtes porro; non simpliciter, sed cum omni precatione & rogatione, cum fletu & pectoris compũctu, & complausu, cum inflexione genuum, idque genus similibus: nec statis tantũmodo horis, verum & omni tẽpore, idque in spiritu, hoc est, spiritualia perentes, & nihil mundani. Dicens porro orrantes cum omni oratione, indicauit posse quempiam orationem facere, nec tamẽ orare, vt si battologus fuerit, hoc est, si multa citra attẽtionem deblacteret.

Et in hoc ipsum uigilantes. Vel nocturnas hic vigilias dicit, vel animæ excubias. Atqui vtrumque hic accipere licet. sobrium enim esse oporter armatũ, quẽ apud regem adeoque imperatorem stare oporteat.

In omni perseuerantia & precatione. Quemadmodum Chananæa muliercula, & vidua, & Anna. Ea enim vere est precatio, quæ fit cum perseuerantia. F

Matt. xv. Luc. xviij

Pro omnibus sanctis, & pro me. Non pro nobisipsis tantum nobis est orandum. Obserua hic moderatam Pauli mentem. etenim se vltimo loco ponit, discipulorumque oratione opus habet, idque, quum catena vinctus pro Christo teneretur. Quinetiam & Petrus catena vinctus erat, verum pro ipso vehemẽs & intenta ratio ab ecclesia fiebat.

Act. xij.

Vt mihi detur sermo in operatione oris mei. Non igitur meditabatur quæ diceret; verũ sicuti Christus ait, Ne anxie cogitetis quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: hunc ad modum Paulus aperiẽs os, quæ ad eos suppeditabãtur proferebat, sicque omnia diuina gratia perficiebat. Hic autem intelligẽs gladiũ spiritus, quod est vrbumdei.

Mat. x.

Vt cum libertate patefaciam mysterium euangelij pro quo legatione fungor in catena, ut in ipso libere loquar & agam, quemadmodum me oportet loqui. Hoc est vt rationem fidei meæ reddam, meque defendam, perinde ac conuenit, cum fiducia, adeoq; loquendi libertate, & fortitudine, multoque intellectu. Ad quos autem legatione fũgerer? ad homines, vt ipsos reconciliem deo. At isti interim me in vincula coniecerunt, quum tamẽ ius sit & legitimum, quod legati nihil patiantur mali. Catena igitur mihi circunposita est, vt meam mihi fiduciam & libertatem cohibeat. Vestra autẽ ora-

Legati, nihil mali patiãtur.

tio aperiet mihi meū os, vt liberrime loquar atque proloquar quecūq; mihi is qui me
A legatum emendauit, mihi commisit. Viden' gladium, libertatē & alacritatem enunciandi verbi dei, quem accepturus erat Paulus in apertione oris?

Vt autem sciatis & vos quomodo res meæ habeant. quidue agam, omnia uobis patefaciet Tychicus dilectus frater, & fidelis minister in domino Quæ ad institutionem & consolationem pertinere videbantur, ipse per epistolam indicauit. Quia vero & vinculorum meminit, non immoratur in sermonibus circa eam rem, sed permittit aliquid & Tychico disserēdum. de se se, ne ipsa viri præsentia sit mutila Si igitur dilectus est, omnia nouit, si fidelis, non mentietur: Minister autem in domino, hoc est, Dei gratia ministrans, adeoque in diuinis rebus, non propter aliquam rem mūdanam, vel ob quempiam rem terrestrem, vel frater in domino, quod est spiritualis frater.

Quem misi ad uos in hoc ipsum, ut sciatis quæ circa nos gerentur, & consoletur corda uestra. Diuus Iohannes sic legit: Vt sciatis quomodo res nostræ habeant, hoc est vt vobis de me annunciet, nec sinat vos mei causa occumbere, nimium ve contristari, quippe qui iam grauia admodū patiar, catenamque feram. Hoc autem dilectionem indicat cum eius erga ipsos, tum illorum erga ipsum.

Pax fratribus, & dilectio cum fide a deo patre, & domino Iesu Christo. Pacem eis exoptat, atque cum fide dilectionem. Id autem tale est, vel vt ne alterius opinionis homines diligant, vel vt solos fideles: vel quia oportet & fidē habere eos, vt de futuris
B confidant. Sine fide nāque nihil prodest charitas, imo ne dilectio quidē fuerit sine fide Animaduerte autem quomodo pacem dixerit. Dicens autem quomodo hæc ipsa fiat, intulit, per charitatem. At vnde charitas? si fidem habeamus.

Gratia cum omnibus diligentibus dominum nostrum Iesum Christum in incoruptibilitate. Amen. Pacem hic a gratia diduxit, vtramque seorsim ponens, etiamsi vbique alias connectat. Quod ait in incorruptibilitate, accepit vel pro puritate diligentium Christum, non in diuitiis aut gloria, sed in incorruptibilibus, hoc est, propter incorruptibilia: vel quia diligens Christū, propter virtutem ipsum diligit. Impuritas enim est corruptio, virtus autē incorruptibilitas. Sicut enim virginem corrūpi dicimus, hac ratione animā corrumpi affirmamus. Propterea & Paulus, Ne quo modo, inquit, corrūpantur mentes vestræ: &, Corrupti mentem. Contingat igitur & nos dilectionē erga Christum ostēdere, cū per vitæ ornatum & puritatē, tum per hoc quod incorruptibilia illa bona inquiramus, ac simpliciter per omnem virtute conspicuam vitam, quæ incorruptam seruat animā, non corruptam studijs & iniquitatibus, in ipso Christo incorruptibili sponso virginum & incorruptarum animarum, cui gloria in secula. Amen. ij. Cor xi ij. Tim .iij

Scripta est a Roma ad Ephesios per Tychicum.

Ad Philippenses episto. Pauli

C *per Theophylactum Bulgariæ archiepiscopū Enarratio.*

ARGVMENTVM.



Hilippenses sunt a Macedoniæ urbe Philippis, cui id nomenclaturæ a conditore Philippo induū, appellati, metropoli Thessalonicæ tū tributarij. Haud parū autē boni diuus Paulus de ea prædicat ac testatur. Porro quū in uinculis ageret, hāc epistolā scripsit, post primam enim defēsionē suam, cuius meminit in epistola ad Timotheū, rursus est uinctus. Miserunt autem Philippenses ei per Epaphroditum quibus opus habebat, cognoscere pariter cupiētes quæ cum eo agerentur. Postquam autem uerisimile erat eos turbari quū audirent magistrum suum esse uinctum, scribit hoc eis Paulus, docens quod uinculis suis nō debeant turbari, quin potius exhilarari, quod pro Christo ea patiatur. Cōsilium autem eis dat, ut sint unanimes ac modesti, & humili affectu præditi. Carpit insuper Iudæos, qui Christianismi prætextu Christianam doctrinam ac religionē ij. Tim. iiij Philip. iiij

uastabant ; canes eos prauosque operatores appellans . Multa de moribus ipsis disputat . Facit D
Canes Iudęos Paulus vocat. *etiam prudenter mentionem missorum sibi necessariorum . Videtur autem honorifice cum illis miscere colloquia . multum namque uirtutis atque conatus & operæ in fidem contulerunt . Hic erat purpuræ uenditrix , hic synagogæ princeps crediderat , hic præterea Paulus flagris cæsus cum Sila in carcerem coniectus fuit , hic & carceris custos uno signo permotus , accessit Christo cum uniuersa domo , hic duces militum timuerunt Paulum , rogaruntque ut exiret ac omnino prædica-*
Act. xvi, *tio eius præclarum ac splendidum istbic exordium habuit . Atque hæc ex apostolorum actis discimus . Attribuit autem ipsis Paulus non modo fidem rectam , adeoque pericula quæ propter euangelium sustineant , eis testificatur adesse , uerumetiam uoluntatem , qua libenter impertiat egentibus , quorum omnium causa uehementer eos cum amare unũ tũ honorare uidetur.*

CAPVT I.



Aulus & Timotheus , serui Iesu Christi. Hic non ponit dignitatem
authoritatemve suam apostolus , verum se seruũ Iesu Christi
i. Tim. i. scribit . Magnum quidem hoc est , sed communis . Timotheo
ij. Tim. i. autem scribens & Corinthiis , apostolum sese vocat . Quam
i. Cor. i. ob causam ? Quia isthic multa ordinaturus erat , propterea
ij. Cor. i. Apostoli autoritatem adsumpsit . Hic autem nihil tale injungit , sed velut pares æquali honore eos prosequitur. E

Omnibus sanctis in Christo Iesu. Quia Iudæi seipsos sanctos etiam appellabant , quippe quia populus sanctus erant , eam
Exo. xix ob rem adiecit , in Christo Iesu , Qui enim in Christo Iesu sunt , ij vere sunt sancti , illi autem prophani .

Coepiscopis & diaconis. Coepiscopos , grandiore natu appellauit . non enim in
ij Tim. iiij vna vrbe multi episcopi fuerunt . Nondum enim erant distincta nomina , verum episco-
i. Tim. iiij. pi , diaconi etiam & presbyteri vocabantur . Timotheo enim episcopo scribens , Diaconiam , inquit , hoc est ministerium tuum , certifica . & rursus , Quod datum est tibi cũ impositione manuum presbyterij , hoc est , episcoporum . non enim presbyteri episcopũ eligebant . rursus presbyteri , episcopi etiã dicebãtur vt qui & ipsi populũ inspectarẽt , eiusque gererent curam , vt purgarent illustrarentque eos quos esset necesse . Cuius autẽ
Infra . iiij. rei gratia nunc clero scribit , quod nusquam alio in loco fecit ? Quia ipsi Epaphroditũ allegauerunt , qui quæ apostolo essent vsui , adferret .

Gratia uobis & pax a deo patre nostro , & domino Iesu Christo . Consuetam sibi salutem apponit , imprecans eis vt gratia dei perfusi ac donati floreant , ne eleuati alter erga alterum , excidant a pace & concordia . Charismata enim , non attendẽtibus fastus sunt causa .

Gratias ago deo meo pro omni memoria uestra semper , in omni oratione mea pro omnibus uobis . Quoties , inquit , vestri recordor (semper autem hoc facio glorifico
ij. Cor. ij deũ , quod adeo in virtute creueritis : neque tamẽ quũ sic probati sitis in diuinis reb⁹ , F desino precari , sed pro omnibus rogo , vt porro feliciter pergatis .

Cum gaudio precationem meam faciens. Potest enim & cum mœrore mentio cuiuspiam fieri , vt quum alibi dicat , Ex multa afflictione & anxietate cordis mei scripsi vobis . Proinde cum gaudio meminisse , signum est illorum virtutis .

Super communicatione uestra ad euangelium , a prima die usque nunc . Magnæ ac vere apostolicæ rei testimoniũ illis dicit , eãque illis attribui , nimirũ quod socij , inquit , mei estis , ac participes laborum euangelij , non vnius laboris tantũ aut afflictionis , vel alterius , cæterum a tempore quo credidistis , vsque in hunc diem . Quomodo autẽ mihi communicatis ? allegantes mihi quæ sint necessaria , meique gerentes curam . Qui enim boni quicquam attentanti auxiliatur , omnibusque modis succurrit , particeps ei fit operis . Hanc ad rationem martyribus communicauit , qui hos potenter liberauit . Ascetis porro , hoc est exercitatoribus , quales sunt qui in eremo operantur , adeoque cœnobijs , qui efficiunt vt omni cura & solicitudine vacent , ac doctoribus qui in causa sunt vt non alijs negocijs præterquam suis occupentur distrahanturque , coronarum participes redduntur .

Confidens hoc ipsum , quod qui cœpit in uobis bonum opus , perficiet , Gratias ago inquit , & letor , cõfidẽs quod deus qui orsus est in vobis bona opera facere , ipse etiã cõ

pleat. a præteritis enim de futuris cõiecturam facio. Obserua hic qui eos moderata sa
A pere doceat, Deo cuncta accepta referens, non ipsis solis: neque sic tamen eos sua lau
de priuauit. Dixit enim, qui orsus est in vobis, hoc est, per vestram volũtatem. Si enĩ
hominis voluntas non adsit, neque deus operabitur. sin simpliciter deus operaretur ni
hil remorabitur eũ quo minus in Grecis adeoque cunctis plane moralibus operaretur
Haud parum autem laudis hinc illis nascitur, ceu deo gratiam suam contrahente; vt
ipsis cooperetur, & quia talia tantaque sunt opera, vt ne ab humanis quidem viribus
transigi queant. Aĩat autem eos. ne desidia grauentur atq; in torporem deuoluantur:
nam si deus perfecturus est, nón perinde multum vobis vel laboris vel negocij erit;

De⁹ in Iud tis non operatur.

Diem adusque Iesu Christi. Hoc est, vsque ad aduentum domini, Sic inquit, confi
do, quod non in solis vobis dominus operabitur, sed & in ijs qui per nos crediderunt,
& omnibus qui ipsi crediderint, ad mũdi vsq; cõsummationem. Vel suum cuiusq; obi
tum, diem Iesu Christi intellige, hoc est consummationem & finem,

Quemadmodum est iustum mihi hoc sapere de omnibus vobis, eo quod habeam uos in corde, in defensione & cõfirmatione euãgelij. Cõfido, inquit, vos ad finem vsq; tales fore,
atque hoc de vobis cogito: quãdo quidẽ sẽper gerã vos ĩ corde meo, atq; sciã opera ve
stra. nimirũ q absentes etiã detis operã cõsortes fieri gratiæ euãgelij vinculorũq; Pro
inde iustũ est me talia de vobis cõiecturare, atq; ex primordijs finẽ colligere. Quãtũ au
tẽ est encomij ĩ corde Pauli eos esse, Pauli ĩquã, nõ simpliciter ita, sed cũ iudicio diligẽ
B tis? Sed neq; quũ sisteret Neroni, corã eo rationẽ reddẽs causæ meæ meque defendens,
defecistis a recordatione mei. Confirmationem ait euangelij, vincula & afflictiones in
telligit. Porro & hæc defẽsionem dicere põteris. Perspicuũ eñi est nisi fuisset persuasus
inexplicabiles esse pmutationes, & nullis verbis enarrabilia bona q̃ expectaret, nõ fuis
set victus, neq; sæuũ adeoq; belluinũ Neronẽ offendisset, eiq; nõ restitisset, nisi aliũ im
peratorẽ sigillatim animo suo cõspexisset. Itaq; afflictiones sunt cõfirmatio euangelij

Paul⁹ ãte Neronẽ addu⁹ us

Qui omnes uos estis consortes mei in gratia. Ponit hic ob oculos, se citra iudicium
haud eos diligere, propterea ĩquit, habeo vos ĩ corde, q estis mihi cõsortes gratię hui⁹
id est, afflictionum & vinculorum, nauatisque operã, ne nos in afflictionibus deseratis;
neve destituamur, verum vt tentationum quas pro euãgelio sustinẽmus, potius parti
cipes efficiamini. Quod enim vincula sint gratia, planum est ex eo quod dominus ait;
Sufficit tibi gratia mea, potentia enim mea in infirmitate perficitur. Vel quod poti⁹
est, vt & in procursu dicet, quod vobis donatum est pro Christi nomĩe pati iniuriam.
Animaduerte autem hæc, quomodo non dixerit participes, sed cõparticipes, indicans
se alijs etiam communicare, perinde ac in alio loco ait, Vt consors euangelij fiam, hoc
est, vt communicem repositis bonis, quibus euangelium annunciantes perfruentur.

i. Cor. xij

Testis enim est deus, quod desiderem omnes uos in uisceribus Iesu Christi. Non quod
ei non adhiberetur fides, hæc dicit enimuero quia non multam orationis dispositio-
nem & facultatem habebat, qua hoc testaretur & planum faceret, Deo hoc relinquit,
corda exploranti. Estque euidens argumentum eum esse veracẽ; non enim si eis adula-
C retur, Deum vocasset testem. In visceribus autem dixit Iesu Christi, hoc est, nõ ob hu
manam quampiam commoditatem nec quia transmisistis mihi quibus haberem opus;
sed ob diuinam dilectionem. Vel quia pater vester factus per fidem in Christum, visce
ra habeo erga vos non porro naturalia, sed qualia Christus genuinis suis seruis imper-
tit, qui per euangelium ipsi nascuntur filij. Omnes autem desidero & vehemẽter amo,
quandoquidem & omnes tales estis.

Testẽ deũ cur aduocet Paul⁹

Et hoc oro, ut charitas uestra magis magisque exuberet. Atqui hac ratione, nempe
impẽse amatus, adhuc vehemẽtius vult amari. charitatis enim modus est, nũquã pedẽ
figere. Vide qui cum intensione vsus sit dictionibus, magis magisque exuberet, dicẽs
Hæc autem ait non vt ipsum solum diligant, verumetiam alios.

In agnitione & omni sensu Hoc est, vt non simpliciter quosuis diligatis, sed cum
probatione, & cognitione, & iudicio. plerisque enim citra rationem diligunt, hinc neq;
stabiles sunt talium amicitiæ. Vel vt ne hæreticos diligatis.

Vt probetis uos, quæ excellant. Hoc est, quæ commodent. Si enim cum explo
ratione ac iudicio diligatis, potestis quod commodum est examinare, & agnoscerẽ
quinam diligendi sint, infideles nimirum: & qui nõ, infideles videlicet. Quomodo igi-
tur alio in loco ait, Cum omnibus hominibus pacem habete? Primum quidẽ non sim-
pliciter dixit, sed cum cõditione, Si fieri possit, cum omnibus habete. Deinde aliud est

Rom. xij.

haud paucos instituentes.

A *Quid enim? Omni modo, siue prætextu, siue ueritate, Christus annunciatur:* Quid enim, inquit, opus est multa dicere? Quid mihi curę est, sicue vel aliter, ex prętextu, hoc est, contentione ac simulatione, siue veritate, hoc est, rectitudine & syncæritate mentis, Christus prædicatur? Hinc nõnulli ficlidi putarunt quod Paulus aditum dederit hære sibus. Modo Christum, inquiunt, prędicet quis, nihil refert. Ad primum contemplare: non dixit annunciet, vt legem sancire videatur, sed annunciatur, id quod fit enarrans recitansque. Deinde etiamsi ceu legem sanciens ac præcipiens dixisset, neque sic tamen aditum hæresibus dedisset. quomodo? Nam illi quibus de agit, non praua dogmata introduxerunt, sed vera quidem prædicabant. non recte tamen, neque vero scopo. Hęretici autem de industria & in primis recta non prædicant, cæterum peruersa & adulterina. præter hoc quod peruersus etiam illis scopus sit.

Hæreticorũ doctrina peruersa.

Et in hoc gaudeo, imo & gaudebo. Illis inquit, vt me conturbent, hæc faciunt, ego autem lętor: nam Christus hac ratione latius prædicatur. Et si porro hoc faciant, eo abundantius ego lætabor. Vides artes diaboli, quomodo illum ipsum infringant.

Noui enim quod hoc mihi ueniet in salutem. Hoc: quale? quod verbi prædicatio crescat,

Per inimicitiam quam erga me habent & zelum per uestram prædicationem, & suppeditationem spiritus Iesu Christi. Modestiam & insignem animi moderationem hic
B expende in diuo Paulo. Quum enim ex innumeris eius operibus atque virtutibus debeatur ei salus, adijcit tamen, Si vestris orationibus adiutus ac donatus fuero, subministratusque fuerit mihi per eas amplior spiritus, hinc mihi salus erit. Suppeditationem enim maiorem gratiæ spiritus augmentationem dicit

Iuxta expectationem & spem meam. ἀποκαραδοκίαν expectationem firmam & immobilem spem vocat ab eo quod caput totum videatur annuere; ad id quod firmiter speratur. Ait ergo, Spero me firmiter conseruatum iri. Salutem autem, liberationem a Neronis crudelitate intelligas. Vt enim primum periculum euasi, sic, & imminens effugiam. Docet hic ne totum negotium nostrum aliorum orationibus committamus; cæterum nosipsos oportere etiam quicquam afferre, perinde ac ipse spem omnium bonorum causam affert. Quinetiam propheta ait: Fiat misericordia tua, quemadmodum sperauimus. & alio in loco: Quis sperauit in dominum. & pudefactus est? & ipse adeo Paulus, Spes non confundit.

Psal. xxxiij. Eccle. ij. Rom. v.

Quoniam in nullo pudefaciam. Hoc est; neque in vita; prædico enim euangelium neque in morte; non enim superabunt hostes. Et si enim occiderint, maior mihi potius inde gloria crescet, quæ nullo me pudore neque ignominia afficiet. Attamen ne hoc quidem erit.

Verum in omni fiducia magnificabitur in corpore meo Christus siue per uitam siue per mortem. Isti, inquit, dolo suo putarunt sese me in pericula & mortem coniecturos: non succedet autem eis conatus, sed libere, hoc est, palàm & irrefragabiliter magni-
C ficabitur Christus in corpore meo, hoc est, tantisper dum viuo, corpus hoc circunferens, non enim moriar. Ne autem quisquam dicat, Quid igitur? si tu moriare, non magnifiet? infert, imo & per mortem meam magnifiet: nam & morte me fortiorem fecit, verumtamen interim per vitam meam glorificatur, quoniam omnia mihi donaui, e periculis eruens. De morte autem loquitur, non veluti statim moriturus, verum vt etiãsi fiat non turbentur, vehementer enim eum amplectebantur.

Mihi enim uiuere Christus est, & mori lucrum. Hoc est, nouam quandam vitam viuo, & Christus est mihi omnia, & spiritus; & vita, & lumen. Vitæ enim nomen naturalem etiam vitam significat: nam in ipso & viuimus, & mouemur. Significat etiam vitam in peccatis, vt quum dicit; Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in ipso? Significat & vitam sempiternam, seu eam quæ secundum Christum est, vt, Conuersatio nostra in cœlis est. Hic autem naturalem vitam Paulus non negat, non reijcit, sed vitam quæ peccato dedita est, huius mundi imposturæ accomodantem sese. Christum autem confitetur ipsi esse vitam, quemadmodum & alio in loco dicit, In fide viuo filij dei. Mori autem lucrum est. quod per mortem tũ apertius intelligam æterna. Lucrum itaque mihi præbebunt festinantes me ex huius mundi vita eijcere; Christo, qui est vita mea, me alligantes.

Actuũ: xvij Roma. vi. Infra. iij. Gal. ij.

Si autem uiuere in carne, mihi fructus est operis; & qui deligam non habeo comper-

tum) Vt ne existimes ipsum reprehendere præsentem vitam, inquit: Si viuere in carne, est mihi fructus operis, hoc est, dixi quidem lucrum esse mori, veruntamē postquā D viuere in carne non sit infrugiferum mihi (fructum enim fero, docens illuminansque omnes) non noui quid eligam. Hic obstruuntur præsentem vitam calumniantium hæreticorum ora. nam non est praua, quum fructus nobis impertiat. Quocirca ipsa non est mala, causave mali, sed voluntas male hac vtentiū, praua est. Porro mysteriū quoddam reuelans, indicat se esse dominū vitæ mortisque. nam si velim hoc ex deo petere, dabit gratiam. Ex hoc ergo debetis consolationem accipere, quod etiamsi moriar, istuc non suspicandum est fieri ex malitia hostium, sed ex dispensatione dei.

Vita non mala est, sed eius abusus.

Sap. xvi.

Constringor autem ex duobus, cupiditatem habens ut resoluar, & sim cum Christo, quod multo melius est. Perseuerare autem in carne, magis est necessarium propter uos. Hæc dicit præmuniens eos, vt strenuè fortiterque ferant futuram mortem suam. Quid enim doletis, inquit, propter mortem meam? hanc enim desidero, ac melius mihi hoc est, est enim in causa mors, vt sim cum Christo. itaque non oportet vos dolere. Veruntamen rursus manere in carne, magis est necessarium propter vestram commoditatem. Non enim quæro quod meipsius est, sed quod vestrum est. Constringor igitur ex duobus hoc est, in angustia constitutus, & ignarus quidnam præferam, necessarium tamen magis iudico, vobis mea vita prodesse. Quid igitur Pauli animo dignius, qui aliorū commoditatem prætulit propriæ vtilitati, qua cum Christo esse possit; vt plenius iūgatur Christo, conuersationem suam cum Christo differens? E

Pauli animus.

Et hoc confidens scio, quod manebo, & simul permanebo cum omnibus uobis, in uestrum prouentum, & gaudium fidei. Quia necessariū est vt in carne maneam, confidenter indubitāterque noui quod permanebo, hoc est viuam: & non simpliciter, sed vobiscum quod est, videbo vos, Cuius rei gratia? Vt vos in fide promoueatis, hoc est, fulciamini firmeminique, cum in dogmate, tum vita: quę promotio verum gaudium est & mei & vestri. Hic autem nonnihil eos perterrefacit, perinde quasi dicat: Videte, per vos orbatus sum quo minus apud Christum agam: videte igitur ne vanam & irritam faciatis meam in carne perseuerantiam. Quid igitur? ob Philippensesne solos in carne perdurauit? Non propter hos solos, verum curam illis adhibens hæc dicit, ac ad maiores eos excubias, sobriamque magis vitam adhortans.

Vt gloriatio uestra exuberet in Christo Iesu in me, per meam præsentiam rursus ad uos. Quia pauloante dixerat, ob vestram promotionem & commoditatem permanebo, innuit iam quod & ipsi nonnihil lucelli ex eo accedat, nempe vt abundantius glorietur de ipsis, quod in euangelio progrediantur per suum ad eos aduētum. Quid igitur? venit ne ad ipsos? Hoc sane incertum est, de eo ambigitur.

Tantum digne euangelio Christi conuersemini. Hoc solummodo quæro, vt crescatis in virtute. Digne autem euangelio viuit, qui seipsum abnegans, crucem suam tollit, Christumque sequitur.

Lucæ. ix.

Vt siue ueniens & uidens uos, siue absens, audiam de uobis. Non permutans sententiam, neque tanquam non sit venturus, hæc dicit, verum etiamsi, inquit, fortasse non veniā, possum tamen vel absens etiam exhilarari super conuersatione vitaque vestra quam F in euangelio habetis. Proinde ne recidatis ab euangelio, etiamsi non aduenero, verum sobrij estote, tanquam certo sim agniturus quomodo vos geratis.

Quod statis in uno spiritu, & una anima. Hoc est, in eodem dono concordiæ. Hac n. ratione in vno animo quidam persistunt, hoc est, sunt vnanimes & concordes, quando vnum etiam spiritum habuerint.

Concertantes fidei euangelij. Hoc est vos mutuo assumentes in certamine pro fide, ita vt alter alterum adiuuet.

Periculis, non cedēdum.

Non consternati in ullo ab aduersarijs. Non dico, inquit, non decidentes, enimuero non consternati, id est, non turbati in vlla sane re, siue pericula interminentur, siue mortem adducant, nihil enim perficiunt, sed externant tantum. adeo sunt imbecilles.

Quæ est ipsis quidem indicatio interitus, uobis autem salutis. Quando nanque conspexerint sese post innumera quæ tētarunt, ne externare quidē vos posse, nonne euidēs hoc illis indicium erit, quæ illorum sunt perire, vestra autē fortia adeo esse, vt non possint auferri vobis vel absumi saluē secum continētia.

Idque a Deo. Nam uobis donatum est pro CHRISTO, *non solum in ipsum credere, uerumetiam pro ipso pati.* Charisma nominans Paulus pro Christo affligi, duo hic

perficit, alterum quidem, vt ne pudefiant neque succumbant patientes: alterum, vt ne A extollantur. totum enim inquit, dei est. Etenim & virtutes sunt charismata, non vt liberum arbitrium tollat, sed vt eos moderate sapere faciat. neque enim citra deũ quicquam facere possumus. Forsan & hoc donum est maius quam mortuos excitare. illic enim debitor sum, hic autem debitorem habeo Christum. O rem admiratione dignam Et donat mihi, & super hoc ipso debet mihi.

Absque deo nil re ctũ facere possum?.

Idem certamen habentes, quale videtis in me, & nunc auditis in me. Ostendit hic quod in eodem sunt secum certamine, in iisdem pugnantes: quæ res magnæ ipsis virtutis testimonium prebet. Habetis inquit, me exemplum, scitis enim me apud vos certasse, quã do videlicet cæsus est, & in carcerem coniectus: nunc vero auditis etiam.

CAPVT II.



Iqua igitur consolatio in Christo, siqua adhortatio dilectionis, si qua communicatio spiritus, siqua viscera & miserationes, implete lætitiam meam, ut idem sapiatis. Quod ait, est huiusmodi, Si vultis mihi quampiam in tentationibus meis consolationem dare, siquam admonitionem, qualem charitas generat. si monstraturi estis quod communicationem quandam habeatis in spiritualibus, & secundum dominum, si affectu miserationis mouemini, meque miseramini propter B ea quæ patior, hæc omnia, inquit, mihi in hoc reddite, vt vos in vicem diligatis. Animaduerte hic quemodo concordiam eorum, peculiare beneficium, ac tanquã ipse per miam eam sui efflagitet, rogans vt misereantur vinculorum atque imbecillitatis fidelium, ponit. Non dixit autem parate mihi gaudium, sed lætitiam implete. Orsi enim estis in me gaudium, dedistis insuper mihi vt pacem haberem, cupio in posterum vt illud mihi gaudium ad finem vsque ducatur, Quale autem mihi gaudium? Non vt e periculis liberer, quicquamve a vobis accipiam, sed vt vos idem sapiatis, vt vnanimes sitis.

Concordiæ bonũ

Eandẽ charitatẽ habentes. Hoc maius est quã concordẽ esse. Eandẽ porro charitatẽ habetis, nõ si qui vehemẽter amatur, remisse ac pigre redamet, sed si eodẽ mẽsu redamet.

Eiusdẽ animi, eodẽ affectu imbuti. Tanquam vna sitis anima, non natura & substantia; sed eadem vnaque mente & concordia, quod indicat quum ait, vnum sapientes.

Nihil per disceptationem, aut vanam gloriam. Nihil inquit, per zelum & litem facientes; quod solemus dicere, Danda est mihi opera, ne me vicat ille. Hæc est ἐριθεία, contentio prouocatio. Deinde matrem huius adducit vanam gloriam. ex hac enim illa nascitur. Si enim hominum gloriam amemus, quid quæso propter eam non facimus?

Sed moderata mente, humilique spiritu, alter alterum se præstantiorem existimet. Planum hic nobis facit qua ratione vanam gloriam effugere queamus, præceptionemque tradit saluti nostræ consonam. Si enim putaueris quod quisquam non simpliciter sit maior te, cæterum quod multis nominibus te excellat, exque vera humilitate hoc modo C de te senseris & illo, honore eum prorsus afficies. Hoc si facias, quum eum apud alios honore affici conspexeris, haud ægre feres imo etiamsi conuitietur tibi, teve verberet patienter feres. maiorem nanque te, ipsum arbitratus es, neque inuidebis ei. inuidia.n. impares agit, non in excellentiores. E diuerso ille cogitet te esse excellentiorem se. hoc pacto omnis vtrinque tranquillitas erit.

Inuidia inter pares.

Non quæ vestra sunt, consideretis quisque, sed & quæ aliorũ sunt, vnusquisque Quũ.n. ego quod tibi prodest, tu vero quod mihi cõfert rursus, quæris, neque vanæ hic gloriæ locus relinquitur, neque cuipiam simpliciter malorũ, sed vita isthic est angelica & diuia.

Is enim affectus sit in vobis, qui & in Christo Iesu. Quemadmodũ Christus inquit, Sitis misericordes, vt pater vester cœlestis: & rursus. Discite a me quia mansuetus sum, sic & Paulus humilem affectum docẽs, Christum in medium producit, copiose nos & largiter rubore suffundens, perinde ac alto in loco dicit, Propter nos pauper factus est, cũ diues esset, Quum enim ostẽderit filiũ dei omni altitudine superiorem, ad infima descendisse, infirmumque factum, quem non superborum pudefaciat?

Lucæ.xvi

ij. cor.viij

Qui quum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo. Numera quotnam hinc hæretici cadant. Marcio Ponticus dicebat mundum & carnem esse mala: proinde a Deo non assumptam esse hanc. Marcellus Galatus, & Photinus, & Sophronius, asseuerabant verbum dei actum esse, non essentiam personas

Hæreticorũ, variæ de christ. opin. eorũque cõfutatiões.

lem,atque actum hunc inhabitare ei qui ex semine Dauidis esset. Paulus dein Samo-
satensis dicebat quod ex Maria habuerit principium essentiæ, Sabellius autem Lybi- D
cus affirmabat ꝙ pater, filius, & spiritus sanctus, nomina essent tenuia, vni personæ
attributa. Arrius dicebat filium esse creaturã. Apollinarius Laodicensis, quod ani-
mam intelligibilem & rationalem non acceperit. Vide igitur hic quomodo occum-
bant omnes vno propemodum ense. In forma dei existens. Quomodo igitur Marcel-
liani dicitis quod verbum est actus vel operatio, & non substantia? Forma enim dei
essentia dicitur, quemadmodum forma serui, natura serui? Quomodo & tu Samosa-
tensis, quod ex virgine primum esse suum sumpserit? antea enim erat in forma, diui-
naque essentia Quinetiam Sabellium cadere animaduerte. Non rapinam, inquit, ar-
bitratus est esse se æqualem deo. Aequale de vna persona non dicitur, verum quod
æquale est, alicui est æquale: quare duæ hinc personę elucescunt. Arrius autem pluri-
Exod. iij bus rationibus destruitur In forma enim dei, id est essentia. & non dixit, factus, sed
ὑπάρχων, id est existens Simile est illi, Ego sum existens, vel qui sum. Et non existia-
uit rapinam, esse se æqualem deo. Cernis ęqualitatem? Quomodo igitur tu dicis quod
sit maior pater, filius autem minor? At reputa insipientem illorum instantiam & reni
Titum. ij. sum. Paruus, inquiunt, existens deus filius, non rapuit sibi vt esset æqualis & par ma-
gno deo Primum quidem, quæ scriptura docet vos esse paruum & magnum deum?
hęc enim infidelium sunt Græcorũ. Quod autem & filius magnus deus sit, audi Pau-
lum: Apparitionem, inquit, magni dei & seruatoris nostri Iesu Christi. Deinde si par- E
uus, quomodo arripuit sibi vt magnus esset? Pręterea diuus Paulus humilitatem do-
cens, absurde certe argumentatus esset, & parum dextre perfecisset hunc ad modum?
Quia paruus magno deo non restitit, debetis & vos alter alteri submitti, humiliariq;
Nam qualis isthæc est humiliatio, quod minor aduersus maiorẽ non insurgat? impotẽ
tiæ potius & imbecillitatis est indicium. At enim parem, & eiusdem cum deo poten-
tiæ, hominem factum esse, isthuc sane est humiliatio. Hæc igitur abunde demonstrata
sunt. Deinceps animaduerte quid dicat. Non est rapinam arbitratus, esse se æqualem
deo. Si quis quid rapuerit, metuit deponere illud, ne amittat, tanquam ipsius non sit,
Sin quicquam a natura habeat, facile illud aspernatur, sciens quod citra reiectionem,
suum sit: quare etiamsi videatur deponere, rursum ipsum recipiet. Ait ergo, filius dei
non metuit descendere ex propria dignitate, quandoquidem eam non habebat ex ra-
pina, nimirum quod esset æqualis deo patri, sed naturalẽm dignitatem hanc agnosce-
bat suã. Propterea & humiliari elegit, tanq̃ in ista humiliatione sui altitudinẽ seruans.

Sed seipsum inaniuit, formam serui accipiens. Vbi sunt qui dicunt ꝙ inuitus atque
iniunctionem & mandatum implens descenderit? Audiãt ꝙ seipsum inanem fecerit
ceu dominus, ac tanquam sui iuris, sua libertate gaudens. Formam autem serui dicens
Apollinarium pudefacit. qui enim formam siue substantiam serui accepit, rationalem
omnino animam habet.

Christ⁹ nõ omnia nostra habebat. *In similitudine hominum factus.* Hic Marcionistæ dicunt quod apparenter sit incarna
tus Christus, non reuera, sed in speciem & fucum. Vides enim. inquiunt, quõ Paulus
asseuerat similitudinem eum hominis accepisse ac figurasse, non essentia factum homi F
nem? Quid igitur est? Dominus non oĩa nostra habebat, sed & quædam non habebat,
veluti quod non natus esset ex concubitu, quod peccatum non fecerit. Non erat autẽ
solummodo quod apparebat & videbatur, verumetiam deus, nec erat exiguus ac vi-
lis homo, propterea inquit, in similitudine hoĩm. Nos.n. animam & corpus habemus,
is autem aĩam & corpus habet, ac deus est Proinus aũt & in similitudine dicit. Nã cũ
dicat in similitudine carnis peccati, non hoc dicit, quod carnem non habuerit, verum
Rom. viij quod caro illa non peccarit, sed similis erat peccatrici, secundum naturam, non secun-
dum malitiam Quemadmodum igitur isthic simile est, eo quod non oĩa sint æqualia:
sic & hic similitudinem dicit, quod non sit natus ex concubitu, & quia in eum non ca-
dat peccatum, & quod non sit exiguus homo.

Et figura inuentus ut homo. Quia dixerat, vacuauit seipsum: ne permutationem
& transformationem arbitreris, ait, Manens quod erat, assumpsit quod non erat. non
excidit a natura, sed in figura factus est, hoc est, in carne. carnis enim est figurari. Quũ
enim dixisset, formam serui accepit, ausus est posthac & illud dicere, tanquam illo hæc
obturante. Pulchre autẽ dixit, vt homo. non enim erat vnus ex multis, sed velut vnus
ex multis. Non enim in hominem transcidit deus verbum, at veluti homo apparuit,

A ac infigurabilis quum esset, sub figuram factus est. Nonnulli autem hunc ad modum sunt interpretati: Et figura inuentus tanquam iam vere homo, perinde ac diuus Iohannes ait, Gloriam tanquam vnigeniti, hoc est, qualem decet habere vnigenitum. Tanquam enim aduerbium, cum dubitationem significat, tum confirmationem. Iohan. 1. Tanquam.

Humiliauit semetipsum, obediens, factus usque ad mortem, mortem autem crucis. Rursum dicit, humiliauit sese, ne velut inuitū eum existimes paruisse. At dicūt Arriani, Obediens dicitur, ergo & minor est. At quid hoc, o insipiētes? nam & amicis obedimus, nec quicquam illud dignitatem nostram imminuit. Sic filius patri sponte obedit, atque in hoc indicat eum esse genuinum gnatum. genuini enim filij est patrē honore afficere. Animaduerte autem hic epitases. Seruus factus est, quietiam mortem suscepit, & quod hoc adhuc est probrosius ignominiosiusque, mortem crucis, hoc est execratam, sceleratis addictam. Crux ignominiosa.

Propterea & deus ipsum superexaltauit, ac donauit ei nomen quod est super omne nomen: Quando carnis meminerit Paulus, intrepide omnia humilia loquitur, tanquam caro haec recipiat. Sic igitur haec de carne accipe, nusquam vnum Christum diuidens. Quale autem nomen donatum est humanae naturae vnius Christi? filius dei. Etenim homo filius dei, quemadmodum angelus dixit: Et quod nascetur sanctum filius dei vocabitur. Lucae. 1.

Vt in nomine Iesu Christi omne genu flectatur, coelestium ac terrestrium, & infernorum.
B Hoc est, vniuersus mundus, & angeli & homines, & daemones. Vel quod & iusti & peccatores nam & daemones agnoscent, & inuiti inflectētur, non adhuc veritati repugnantes, qui & ante tempus illud dicebant: Nouimus te qui sis. Lucae iiij.

Et omnis lingua confitebitur quod dominus Iesus Christus est in gloria dei patris. Hoc est, vt omnes hoc dicant quod Christus Iesus, dominus & deus est. Haec autem gloria est patris, quod huiusmodi habeat filium, cui omnia inflectātur. Animaduertis quod praeconiū vnigeniti, gloria est patris sic e diuerso immunitio eius, est ignominia patris. Filij exaltatio, patris gloria.

Itaque dilecti mei, quemadmodum semper obedistis. Adhortationes cum laude & praeconijs fieri conuenit, sic fit vt gratae efficiantur propterea & ipse eos celebrat, dilectos vocans, & quēadmodū, inquit, sēper obediuistis, perinde quasi dicat, Ostēdi vobis qd filius dei obediens factus est, imitamini igitur illū, imitamini autē & nos ipsos.

Non tanquam in praesentia mea solum, sed multo potius in absentia mea. Tū enim fortasse videremini propter reuerentiam erga me, omnia agere: nunc autem si ad virtutem intendatis, monstrabitis quod non propter me, sed propter deum agatis.

Cum timore ac tremore uestram ipsorum salutem conficite. Non propter me ipsum, inquit, adhortor vos, sed vt ea quae ad vestram salutem sunt, faciatis cum timore, eoque vehementi & intenso, & cum tremore: sine timore nanque nihil boni perficitur neque in artibus liberalibus, neque mechanicis. Quomodo autem metus perficietur? Si intelligamus quod vbique deus praesto sit, omnia audiens, & omnia videns, non solū quae aguntur, verumetiam intelliguntur. Seruire enim, inquit, domino in timore, & Psal. ij.
C exultate ei in tremore. Est enim exultatio cum tremore, quando bonum aliquis facit, idque cum tremore, conscientiam habet liberam, quae cū fiducia & libere fateatur verum & euangelium filij dei. Conficite autem dixit, non operamini, hoc est, cū multa diligentia & cura operamini.

Deus enim est qui operatur in uobis & uelle & operari. Quia dixit cum timore ac tremore, nunc ait, Ne terreamini propter hoc: Non enī dixi vt desistas a bono, vel deficias, sed vt attente agas quod agis. Nam si animaduerteris, ac omnia recte trutinaueris, deus omnia operabitur. Ipse nanque est qui & promptitudinem dat nobis, vt velimus bonum: ipse etiam est qui boni operationem ad finē ducit. Operatur enim deus in nobis velle, hoc est, cooperatur nobis vt velimus bona, siue auget bonam voluntatem nostram, simulque accendit, vt feruentior reddatur: maxime vero ipse perfectionem addit. Nos vero homines, quę perfecte uidemus, ad ea tendimus dirigimus ve voluntatē nostram: propterea & velle ipsum a deo perfici dicit. Exempli gratia: Voluisti aliquid, orsus es perficere isthuc: si finē assequaris, rursus idē opus perficere cupis. Excitatur itaque voluntas tua, vt adeo torpore omni vacet. Quum itaque finis & consummatio rei operis ve apud deum sit, qui & velle nostrum accendit, non immerito & ipsam voluntatem apud deum esse asseuerat. Vel ex magna beneficentia Paulus velle ipsum ex deo perfici nobis ait, quemadmodum & de virtutibus idē fem

Liberum arbitrium. 1.Cor.ij.x Ephe.iiij.

tit,non vt suam cuiusque arbitrij vim & libertatem auferat,enimuero semper nos gratos esse volens, & omnia accepta referre deo.Considera autem verba.In vobis,inquit, D qui cum metu atque tremore salutem operamini. in talibus enim deus operatur ōnia.

Pro bona uoluntate. Hoc est; vt impleatur erga vos beneuolentia atque bona voluntas eius,vt sic viuam⁹ perinde ac ipse vult & requirit ex nobis.Itaque & ex hoc cōfidite,omnino enim cooperabitur vobis deus,vt recte viuatis,si nō propter aliud quicquam,eius tamen rei gratia,quia ipsi hoc visum est,atque hoc a nobis requirit.

Et omnia facite sine murmurationibus disceptationibusque. Satanas si non possit semel quampiam ab honesto auocare, vel dementiam ei inducit, vel vanam gloriam: aut si neque hæc possit, murmurationem, aut dubitationem & incredulitatem. Quia igitur in tentationibus continuisque periculis fuerunt, per hæc autē haud pauci ad murmura & maledicentiam prolabebantur:Citra murmura,inquit,omnia facite,qui enim murmurat,ingratus,iniucundus,& maledicus est.Disceptationes autem,condemnationem dicit ac dubitationem,veluti si mandato proposito dicat aliquis. Num si hoc fecero,habebo mercedem?nunquid hoc bonum est?In talibus enim non est dubitandum,sed cōfidenter plane agēdū,ac siue sit labor,siue defatigatio,nihil est disceptādū.

Ingrati est murmurare.

Vt sitis irreprehensibiles & simplices. Hoc est, vt sitis inculpati & immaculati. haud paruus est, næuus enim & macula, ipsum murmur. Non dixit autem, vt in epistola ad Corinthios,pœnam repositam esse murmuri,quod hisce tanquam liberis loquatur. Audi igitur sequentia. E

1.Cor.x

Filij dei immaculati. Seruorum itaque ingratorum est murmurare. Qualis enim filius in patris laboribus,sibique ipse quicquam agēs,murmurat?

In medio generationis incuruæ & peruersæ. Noui,inquit, multos esse qui bellū gerant aduersum vos, cogentes ita vos murmurare: verum potissimum hoc est laudandum, si quis ad morsus,hac ratione nihil murmuret.

In quibus lucete tanquam lumina in mundo, uitæ uerbum habentes. Aeque ac lumina in tenebris lucent,hunc ad modum & vos in medio incuruorum,tortuosorum, recti quum sitis,magis effulgere studete. Hoc enim quod ait φαίνεσθε, id est lucete,imperatiuum mihi esse videtur. Sermonem autem vitæ habentes,hoc est, semen vitæ in vobisipsis habentes,victuri posthac,arrhabonem hinc salutis accipientes. Vel,quemadmodum lumina ac stellæ & lucent, & corpora in afflictione recreant & viuificant, festinate esse vitalis alijs hominibus potentia.

Ad gloriationem mihi in die Christi. Tanta,inquit,vestra virtus sit,vt non solum vos ad vitam ducat, verumetiam me fulgentiorem & clariorem faciat in aduentu Christi.

Quoniam non in uanum cucurri, neque in uanum laboraui. Hæc mea gloriatio est,quod tales vos instituit,nec inanis mihi labor apud vos fuerit.

Sed etiamsi liber super sacrificio & ministerio fidei uestræ, gaudeo,& congratulor omnibus uobis. Etsi moriar,inquit(hoc enim libationem vocat,mortem nimirum ipsam)liber aūt super victima & ministerio fidei vestræ,hoc est,vbi prius vos victimam & sacrum deo obtulero,fideles vos faciens:attamen ne sic quidem moriens turbor,verum lætor & congaudeo omnibus vobis. Lætor igitur quod libamen & sacrificium fiam:collætor autem,quoniam fidem vestram veluti sacrum adduco ad Christum. F

In hoc ipso & uos gaudete. Quod ad Christum adducti sitis.

Et congaudete mihi. Nā libandus ac cædādus instar victimæ,lætor apud meipsum

Spero autem in domino Iesu,Timotheum me celeriter missurum uobis,ut & ego refocillér, cognoscens res uestras. Vt omnia,sic & Timothei apostolatum ac remissionem ad vos,Christo tribuo,committo.Confido enim quod ille facile hoc persequetur,vt quēadmodum vos recreamini discentes per epistolam meam hanc res meas, quod in euāgelij commodum cesserint,quodque res hostium in diuersum sint mutatæ,hūc ad modum & ego recreor & consolationem recipio vbi agnouero ex Timotheo quomodo res vestræ gerantur,nam & Timotheus exacte eas mihi denunciabit.

Neminem enim habeo eiusdem mecum animi qui genuine adeo uestra curet. Potuissem,inquit,alium etiam quempiam mittere,sed nemo adeo æqualis fuit mecum animi, illius instar,hoc est,qui æque vestri curam gereret atque ego,qui genuine,hoc est paterne; vestræ salutis causa anxius fuerit.Obserua hic solicitudinē eius: quando ipsi proficisci non esset integrum,alios mittebat,vt nullo tempore discipuli torpeant.

ues Christiano quærenda non est.

Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Christi Iesu. Hoc est, propriam quis

temvt sint in tuto. nemo enim facile elegerit profectionem hanc suscipere. Hæc autem
A dicit simul Timotheum commendans, simul & auditores erudiens, ne quærant sibi quietem. nam qui hanc inquirit, næ haud quæ Christi sunt quærit. O Christe, quantũ abs te assumus.

Probationem eius cognoscite. Nam tanquam patri filius, mecum seruit in euangelio. Vos, inquit, testes estis, quod veluti patris filius inseruierit, non ad corporis tantummodo ministerium, sed quod multo præclarius maiusque est ad euangelij prædicationem. Itaque seu tanquam filius meus, honore est dignandus: siue tanquam dei minister, multo magis est honore adficiendus. Commendat autem per hæc ipsis Timotheum, non tantum illi gratificans, quantũ ipsis. Nam si ipsi tanquam autoritatem habẽti animũ aduerterint, omnino per verbum eius iuuabuntur, maiorẽ habituri mercedẽ.

Hunc igitur spero me missurum, ubi conspexero quæ circa me sunt, statim. Quum videro qualem sint habituræ finem res meæ, ἐξαυτῆς, id est statim, mittam hunc.

Confido autem in domino, quod & ipse celeriter veniam ad uos. Non tanquam recusarim venire ad vos, Timotheum mitto, verum vt (quod dixi) interea tẽporis felix sim ac lætus, si didicero qualem successum res vestræ nanciscantur. Obserua autem hic quomodo aduentum ad eos sui, ex deo pendere affirmet. Confido dicens, in doomino, hoc est, si deus voluerit.

Necessarium autem putaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem me
B *um.* Non sine laude & hunc emandat, perinde ac Timotheum, ob eandẽ causam quam supra diximus. Cooperatore autem commilito maior est. cooperatur enim aliquis in rebus etiã quæ periculo carẽt, cõmilito autẽ omnino in periculis succurrit.

Vestrum autem apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad uos. Hoc est, eum qui a vobis ad me missus est, dono vobis, per ipsum enim fuerunt qui ei necessaria miserũt. Vel vestrum apostolum, præceptorem seu doctorem vestrum dicit.

Quoniam desiderabat omnes uos uidere, ac mœstus erat, quia audiuistis quod ægrotauerit etenim infirmus fuit, prope modum ad mortem usque. Cõpertum habens quod diligatis ipsum, & q; contristati estis super ægrotatione eius, desiderauit videre vos, vt a tristitia vos liberet, quam habetis propter infirmitatẽ eius. Aliud autẽ hic efficit: nã rationem hic reddit eis quare serius æquo ad eos mittat, tantum non ita dicens. Nõ per socordiã hoc factũ est, aut ignauiã, verũ q; Timotheũ eiusdẽ mecũ animi apud me detineã, Epaphroditus autem ægrotauit, ac propterea non venit citius, quandoquidem cum diuturna, tum letalis, adeoque morti admodum vicina eius ægritudo fuerit.

Sed deus ipsius misertus est. Quid dicis o Manichæe? Si mundus prauus est, & vita eius, quomodo nunc apostolus vocat misericordiam dei, quod Epaphroditũ in vita hac relinquat? verum hæreticis nihil est cum hoc loco negocij. Enimuero quærere hic Christiani queant, num sit bonum dissolui, & cũ Christo esse: & cuius gratia misericordiam dei hic dicat esse viuã. Vel quia Epaphroditus, qui doctor erat & præceptor, plures animas ad deum adducturus erat si viueret, quod magis necessarium est quam C dissolui, vt supra commemoratum est. Aut multum & iuxta communem auditorum consuetudinem Paulus loquitur, & non vbique philosophatur. hominibus enim in seculo agentibus verba facit, qui mortem adhuc metuebant. Alioqui & præsens vita ipsa per sese res bona est, nam quur alias pœnæ loco immaturæ mortes ponuntur? Ob hoc enim, inquit, imbecilles sunt inter vos, dormiuntque multi. Futura enim vita, non est praua melior pręsenti, sic enim haud bona fuisset, verum est bona hac potior adeoque præstantior.

Cõtra Manichæum

Vita, bona res.

1. Cor. xi.

Non ipsius autem tantum, uerumetiam mei. Animaduerte quo pacto & hinc Epaphroditum honorabilem reddat: siquidem illius ab ægritudine reualescentiam, beneficium dei peculiare, & misericordiam ponit.

Vt ne mœrorem super mœrorem habeam. Hoc est, vt ne ad tristitiam, quæ mihi ex infirmitate ipsius subnata est, aliam tristitiam habeam, ex eo quod ipse moriatur.

Studiosius misi ipsum, ut uiso eo gaudeatis. Hoc est, citra cunctationem ac hæsitationem ipsum misi, vt si videatis eum, ab mœrore quem ex eius ægritudine conceperatis, liberati, gaudeatis.

Et ego minus tristitiæ habeam. Quomodo ero ἀλυπότερος, minus tristior? Quoniam si vos gaudeatis, & ego lętor. Nec dixit, ἄλυπος, id est mœrore vacãs, sed ἀλυπότερος quasi dicas, min⁹ tristior, innuẽs quod animus eius nullo vnquã tẽpore extra mœrorẽ

ij.Cor.xi. fuerit; ideo & hæc dixit. Quis nanque (ait) infirmus est, & ego non sum infirmus? D

Excipite ergo ipsum in domino cum omni gaudio. Hoc est, susceptione secundum deum quemadmodum deus suscipitur, vel vt decet sanctos ab sanctis suscipi. Hæc autem propter ipsos Philippēses Paulus facit: maius enim lucrum est ei qui beneficium dat, quam qui accipit.

Ac huiusmodi in honore habeatis. Vt ne videatur ipsi soli gratificari, adhortatur in commune, vt omnibus qui eadem sint cum Epaphrodito virtute præditi, honorem impartiant.

Epaphroditus. *Quoniam propter opus Christi, ipsi etiam morti appropinquauit, animæ suæ parum consulens.* Epaphroditum miserunt ad Paulum Philippēses, vt perferret ad eum necessaria, quibus haberet opus. Reperit igitur Paulum Romæ in periculis, ac se ipsum, ideo Epaphroditus periculo exposuit. Nam periculosum erat quemquam accedere ipsum; quandoquidem hoc modo, haberet imperatorem infensum. Tum igitur ille omni periculo posthabito ministrauit Paulo. Hoc igitur nunc dicit. Animaduerte; non dixit propter me, sed propter opus dei Parum consuluit autem, hoc est, seipsum intriuit morti Quid enim est aliud, præterquam mortuus est deo gubernante dispēsanteque? Porro promptam hic ipsius voluntatem ob oculos posuit. Quocirca & nos siquando viderimus sanctos periculis immersos, succurramus eis; hoc enim tutū est, maximeque Christianos decet in huiusmodi rebus pericula contemnere.

Vt impleat defectum vestrum ministerij erga me. Vos, inquit, non fuistis Romæ, vt mihi corporaliter ministrassetis, etsi necessaria mihi trāsmiseritis. Hoc igitur quod vobis defuit, nimirum quod corpore manuque mihi nō ministraueritis, ipse cōpleuit; omnium vestri loco mihi inseruiens. Quare dignus fuerit cui plurimum beneuolentię ostendatis, quod ipse solus, quæ sunt omnium attulerit. Expende hic quomodo rem ipsam, ministerium ac defectum vocet, vt ostendat par esse, atque adeo debitū esse quoddā, vt ij qui in tranquillitate sunt & ocio, periclitantibus opitulentur: & qui hoc non fecerit, næ is est deterior, perinde ac qui publica ministeria & officia non complet; Ne igitur fastu quodam intumescentes superbiam, ac mercedem suam perdant, hoc nomine in hanc rem appellauit, faciens hoc pacto eos moderate sapere, quippe qui reddiderint quod debebant. E

CAPVT III.



Vod reliquum est fratres mei, gaudete in domino. Quia in luctu erant, quod ignorarent quid cum Paulo ageretur, quomodo verbi prædicatio succederet, qui denique Epaphroditus valeret, omnia hæc diluit, inquiens, Euangeliū crescit, & ego ad vos veniam Epaphroditusque iam emendatus est. Posthac itaq; gaudete, nulla n subest ratio quur non gaudere debeatis. Galatas igitur liberos appellat Apostolus, quia correctione & emendatione indigebant: hos vero fratres nominat, nam honorifice cum illis loquitur Pulchre autem dixit, F

Gala.iiij. in domino: lætari enim secundum mundum, non est lætari, sed in domino ipse etiam afflictiones gaudium habent. Vel, quia dominus res ipsas nostras faciles reddidit, lætamini.

Iohan. xvi *Eadem scribere nobis, mihi quidem non est molestum, nobis autem tutum.* Quum multis eos nominibus prædicasset, inducit tandem adhortationem, ne si principio statim admoneat, onerosus videatur.

Canes, Iudæi vocati. *Videte canes.* Fuerūt nonnulli Iudæis, qui simulantes Christianismū ac euangelium promulgantes, simul Iudaica admiscebant. Quia vero non facile agnosci poterant, hinc dicit. Videte, hoc est, obseruate, attendite, non vos lateant. Canes autē antea appellabantur ethnici, nunc vero iudæis tanquam impudentes, & ad lumen veritatis impudenter sese gerentes, quippe qui omnibus allatrent.

Videte malos operarios. Canū hic appellatione eos priuat. canes enim sæpe mēsæ sunt vicini, atque excubias iuxta heriles ædes canunt. Hi vero operantur quidē, sed ad malum, quæ longe sunt etiam ocio deteriora, euellantes quæ probe sunt plātata;

Iohan.vij *Videte concisionem.* Hoc est, circuncisionem habentes. Ardua autem quondam & preciosa res erat apud Iudæos circūcisio, vbi & sabbatum propter eam solueretur;

A At postquam nūc irrita facta est, nihil aliud est atque concisio, quum enim non sit porro legitimum quod fit, carnem tantummodo concidunt. Vel quia ecclesiam descindere conabantur.

Nos enim sumus circuncisio; spiritui dei seruientes. Si quærenda est, inquit, circuncisio, apud nos eam inuenietis, qui spirituales sumus hoc est, anima & mente colimus deum. Qui enim animo circuncisus, hoc deo inseruitis ingenuam circuncisionem habet, quanto videlicet anima est corpore præstantior. Non dixit, in nobis est circuncisio, verum nos sumus: hæc enim est vere florida circuncisio, quæ virtutibus lucet. Nec rursum in illis dixit, est accisio, sed reipsa sunt perditio & malitia. Rom.i.

Et gloriantes in Christo Iesu, & non in carne confidentes. Vtrum melius est, in Christo gloriari circuncidenti corda nostra, & ad filiorum ingenuitatem, perducenti per baptisma: vel in carne gloriari, hoc est, in carnali circuncisione superbire, tanquam Abrahami filij sint?

Atqui & ego confidentiam habeo in carne. Si ex gentibus essem, posset aliquis dicere quod propterea vocemus in iudicium circuncisionem, ceu viduati simus nobilitate ista iudaica: iam nunc vero & ego habeo quam vos dicitis confidentiam & gloriationem, circuncisionem in carne. Planum est igitur quod nō propterea quod orbatus sim ea quæ vobis videtur ingenuitate vestra, sed propter ipsam veritatem, quę mūdo illuxit, condemno circuncisionem.

B *Si quis uidetur alius confidere in carne, & ego magis.* Animaduerte sapientiam nullius nomine tenus meminit inuisum sermonem faciens, quinetiam per hoc quod ait, si quis videtur alius, indicat quod alij adegerit ipsum venire ad sermones hos Pulchre autem dixit videtur, vel quod tantam habeant fiduciam, quātam ipse: vel quod fiducia in circuncisione vera non sit, sed videatur tantum.

Circuncisio octo dierum, id est, circuncisio mihi octauo die obtigit. In quod potissimum gloriabantur, hoc primo loco posuit, circuncisionē nimirum. Per hoc autem quod ait, octo dierum, vel octauo die, ostendit se non fuisse proselytum.

Ex genere Israelis. hoc est, non ex parentibus proselytis, verum ex ipsis Israelitis.

Ex tribu Beniamin. Hoc est, ex parte probatiore. Nam res sacerdotum in sorte huius tribus fuerunt.

Hebræus ex Hebræis. Quod ad maiores meos attinet ex probatis sum Iudæis, inquit. Poterat enim aliquis esse ex genere Israelis, sed nō Hebræus. Multi enim rem hāc perdiderāt, ipsa etiam Hebræa lingua carentes, eo quod ad gētes trāslati essent, qui nō exacte tenebant scripturas. Ego igitur, inquit, Hebræus sum, hoc est, seruo characterē & signum. vel insignem per hæc ingenuitatem indicat.

Secundum legem Pharisæus. Quia quæ prædixerat, ad voluntatem & consiliū eius non pertinebant, nimirum cicuncidi, ex genere Israelis esse, idque genus alia: nunc sub dit voluntatis & propositi sui opera. Secundum legem, hoc est iuxta legi institutionem, Pharisæus. Probatissima autem secta erat apud Iudæos Pharisæorum.

C *Secundum zelum persequens ecclesiam.* Quia Pharisæorum aliquot æmulatione vacabant, zelum, inquit, habebant, eumque tantum, vt Christi discipulos persequerer. Pharisæorū secta.

Secundum iustitiam quæ in lege est, factus inculpatus. Quia plerique principatus causa, & ob alias quasdam res æmulantur, & non propter legem, ait: Quum inculpatus essem in iustitia legis, quomodo ob humanam quampiam rem persequerer, & non per diuinum zelum?

Sed quæ mihi erant lucrum, hæc propter Christum arbitratus sum esse mihi damnum: Imo & arbitror omnia damnum esse, propter excellentiam cognitionis domini mei Iesu Christi, propter quam omnia detrimentum esse censui. Hic legem calumniantes hæretici insultantes, En, dicunt damnum nominat legem & stercora, quomō igitur a deo sancita est? Primum igitur gratias agamus quod spiritus sanctus hoc eos pacto gubernarit, vt susciperent verba tanquam pro ijs essent. Nisi enim prouidentia dei accessisset, obliterata fuisset plane, iuissetque pessum, vt alia pleraque. Deinde obserua non dixit simpliciter legem esse damnum, enimuero arbitratus sum illam esse damnū: nam natura non est. Quomodo enim, quum ad Christum ducat, si recte intelligatur? nā antea ego perperam eam intelligens, non accedebam Christo: deinde vero veritatem agnoscens, Christo dedi nomen, ac visa est lex mihi detrimentum per illud temporis, quo male illā intellexi. Nam secundū propriā naturā lex est lucrū. Audi porro: nō di-

xit, quæ putabant esse lucra, sed quæ erant: vere enim lex est lucrũ, a belluina natura D
& superstitione homines liberans, ac veluti scalarum seu graduum loco facta, quibus
Compara tio pulchra. ad vitam Christo dignam perduceremur. Vt igitur qui per scalas conscendit, non conspuit gradus, sed gratiam potius illis habet, nisi enim fuissent, non potuisset ascendere: hunc ad modum lex quidem lucrum erat, iam vero detrimentum & noxam eam esse censemus, nõ quod huiusmodi sit, sed quod maior hac sit gratia. Quemadmodũ enim aliquis argentum continens, vbi aurum inuenerit, nec licet vtraque obtinere, dãnum censet retinere illud, ac deinceps relicto illo aurum accipit: hunc ad modum lex est damno, si a Christo abduxerit, si autem adduxerit, non porro. Non solum autem olim arbitratus sum esse damnum legem, verum et iamnum arbitror. Quam ob causam? Comparatio quid. propter excellentiã gratiæ. Viden' quod comparationem faciat? Comparatio autẽ rerum est similium eiusdemve generis, & excellens aliud eiusdem generis excellit. Proinde & lex cognitio est, sed minor: perinde ac lucerna lumen est aliud certe & non quale solis est, lumen tamen est.

Et puto esse stercora, ut Christum lucrer. Propter Christum, inquit, ἐζημιώθην, hoc est detrimentum esse putaui omnia, vel omnia propter Christum reieci, omnibus me exui. Animaduertis igitur ꝙ lex non est natura detrimẽtum, sed Christi causa. Stercora vero, haud est planum num legem nominauerit. verisimile est enim demũdanis rebus ac negocijs dicere. Nondum enim expressit cuius causa omnia damnum esse censuerit, huius forsasse mundi negocia & praeclaras res. Sin de lege hoc pariter dictũ intellexerimus, neque sic forsan erimus iniurij. Stercora enim & sordes frumenti, paleæ sunt siue culmus atque culmus frumenti conseruatiuus est, & sustẽtaculũ eius, idque ratione cognosce. Nisi enim culmus esset, frumentum non esset natum: attamẽ frumẽto viso & electo, inutilis deinceps est culmus. Hanc ad rationem lex est gratiæ confirmatio ac testis. enimuero simul atque gratia illuxit, non est opus huius porro literæ adsidere. E

Et inueniar in ipso non meam iustitiam habens quæ est ex lege, sed quæ est per fidem Iesu Christi, ex deo iustitiam. Vt non habeam meam iustitiam quæ est ex operib⁹ legis, tanquam iam ea perfecerim (neque enim iustitia erit ex operibus, quandoquidem neque quisquam ea perfecerit) sed eam quæ est, per fidem Christi, quæ est iustitia ex deo, hoc est diuinũ donũ, quæ gratia iustificat credẽtes: Si enim credideris in corde
Rom.x. tuo, & ore fueris cõfessus, seruaberis. Diuina aũt dona multis partib⁹ exuperãt vilitatẽ operũ humano studio & conatu peractorum, perinde ac frumentum paleas excedit.

In fide, ut cognoscam eum, & potentiam resurrectionis eius, Per fidem igitur cognitio. Qualis enim ratiocinatio vel cogitatio resurrectionem nobis exhibebit? nulla. Si autem resurrectio ex fide cognoscitur, quomodo quod maius est, nimirum natiuitas eius, rationibus deprehendetur? At qua ratione id maius est? quia resurrectionis multa sunt exempla: multi nanque & ante Christum resurrexerant, ex virgine aũt nemo vnquam natus erat. Proinde iustitia quæ ex deo est, in fide est, hoc est in ea firma-
iij. re. xvij tur, eamque fundamentum habet. Potentiam autẽ resurrectionis dixit, re vera enim in-
iiij Re. iiij gens robur, & potentia est, resurgere. Quinetiam resurrectio virtutem & potentiã no- F
& xiij. bis immittit, vt idem iter ingrediamur.

Et communicationem afflictionum eius. Quum persecutionem, inquit, patimur & affligimur, participes reddimur afflictionum Christi. Si igitur non crederemus ꝙ cũ Christo regnaturi essemus, non talia tãtaque pateremur. Obserua autem quod is maxime credit Christum resurrexisse, qui patitur. Audi igitur quæ sequuntur.

Conformatus morti eius. Hoc est, adæquatus. Vt enim ille ab hominibus passus
Christianis patiendum est. est, sic & ego. Afflictiones nãque & persecutiones imaginẽ mortis illius depingunt, proinde & nos idem cum Christo efficimur, quatenus patimur. Vides dignitatem passionum & afflictionum?

Si quo modo occurram ad resurrectionem mortuorum. Quid igitur? nisi passus
i. Thes. iiij esses o Paule, non resurrexisses? Verũ resurrectionẽ hic intellige celebrẽ in nubib⁹ sublationẽ. Omnes etenim resurgunt, at non omnes resurgendo subleuabuntur in nubes, verum peccatores infra quidem expectant iudicem, sancti vero in nubes rapiuntur in occursum domini. Intelliges autem & ex consequenti, quod dicitur. Mortuus est, inquit, Christus: morior & ego: resurrexit ille honorifice, conor & ego huiusmodi cõsequi resurrectionem celebrem. Vide autem pietatem eius qui tanta est operatus, quod sit supra homines, Si quo modo perueniam. Nondum confido, inquit, adeo humi-

li spiritu imbut⁹ erat. Quod & alio in loco ait, Qui videtur stare, videat ne cadat: &,
A Nequo modo alijs prædicans, ipse reprobus inueniar. i.Cor.x & ix.
Non quod iam acceperim, aut consummatus sim. Quum dixisset, si quomodo occurram, confirmat hoc, inquiens, propterea sic dixi per ambiguitatem, quia necdum accepi brabeum, neque perfectus sum.
Persequor autem si & preueniam aut & comprehendam, perinde ac comprehensus sum a Christo Iesu. Ego, inquit, in certamine versor, & insequor si queam comprehendere finem & brabeum. Deinde ostēdens rem ipsam esse debitum, subdit: Quoniam comprehensus sum a Christo, id est, quum essem ex pereuntibus & condemnatis, persecutus est me Christus, & fugit a conspectu eius peccatum, mors, & condemnatio: comprehendit itaque me, & ad sese conuertit. Debeo itaque & ego ipsum sequi deinceps, vt apprehēdam. Significantissime autem dixit, persequor. Qui enim persequitur, nihil aliud intuetur, quā ad quod accelerat. Omnia autē præterit cum charissima, tum maxime necessaria: hunc ad modum & nos festinare conuenit, vt a nulla re impediamur.
Fratres, ego meipsum puto nondum comprehendisse. Quia plurimum laudauerat Philippēses, nunc ipsorum deijciens affectum. Ego, inquit, talis ac tantus præceptor vester, nondum opinor me apprehendisse virtutem vniuersam, perinde quasi de cursore aliquis dicat, Nondum totū perfecit. Qui igitur alio in loco ait, Cursum perfeci? At illud morti vicinus dixit. ij.Tim iiij
B
Vnum autem, eorum quæ retro sunt, oblitus: ad ea quæ sunt ante, extensus. Vnum tantummodo facio, vnum hoc solummodo contendo, vt semper promoueam & pergam, & obliuiscar operum transactorum, adeo vt ne vllam quidem eorum mentionem faciam, ac sic priora & quæ ante me sunt, persequar, ceu ea quæ desint mihi. Sic qui se absoluisse cursum putat, a cursu desistit, quippe qui totum iam confecerit. Quid vero est quod ait, superextēdēs? id est, priusquam peruenero, accipere tētās, ac pedes currētes licet, cum reliquo corpore anteurrere festinans, meipsum intēdendo ad anteriora, quod a multa cupiditate & promptitudine fit. Pauli profectus
Secundum scopum persequor ad brabeum superne vocationis dei in Christo Iesu. Non citra scopum curro, sed ad scopum defigens oculos. Quis vero scopus ille est? brabeum supernæ vocationis, hoc est incorruptibilis, quæ est in coelis. Infra enim est certamen, supra vero corona in splendore sanctorum. Nam & rex maiori honore afficiens certatores, ad superna vocans eos coronat. Ostendens autem quod Christi auxilium omnia perficiat, ac sine ipso imperfectus sit cursus, adijcit, in Christo Iesu, hoc est, per illius cooperationem & auxilium.
Quotquot igitur perfecti sumus, isthuc sapiamus. Quale isthuc? vt obliuiscamur eorum quæ sunt post nos, id est transactorum. Perfecti enim est, seipsum non nominare perfectum; hæc enim est perfectio, non confidere.
Et si quid aliter sapitis, & hoc deus vobis reuelabit. Hic securos eos facit ac tutos.
C Si putatis, inquit, totum vos perfecisse, deus vobis ceu ignorantibus ostēdet quid decorum sit, & quid conueniat. Hæc autem de vitæ perfectione dicta sunt, ac ne ipsi se perfectos putent.
Veruntamen ad quod peruenimus, eadem incedite regula, idem sapite. Hactenus, inquit, quod perfecimus, retineamus, nimirum concordiam, pacem, & incedamus eadem regula, hoc est, eadem fide, eodē termino. Regula enim & amussis neque appositionē habet, neque ablationem: neque vos igitur spiritus mandata alteretis.
Imitatores simul mei estote fratres, & considerate, sic ambulantes quemadmodum habetis exēplar, nos. In superioribus dixit, videte canes, atque Philippēses ab illis abduxit: nunc autem agglutinat eos bene ambulantibus. hoc enim est quod ait, Attēdite, hoc est, intuemini in eos, ac veluti ad archetypū respicientes, aduersum illos effingimini. Ac quemadmodum habetis typum me, hunc ad modum & illos. Nō enim verbis tantum docebat, verum etiam vita bonisque moribus seipsū exēplar exhibebat, quandoquidem & hoc perfecta doctrina requirit.
Multi enim obambulant, quos sæpe dixi vobis, nunc autem & flens dico. Non nominatim eos perstringit, ne prouocet eos, facit tamen vt hos intelligant, Quos sæpe dixi vobis, inquiens. Nunc autem postquam malum progressū est & extēsū, ne meminisse quidem horum possunt sine lachrymis. Vides affectum, quo cōpatitur eis? nō ob

propria ille mala plorabat, non enim habebat, sed quia alij citra dolorem & in delicijs viuebant.

Hostes crucis Christi. Fuerunt nonnulli Christianismum simulantes, in delicijs tamen & tranquillitate seu ocio viuentes, hos hostes crucis appellat. Hic enim animam inquirit extensam ad mortem, sitientem periculorum: ipsi autem soluti sunt ac cōtrario plane modo cum hoc conuersantur ac viuunt. Si enim crucem amarent, crucifixam simul vitam quærere studerent, amarulentem videlicet. Nō horremus igitur in posterum, si deliciarum amicus & quietis & securitatis est hostis crucis.

Crucis hostes.

Quorum deus venter est. Seruiunt enim huic tanquam deo, & omnē curā adhibet. Alijs sane pecunia, alijs vero vēter deus est, de quibus & alio in loco ait, Edamus & bibamus, cras enim morimur, ecce & alia idololatria.

I.Cor.xv

Et gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt. Quidā hoc de circuncisione intelligūt, quā ipsi quidē gloriā putabāt, quū reuera sit ignominia: verū isthuc sic sese nō habet. enimuero stultitiā eorū per hæc ob oculos ponit. Nā flagitia cōmittētes, inquit, quū deberēt celari, ac propterea pudefieri, potius sibi gloriæ ducūt terrestria plane cogitātes. Tales enim deū vētrē habēt, nihil cœleste vel spirituale cogitātes vel intelligētes.

Venter quibus deus sit

Nostra enim conuersatio in cœlis est, ex quo & seruatorem expectamus dominum Iesum Christū. Itaq; quę superna sūt, operæprecium est nos sapere & affectare, & ad patriā nostram festinare, vbi & agere & viuere & cōmorari nobis indictum est: quandoquidē & dominus & rex noster isthic sit, atque inde ipsum venturū expectamus in gloria paterna cum sanctis angelis suis. Itaque & a loco & persona vobis metuite.

E

Qui transfigurabit corpus humiliationis nostræ. Multa nunc patitur corpus, vincitur, verberatur, innumeris casibus obijcitur. Ob eam rē humiliationis corpus est, quod corruptioni atque dolori subiectū sit, sed transfigurabitur, id est, ipsum permanēs induet incorruptibilitatem. Per transfigurationem, a corruptione liberationem intellige.

Vt efficiatur conforme ipsum corpori gloriæ ipsius. Simul atque conforme ipsi factū est in afflictionibus per cōmunicationem earum, cōforme etiam efficietur gloriæ ipsius. Papæ, quid dixit? Et quod ab angelis adoratur, quod ad dextrā patris residet, gloriæ corpori conforme fit corpus nostrum, ac perinde glorificatur vt illud. Nonne igitur si vniuersus mundus simul lacrymetur ac defleat eos qui ab gloria hac excidunt, digne lachrimabitur?

Secundum operationem quo potest ipse subijcere sibijpsi omnia. Quia magnum dixerat, ac propemodum incredibile. Ne dubites, inquit, vim enim habet atque potētiā, per quā operatur omnia, ac subiecit ei angelos & archangelos. Itaque postquā illo maiora fecit, quanto potius hoc, quod minus illis, faciet? Quis vero subiecit? Nonnulli asserunt quod deus & pater subiecerit ipsi, Christo videlicet, omnia. Cæterum inconsequens illud est. non enim dixit supra de patre. Rectius igitur de Christo hoc intelligitur, qui per virtutem diuinitatis subiecit ipsi, corpori suo videlicet, omnia. nō enim metuens nequando diducamus Christum. vnum enim nouimus ipsum etiam in diuersitate naturarum.

F

CAPVT IIII.

D Roinde fratres mei spirituales & dilecti & desiderabiles, lætitia & corona mea, sic state in domino dilecti. Itaque et si cernatis hos gaudētes & gloria affectos, state vos perinde ac consistitis, sperādo quod vna cum Christo glorificabimur, neque ab ea spe excidatis. Obserua autem quantis encomijs eos euehat. Fratres, inquit, & non simpliciter, verum dilecti, & adhuc desiderabiles, hoc est, ab me inquisiti vt a me videamini, vt coram me appareatis. Præterea gaudium, neque hoc simpliciter, verumetiam corona: quo non est aliud quiddā celebrius. Siquidē āte adhortationem eos commendauit, ac rursus post exhortationem in tanto fuerūt apud eum precio, vt tali tantoque honore ipsos dignaretur Paulus.

Eudochiam obsecro, & Syntichem obsecro, eodem esse affectu in domino. Ne rogo te etiam germane coniunx, suscipe eas. Videntur mihi mulieres istæ caput esse ecclesiæ apud Philippenses. Commendat itaque has viro cuipiam admirando. qui aut frater fuit alterius ipsarum, aut maritus etiam. Forsā autem & custos ille fuit carceris perinde quasi dicat: Iam tandem frater es germanus, nunc genuinus vir. si in opere domi-

A ut idem iugum trahas adiuuans illas. Nonnulli hic in errorem inducti, aiunt Paulum hic propriam suam coniugem adhortari atque precari. verũenimuero hoc esse haudquaquam potest. Vt enim alia prætermittam, si suam vxorem intelligere voluisset, debuisset dicere genere fœminino, γνησία σύζυγε. id est, germana coniunx.

Quæ euangelio certarunt mecum, cum Clemente ac reliquis cognatis meis. Non exiguam, inquit, partem istæ contulerunt auxilii ministerĳque sui, etiãsi haud pauci alĳ essent auxiliatores. Propterea concertarunt mecum ait, non leuiter enim tum sanę ecclesiæ conglutinabantur coniungebanturque, altero alterũ honorãte & adiuuante. Verum hodie quis noster, pro dolor, status est quum alterum deĳcimus, hinc etiam fit: vt simus plane diuersi ab ĳs qui in ecclesiæ primordĳs vixere.

Quarum nomina sunt in libro uitæ. Animaduertis quantum virtutis muliercul tribuat? Dominus enim apostolis dixit, Nomina vestra scripta sunt in cœlis. hoc & fœminis diuus Paul⁹ attribuit, quod nomina earũ cũ reliquis inscripta sint libro vitę hoc est, in cognitione & iudicio dei, quo illis vitam adiudicauit etiamnum ex fide earũ, quẽ admodum qui non credit, iudicatus est, atque mox etiam libro mortis insertus est. Luc.x. liber vitę Iohã.iii.

Gaudete in domino semper. Quomodo igitur dominus dixit, Beati qui lugent? quia illud ipsũ lugere, est gaudere. Non enim simpliciter dixit, gaudete, sed in domino. Qui autẽ in domino est, sẽper lętatur, etiãsi torqueatur vel dilaceretur. Reuertebãtur, iquit, a concilio gaudentes, quoniam digni habiti essent pro nomine Iesu cõtumelia affici. Matt.v. Act.v.

B *Iterum dico gaudete.* Quia rerum natura mœrorem pariebat, per duplicationem verbi ostẽdit omnino esse gaudendum.

Modestia uestra nota sit cunctis mortalibus. Quia supra accusabat quosdã Paulus ceu inimicos crucis Christi, adhortatur iam eos, vt sese moderate erga illos gerãt, ne inuideant illis, neve sint infensi, sed clemẽtes se potius ipsis exhibeant, etiãsi hostes fuerit.

Dominus prope est, de nulla re solliciti sitis. At male habet vos quod isti in voluptatibus viuant, vosque iniuria afficiant, quũ vos in afflictione laboretis? verũ id vos minime moueat. Dominus enim prope est, iudicium iam admotũ est. Proinde neque illorũ vos iniuria angat, neque vestra vos calamitas a scopo qui Christus est, deĳciat: reddẽt enim rationem isti deo, & vos quiete vestra fruemini in sempiternum.

Sed in omni ratione & precatione petitiones uestræ patefiant apud deum. En aliam consolationẽ, orare in omni re, At qũo quisquã futura rogauerit, qui sese pro priorib⁹ beneficĳs nõ exhibuit gratũ? Itaque pro omnib⁹, etiã ĳs quę cõtraria nobis videbũtur, sunt agendę gratię. Nã pro bonis in nos collatis nos gratos esse, rerũ natura postulat: illud autem est animæ piæ & vere gratæ. Huiusmodi igitur orationes patefaciũt petitiones nostras coram Deo. alter enim factas ne agnoscit quidem Deus. Orationũ vtilitas.

Et pax Dei exuperans omnem intellectum, custodiat corda uestra & mentes uestras in Christo Iesu. Hoc est, reconciliatio quã cum hominibus fecit, illa excedit omnẽ intellectum, nedum humanum, verumetiam angelicum: perinde ac si dicat. Qui hac ratione nos liberauit, vt ne vllus quidem intellectus nullaque mens comprehendere C possit (quis enim expectasset tanta nobis obuentura esse bona, nosque Deo reconciliandos) ipse porro vos custodiat & muniat, vt ne aliquid mali intelligatis aut cogitetis: Vel pacem dicit, de qua dominus loquitur, Pacem meam relinquo vobis, ipsa custodiet vos. Etenim pax ipsa exuperat omnem itellectum, quanto magis substantia? Quod vero ait, in Christo Iesu, hoc est, in ipso vos custodiat, vt ne ab eo excidatis, sed perseueritis in eo. Iohã.xiiĳ

Quod reliquum est fratres. Tanquam vrgens, & nihil commune habens ad ea quæ præsentia sunt, sic inquit.

Quæcunque uera sunt. Hoc est virtutibus compta. Vitium enim mendacium est & voluptas eius.

Quæcunque grauia sunt. Ad eos qui terrena sapiunt, ĳsque sunt acclinati.

Quæcunque casta. Ad eos quorum Deus venter est.

Quæcunque amabilia. Id est, Deo & hominibus grata, vt adeo non offendant neque collidantur inter se mutuo.

Quæcunque bona præconioque digna, siqua uirtus, & siqua laus. Viden' quod & eorum quæ homines concernunt, rationem haberi velit? sed non simpliciter, verum cum appendice hac, siqua virtus.

Hæc cogitate. Quia e cogitationibus praua opera nascuntur, Hæc cogitate in-

quit, quæ sunt prædicta.

Quæ & didicistis, & accepistis, audiuistis, & vidistis in me: Quia non licebat de D
omnibus exacte dicere, de ingressibus, exitibus, figura, habitu, verbo: in summa inquit, quæcunque didicistis & audiuistis per doctrinã, & accepistis etiam sine scriptis; & vidistis in me per ipsa opera. Hæc enim, vt sæpe commemoratum, optima est doctrina, seipsum formam exhibere.

Hæc agite. Non solum cogitate, vt paulo ante dictum, neque dicite solummodo; verumetiam facite.

Et Deus pacis erit vobiscum. Hoc est in tranquillitate viuetis, si hæc egeritis. Si enim pacem habeamus ad Deum, videlicet per virtutem, & ad homines (Cum odien-
Psal.cxix tibus enim pacem, eram pacificus) erit Deus nobiscum. Qui enim & fugiẽtes sectatur, qui accendentibus non adesset?

Gauisus sum in domino vehementer; quod iam olim refloruistis pro me sapere. Nõ mundano more gauisus sum, neque pro vitæ huius seculi ratione, sed in domino, nõ quod requiẽ habuerim ego, verũ quod vos promouistis atque progressi estis. Propterea & valde se gauisum asserit pro ipsorũ salute & cõmoditate. Clã vero obiurgãs eos super præsenti tempore, quasi doceat continuo ac semper impartiendum, rursus ipsum vmbrauerint Philippẽses, nimirum doctrinam hãc suã. Iam olim enim, longũ tempus significat. Refloruisti autem dixit, veluti de germinantibus, ac rursum tamen arefactis: E
ac denuo repullulascẽtibus. Et vos, inquit, quum essetis floridi, emarcuistis, deinde refloruistis. Itaque hęc pariter obiurgatio est & laus. non enim parũ est, cum qui exaruit, repullulascere, Vt me vero existiṁes quod & inreliquis exaruerit, intulit, vt pro me sapiatis, in hoc solũ vt soliciti sitis in subministratione eorũ quæ mihi sũt necessaria. Suboritur hic quęstio: Quomodo, quũ beatius sit dare quã accipere, & quũ ad Corinth ipse dicat, Satius
Act.xij. est mihi emori, quam vt gloriationem meã quisquã euacuet nunc inuenitur accipere?
i.Cor.ix. At ille nõ iniuria nihil accipiebat, propter pseudapostolos, qui sese nihil accipere simulabãt, vt in quo gloriãtur, inueniãtur & ego. Etenĩ nõ simpliciter dixit, nõ obturbabitur gloriatio mea, sed, in finibus Achaię. Alias, inquit, ecclesias deprędatus sum Istic itaque consulto non accipiebat, hic vero dilecti sunt dantes, ac desiderabiles, a quibus nisi ac-
ij.Co. xi. cepisset, perturbasset eos. insuper & accipere pro dãtibus magis est. etenim maiori cõmoditate afficiũtur dãtes, quã quæ accipiũt. Quid vero ait dñs, Beatius est dare quã accipere; nõ est simpliciter ĩterdictio accipiẽdi, verũ cõparatio est, quę id quod melius est submõstrat Non enim quia potius est aurum, quisquam vetat ne argentum habeas. Alias autẽ, &
Ephe.iiij. ille laborare præcipit, vt ita ex labore & opere nostro habeamus quod aliis impertiamur, atque sic sane faciundum est. Sin vero occasio seu tempus operandi non fuerit; vt si bella vel tumultus vel ægritudo remorentur, quid tum faciendum? nõne accipiẽdum est? Equidem opinor.

Quandoquidem & sapiebatis. Hoc est; gerebatis quidem in corde pro me solicitudinem vestrã, & pro me soliciti eratis: nã & in more vobis est, vt pro me soliciti sitis.

Non habebatis autem opportunitatem. Non socordiæ vestræ fuit, inquit, sed ne- F
cessitatis hoc, nempe quod mihi non succurreretis, hoc est, non habebatis in manibus vestris neque abundabatis. A cõmuni loquendi consuetudine hoc desumpsit. Solemus enim dicere, Angustia me inuasit, Malum tempus nunc est.

Non quod per indigentiam hæc dicam. Non propterea vobis hæc conqueror; quod penuria angar atque meam ipsius rem spectem.

Ego enim didici, iis quæ mihi sunt, contentus esse. Obserues hic difficile esse transactu vt aliquis sit contentus suis rebus suaque sufficientia gaudeat, cum quod exercitio & crebra operatione opus habeat? Didici enim, inquit.

Noui & humiliari, noui & exuberare. Id est, paucis etiam vti noui, & famem perferre, & rursus exuberare. Ecqualis hęc virtus est, nouisse exuberare? Omnino certe magna: plures enim abundantia rerũque luxus infringit, quã penuria, ad plures cupidita-
Abũdare scire, quid sit. tes & absurdas accedens. Quomodo autem nouit Paulus abundare? Quoniam in alios impendebat, nec gaudebat superabundantia, cæterum æqualis erat in saturitate & indigentia. neque enim ob hanc laxabatur, neque ob inopiam comprimebatur.

In omni & in omnibus institutus sum. In omni longo tempore, & in omni re, & in omnibus incidentibus experientiam accepi.

Et saturari & esurire, & abundare, & deficere. Israelitę neque esurire nouerunt: ob-

A locuti sunt enim domino deo, dicentes: Nunquid poterit dominus deus parare mensam? Sed neque saturari: Ederunt enim & impleti sunt, & recalcitrarunt. Verū Paulus & Christiani sese aliter gerunt. Monstrat autē per hęc, quod neq; ātea, quū nō cōferrēt cristaretur, neque nunc perdentes gauisus sit humana ratione, sed eorum nomine lęta tum se indicat, quod ipsi per hæc adiutarentur;

Omnia possum in eo qui me confortat, Christo. Quia sentiebat quod magna de se loquutus esset ait. Non meum opus est, sed eius qui robur dedit, Christi.

Veruntamen bene fecistis, afflictioni meæ communicantes. Quia dixit, didici esse, contentus, ne propter hoc Philippenses offenderentur, ceu non libenter accipisset neque grato animo quæ obtulissent, quippe quia inutilia ea reputasset (solent enim dantes offendi, siquando accipientes asserant se non indigere illis) isthuc ergo nunc curat; inquiens; Verūtamen recte fecistis, hoc est, etsi non opus habeam, attamen gratiam & munus vestrum accepi. Expende hic sapientiam, quomodo rem attollat. Communicantes afflictioni meæ, inquiens, pares ipsos sibi constituit. Ego quidem hęc patior: quia vero mei curam gessistis, Deus etiā vos pro colluctatoribus & adiutoribus meis in euangelio reputat. Per ea igitur quæ superioribus memorata sunt, fastum eorum, deiecit; per ea vero quæ nunc dicuntur, promptitudinem & alacritatem eorū cōfortat. Pauli prudentia.

Nouistis autem vos Philippenses, quod in prīcipio euangelij, quando exiui a Macedonia nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dationis & acceptionis, præter vos solos.

B Quia videbatur eos supra carpere, quum diceret, Iam olim refloruistis sapienter, ... c hoc defendit. Hoc ipsum, inquit, quod visus sum vos repræhendere, non feci tanquam voluerim quicquam accipere, enimuero quod plurimum sim, vobis cōfisus, tum quod vos mihi eius rei vel reprehensionis sitis autores. primi enim vos inter cæteros tentastis rationem habere necessitatis meæ. Atque hinc accepta libertate vos obiurgare mihi placuit, vt eos qui quod cōsueuerant facere prætermiserint. Ingēs igitur encomiū est, quod ī principio euangelij, tū q; non solū quum apud vos agerem, sumptum mihi suppeditastis, verumetiam quando exiui e Macedonia, hoc est, quādo ex vestra regione ac finibus discessi. Non dixit autem, nulla mihi ecclesia dedit, cæterum, nulla ecclesia cōmunicauit mecum in ratione dationis & acceptionis. Etenim cōmunicatio est opus. Das carnalia, & accipis spiritualia, perinde ac alio in loco: Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si vestra carnalia metamus? Aliæ igitur ecclesiæ non communicarunt in ratione dationis carnalium, & acceptionis spiritualiū. i. corin. ix

Quoniam & Thessalonicæ semel atque iterum quæ mihi necessaria essent, allegastis. Magnum & hoc præconium est, quod in metropoli agens, a parua alebatur ciuitate. Necessitatem porro, necessarios, appellat, necessitatem, non delicias neque luxum.

Non quod inquiram dationem, sed inquiro fructum exuberantem ad rationem vestram; Quia humile quoddam proloquutus erat, dicens ad necessitatem meam, vel quæ mihi necessaria essent; ne extollantur illi, Non hæc, inquit, dico, quod inquiram vestra dona, sed vestri commodi causa, vt vos fructum referatis, qui fructus ad ra-

C tionē vestram est, hoc est, vobis commodat. Viden' quod ipsi adiuuabātur ex dando.

Habeo omnia, & exubero. Quia dixit, non quęro: vt ne rursus eos socordes magis reddat (quanto enim fuerint prudentiores, tanto maiorem quærunt gratiarum actionem ab eis quibus beneficia impertiuntur benefactores.) Habeo, inquit, omnia, & exubero, id est, hoc dato vestro nedum quæ prætermissa sunt nobis replestis, verū & superastis. Dicens autem habeo, aufero tanquam de debito, vt ne cristas erigant. Rursum exhilarans, ostendit quod vltra etiam debitum fecerint, abundantiā mittentes.

Impletus sum accipiens ab Epaphrodito dona vestra, odorem bonæ fragrantiæ, sacrificium acceptabile, beneplacens deo. O rem admiratione dignam. Quonam donū ipsorum retulit? Non ego, inquit, accipi, sed deus per me. Proinde etiamsi ego nō indigeam, ne sit curæ vobis, quando quidem neque deus indigebat, sic tamen accepit vt & scriptura dicat, Olfecit dominus odorem bonæ fragrātiæ. vt ne si audiamus deum hisce non egere, segniores in dando efficiamur. Gen. viij.

Deus autem meus repleat omnem necessitatem vestram iuxta diuitias suas in gloria, in Christo Iesu. Postquam in superioribus dixerat, non habebatis opportunitatem hoc est, eratis in angustia, precatur nunc vt & ipsi satis habeant. Quod si philosophi & eruditione graues & prudentes fuissent, non imprecatus esset eis corporalia. Quia vero sunt homines huius vitę negocijs occupati, aliquam etiam præsentium cupiditatē

habentes, imprecatur eis, acquiescendo illis, non abundantiam aut delicias, sed necessariarum rerum copiam Impleat enim, inquit, omnem necessitatem vestram, ut ne sitis in indigentia. Praeterea ne arbitraretur quod ad angustiam eos velit conijcere, subdit iuxta diuitias suas, hoc est, diuiter, abunde, citra vestri angustiam necessaria vobis dare potest: quare ad gloriã ipsius vtimini facultatibus. Quod ait in Christo Iesu, sic potest intelligi, quod pater faciet mediante Iesu. Potest etiam hac ratiõe itelligi, in gloria quę ad Christum refertur, Infert igitur: D

Terrena quoque, Paulus discipulis iprecatur

Deo uero & patri nostro gloria in secula seculorum, Amen. Quia dixerat in gloria filij, subintulit quod gloria ipsa filij, sit etiam gloria patris.

Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Haud parum beneuolentiae est, per literas eos salutare.

Salutant uos qui mecum sunt fratres. Fuerunt enim plures cum ipso fortasse, qui etiam ex Roma erant, qui tamen tales non erant vt apostolicam reciperent functionem Solus enim Timotheus erat huiusmodi, quem & supra eiusdem secum animę vel ęqua nimem nominauit. Haud refugit tamen hos etiam fratres appellare.

Salutant uos omnes sancti, maxime qui ex Caesaris domo. Confortat eos, ostendens quod & regiam domum euangelij praedicatio attigerit accenderitq́, & q̃ illi qui in re giaversabãtur, & apud Imperatorẽ, omnia propter Christum posthabebant Quãto potius & vos inferiores hisce, idem facietis? Pariter autem submonet quod ipsorũ mẽtionem fecerit, eorumque virtutis apud illos meminerit. alioqui enim non potuisset eos in desiderium eorum pertrahere, vt salutarent ipsos. E

Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis, Amen. Est in more Paulo, voto claudere epistolam, pariter eos docens, vt si virtutes quas habeant, eas ex gratia dei habere se nouerint, & credant, & non propter eas extollentur: sic futurum vt gratia nunquam non sit permansura, si non extollantur inquam. Contingat autem, & nos omni virtute, maxime ea qua aliis impertiamus, abundare per gratiam Christi, vt & nosipsi adiuti, propterea quod omnibus indigentibus impertiamus, potissimumve ijs qui pro Christo patiũtur: fruamur diuitijs bõitatis ipsius, cui gloria in secula, Amẽ.

Scripta est ex Roma per Epaphroditum.

Ad Colossenses episto. Pauli

Per Theophylactum Bulgariae Archiepiscopum Enarratio.

ARGVMENTVM.



Mnes quidem diui Pauli epistolae sanctae sunt, maxime vero quae a vincto ipso mittuntur tanquã iam primas in bello consecutus, & victoria parta, in media caede tropheum statuens eas conscripserit. Nouit autem & ipse hoc magnũ esse, atque ad honorem pertinere. Philemoni enim scribens ait. Quem genui in vinculis meis. Hoc autem dixit, ne & nos contristemur ob pericula quaedam, sed potius honori, nobis ducamus propter Christum contumeliam ferre. Sunt autem multae huiusmodi epistolae, ad Ephesios nimirum & ad Philemonem, ad Thimotheum, & Philippenses, atque haec ipsa ad Colossenses, quas ipse in vinculis suis conscripsit. Quemadmodum autem Romanis, quum non vidisset antea, tum Hebraeis scripsit. pari ratione hisce antea non visis literas mittit. Apud hos autem erat Philemon & Archippus, qui, & mihi videtur ecclesiam quandam instituisse. Scribit autem Colossensibus tali de causa. Prauum quodpiam & impium dogma in eos inuaserat, iamque floruerat. Arbitrabantur enim, non per filium, sed per angelos sese ad deum & patrem adduci, absurdum putãtes filium dei in extremis temporibus apparere, quum in veteri testamento per angelos omnia facta sint. Habebant autem obseruationes multas & Iudaicas & graecas, dies obseruantes. & tẽpora, & cibos: quae omnia quum indigerent correctione, mouerunt Apostolum vt scriberet hanc epistolam. F

Pauli epistolę invinculis sanctissimae.



A PAVLVS *Apostolus* IESV CHRISTI *per uoluntatem Dei*. Principio statim tollit dogma eorum clanculum, nõ enim angelorum est apostolus, sed Iesu Christi, atque hæc est voluntas dei, vt illius sit apostolus non angelorum. Quod si per voluntatem dei sum apostolus, planum est quod vera prædicẽ. Quæ autem sunt hæc? quod a filio adducti sumus ad patrem, quod liberati sumus & ab Iudaicis & Græcis obseruationib⁹. Animaduerte hic, quod præpositionem (per) patri tribuerit.

Et Timotheus frater. Igitur & ipse apostolus fuit. Erat autem par & hunc ipsis innotescere.

Sanctis qui sunt Colossis, & fidelibus in Christo. Vrbs est Phrygiæ, Colosse, quæ nunc dicuntur Chonæ, quod inde perspicuum est, quod Laodicea huic sit vicina. Vnde autem sancti facti estis? Nonne per baptisma in mortem Christi? Vnde fideles? nonne quia in Christum credidistis? nonne quia tanta sunt vobis a Christo credita mysteria? Fideles autem non ideo tantum vocamur, quia credimus, sed quia credita sunt nobis de deo arcana, quæ ne angeli quidem norant. Vnde fratres? num per propria opera virtutisve operationes? Minime, verum in Christo. Ecqui igitur angelis ascribitis accessum & adductionem ad deum?

Gratia uobis & pax a Deo patre nostro: CHRISTI nomen hic non apponit;
B licet id ei sit in more: ne si statim in epistolæ exordio eis repugnet, a reliquo argumẽto harum literarum eos resilire faciat. Dicant autem hic qui spiritus autoritatem eleuant, vnde pater noster deus dicatur, an ne per spiritum? Magna adeoque ingenij nostri captum excedentia quis donauit? Nonne spiritus? Quomodo igitur autoritatem eius imminuis?

Gratias agimus Deo & patri domini nostri Iesu Christi semper pro uobis orantes, IESVS CHRISTVS est dominus noster, Nonne igitur angeli sunt serui? Non solum autem per gratiarum actionem, verumetiam per assiduam pro ipsis precationem, charitatem suam ostendit. Quos enim non viderat, hos semper in corde suo habet.

Audientes autem fidem uestram, quæ est in Christo Iesu. Gratias agimus, inquit, eo quod audiuerimus ab Epaphra fidem vestram, non eam quam in angelos, sed quam in dominum Iesum habetis. Per hæc autem præoccupationem facit. Quinetiam nomina hæc, CHRISTVS, & IESVS, beneficentiæ sunt symbola. Ipse enim vnctus est pro nobis, & ipse seruauit populum a peccatis suis.

Et charitatem quam habetis erga omnes sanctos. Non erga hunc vel illum, sed erga omnes, quare & erga nos, quare audietis nos libenter. Conciliantis autem eos sibi hæc verba sunt. Videtur autem hic per charitatem, misericordiæ in pauperes fratres affectum, quo ipsis impertiunt quicquam, significare, perinde ac in locis alijs.

Propter spem repositam uobis in cœlis. Diligitis, inquit, sanctos, non
C humani cuiuspiam commodi gratia, verum quia futura bona speratis, vel quia gratias agitis, quia incorruptibilia bona consequuturi estis. Non enim in terram sunt reposita, vt corrumpantur, sed in cœlos, vt stabilitatem habeant. Ne igitur ambigatis de spe, in tuto enim reposita sunt. Hoc autem pertinet ad eos qui tentantur; vt ne hic quietem inquirant, neque defatigentur tentationibus, vt qui magnam retributionem expectent.

Quã antea audiuistis in uerbo ueritatis euangelij. Non dixit prædicationis, sed euangelij, vt commonefaciat eos beneficiorum dei. propter bona enim euangelium est. Si autem verbum veritatis est, nullum mendacium est in ipso. Quomodo igitur vos mendacem ipsum facitis, nõ credentes, quemadmodum iam antea instituti estis ab ipso, quod per Christum sit salus? Quid autem erat qui illic prædicauerat? Epaphras, perinde ac in sequentibus planum fit. Euãgeliũ sermo veritatis

Præsentis apud uos, quemadmodum & in uniuerso mundo. Tanquam de re animata dixit, quod præsens est. Non aduenit ad vos inquit, ac defecit a vobis, sed præsens est, ac dominatur apud vos. per hæc autem exhilarat eos. Quia vero plerique firmantur, potius quando & participes habuerint dogmatum, addit propterea, & in omni mundo. Vbique enim est, & vbique consistit.

Et fructum adhuc ferens & crescens. Fructum profert per opera, crescit autem quod

multi ad fidem recipiantur vndique. Atqui fructum non protulisset, nisi firmatū fuisset, arbores.n. quando fultæ firmatæque fuerint, plurimum fructus proferunt. D

Quemadmodum & in uobis. Anteuertit eos perinde ac supra, laudibus, vt ne sponte deficiant. Si.n. ad omnes, ergo ad vos etiam est prædicatum euangeliū? quomodo nūc igitur nonnulli diuersa tradunt ac docent?

A quo enim die audiuistis & agnouistis gratiam dei in ueritate. Fructum, inquit, pfert, ac crescit euangelium in vobis, ab eo die quo agnouistis gratiam. Qūo? Non in impostura & verbis temerariis, sed in veritate, hoc est signis & operibus admirandis.

Quemadmodum & didicistis ab Epaphra. Sic & agnouistis ipsis, inquit, operibus gratiam, perinde ac docuit vos etiam Epaphras, non.n. alia quidē facta sunt, alia aūt docuit. Ille enim, quēadmodum videtur, prædicauit Colossensibus.

Dilecto conseruo nostro, Viri hic autoritatem denunciat. Non.n. diligerem eum ego Paulus, nisi scirē eū esse verum præconem, nec conseruum ipsum nominarem.

Qui est uerus pro uobis minister Christi. Pro vobis, inquit, in rebus ad Christum pertinentibus ministrauit, quum videlicet ad Paulum abiit, eumque consolatus est in vinculis, quumque indicauit ei res Colossensium. Si aūt Christi minister est Epaphras quō affirmatis vos per angelos adduci?

Qui & indicauit nobis charitatem uestram in spiritu. Hoc est spūalem charitatem quā

Amor ex spiritu stabilis. habetis erga me. ipsa.n. stabilis est in spū dilectio. Amor.n. naturalis, vt parentum erga liberos, liberorūque erga parentes, & amicorum amicarumque instabilis est. E

Propter hoc, & nos, a quo die audiuimus, non cessamus pro uobis orantes. Propter hoc; quale hoc? Quia, inquit, audiuimus fidem vestram & dilectionem, bonam spem concipientes de obuenturis vobis bonis, oramus pro vobis non vnum diem neque duos, sed omni tempore a quo ista audiuimus. Monstrat autem per hæc simul charitatem suam erga eos. ac clanculum illos reprehendit. siquidem orationibus eius adiuti nondum tamen seipsos perfecte recollegerunt, non emandarunt. Obserua hic quod multis orationibus nobis opus sit, & assiduis: nam & Paulus citra intermissionē orat; ac etiamsi nihil proficere: nondum tamen desistit.

Ac petentes, ut impleamini agnitione uoluntatis eius. Neque omnino imperfectos neque omnino perfectos per hæc significat. Non enim dixit, vt accipiatis, verum vt impleamini. Habetis enim, sed nondum totum. Et quia adducti estis, agnouistis quidem: quod vero per filium dei, hoc deest vobis, nec satis nostis, quare oro hoc impleri in vobis. Voluntas enim & dei beneplacitum est, quod filiū suū pro nobis dederit nō angelos. Agnitionem igitur, cognitionis appendicem intellige.

In omni intellectu & sapientia spirituali. Quia eos philosophi decipiebant, volo inquit, vos per spiritualem sapientiam discere institutionem ac doctrinam euangelii,

Philosophi fallaces. non iuxta sapientiam hominum, per quam decepti, arbitramini vos nouisse. Si autem vt voluntatem dei discatis, spirituali vobis sapientia opus est: quid dicet aliquis de iis qui sese dei essentiam ex externa sapientia nouisse gloriantur?

Ut uos obambuletis digne domino. Oro, inquit, vt discatis vos, quod seruati sitis, per vnigenitum, vt ambuletis vos, hoc est, vt secūdū virtutē viuatis. Qui enim clemē- F tiam dei didicerit, quod filium suum pro nobis dederit, quomodo non studebit seipsum dedere virtutis laboribus, adeoque eo, vt crucem ipsius tollat? Obambulare nanque ad vitam & conuersationem pertinet, vt dictum est. Vbique autem fidei, vitæ rationem moresque connectit. Maxime vero non oramus vt discatis tantummodo, verum vt operibus quoque demonstretis. qui enim nouit voluntatem dei, & non facit, punietur. Animaduertere autem, quomodo semper obambulacrum, vitam conuersationemque appellat. ostendens quod perinde ac nunquam non obambulare nobis necessarium est, sic & optima vita.

Ad omnem complacentiam, in omni opere bono. Vt sic, inquit viuatis, vt per oīa placeatis deo. Qui vero hoc fit? Non aliter, nisi in oī opere bono. vbi.n. oē opus bonum est, ibi & omnis bona voluntas dei. Considera autem quomodo vbique omne apponat, In omni sapientia, & in omni opere bono, ad omnem complacentiam, & ad oēm longanimitatem, ostendens quod habeant quidem & nunc, nondum tamen totum, quare finem eos expectare oportet.

Fructum ferentes & crescentes ad omnem agnitionem dei. Quemadmodum, inquit, nouistis deum perfectius quam qui olim vixere, hanc ad rationem debetis & in

vita crescere iuxta mensuram cognitionis. Qui enim tantis est donatus bonis, vt deū
A sciret, vtque filius dei esset, nonne magna virtute opus habet qua renideat? Vel quia oportet vos proferre fructum bonorum operum, sed vt agnitionem dei habeatis, quē admodum conuenit, non aūt quēadmodum nunc videmini habere. Quae enim commoditas vitae & cōuersationis vestrae, si ignoretis filium dei? Contemplare aūt qui supra eos cognitione dixerit indigere ad hoc vt digne obambularent domino: nunc rursus exigit ab eis vt crescunt in operibus bonis, vt simul deum etiam agnoscant. vtrunque enim vtriusque est constitutiuum.

Iuxta imperium gloriae suae. Vt huiusmodi det vobis potentiam, qualem decet eum dare, ineffabilē & infinitam videlicet, veruntamen qualē possibile est ab homine accipi. Multa aūt & magna est longanimitas. Non enim dixit potentiam, sed *imperium*, robur, regnum (hoc enim κράτος significat) quod maius est: quasi dicat, vbique gentium gloria eius regnat, imperiumve occupat. Ne igitur & vos in rebus asperis ac tristibus langueatis, cōfortabimini n vt par est, vt qui in dño adeo forti ac celebri seruiatis. Longanimitas.

Ad omnem patientiam & longanimitatem. Confortari ad omnem patientiam erga eos qui foris sunt: longanimitatem, quę sit inter vos mutuo. Est enim aliquis longanimis erga eos quos arcere posit, sustinet autem quod nō potest neque arcere, nec de quib⁹ vlcisci sese queat. Propterea & de deo nō dicitur expectatio seu patientia, sed longanimitas, vt qui possit quidem quos velit excindere, sustineat tamen. Ad omnem autē
B dicit, quatenus ad pręsentem rerum statum, post fata enim non porro erit opus huiusmodi patientia. Vt igitur in summam contrahamus sermonē, hoc dicit: oramus vt perfecte accipiatis agnitionem dogmatis, non in sapientia mundana, sed spirituali, vtque vitam virtutibus redimitam habeatis, vt posatis firmiter stare aduersus tentationes confortati, vt par est a Deo confortari, vt erga exteros etiam patientiam ostendatis, erga que fratres longanimitatem.

Cum laeticia gratias agentes patri. Accusaturus eos quod circa dogmata nō recte habeant, praemitigat sermonem, vt ne videatur eos tanquam hostis accusare. Quum igitur antea dixisset, Oro pro vobis, vt haec & illa vobis bona contingant, quod omnino non est hostis, ait nunc, Cum gaudio gratias ago propter bona quae in vobis sunt, itaq; non ex odio accuso vos, sed ex charitate. Optarim quidem omnino me posse vos commendare, ex necessitate autem ad accusandum vos adducor. Sic & in epistola ad Corinthios facit. Tacite autem eos perducit ad sermonem de filio. Si igitur cum gaudio gratias ago, sunt itaque magna quae antea in vobis bona fuere. Hęc autem non serui angeli, sed dominus filius dedit. Quomodo autem dixit, gratias ago cum laeticia? ideo quod & in moerore gratias agere liceat, quemadmodum & Iob gratias agebat in moerore constitutus, Dominus dedit, dominus abstulit. Non enim ab eo morsum quispiā abstulerit, vt adeo non momorderit eum calamitas ista: sic enim & laudem eius abstulerit, quandoquidem tanquam insensibilis perseuerabat. Atqui mordebatur quidem, sed non sauciabatur.

C *Sufficientes reddenti nos*. Quenā igitur sunt quae data sunt? vt nedū opulētos vos reddat, verumetiam sufficientiam vobis & virtutem largiatur, vt haec digne accipere videamini. Exempli gratia, Rex quispiam, tenuis fortunae cuipiam imperium suū credens atque committens fortasse, dignitatem quidem dedit, nec tamen sufficientem fecit vt acciperet principatum digne, atque vt posset gubernare ipsum: vnde & saepenumero ridiculum honor fecit. Deus autem nos & honorauit, ac sufficientes fecit, vt acciperemus honorem. Duplatio autem honoris est, ꝙ nos pararit ac fecerit idoneos.

In partem sortis sanctorum. Hoc est, cum sanctis collocanti, nec id sic simpliciter, verum iisdem etiam frui exhibenti, quod per partem significat. Licet enim in eadem vrbe collocari ordinarique, nec tamen eādem habere partem, ac rursus in eadem sorte esse, sed non eandem habere partem, vt in ipsa sorte ecclesiae omnes sumus, verum alius aliam partem habet. Hic autem & eadem nos sorte donauit, & eadem parte. Sortem autem vbique vocat, vt ostendat quod quemadmodum sors non est humanę diligētiae neque conatus, sed fortunę potius videtur: hanc ad rationem nos non ex nostris virtutibus imperio digni iudicamur donamurque, sed diuinae totum est gratiae. Propterea quum omnia perfeceritis, inquit, dicite quod inutiles serui sumus, quod enim debuim⁹ facere, fecimus. Sors in sacris literis: Luc. xvii.

In lumine. Et futuro & praesenti, id est agnitione. Nunc enim illuminauit et nos & illuxit nobis reuelans nobis mysteria, & in futuro apertius dabit. D

Qui liberauit nos a potestate tenebrarum. Non hoc solum magnum est, quod imperio nos donarit, verum quod eos etiam donarit qui procul ab eo erant. non enim perinde est dignis vel indignis quicquam dare. Quod & in epistola ad Romanos inquit: Vix enim pro iusto quis moritur. Qui igitur sub potestate tenebrarum erāt, hoc

Roma. v. est, erroris vel seductionis tyrannidis diaboli. Nec dixit tenebrarum simpliciter, sed potestatis: multam enim nostri potestatem habebat, ac dominabatur. Porro difficile est simpliciter sub diabolo esse, verum potenter ei subiici, hoc longe est difficilius. Nō dixit autem eiecit, sed liberauit, ostendens quod tanquam captiui affligebamur, inque captiuitate detinebamur.

Ac transtulit in regnum filij dilectionis suae. Ardua res est ab tenebris nos liberare, at in regnum pariter nos introducere, est longe maius: nec simpliciter, verum vt simul

ij. Tim.ij. regnemus cum filio dilectionis, hoc est dilecto, qui hostes eramus, ac tenebris immersi. quod & alio in loco ait: Si compatimur, & conregnabimus. Non dixit autem transposuit, quod totum transponentis erat, sed transmutauit, vt esset aliquid etiam nostrum. Indicat autem per eam dilectionem, facilitatem etiam potentiae dei, perinde ac si quis militem de loco in locum traducat.

In quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum. Vt ne quum audis quod liberarit nos pater, existimes filium nihil boni nobis demonstrare, deinceps ait: Quod E maius est, dedit nobis filius, quodque nos in regnum transtulerit, ipse est causa, donans nobis redemptionem, hoc est remissionem peccatorum. Nisi enim liberati essemus, atque ab his dimissi, non essemus trāslati in regnū. Itaque ipse iter nobis praestruxit dono spiritus. Nō dixit autem λύτρωσιν, hoc est liberationem, sed ἀπολύτρωσιν, hoc est redemptionem, id est, perfecte nos liberauit, vt ne deinceps impingeremus, neque efficeremur mortales, tanquam obnoxij peccato Adami. Si igitur ipse vos liberauit, & ad Patrem attulit, quomodo dicitis hoc per angelos vobis obtigisse? Obserua hic, quod (in quo) ad filium pertineat,

Qui est imago dei inuisibilis. Naturae celebritatem, dignitatisque vnigeniti maiestatem hoc loci ponit. Imago, inquit, est dei, igitur est impermutabilis. non enim habes mensuram magnitudinis, vt dicas quātum imminuatur. Si enim imago esset quatenus est homo, poteras aliquid dicere, nempe quod imago non perueniat ad exemplar primum, primamque formam. Quia vero imago est quatenus est deus, deique filius, impermutabilis est imago de deo, inuisibilis inuisibilis imago. In nobis autē, quia ars humana imagines efficit, quae saepenumero impingit, non habet immutabilitatem, non est aliena a permutatione imago. Vbi autem deus est, ibi nusquam lapsus: nusquam error, propterea in eum non cadit mutatio. Si autē filius nō habet quod possit esse inuariabilis cum inuisibili deo quid prohibet quo minus & angeli sint imagines, quandoquidē & ipsi sint inuisibiles? attamē angelus nusquam imago dicitur. Contemplare aūt hic accuratam scripturae formam. Hominē nominat quidē imaginē dei, & filium, angelum aūt nusquam. Illic enim angelicae naturae altitudo staret ad ipsiatē homines praecipitasset, existimantes eiusdē eē dignitatis angelum cum deo. In homine aūt tenuitas & humilitas munit nos, firmatque, ne tale quiddam suspicemur. Collige igitur quoniam vnigenitus, qui inuisibilis est, & imago. per vtraque, tum quod imago sit, discrepat ab angelis, qui inuisibiles quidem sunt, non aūt imagines: tū quod inuisibilis, ab hominibus dissaparatur, qui & ipsi quidē imagines dicuntur, non inuisibiles tñ. Solus igitur ipse proprie & impermutabiliter imago est. Quod si adhuc instent Arriani, quod imago non sit similitudo cum primo exēplari, dicant nobis, quā scriptura Seth affirmat eē imaginē Adami, num fuerit similis cum eo essentiae vel substantiae? Artificiales igitur imagines non sunt homoousiae, non sunt similis essentiae, naturales autem omnino sunt similis essentiae. F

Imago Christi.

Arriano. error

Gene.i. Seth Adę imago.

Primogenitus omnis creaturae. Quia dixit eum esse inuisibilis dei imaginem; haec iamnunc infert, nēpe quod sit priogenitus creaturae; hic vero Arrianizantiū ingēs dolus suboritur. Postquā n. inquiunt, primogenitus dictus est omnis creaturae, primus est inter creata. Atqui non dixit, primo conditus, sed primogenitus, vel fratres etiam ei dabis, eritque primogenitus respectu mei, ranae, lapidis, rerumque vilissimarū, cumque his omnibus homoousius, hoc est, paris substantię. Qui enim primogenitus

A est, homoousius est cum his quorum est primogenitus, verum in caput istheç blasphemia tuum vertatur, talia em̄ de incōparabili gloria cōditoris intelligere est impium; Quinetiam primogenitus non omnino ad sequentes pertinet aut dicitur in scriptura; sed absolute, sic primus natus. Hac itaque ratione deipara virgo Maria peperit eum, secundum carnem primogenitum, qui non habuerit fratres post sese: Vnigenitus em̄ ratione virginis matris. Hunc ad modum ex patre est primogenitus, non cæterarum creaturarum respectu, sed absolute, vnigenitus enim secundum supernam istam & æternam natiuitatem. Quid igitur est quod Paulus etiamnum ad argumentum quo vrgebantur Colossenses, instat, atque refutat Colossensium opinionem? vt ne existiment Christum esse vel inferiorem vel iuniorem angelis: siquidem olim quidem per illos ad ducebantur ad deum, nunc vero ipse adducere dicitur. Vult itaque commonstrare, q̄ ante omnem creaturam adeoque conditum mundum sit filius. quomodo? per generationem: quare & hac ratione primus est angelorum, quippe qui eos condiderit. Nōne igitur si quid angeli in veteri testamento administrarunt, ipsius pariter est? Sapientiā itaque apostoli hic animaduerte. Ne arbitreris quum audis eum ante omnem esse creaturam, propterea carere principe vel capite, docet idcirco te quod patrem habeat; eq; ipso est genitus. Quia enim & ipse & omnia ex deo sunt, illud ipsum īdicat, quod alia ratione hæc, alia vero ratione ille ex deo sit: tum quod ille ceu ex patre filius, res vero ceu creaturę per hunc ipsum filium conditæ. Infert igitur. Vnigenitus dei filius.

B *Quoniam in ipso condita sunt omnia quæ sunt in cœlis, & super terram.* In ipso est pro per ipsum, perinde ac in sequentibus ipse indicat. Porro quod ambiguum erat, de rebus nempe cœlestibus, primum posuit. Si igitur angeli per eum ipsi cōditi sunt, quo modo sunt priores ipso?

Visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: De visibilibus subtiliter loqui prætermittentes, vt de quibus nihil esset controuersiæ, de ambiguis, de quibus dubitabatur, inuisibilibus nimirum, speciatī disserit. Non prorsus super nos tamen ornatus sigillatim expressit, veluti ex maioribus minora etiam indicans, atque adeo patefaciens. Inuisibilia nanque sunt etiam angeli sane & archangeli, & nostræ animæ, quod ex illis hoc etiam colligatur.

Omnia per ipsum & in ipsum sunt condita. En quod pauloante dixit in ipso, iam per ipsum ait, æque ac euangelista Iohannes, Omnia per ipsum facta sunt. Omnia autem dicens, spiritum non comprehendit. non enim spiritus vnus est ex illis omnibus, sed vnus est absolute, quemadmodum vnus deus, & vnus dominus. Omnia igitur quęcunque facta sunt, per ipsum sunt condita. Deinde ne putes ipsum esse ministrum vel subconditorem, adijcit, & in ipsum, id est, in ipsum & ex ipso pendent omnia. Nec ipse ea tantum condidit, verumetiam ea ipse continet. Itaque si ab eius prouidentia auellantur, pereunt. Non dixit autem, ad ipsum pertinent, sed quod exactius est, in ipsum respiciunt, & ex eo pendent. Atque hoc ipsum in eum respicere, satis est vt contineat atque pariter ea cingat. Hoc autem non minus est quam creare; quantum enim ad eas res quæ ab nobis proficiscuntur, est multo maximum. Etenim nos conficimus pallium quoddam vulgare, vel domum extruimus: conseruare autem ipsum a corruptione nō possumus. Ipse autem & fecit & conseruat. Ioannis.

C

Et ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt. Continuo eadem vertit; verborum continuitate tanquam quibusdam densis ictibus radicitus euellens perniciosum dogma. Obserua autē quod non dixerit, factus est ipse ante omnia, sed est, quod deo maxime proprium. Vbi hic Paulus est Samosatēsis, qui a Maria ipsum cœpisse atque initiū duxisse affirmat? In ipso porro consistunt, tanquam in fundamēto: sic & primogenitus est āñ creaturam, tanquam fundamētum. Hoc aūt non eandē cum naturis parēte cētiam significat ad creaturas, sed quod omnia in ipso ferantur moueanturq;. Paulus Samosatēsis

Et ipse est caput corporis ecclesiæ. De filij dignitate postquam disseruit, de clementia deinceps verba facit. Qui enim adeo supremus omnium est creator & conseruator, seipsum inferioribus copulauit. Nec dixit de plenitudine ecclesiæ, sed corporis, vt ostendas accuratam sui erga nos proprietatem, & quod homousiam nobis carnē assumpserit, non ex cœlis. Ecclesiā enim pro vniuerso mortaliū genere accepit Paulus, ęque ac si dicat, In generatione secundum carnem primus est hominum tanquam caput. Ecclesiæ

Qui est primitiæ, vnigenitus ex mortuis. Primitiæ, ait, resurrectionis est, quippe qui præ cunctis resurrexerit. Postquam autem soluit dolores mortis, merito primogeni-

tus dicitur. Habet quidem tanquam primitiæ, sequentes cum & alios: primitiæ enim quorũdam sunt primitiæ. Et quemadmodũ vno manipulo, veluti primitijs, allato, D tota messis commendatur, sic per ipsum omnes sanctificati sumus, adductique ad patrem: vnoque corpore resurgente, vniuersa natura digna est resurrectione iudicata.

Christus ante õnia genitus.

Vt sit in omnibus ipse primas tenens. In omnibus, quæ circa ipsum considerantur. Etenim ante omnia natus est ex patre, adeoque primus est omnium, tanquam caput ecclesię, atque prę omnibus resurrexit, donãs eis immortalitatẽ, ceu primitię. Et si enim alij ante hunc resurrexerunt, rursus tamẽ mortui sunt, ipse autẽ perfecta resurrectione resurrexit. Reputa autem tecum hic, eum esse primogenitum, tãquam primitias resurrectionis, quod regeneratio sit eadem: illic autem non est primitiæ creationis, etsi primogenitus. Nam ratio quidem essentiæ est eadem, verum aliter quidem natus est, creatura vero, hoc ipso creationis nomine nimirum, creatura est.

Quoniam in ipso placuit omnem plenitudinem inhabitare. Plenitudinem diuinitatis, hoc est, si quid erat filius verbum, illic habitauit, non actus quispiam, sed essentia. Non potest autem aliam dicere causam, nisi quia placuit deo, itaque ei visum est.

Et per ipsum reconciliare omnia in ipsum. Per ipsum, hoc est, ipse hanc nobis salutem operans acquisiuit. Ne vero existimes quod ministri loco sit, inquit in ipsum, hoc est ipse sibipsi homines reconciliauit. alibi tamen dixit quod deo reconciliari. cõmunia igitur sunt filio etiam, quæ sunt patris. Non dixit autem conciliare, sed recõciliare, hoc est, reddere veluti debitum quoddam quo olim obstrictus fuerit, ac perfecte pacem facere, vt non porro sit infensus. Non enim conciliatio tantum reddebatur; E verum etiam modus reconciliationis, hoc est, occisio filij plurimum valuit.

Pacem faciens per sanguinem crucis eius, per seipsum. Conciliatio inimicitiam ostendit, pacem vero facere, bellum. etenim nos inimici eramus deo, hostesque. Magnum igitur est reconciliare. quod autem dicit, per seipsum, maius est, tũ quod per sanguinem, deinde per crucem ignominiosæ mortis. Non enim verba faciens instar legati, reconciliauit, sed seipsum dans. Non dixit autem crucis, & constitit, verum adiecit suæ, ne existimes crucem quicquam per sese posse. non enim simpliciter crux seruauit, sed crux ipsius.

Siue ea quæ sunt super terram, siue quæ sunt in cœlis. Quæ super terram, sunt, merito, quilibet enim & secum ipse, & cum alijs dissidebat, tum quod ad angelicã vitã attinet, hostes eramus. Quæ vero sunt in cœlis, quõ? Terra ab cœlo discissa est atque diuulsa: ab hominibus autem prouocati fuere & inimici redditi angeli, quum viderent dominũ suũ iniuria affici, propterea & ad supplicium mittebantur, vt aduersus Dauidẽ, aduersus Sodomitas, in valle ploratus. Filius igitur hominem ad cœlos ducẽs, nimirum hostem, & angelos super terrem fecit conspici concinentes, ac quemlibet fidelium comitantes. Videtur autem mihi Paulus propterea raptus esse, vt doceretur quomodo homines essẽt in cœlo, & quod filius illuc receptus sit. In rebus igitur terrestribus duplex pax est, respectu cœlestium, suique ipsorum: in supercœlestibus simplex. nobiscum enim deinceps fœdus percusserunt, lætanturque super nostra salute. Qui igitur per angelos, vos Colossenses, dicitis vos adduci? Tantum enim abest vt illi nos ad F ducant, vt & inimici nobis fuerint, & nisi Christus illis etiam nos reconciliasset, non habuissemus pacem.

ij.Re.14.
Gene.19.
Actuũ.1.
ij.Co.ij.

Et nos qui olim eratis abalienati, & inimici mente in operibus prauis. Supra dixit nos sub potestate tenebrarum fuisse, nunc pergit affirmare quod mente ac sententia hostes fuerimus, non idem dicens, verum vt ne illa audiens existimes necessitatẽ esse, infert hæc, vt ostendat quod indignos etiam reconciliatione dignatus sit. Qui enim necessario afflictionem malumque sustinet, dignus est miseratione: qui vero sua pta sponte, odium meretur. Nos igitur, inquit, non inuitos neque coactos, sed voluntarios, adeoque sponte ab eo resilientes, ac prorsum indignos reconciliauit. Hæc autem dicit, quia cœlestium meminerat, innuens quod omnis inimicitia, non ex supernis verum ex nobis habuerit exordium: siquidem angeli volebant quod deus, vos autem noluistis. Propterea non dixit inimicos simpliciter, sed abalienatos, hoc est, non expectantes reditum. Inimici enim eratis mente, hoc est, voluntate ac proposito: neq; hucusque tantummodo periculum extendebatur, verum & in opera praua, hoc est, & hostes eratis, & quæ hostiũ erant agebatis. Per hæc omnia indicat quod angeli non potuerint neque persuadere vobis, neque liberare ab diabolo, tanquam & ipsi inimici no

Inimicitia õbus a nobis cœpit

A bis essent, necdum ligato eo qui nos detinebat, Christus autem & fortem ligauit, & nobis ab eo deficere persuasit.

Nunc autem reconciliauit in corpore carnis suæ per mortem. Rursus reconciliationis modum ponit, quod in corpore contigerit. quomodo? flagris ne tantum cæsus, vel colaphis verberatus? Non, verumetiam turpissima simul morte moriens.

Vt exhiberet nos sanctos & immaculatos, & inculpatos coram ipso. Rursus aliud beneficium ponit, quod & supra recensuit quum diceret, Ei qui nos sufficientes reddidit: idem & nunc dicit. Non enim nos liberauit tantum, inquit, a peccatis, Verumetiā sanctificationem nobis impertiit non vulgarem, sed coram ipso valentem, immaculatam & irreprehēsibilē, vt a nobis ne minima quidē reprehēsione dignū quiquā trāsigatur.

Siquidem perseueratis in fide. Quia totum filio attribuit, vt qui hac sua morte trāsegerit, ne dicant in posterum, Non habemus opus laboribus nostris: ait. Necessum est vt in fide perseueretis, vt nō segnes sitis, neque relabamini in peccatum incredulitatis.

Fundati & firmi, & non transmoti a spe euangelij. Quia possit quisquam permanere & interim tamen concuti, infert, fundati & firmi, hoc est, no concussi, nec hoc solum, sed ne permoti quidem. Nihil inquit, graue ab vobis postulo. sed ne transferamini moueamini ve a Christo. ille enim est spes euangelij, & quotquot amplectuntur euangelium, in ipsum sperare debent, ceu eum qui pacem fecerit. Proinde qui angelis pacem adscribit, a Christo est amotus. In virtute autem ne tantillum quidem moueri licet aut cō-
B cuti: in fide autem possibile est. Itaque nihil graue molestum ve postulat.

Quod audiuistis prædicatum omni creaturæ quæ sub cælo est. Colossenses primos profert testes, deinde vniuersum terrarū orbem, Nec dixit, quod prædicatur, sed quod prædicatum est, hoc est, quod iam creditum est. Itaque pudeat & vos, & omnes alios homines aliter credentes.

Cuius factus sum ego Paulus minister. Atque hoc ad autoritatem euangelij facit, Paulum ipsum esse præconem. Ingens enim eius nomen erat quod apud omnes insonabat, atque iam terrarum orbem occupauerat. Ministrum autem seipsum dicens, magis eos vt credant compellit. Non enim mea, inquit, dico, sed alij ministro, deo videlicet, itaque illi credetis. Paul⁹ euāgelij p̄co:

Nunc lætor in afflictionibus meis pro uobis. Videtur quidem hoc esse inconsequens, est autem consequens valde. Postquam enī dixerat sese factum euangelij ministrum, a quo non vult eos excidere; neque dignum est vt deficiant, monstrat hoc adeo esse verum, vt & patiar. Nec solum pro hoc patior, inquit, verum lætor etiam in afflictionib⁹ Afflictiones autem hæ meæ pro uobis sunt, vt vos iuuare queam.

Ac suppleo defectus afflictionum Christi in carne mea. Videtur ostentatoris atque dementia stipati hic sermo esse: atqui non est enim vero multa refert⁹ est erga Christum dilectione. Nam & vult persuadere eis quod Christus etiam pro ijs hodie patiatur, quod per nos apostolos non estis adducti, sed per illum; etiamsi nos simus ministri euangelij. Quid igitur facitis resilientes ab eo, qui pro vobis ad ipsam vsq; mortem
C periclitatus est? Quod vero ait, est huiusmodi. Si adhuc deberet pati pro vobis Christus, abiisset autem, nec reddidisset debitum, ego hoc reddo: quemadmodum si duce exercitus abeunte, subimperator pro phalange dimicans, in illius locum stans, vulnera ipse recipiat. Propterea & ὑστερήματα, hoc est defect⁹ dixit, vt ostēdat quod existimet nondum eum omne passum esse quod debuerit. Adeo, inquit, diligit vos, vt tanquam non sufficiant priores passiones & afflictiones, post mortē etiam patiatur in meo corpore. nondum enim contentus est morte, sed adhuc innumera facit. Non igitur seipsum attollens Paulus hæc dicit, sed monstrare volens quod Christus etiamnum pro ipsis curam gerat.

Pro corpore ipsius, quod est ecclesia. Quia dixerat, etiamsi ego patior, Christi tamē sunt afflictiones, fidem huic argumento facit inquiens, Pro corpore eius hæc fiunt. Ne igitur fastuosum putetis esse sermonem, verum eum qui nō dedignatus est sibi copulare ecclesiam, credite etiamnum pro ipsa pati in carne mea. Si igitur corpus Christi ecclesia est, eique coniuncta est qui caput est, quomodo vos angelos in medium profertis, dissecatisque vnitatem?

Cuius factus sum ego minister. Ostendit quod nihil ipse per sese fecerit, siquidem diaconus est. Si autem ego sum diaconus, quomodo angelos producitis ministros?

Iuxta dispensationem dei, quæ data est mihi ad uos implere uerbum dei. Dispen-

sationem dei, vel hoc dicit, quod ipse in coelū assumptus nos hic reliquerit prædicare verbum, vt ne tanquam derelicti desperetis: Vel illud ait quod propter hoc maxime omnium ordinauit vt ego essem persecutor ecclesiæ, vt fide dignus essem præco: Vel quia nō opera quæsiuit, neque virtutes, sed fidē & baptisma. Atque hæc est maxima dispensatio: quis enim seruatus esset, si opera quærerentur? Vel simpliciter dispēsatio nem dei datam mihi ad vos, hoc est, erga eos qui ex gentibus credidistis, gratiam dicit & sufficiētiam, quam dedit ei deus, vt illuminet gentes. Nam tenebris correptos stolidos, inobedientes persuadendo, eo perducere vt huiusmodi dogmata recipiant, non est Pauli virtutis, sed dispensationis dei. Quemadmodū autem afflictiones suas Christi ostendit esse, sic dei esse dicit, complere ad ipsos sermonem. Quum autem dicit implere, ostendit quod quicquam eis desit. Intellige autem & hoc, dispensationē dei etiā num dici mysterium, quando accepti facti estis. Deus enim omnia diuina prouidētia faciens, & hoc fecit iuxta dispensationem omnino, vt hodie reuelaretur mysterium quādo homines hoc maxime accepturi erant. Proinde vani sunt qui hic offenduntur eo quod filius in nouissimis temporibus dicatur nos adducere.

Act. ix.
Gala. i.

Mysterium absconditum a seculis & generationibus. Quum dixisset quibus donati sumus, ostendit & aliam intēsionem nimirum quod ante nos nemo didicerit: ac mysterium nominat, quod nemo norat præter deum: nec simpliciter occultatum, sed abditum, ὂς κεκρυμμένον, ἀλλὰ ἀποκεκρυμμένον. Quod ait a seculo, est perinde quasi dicat a principio.

Nunc autem manifestatum est sanctis eius. Hæc est dispensatio eius, quod nunc manifestetur. Non dixit autē factum est sed manifestatum est, verumtamen ne nunc quidem omnibus, sed sanctis eius: itaque etiamnum adhuc alijs occultatur. Ne igitur vos decipiant illi, non enim nouerunt.

Quibus voluit deus patefacere diuitias gloriæ mysterij huius inter gentes. Vt ne interroges, cuius rei gratia solis sanctis manifestatū sit, & non omnibus, intulit: Quibus voluit. velle autē ipsius nō caret ratione. Potuisset dicere indignis manifestatū esse euāgelium, enimuero vult eos tanquam gratiæ obnoxios mediocria sapere potius, quam digne consecutos nimium sapere. Porro ei quod factum est, pondus apponens, non dixit simpliciter patefacere gloria mysterij. verumenimvero diuitias gloriæ, quæ maxime in gentibus patefactę sunt, perinde ac alio in loco dicit: Gentes pro misericordia glorificare deum, id quod in alijs quidem satis apparet, non tamen adeo quantum in ijs qui lapidibus sunt insensatiores, qui cum lapides, tum serpentes adorant. Quod perinde est, ac si quis canem scabiosum qui moueri non possit, accipiens, hominem ex eo faciat, atque in regiū solium collocet, maiori afficiēdus gloria videbitur, quā si homini mediocriter paupertie laboranti hæc exhibuerit. Belle autem dixit mysterij huius sunt enim & alia sacramenta, resque arcanæ, cæterum hoc reuera mysterium est quod nemo norat, quod præter communem consuetudinē & expectationem est, nempe quod gētes assumendæ erant.

Rom. xviij

Mysteriū maximū.

Qui est Christus in vobis spes gloriæ. Interpræetans quid sint opes illæ, quid ve mysterium, Christus, inquit, siue Christi cognitio, qui est in vobis. Cum præconijs autem & laudibus hoc ponit, vt ipsos potius attrahat. Si enim Christus in vobis, quomodo angelos benefactores adscritis? Spes autem gloriæ est, quod per eum speramus sempiterna nam nos consecuturos gloriam, vel quod spes nostra celebris, quæ nos non pudefaciat, sit Christus.

Quem nos denunciamus. Nos, nō angeli quō igitur illos ministros habetis? Significāter autem dixit denunciantes, a supernis ipsum videlicet deducentes.

Adhortantes omnem hominem, ac docentes omnem hominem. Non cum imperio, neque nécessitate, nam & hoc diuinæ est benignitatis non tyrannice adduci quempiam vel arripi: verum cum adhortatione & doctrina. Intelliges autem adhortationē de operibus: doctrinam vero de dogmatibus.

Actu. xvij.

In omni sapientia. Talia enim posse docere, omni sapientia opus habet, cum ea quæ est scriptura, tū ea quæ sumitur a b ratione atque argumētis, ea quæ discitur ab ipsis Græcis, perinde Athenienses instituebat ab ara.

Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu. Qui dicis omnem hominem? Nae, inquit, hoc conamur: quod etiam si non contingat, nihil ad nos. Perfectum autem non in lege neque angelis, sed in Christo Iesu, hoc est, in cognitione Chri

A stillud enim non est perfectum, nempe vel lege vel angelis perfici velle.

Ad quod & laboro certans. Non fuit contentus laboris vocabulo, sed apposuit certans, vt ostendat excubias, atque exactā victus ratione aliaque itidem quæcūque sunt certantium. Quod si ego laboro pro vestris bonis, quanto potius vos?

Secundum operationem eius, qui operatur in me in potentia. Quia dixit laborare sese, ac laborando fatigari, ostendit hoc diuinum esse: fortem enim is me ad hoc facit nimirum hoc vult, quemadmodum principio dixit, per volūtatem Dei apostolus. Ostendit autem per hoc quod multi pugnent aduersus ipsum, verum hoc potentia potius Dei videtur, quando multi fuerint aduersarij qui sese opponant.

CAPVT II.



Olo autem vos scire quantum certamen habeam pro vobis, & Laodiceæ agentibus, & quotquot non viderunt faciem meam in carne. Inductu rus dogma & institutionem, ingentem primum dilectionis suæ affectum ob oculos ponit, vt eo sit gratior. Certo, inquit, pro vobis. Connectit autem ipsis & Laodicenses, aliosque sim pliciter, vt ne turbentur, putantes hoc esse imbecillitatis quod Paulus adfligatur. Quamobrem vero in certamine laboras? B Nunquid nos condemnas? Propterea, inquit quod nō vderitis faciem meam. Adiecit autem in carne, mirifice monstrans quod nunquam non spiritu eos intueretur,

Vt consolationem accipiant corda eorum, simul ducti in dilectione. Deinceps in scendit iam in dogma, illudque auspicatur, non accusans eos, neque plane ab accusatione liberans, Hic autem est sedductio. Ego, inquit, certamen sustineo vt aliquid fiat, vt ne diuersa sapiant, verum promoueantur coniunganturque omnes in vnā fidē, quomodo non necessitate aut violentia, sed in charitate. Hoc autem dixit, quasi vis & necessitas schismata hæresesque pariant.

Et in omnes diuitias certitudinis intellectus. Hoc est, vt pro nullo ambigant, vt in omnibus intellectus eorum abūde reddatur certior atque firmetur, hoc est, mysterij cognitio. Non dixit autem ad diuitias simpliciter, sed ad omnes diuitias. Noui sane quod vobis intellectus sit ad mysteria, verum certitudinem intellectus huius diuitem quero in vobis, vel quia cū intellectu volo vos certificari, nō stolide & irrationabiliter Vis, hæreses parit.

Ad agnitionem mysterij Dei & patris Christi. Quid vero hoc mysterium Dei est? quod per filium Dei accessus fiat ad patrem, & non per āgelos.

In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & cognitionis absconditi. Ipse solus, inquit, omnia nouit. Quod si ipse solus sapiens, sapienter igitur in nouissimis temporibus venit, & non olim, ac frustra nonnulli dementiū isthuc carpunt. Quū dicit thesauros, copiam ostendit: quum omnes, ostendit eo nihil esse clam: quū abscōditi, quod solus ipse nouerit. ab ipso igitur sapientia & cognitio petenda est. Obserua hic, etiamsi videatur C magnum aliquid dicere, hoc tamen ob simpliciores ex permissu dixit, In quo sunt thesauri videlicet. Nam ipsius est per sese thesaurus, & per sese cognitio.

Hoc autem dico, ut ne quis vos decipiat per blandiloquentiam. Hoc dixi inquit, quod Christus solus omnia nouit, vt ne quis vobis imponat. Quid enim est si persuasibiliter etiā dicat? nihil eni nouit, ac re uera est deceptio hoc eorū, & inania sophismata.

Etsi enim carne absum, spiritu tamē vobiscum sum. Consequens erat dicere, Etsi enim carne absum, spiritu tamen video impostores: is vero in encomium vertit sermonem, Audi ergo.

Gaudens & uidens uestrum ordinem, ac soliditatem fidei uestræ in Christum. Hoc est bonam, ordinationem vestram, non solum enim non cecidistis, sed ne ordinationem quidem vestram quisquam impedijt, solidamque fidem vestram. Vt enim in acie militari, bona ordinis collocatio phalangem firmam efficit, sic & in ecclesia quando bonus ordo charitatis fuerit omnia constituentis, si sectæ absint sit robur & soliditas ac firmamentum. At fides ipsa per sese firmamentum est, quæ non sinit cogitationes irrepere, quæ ambiguitatem suggerentes concutiant.

Quemadmodum igitur accepistis Christum Iesum dominum, sic ambulate. Nihil

noui introducimus, sed quod accepistis, illud etiam exigimus rursus dominum Iesum D non angelos.

In ipso obambulate. Hæc est via perducens nos ad patrem. Non in angelis ambulate, illa enim via eo non perducit.

Radicem impactam habentes. Ho ceft, impermutabiliter habentes, & non alias quidem Christo, alias vero angelis innitentes. Quod enim radices egit, transferri mouerique nunquam poterit.

Ac superædificati in ipso. Ostendit eos cecidisse adeo, vt opus haberent superædificatione, hoc est, secunda alterave structura quæ ponatur in fundamentum Christũ.

Ac stabiliti in fide Hoc est, stabiliter continentes Christum per fidem, non per ratiocinationes & persuasibiles sermones. Nam ædificium etiam si fundamento suprapositum sit, si non firmiter consistat, fallax est.

Quemadmodum docti estis, abundantes in ipsa in gratiarum actione. Rursus quemadmodum ponit, vt si nihil aliud, ipsi seipsos vereantur. Quod igitur ait, quemadmodum docti estis, veluti quoddam fundamentum est: quod abundare ait, ipsa est iterata structura. Transgredi igitur non oportet antehac subiecta dogmata, verum in ipsis potius promouendum est, deque ijs celebriter & honorifice dicendum, vt adeo eximiũ quiddam in fide demonstremus, gratias agentes Deo, qui nos tali tantaque gratia perfundere dignatus est, non nobis ipsis progressum aut successum adscribentes.

Videte ne quis vos deprædetur. Fur est, clanculum subit, perfodit subter parietes B vestros clãculum, vt spoliet ac deprædetur mentem vestram: cauete igitur.

Per philosophiam & vanam deceptionem. Ostendit viam per quam venit fur adeoque subintra, ipsam nempe philosophiam. Quia vero graue videtur quiddã Philosophiæ vocabulum, adiecit, & vanam deceptionem. Est enim & bona deceptio, vt
Hiere.xij. Hieremias dicit, Decepisti me domine, ac deceptus sum: quali & Iacob imponere vi-
Gene.xvij detur Isaaco, quæ neque deceptio est vocanda, sed prouidentia.

Secundum traditionem hominum. Animaduertis vnde sit deceptio, quod huma-
Hæreses næ cogitationes & ratiocinationes intermedient. Propterea & hæreses dicuntur, nam
vñ dictæ. hominum sunt opiniones Christianorum autem fides est, non humanum dogma: propterea neque tale nomen adsequetur, hæretici nimirum.

Iuxta elementa mundi. Reprehendere incipit deinceps dierum obseruationem, elementa mundi solem lunãque dicens, per quæ videntur dies sic vel sic poni, seu habere sese. Nec dixit dierum obseruationem, sed mũdi totius meminit, vt quod minus est, abundanter ac large demonstret. Si enim mundus totus nihil est, quanto magis nec elementa quicquam erunt?

Et non secundum Christum. Quod si vel maxime liceret partim Christo, partim vero elementis seruire, neque sic mos illis erat gerundus: nunc vero prorsus vos a Christo transferunt. Obseruationes autem huiusmodi non tantum Græcæ fuerunt, verũ etiam Iudaicæ, aliæ quidem ex philosophia, aliæ vero Iudæorum ex lege.

Quoniam in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Hoc est, siquid F
Leuit. est Deus verbum, in ipso habitat. Ne autem quum audis habitauit, existimes quod
xxvi. operat⁹ sit æque ac prophetæ (cõmorabatur enim & in illis deus iuxta illud: Inhabita-
ij.Cor.vi. bo in ipsis & obambulabo) adiecit corporaliter, hoc est, non vt actus vel operatio quędam, verum vt natura & substantia, ac veluti corporatus (sit venia dictioni) & vna substantia cum eo quod adsumpsit. Vel hunc ad modum intelligere iuxta diu Cyrilli sen-
Deus ver tentiam poteris, perinde ac in corpore immoratur anima. immoratur autem ipsa cor-
bũ assum- pori essentialiter & indiuisibiliter, ac citra mixturam. Enimuero anima ipsa per mor-
ptã carnẽ tẽ a corpore separatur, Deus autem verbum nũquam ab assumpta carne separatus est,
nũquã de verum in sepulchro etiam aderat, ipsam incorruptibilẽ seruãs anima que apud inferos
seruit. aderat prædicans, siue donans captiuis remissionẽ. Alias autem coniunctio erat vtrorumque, animæ videlicet & corporis, & quando voluntaria eius morte dissociata sunt.

Et estis in ipso impleti. Papæ, quid dixit? Nihil (ĩquit) eo minore estis: verũ & vos diuinitate impleti estis, veruntamẽ in ipso, hoc est per assumptionem. Postquam enim
Ephe. ij. natura nostra Deo copulata est, nos etiam diuinæ eius naturæ facti sumus participes
ij.Tim ij. Vbique enim Paulus vult nos proxime Christũ adducere, veluti quum dicit: Excita-
Rom.viij. uit, & collocauit in cœlestibus in Christo: &, Si sustinemus, conregnabimus etiã: & cohæredes erimus.

A *Qui est caput totius principatus & potestatis.* Non veluti homoousium caput ipsum ponit,sed (vt supra cōmemoratum)tanquā autorē & causā. Qui igitur hoc dimisso angelis assentimini, ad eos accurrentes? Qui est caput. Omnino hoc perfodit, diluit,ac demolitur de angelis dogma.

In quo & circuncisi estis circunsione non manufacta. Admirandum beneficium attulit,quod in Christo circūcisi estis.Non enim manus hominis adducit circuncisionē carnis hanc, sed spiritus,& non partem, sed totum hominē circuncidit.

In exutione corporis peccatorum carnis,in circumcisione Christi. Illi quidem exuebatur membrum per circuncisionē,carneo tegumento ablato:hic vero exuit corpus nostrum peccata, quæ per carnem perficimus. Tali autem circuncisione non lex, sed Christus circuncidit in baptismate exuens nos a vetere vita peccatis obnoxia, adeoque a carne prorsus.

Consepulti ipsi in baptismate. Quod circuncisionem vocauit, id nunc sepulturam appellat,maius quiddam ipsa circuncisione exhibens.non enim abiecta est circuncisio, sed periit & corrupta est.Qui igitur baptismate abluitur consepelitur Christo,per trinam submersionem,trium dierum spacium completam sepulturam figurans, & emoriens quod ad veterem & peccabilem hominem attinet. Rom.vi.

In quo & excitati estis per fidem operationis dei,qui excitauit eum ex mortuis. Non solum sepultura,verum etiam excitatio est baptisma. Quomodo? Per fidem. Creden-
B tes enim quod deus possit excitare, atque huius rei certum indicium habentes Christum, quem itidem excitauit ex mortuis, sic surreximus & nos gemina ratione, tum quod resurrectionem sperantes, iam videmur hanc adsequi, etiamsi dū futura sit: tū quod spiritualiter interemptionem operum peccati abiecerimus,quod & potius infert.

Et nos, qui mortui eramus delictis & præputio carnis nostræ, conuiuificauit cum ipso. Christus,inquit,quū corporalem mortem sustinuisset,viuificatus est a patre, nō quod ipse nō potuerit seipsum viuificare,sed quod omnia ad patrem referātur. Nam quod & ipse se excitarit, adfirmat in tribus diebus(inquiens)excitabo templum. & iterū: Exhibuit seipsum viuentem post passionem. Vos autem peccatorum mortem sustinētes, ac præputium habentes. hoc est, multam ac superfluam carneam cogitationem ac affectum gerentes, qui vos occidebat,conuiuificati estis cum Christo. Vt enim is corpore resurrexit, consimilem ad modum & spiritu resurgemus & corpore. Secus autē magnus ille Iohannes interemptum huncce intelligendum indicat. Propter delicta enim sub condēnatione mortis positi eratis. Iohan.ij. Act.i.

Donans nobis omnia delicta. Quæ interemptionem faciebant. Obserua quantis pœnis dignos nos liberauerit.

Delens quod aduersum nos erat chirographum in dogmatibus, quod erat contrarium nobis. Quia dixerat, donauit nobis, ne putares quod dimiserit ea sic tamen vt manerēt & apparerēt: Nō,inquit,nō hoc,sed deleuit,aut extriuit, exculpsit. Chirographū autē intelligemus vel cōfessionē quā populus Israeliticus ipse scripsit quū dice-
C ret ad Mosen,Omnia quæcūq; dixit deus,faciem⁹ & audiem⁹. vel fœdus quid pepigit dominus cū Adamo,Quæcunque,inquiens,die ederis,morieris. Hoc enim chirographum retinebat diabbolus,atque hoc ipsum nobis restitit, nō sinens nos emergere: ius enim ipsum habebat. Hoc deleuit Christus in dogmatibus, hoc est,in fide; non enim per opera, verum per fidei dogmata hoc solutum est. chirographum. Exo. xix Gen.ij.

Atque ipsum tulit ex medio, adfigens illud cruci. Non exculpsit tantummodo, verumetiam rapuit ex medio atque tulit, hoc est,fecit ne porro nobis appareret. Ac neq; nobis dedit,neque ipse custodiuit,sed affigēs ipsum cruci, discidit dilaniauitque, quid remittentis est cum gaudio. Siquidem omnes eramus obnoxij peccatis & pœnæ: ipse autem,in quem nullum peccatum cadebat,punitus pro nobis in cruce, diluit ac sustulit peccatum atque supplicium. isthuc igitur & chirographum dirupit.

Exutis principatibus & potestatibus. Diabolicas potētias dicit,quandoquidem eas humana natura induit:vel quia ipse homo factus,tanquam & ipse acceperit,habebat hoc ipsum quatenus homo erat: exuit ergo quod accepit, id est, irreprehensibilis inuentus est principatibus & potestatibus.Quod si peccatricem nauram assumpsisset, citra tamen peccatum discere posses isthuc sic dici. Satanas per duo hæc dominabatur in humanam naturam,per voluptatem,atque mœrorem Domin⁹ igitur propter hoc humana natura adsumpta,vt iam pro nobis dimicet aduersus principatus & potesta-

A dem impleuit eos indignatione, ostendens quod brabeo orbentur atque priuentur; nec non circunueniantur, hæreticum dogma denarrat. Volunt vos fraudare, inquit, per humilitatem quæ videtur. Dicebant enim indignum esse maiestate & amplitudine vnigeniti, quod per vnigenitū adduceremur ad patrē, esseq; maius quā vt hūanę tenuitati conueniat. Vnde commodius est dicere, quod angeli (inquiunt) nostræ adductioni inseruierint, eamque, suboperati sint: Inde ergo angelorum religionem introducebant, simplicioribus persuadentes vt ijs adhiberent animum: eos enim esse, angelos dico, qui nos seruassent. Et qui nunquam angelos conspexerant, sic de illis commentabātur, tanquam eos vidissent.

Temere inflati a mēte carnis suæ. Frustra, inquit, inflatus est propter isthuc dogma, a carnali sua sententia, non spirituali. Quomodo enim non carnalis adeoque crassæ mentis est, reijcere quæ ab Christo dicta sunt? Adeo Deus mundum dilexit, vt filium suum daret pro hominibus. & iterum, Pro ipsis ego meipsum sanctifico. &, Animam meam pono pro ouibus, & alias dum oues habeo, quas me oportet adducere, & innumerā huiusmodi. Quomodo igitur supra dixit quod in humilitate, quæ non est vera, sed fucata, inflantur? Intumescunt quidem, vt doctores dogma suum tuentes, nec permittentes vt ab alio verum doceantur. Commedant autem suam institutionem, adeo quæ proprium dogma per humilitatē, non quam ipsi habent, verum adserentes maius esse quam hominibus conueniat, vnigenitum pro nobis occidi.

Iohā. iij. & xvij. &

B *Nec tenens caput, ex quo totum corpus per compages & nexus compactum & constructum crescit in augmentum Dei.* Non continet, inquit, qui hæc tradit, caput, hoc est filium: ipse nāque est caput angelorū, veluti creator & conditor. Insuper totius etiā ecclesiæ caput est, cū secūdū hoc ipsum quidem, tum quatenus corpus ipsius sumus & membra, ipso nobiscū in hisce cōmunicante. Ex ipso itaque vniuersum corpus ecclesiæ est, esseque suū simpliciter habet, ac bene esse. Si igitur quisquā ab eo exciderit, statim perit. Quēadmodū enim sensibilis spiritꝰ à cerebro in totū corpus per neruos diffunditur, & a capite omnis sensus est & motus, hūc admodum ecclesiæ corpus a Christo suppeditur, hoc est, accipit viuere suum, & crescere spiritualiter. Vnde autem hoc habet? quādo cōstruitur, coagmētatur, hoc est, cōnexionē ad ipsum & cū ipso habuerit. Spiritus enim sanctus per iūcturas & cōnexiones, suppeditationē adeoque cōstructionē augmenti dat. Quocirca si non fuerit connexū neque compactū ad caput corpus, nō coagmentatur etiā ad ipsum, hoc est, non cōponitur, neque spiritus iā suppeditatio sequitur, neque augmentum Dei, id est, optimæ secundum Deum vitæ & conuersationis.

Christꝰ caput angelorum, & ecclesiæ.

Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid tanquā uiuentes in mundo, traditionibus uexamini? Per baptisma, inquit, commortui Christo, simul obijstis omni priori vitæ, vt non amplius ne ipsis quidem elementis seruiatis, quibus antea subiecti eratis. Qui igitur rursus, tanquam priorem adhuc vitam viuentes, subdimini illis? Docemini enim quod hæc dies bona sit, hæc vero execrabilis: græcæ sunt obseruationes. Vide autem quomodo tacite eos carpat. Instituimini, inquit, instar puerorum plane C elementariorum, ac sedetis audientes institutionem & adhortationem quinam vos oporteat facere.

Ne tangas, neque attrectes, quæ omnia uergunt ad corruptionem ipso usu. Aliam ipsorum obseruationem recitat, quæ est in cibis, Iudaicam potissimum, quemadmodū dierum erat Græca. Fastum autem dogmatistarum doctorumve illorū deprimens, Nū magna quædam, inquit, hæc sunt, sed in corruptionem desinunt ipsis vtentibus: corrupta in carne per secessum suffluūt. Neque igitur prosunt ista per sese, neque obsunt.

Secundum mandata & doctrinas hominum. Non sunt diuinæ institutiones hæ verum hominum mandata. Quid igitur? lex nunquid est doctrina dei? Erat quidem, quum suo tempore vigeret. hodie autem non est, quum tempus eius expletum sit. Vel quia corrumpebant eam apud Iudæos seniores, tradentes extra legem sua, perinde ac Christus in Euangelio ait. Vel Græcorum dogmata notat.

Matth. 11
Matt. xv. & xvi.

Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate, & in non parcendo corpori, non in honore aliquo, ad satietatem carnis. Rationem habent sapientiæ, non virtutem, neque veritatē. Videtur enim qui hæc tradit, pius quispiam esse, reuerendus & moderatus, corpusque suum adspernari, propterea quod a cibis abstineat. At qui deus corpus honorauit, cibosque dedit, vt caro illis impleta persistat, ac sponte eos expetat, verum ipsi non vtuntur corpore in honore quopiam, pri-

Corporis honor.

uantes ipsum, potestatemque auferētes, nec permittunt ei vt sua sponte cibū expetat. D

CAPVT III.



I igitur cum Christo excitati estis, superna quærite, ubi Christus est in dextera dei sedens superna, non quæ super terram. Quum dixisset, Mortui estis cum Christo, per baptisma videlicet, ac per hoc quod reticetur, dans intelligere quod & simul excitati estis, consurrexistisque (baptisma enim, vt per submersionem vel intinctionem, mortem, sic per emersionem seu extractionem, resurrectionem denunciat) colligit iamnunc: Si excitati estis vna cum Christo, debetis posthac in supernis esse, vbi non porro huiusmodi est obscuratio, ac cœlestia sepere. Nam quæ de cibis & potibus præcipiuntur, atque diebus, terrestria sunt, nihil altæ aut spiritualis habentia: siquidem terrenorum hominum sunt mandata. Non autem contentus fuit, superna, dicere, neque, Vbi Christus est, sed adiecit, in dextra dei sedens, vt magis a terra nostrum animum abducat.

Supra.a

Nam mortui estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Ipsos vtrinque præparat, ne quæ hic sunt quærant; tum ex morte, tum ex vita. Mortui enim estis inquit, rebus inferioribus, posthac eas quærere non debetis. Rursus, vita vestra in supernis est, quare & superna curare. Contendit enim ostendere quod in supernis sedeā ipsi, aliamque viuāt vitam, quæ in deo est nimirum, haudquaquā oculis conspicuā. Nō apparet Christus, sic neque vita vestra: qui ergo apparentiā quæritis? His autem eos præmunit, vt mox in moralem incidat sermonem, Nam moris est Paulo; vt aliud aggrediens, ad alia transiliat, vt in epistola ad Corinthios, cum de ijs qui cœnas præoccupabant, dissereret, repente in mysteriorum traditionem delapsus est. B

Cum Christus autem manifestatus fuerit, uita uestra: tum & uos manifestabimini cum ipso in gloria. In secundo aduentu manifestabitur Christus, & omnibus apparebit in gloria simul cum angelis adueniens (nunc enim vsque adeo absconditus est; vt & hoc nomine crimínetur ab impijs) tum igitur & vos manifestabimini, non simpliciter, sed in gloria. Quare diem illam desiderate, non hanc, in illam viuere properate. tū eni vera manifestabitur vita vestra: præsens nāque, mors est, siquidē per corruptionē consistit, fluxū & refluxū. Ne hic honores gloriasq; cōcupiscatis, nā illic gloria vestra est. Delitescit margarita tātisper dū ī cōchyli fuerit: simulac vero illud perfractū fuerit, tū in gloria relucet. Hunc ad modū & vos quādiu in corruptibili isto corpore fueritis tanquam latentes viuere debetis, ab omni gloriæ cupiditate alieni. Quando enim dissolutum fuerit hoc corruptibile, tunc gloriæ nostræ fuuerit locus, si hac digni per opera visi fuerimus.

Vita præsens, mors est.

Enecate igitur membra uestra quæ in terra sunt. Non dixit abijcite, sed interficite; ita vt nunquam resurgant. Membra autem in terra; forte corporis quoque membra dicit, quæ dum cœlestia minime operantur, in terra esse dicuntur: quum autem per ipsa perficiunt quæ cœlestia sunt, non iam in terra sunt, vt quum aut vitiose videm aut audimus, in terris non sumus. Fortasse autem & membra in terra dicuntur, quæ in terra per membra corporis committuntur peccata, quæ & in terra manēnt, & ibidē corrumpuntur: quandoquidem corporis sane membra tametsi e terra sint, non tamen in terra permanent corrumpunturque, sed incorruptibilia erunt cum resurrexerint. At quomodo cum supra dixisset, Consepulti estis cum Christo, quod exueritis corpus peccatorum carnis: nunc iterum dicit, Enecate? Quoniam prior quidem mortificatio, baptismatis erat donum, quæ interficiebat antea a nobis commissum peccatum: quæ vero nunc proponitur enecatio, nostræ est voluntatis, obscurans peccata exterminans quæ post baptisma admittuntur, imo ne reuiuiscere quidem omnino sinens, eo quod affectum carnis interimat. Quemadmodum si quis statuam sordibus obsitam, ære renouans, ac lucidam læuemque reddens, commonefaciat eum qui hanc possideat, vt studeat deponere rubiginem, non eam quam omnino deterserit iam, sed quæ posthac ventura sit. F

Mortificatio duplex

Fornicationem. Ecce īterpretatus est quæ sint illa membra. primū autem fornica

tionis meminit, quod hoc mali potissimum regnet.

A *Immunditiam, passionem.* Praetermisit speciatim dicere quae non sunt pulchra honestave dictu: vnde per impuritatem & passionem omneis complexus est turpium mixtionum species. Vere enim passio est rabies corporis, & quemadmodū febris aut vulnus, aut alia aegritudo.

Concupiscentiam malam. Ecce generatim rursus vniuersum dixit. omnis enim concupiscētia praua est. Est autem & bona cupiditas, dei diuinarumque rerum quemadmodum & Daniel vir desideriorum erat. cupiditas bona.

Et circumuentionem, quae est idolorum seruitus. Primogenitus filius malae concupiscentiae, est circūuentio & auaritia πλεονεξία quam idololatriam nominauit, ceu auro & argento seruientem. Nam idola gentium, argentum & aurum. Danie. ix

Propter quae uenit ira dei super filios inobedientiae. Et futura ira, & in praesenti, saepenumero apprehendit tales: Inobedientiae autem filios dicit, venia eos priuans, ostēdens quod ex ignorantia non sint in huiusmodi afflictionibus, verum ex inobedientia, quam sic exercuerunt, vt & seipsos huic adoptarent in filios, & ex ipsa manifestarentur signarenturque. psal.cxiii.

In quibus & uos ambulastis quondam, quando eratis in ipsis. Non caret encomio hic sermo, tanquam nunc non viuant in his. Sed olim, inquit, viuebatis in hisce quum gentes essetis: nunc autem vos haec omnia deposuistis. Quomodo igitur, quum supra

B dixisset, Quondam in ijs viuebatis, ac indicans quod nunc non ita viuāt, rursus dicit. Deponite omnia? qui enim deponant quod non habent? Potest igitur responderi, quod aliud quod ait, Quando viuebatis, cooperetur eis quę nunc dicuntur. Quasi enim hoc indicet, quod olim quidem dominabatur vestri peccatum, vitamque vestram conterebat, ac tyrannidem exercebat. ante baptisma videlicet, eratque difficile admodum à peccatis liberari, adeoque affectibus prauis: nunc autem per baptisma occiso & mortuo in vobis peccato, facile est deponere peccata, tanquam pallium. Nec est quod pretextatis vos sub tyranno vitam viuere atque affectibus, estis enim eis interempti.

Iram, furorem, malitiam. Vindictam iniuriaeque recordationem, malitiam dicit, quam nōnulli & amarulentiam nominarunt, quando quisquam, seruarit malitiam in seipso, vt sese vlciscatur.

Blasphemiam. Conuitia hic intelligit.

Turpiloquentiam ex ore uestro. Significanter dixit ex ore vestro. hoc est, quod sanctificatur per communicationem dominici corporis. Absurdum enim est foedari per blasphemiam turpiloquentiamque os vestrum, quod Christum recipit.

Ne mentimini alter alteri. Christum induentes, qui dixit, Ego sum veritas: quomodo nunc alia forma amicimini, mendacij nimirum? Planum enim hinc fit, quod illum characterem exueritis, qui vos veritate signauerit. Ioan. xiiii

Exuentes ueterem hominem cum operibus suis. Quidnam membra & corpus & hominem vocat corruptam vitam, ac rursus vitam virtutibus insignē pariter? Vt ostē-

C dat voluntatem essentia ac natura esse potiorem, nosque ab ea potius nominari, non ab essentia. Nam scriptura etiam equos, canes, & vulpes nominat eos qui voluntatis & morum suorum nomine, huiusmodi belluis adaequantur. Proinde & in geennam, & ad aeternum regnum nos inducit voluntas, non essentia. Veterem igitur hominem corruptam voluntatem dicit: propterea & intulit, cum operibus, hoc est, voluntatem cum operibus. Veterem autem nominauit, turpitudinem eius ac deformitatem ob ocu los ponere volens, & infirmitatem. Obserua autem quomodo veteris hominis membra recensuerit, mentem per mendacium, cor per furorem, os per blasphemiam, oculos per fornicationem: abdita membra, vt hepar, per concupiscentiam malam, magnus per auaritiam & circunuentionem. Hiere. v. Philip. iii. Luce. xiii

Et induite nouum, renouatum ad cognitionem. Nouus homo est voluntas secundum deum, quae non consenescit, sed nunquam non viuax est & florens, ad eum deū, tum diuinarum rerum agnitionem nunquam non magis magisque noua demonstrata quo maiorē acceperit cognitionē, pluribusque donata fuerit, hoc valētiorē sese exhibēt. Nouus homo.

Secundum imaginem eius qui condidit ipsum. Hoc est, Christi, quandoquidem & ipse ad senium non peruenerit. Adeo enim formosus erat & elegans, vt ea pulchritudo nō possit satis verbis exprimi, de qua propheta sic habet, Speciosus forma prae filijs hominum peccatum enim non fecit, quod hominē senio conficit ac corrumpit. Et nos igitur Psal. xliiii

mium victoriæ, ei qui sufferit vt sis longanimis, desinet aduersarius tuus. Ipsa igitur,
A charitas dico, in vobis iudicet, non furor, non ira, non contentio, non humana pax; eá Pax dei
enim ex victione nascitur: ex hoste: sed Dei, quæ stabilis & indissolubilis, quæ ob nul
lam mundanæ rei commoditatem fit, æque atque dei erga nos pax, nullius commodi,
quod inde retulerit, causa facta est, verum simpliciter ob clementiam & dilectionem
sustulit inimicitiam quam erga nos habebat. Qui vero, quum charitatis meminisset,
rursus de pace incipit disputare? Videtur porro superuacanea hæc esse admonitio, quū
sub charitate pax etiam contineatur. Potest igitur dici, quod non raro accuset amicus
amicum, atque ex charitate & propter amicitiam, contentiones, iniuriæ, & prælia orian
tur. Non hoc, inquit, volo, sed cum dilectione pacem etiam dei habete, omnia cum or
dinantem, tum indicantem.

Ad quam uocati estis in uno corpore. Hoc est, ad pacem vocans Christus, fecit nos v-
num corpus, caput ipse factus. Quid enim, & quam alia ob causam sumus vnum cor
pus, quā vt veluti membra alter alterius, pacem hanc seruemus, & non dissideamus?
Vel quia ad pacem vocati estis, hoc innumeris bonis estis donati per pacem. Nisi enī
pacem habuissemus apud deum, non essemus vocati ab eo vt serui eius essemus, bono
rumque eius participes.

Ac faciles ad condonationem sitis. Hoc est esse εὐχάριστοι, facile donantem aut remit
tentem, æque vti conseruit atque deus te vsus est. Qui enim deo gratias agit quod si-
B bi noxā remiserit, is non facile vlciscetur sese de eo à quo sibi vis facta est. Nā qui vin Mat. xviij
dicat iniuriam, non meminit quātis ipse sit beneficijs diuinitus affectus, iuxta illū, cui
quum dimissa essent innumera talenta, centum denarios conseruo dimittere tamen no
luerit. Gratias igitur agamus, & remittamus, quicquid etiam patiamur, & a quocun-
que, martyrū nanque coronam accipiemus.

Verbum Christi inhabitet in uobis abundè. Viam nobis præmonstrat, per quam
faciles ad condonationem erimus. Si enim in nobis commoretur verbum Christi, hoc
est, doctrina & dogmata & adhortationes quibus nos commonefacit, atque docet cum
præsentem vitam, tum bona eius aspernari, nulli difficilium cedemus, verū omnia per
seueranter ferentes ac constanter, remittemus ea quæ nobis accidunt, deoque agemus
gratias. Non dixit aūt simpliciter, sit in vobis, sed inhabitet, ac diuites inhabitet. Si enī
diuites fuerimus in cognitione scripturarum, omes calamitates æquo animo feremus,
perinde ac opulentus pecuniarum rerumve suarum iacturam ferre potest.

In omni sapientia. Hoc est, in omni virtute. Sapientiam enim virtutem appellat, si
cut & peccatum insipientiam, Dauid: Dixit insipiens in corde suo: &, Male oluerunt vi Ps. xiij. &
bices meæ a facie insipientiæ meæ. xxxvij.

Docentes & adhortantes uos ipsos psalmis, & hymnis, & cantilenis spiritualibus. Quia
lectio laborem habet, multumque illi molestiæ inest, non ad historias duxit, verum ad
psalmos, vt simul & animum canens oblectes, laboremque fraudes. Psalmis aurē hym
nos subiunxit, ceu rem quampiam perfectiorem: psallere nanque hominum, hymnos
vero concinere angelorum est.

C *In gratia canentes.* Hoc est, cū gratia & voluptate spirituali. Vt enim humanæ
cātiones gratiā habere videntur, etiāsi non spiritualem, hunc ad modum diuinę cantī
lenę spiritualem habent oblectationem. Vel quia ex dono illis obtigerat vt canerent.

In corde uestro domino. Non simpliciter ore, sed corde, id est, cum attentione. Hoc
enim est deo canere, illud vero aeri. Alias in corde, non ad demonstrationem: nam si in
concione fueris, potest secundum teipsum canere nemine audiente.

Et quicquid feceritis in uerbo aut opere, omnia in nomine domini Iesu. Si edas, vel In noīe Ie
bibas, vel peregrineris, omnia in nomine dei age, hoc est ipsum adiutorem inuocans. su quicqȝ
Vbi primum preces ad eum fuderis, tum demum opera tua aggrediaris. Dei nomen agere, est
dęmones excutit: nec opera tua facilia tibi erunt, nisi dominum Iesum inuoces. Vel quia Iesum in-
inquit, dominum Iesum nominatis, sequitur quod angelos non adducatis tanquam uocare.
seruatores vestros.

Gratias agentes deo & patri per ipsum. Si filiū inuoces, ipsum patrem inuocas per
ipsum: si filio gratias agis etiam patri gratias agis. Vel perinde ac nos ipsos filius ad
patrem adduxit, sic & ipse gratiarum actionem nostram ad patrem præfert, omnium
bonorum mediator nobis existens.

Vxores, obedite maritis uestris, ut decet in domino. Quur non in omnibus epistolis,

Vxorum munus.

sed in hac, & ad Ephesios, & in epistolis ad Timotheũ ac Titũ hæc præcipit. Vel quia verisimile est ꝙ in his vrbibus tales dissensiones fuerint, vel quia firma erat hic ecclesia, & reliqua apud eos bene habebãt, recteque trãsigebantur, deinceps etiã de hisce loquitur. Porro aliis in altioribus dogmatibus deliquium patientibus, magis erat necessarium de iis etiam scribere, ac huiusmodi adhortationes prætermittere. Multa autẽ in hisce similitudo est epistolæ ad Ephesios cũ hac. Quid autẽ est, in domino? pro eo ꝙ est, propter dominum obedite: non enim tantum ab natura obedientiã quam eis debetis, a vobis exigo. Hoc enim indicat per hoc quod ait, quemadmodum decet, hoc est, vt conueniens est & decorum, sed potissimum etiam eam quæ est propter dominum. D

Virorum erga vxores mun⁹.

Viri, diligite uxores, & ne sitis amari erga ipsas. Animaduerte quomodo ex aduerso vtrunque in suis rebus commonefaciat, vxores vt obediant, maritos vt diligant: nõ enim adeo a subdito ad prĩcipem dilectio quæritur, vt a principe erga subditum. A dilectione porro qua vxor diligitur, & ipsa fit amabilis, ac dum ipsa marito inseruit, redditur ei mansuetus. Quia vero fieri potest vt quisquam diligat, & interim tamen sit amarulentus exasperetur que, maxime tamen inter amatas personas hæ sunt amarulentiæ; propterea inquit, Ne exasperemini. Reuera enim ex multa hoc fit amarulentia, qũ quisquam dissideat aduersus membrum suum.

Liberorũ munus.

Liberi, obedite parentibus per omnia, hoc enim bene placet in domino. Rursus In domino. Non enim ab sola natura nos hic vult facere, verum quia & deo videtur, vt mercedem habeamus ceu dei causa facientes. Piorum autem parentum liberis verba faciẽs, dixit, per omnia: nam impiis parentibus non est per omnia obtemperandum, non eñ quãdo ad impietatem cogunt, eis est obediendum.

Parẽtum munus.

Patres, ne ad iram prouocetis liberos uestros, ut ne despondeant animum: Hoc est, ne omnia quæcunque agũt, amarulenter & exacte inquirite, sed sunt quæ a vobis sint negligenda, vt ne contentiosiores eos faciatis, atque in mœrorem coniiciatis ac desperationem. Obserua hic sapientiam, quomodo intregerit parentes, eorumque viscera inflexerit per hoc quod dixit, vt ne despondeant animum. Vniuersa enim parentum cura in hoc incumbit, vt ne liberos contristent, neque ad desperationem ac infelicitatem adigant.

Seruorũ munus.

Serui, obedite dominis secundum carnem. Statim ius obedientiæ, non ipsum serui nomen attulit, sed ideo protulit, vt ne seruitutis suæ nomine augerẽtur. Dominis, inquit, secundum carnem. Potior tui pars, anima, est libera, seruitus tua est temporaria. animã igitur potius submitte tuam, vt voluntaria sit seruitus.

Non ut hominibus placeatis oculari seruitute. Effice, inquit, vt quã ex lege debes seruitutem, ex metu amoreque Christi fiat, vt ex Christi amore seruias. Quum eñ hero non cernẽte functus fueris fidelis serui officio, perspicuũ est quod ob dei oculũ isthuc

Psalm. lii.

agas: si aũt solummodo recte agis quum herus conspexerit, hominibus places. Talis autem quum sis, teipsum lædes: dominus enim dispersit ossa hominibus placentium.

Timoris veri argumentum.

Sed in simplicitate cordis metuentes dominum. Id enim est metuere dominum, quãdo nemine vidente nihil agimus mali. hæc etiã cordis est simplicitas, non ad homines respicere. Qui hominibus igitur placet, non est simplex. E

Et omne quod feceritis, ex animo operamini, tanquam domino, & non hominibus. Non solum a fuco & simulatione, verumetiam a torpore eos vult esse liberos: imo ipsos pro seruis, liberos facit, quippe qui non opus habeant dominorum præsentia. Quod ait ex animo, id est cum beneuolentia, non cum seruili necessitate, sed libertate & voluntate facere.

Scientes quod a domino accipietis retributionem hæreditatis. Domini non faciunt sæpe seruos hæredes, etiamsi decies millies eis bene seruierint. Dominus autem hæreditatis quæ in cœlis est, retributionem vobis dabit, si beneuolentiam erga dominos custodiatis.

Domino enim Christo seruitis. Qui ordinem vobis hunc destinauit & subiectionem. Quia vero seruitis Christo, planũ est ex eo quod ipse sit vester futurus remunerator.

Qui autem iniuste agit, feret quod iniuste egit, & non est respectus personarum. Qui dominũ suum iniuria seruus afficit, vel quod negligenter seruiat, vel quod sublegerit quæ sunt heri sui, & in suũ vsum conuerterit, mercedẽ & compensationẽ ab deo habebit. Nõ eñ personarũ acceptor est deus vt misereatur serui, ceu ĩfirmę partis, qui

Leui. xix.

& lege sanciuit ne iudex pauperis misereatur in iudicio. Vel aliter: Christianus seruus

A Græcum & infidelem herum iniuria adficiens, non arbitretur euasurũ sese condẽnatio nem. non enim personæ est inspector Christus, vt ipsi ceu Christiano remittat quod ad uersus infidelem dominũ deliquit. Etsi aũt ad seruos videatur dicere. Non est personã rum respectus: domini tamen hoc etiam ceu sibi dictum etiã atque cõueniens accipiãt.

CAPVT QVARTVM.



Omini, quod iustum est & æquum, seruis præstat. Quid est ius stum? facere permutationem, atque respondere eis, vt pro omnibus laboribus etiam suis satis habeant, nec indigeat aliis rebus sibi necessariis. Non enim postquam audiuisti quod a deo sint mercedem accepturi, tu eos priuabis his quibus illis ob labores suos obstringeris. Dominorum erga seruos munus.

Scientes quod & uos habeatis dominũ in cœlis. Perinde ac illi vos dominos hñt, sic & vos dominũ habetis. Quo igitur mensu mensi fueritis vestris seruis, metietur & vobis dominus vester. Vel quia & vos cum illis ad dominum afferimini. hic enim communem seruitutem fecit.

In oratione perseuerantes, uigilantes in ipsa in gratiarum actione. Nouit diabolus quantum bonum sit oratio, vnde propterea nos ab eã resilire facit: quocirca dicit Pau B lus, perseuerate. Quia vero qui perseuerat, sæpenumero ad socordiam ac defectionem perducitur, adijcit, vigilantes, hoc est, sobrij existentes, vt adeo semper sitis recentes ad opus orationis. Insuper in gratiarum actione, hoc est cum gratiarum actione hãc fa cientes. Hæc enim vera est oratio, quę gratiarum actionem continet pro omnibus quę scimus & quę nescimus, a quibus beneficium accepimus aut etiã afflicti sumus, & pro communibus beneficijs. Oratio vera

Orantes simul & pro nobis. Obserua humilem Pauli mentem, quod ipse indigue rit horum precibus.

Vt Deus aperiat nobis ianuam, ut loquar mysterium Christi, propter quod & ligatus sum ut manifestem ipsum quemadmodum oportet me loqui. Hoc est vt libertatem mi hi det, non vt liberer a vinculis, verum vt loquar mysterium Christi, quemadmodum oportet me loqui, hoc est, non cum submissione, cæterum cum magna fiducia. Quomodo autem vinctus alios adhortatur, & rogat accipere quod habebat, nõ solum moderate sapiens ac spirãs, cæterum vim iuxta animæ fratrum amantis significans. Indigebat enim & ipse cœlesti inflammatione, quam fratrum oratio maiorem vberioremque datura erat. Simul autem inducit eos ad orandum. si enim pro eo intercedere debe ant, quanto potius pro se ipsi orabunt.

In sapientia obambulate ad eos qui foris sunt. Quod dominus dixit, Ecce emando vos tanquam oues in medio luporum: sitis igitur prudentes vt serpentes, ac simplices vt columbæ. hoc & ipse nunc ait. Sitis, inquit, cauti, neque vllã detis occasionem ijs qui foris sunt incredulis, aduersum vos, quum vos non lædãt, neque simplices eos of C fendatis. Foris sunt, id est, non assueuerunt nobis, nec eiusdem sunt nobiscum stabuli, ac etiã si eundem nobiscum mundum immorentur, foris sunt, tanquã procul agentes ab ecclesia regnoque dei. Quare prudenter cum eis conuersandum & agendum. sapiẽtiam enim hic prudentiã dicit. erga familiares enim & amicos non tãta opus est securi tate. Accidit autem illis animum, dum eos qui non dederunt nomina Christo, Græcos extra esse vel exteros appellat. Matth. x.

Tempus redimentes. Non varios nos esse volens aut hypocritas, hæc dicit, verum id ait, Non est vestra opportunitas temporis, sed illorum est. Potestis igitur tempus ipsum etiã vestrum facere, si cum prudentia obãbuletis, si non pugnas intempestiuas recipiatis, verum conuenientem ipsis honorem tribuatis, si animis vestris non lædamini, neque fides vestra labefactetur. Audi ipsum adeo Paulum Agrippæ loquentem: Beatum me ipsum puto, corã te rationem mei redditurus. Sic eos qui foris sunt, intus esse faciemus, per mãsuetudinem ipsos ad verbum attrahentes. act. xxvi

Sermo uester semper sit sale conditus in gratia. Sermoni vestro insit iucunditas, inquit, verũtamen in diffluxum non incidat, neque dissolutionem, cæterum constringat etiam atque obturet, id enim sal indicat: neque sit supra modum iucundus & amabilis, nec supra modum austerus: vt cibus si sale careat, iniucundus est: si vero præsalsus sit, gustus est ingratus omnino. Vtroque modo autem, nimirum si vel sale careat, Sermo iucũdus sit.

vel nimium eo fit conditus, edi non potest. Nonne vides Danielem, quanam ratione hominem impium curet? Nonne vides treis pueros, quomodo nihil in ipsis est temerarium aut molestum, sed fortitudinem & libertatem ostendebant? Temerarium enim esse, non est libertatis aut fiduciæ, sed vanæ gloriæ.

Vt sciatis quomodo oporteat uos unicuique respondere. Aliter quidem diuiti, aliter etiã pauperi. Huius enim animus veluti infirmus multo permissu eget. pauperis autem solidior est, quare potest etiam ferre si grauius quadãtenus cum eo agas. Si nulla necessitas vrgeat, ne voces Græcum pollutum, neque contumeliose eum incessas. Præterea si ad principem adducaris, decẽtem ei honorem tribue. sin de dogmate ipsorum interrogeris, dic ipsum esse & prophanum & impium. Paulus sane cum Atheniẽsibus amice colloquitur, Elymæ autem maledicit, quia dignus erat.

Act. xvij & xiij

Epistolarũ conditio.

Res meas omnes patefaciet uobis Tychicus. Sapientiæ est non omnia epistolis inserere, sed necessaria tantum atque vrgentia, primum, vt eas non supramodũ prolixas faciat, deinde vt adueniens tabellarius habeat etiam quod recenseat. hinc enim honoratior habebitur. Tertio ostendit quonam erga ipsum affectu imbutus fuerit. nõ enim ei talia credidisset, quæ literis indicanda forsan non erant, nisi fidelem eum sibique admodum charum habuisset. Quare subijcit.

Dilectus frater, & fidelis minister, & conseruus in domino. Si dilectus omnia nouit: si fidelis, non mentietur: si conseruus, particeps est tentationum.

Quem misi ad uos ad hoc ipsum, ut agnoscat quomodo res uestræ habeant, & ut consoletur corda uestra. Hic charitatem erga ipsos indicat suam. Siquidem propterea misit, vt res illorum agnoscat, non vt sua ipsis denunciet: quinetiam vt eos cõsoletur. Ostendit autem eos tentationibus obnoxios opus habere solamine.

Cum Onesimo fideli ac dilecto fratre: qui est ex uobis. Onesimus hic, est Philemonis ille seruus. Papæ, ad quantam dignitatem peruenit, vt frater etiam Pauli sit? Paulus hic non pudesit frater esse serui. Cedit in laudem vrbis eorum quod ait: Qui est ex vobis, vt glorientur quod talem protulerint

Omnia uobis patefacient quæ hic geruntur. Hoc est, vincula, aliaque me detinentia: si enim hæc non essent, venissem ad vos.

Salutant uos Aristarchus concaptiuus meus. Hic est qui vna cum ipso ab Hierosolymis est reductus. Maius autem quippiam prophetis hic Paulus dixit nam illi sese hospites tantum & peregrinos vocabant, hic vero & captiuum seipsum nominat. Reuera enim captiui instar tractabatur agebaturque, imo peius etiam quam captiui. Siquidem captiuorum, vt suarum possessionum, qui eos ceperunt, curam gerunt: hunc autem ceu inimicum & hostem nemo non diuexabat varijs modis. Hoc illis in consolationem dicitur, quandoquidem præcepto, eorum huiusmodi patiatur.

Prophetę peregrini & hospites, Paul' captiuus.

Et Marcus consobrinus Barnabæ. Hunc a cognatione commendat. magno enim in precio erat Barnabas.

De quo accepistis mandata. Si uenerit ad uos, suscipite eum. A Barnaba forsan acceperant mandata, vt Marcum hunc honorifice susciperent. Potest hic pũctum post mãdata apponi, deinde nouo quodam principio legi, Si venerit ad vos o Colossenses, excipite eum honorifice.

Et Iesus qui dicitur Iustus. Fortasse hic fuit Corinthius.

Qui sunt ex circuncisione. Hi soli sunt cooperarij ad regnum Dei. Quum proprias cuiusque laudem dixisset, nunc publicam etiam ponit. Magnũ enim videbatur ex Iudæis esse. Quoniam autem captiuitatis meminit ne deijciat auditoris animum, remittit captiuitatem illam, deinceps inquiens, cooperantur mihi in ijs quę ad regnum inducunt. Proinde qui socij sunt captiuitatis, erunt etiam participes regni. Diuus autem Ioannes Chrysostomus hunc ad modum legit: Quasi obscure notauerit Iudæos, inquiens. Hi soli sunt ex circuncisione, plures nãque ex gentibus fuerunt.

Qui facti sunt mihi consolationes Ostendit sese in magnis afflictionibus fuisse, eosque magnos esse quosdam, quippe quia Paulo consolationi fuerint. Obserua quomodo is qui captiuum consolatur, simul particeps esse regni prædicetur cum eo. Sunt igitur qui propter Christum affliguntur, iuuandi fouendique.

Salutat uos Epaphras, qui ex uobis est, seruus Christi. Et in principio epistolę, & nunc ipsum commendat, vt veluti diligentẽ ipsos redament, ac libenter eum audiant si quid doceat. Præceptorem enim ac doctorem in honore esse, in commoditatem discipulorũ

A cedit, obtemperantium ei in ijs quæ dicit. Ingens autem eius præconium est, seruum eum esse Christi. Gloria igitur vestra est ille, talis quum sit, atque ex vobis sit.

Semper certans pro nobis in orationibus. Non simpliciter orans, sed certans, ac tremens pro vobis, non nūc solum, sed semper. Lucas euange.

Vt stetis perfecti. Tacite eos mordet ceu imperfectos. claudicabant enim omnino in dogmate de angelis. Quia vero potest quispiam esse perfectus, nec stare tamen, quē admodum quum aliquis omnia nouerit, non consistat tamen firmiter: propterea dicit vt stetis perfecti, videlicet in doctrina & vita.

Ac impleti omni voluntate dei. Hoc est, vt nullam aliam voluntatem faciatis, præter diuinam. hoc enim est completum & perfectum esse. Ostendit autem per hæc eos, partim habere quiddam, partim etiam illis quicquam deesse.

Testimonium enim ei perhibeo, quod habeat zelum multum pro uobis & ijs qui sunt Laodiceæ, & Hierapoli. Vtraque intentionem & vehementiam, & exaggerationem habent, cum quod zelum dicit, tum quod multum. Commendat autem eum Laodicensibus & Hierapolitanis, omnino enim epistola hac lecta, de eo audiuerunt.

Salutat nos Lucas medicus dilectus. Lucas hic euangelista est, cuius non exiguum est encomion, eum esse Paulo dilectum. Neque hunc vltimo loco posuit, vt eum iminueret eiusve autoritatem eleuaret, verumvt Epaphram apud conciues magnifaceret, venerareturque. Verisimile est autem alios etiam hoc nomine fuisse.

B *Ac Demas* Nondum enim, vt videtur, reliquerat doctorem.

Salutate fratres qui sunt Laodiceæ. Animaduerte qui eos conglutinet ac copuleti inter se mutuo.

Et Nympham, & quæ in domo eius est ecclesiam. Magnus hic vir fuit, qui domum suam totam fidelem habuerit, vt adeo ecclesia uocaretur: propterea & gratificatur ei Paulus, priuatim eum salutans. Facit autem hoc, vt & alios ad consimilem zelum euāgelij prouocet, vt si & ipsi honorari velint, Nympham hunc imitentur.

Et quum lecta fuerit epistola apud uos, curate ut & Laodicensium ecclesiæ legatur, atque ut uos Laodicensium epistolam legatis. Iuxta meam sententiam fuerunt nonnulla in hac scripta, quæ oportebat eos audire, ac rursum in illa quæ necessē erat hos discere. Maior est autem commoditas, quando alij accusat is, alij sua peccata agnoscūt. Quæ vero fuit epistola ex Laodicea? Ad Timotheum sane prima, nam ea ex Laodicea scripta est. Quidam aiunt quod ea fuerit quā Paulo Laodicēses miserunt: verum haud scio quid illa ipsis emolumēti ad emendationem attulerit.

Dicite Archippo. Quur non scribit ad ipsum? Fortasse quod exigua tātum cōmonefactione, non literis opus habebat. Supra. ij.

Vide ministerium quod accepisti in domino, ut ipsum impleas. Terrentis hoc est verbum vndique, Videte ne quis vos deprædetur, Videte ne iam potestas vestra hæc. Consimilem ad modum hic, Vide, inquit, vt impleas opus quod accepisti in domino, hoc est, per dominum, ipse nanque tibi dedit, non ego, Quale autem erat o-

C pus? vt Colossensium esset Ephorus, adeoque episcopus, obseruator. Duo autem cōfirmat per hoc quod dicit in domino, ipsumque diligentiorem facit, vt perficiat veluti herile opus: illosque huic subijciat, vt qui eos diuinitus instituat. Omnino enim propterea scriptum est eis, Dicite Archippo, vt quando ipsos obiurget Archipus, non accusent ipsum tanquam amarulentum, nimirum agnoscentes quod Pauli hoc sit, mādatum, & quod suum ipsorum os Archippo dixerit: quæ Paulus ei nūciauerit. Vt igitur obstruat eos Paulus, artificiose ac scite hoc perficit: quandoquidem alias absurdum erat discipulis de præceptore disputare.

Memētote uinculorū meorū. Hoc est, mei mēoriā facite, qui vinctus sum & condēnatus. Hęc aūt maxima est eis consolatio ad quāuis afflictionem meminisse Pauli vincti

Gratia uobiscum. Amen. Hac præsente, etiam si afflictiones habueritis & vincula; nihil aduersum vos poterit. Nam & hoc gratiæ est, ligatum teneri. Reuertebātur enim inquit, a carcere gaudentes, quod digni iudicati essent contumelia affici pro nomine Christi. Viden' dignitatem & honorem esse, contumelia affici? ac reuera magna hæc est dignitas. Contingat igitur & nobis indignis, diuina gratia dignos iudicari atque donari in afflictionibus, vt hac perferente imbecillitatem nostram, ad commoditatem ipsę nobis cedant, multam peccatorum nostrorum crassitiem exprimentes ac delentes, in gloriam patris, & filij, sanctique spiritus, cui honor in secula seculorum. Amen. Actuū. v.

R iiij

Teophylacti Bulgariæ archiepiscopi in primam divi Pauli ad Thessalonicenses epistolam enarratio.

ARGVMENTVM



Rimum fidem eorum mirifice commendat, vt quæ adeo effloruerit, vt non paucis aliis fuerit exemplo. Deinde consolatur eos in afflictionibus quibus sunt obnoxii ob Iudæos, & Christi maxime suique exemplo. Postremo eos in spe resurrectionis firmat, de ea nõnulla inserẽs. Porro Thessalonica Macedoniæ metropolis est, vt in hypothesi epistolæ ad Philippēses commonstratum.

CAPVT PRIMVM.



Aulus & Siluanus & Thimotheus Ad Thessalonicenses Apostolus Paulus scribens, sibi ipsi copulat etiam atque coniūgit Timotheum: Ephesiis autem literas scribens, non sic facit, cognoscẽte Timotheo, iuxta meam quidem sententiā quod statim ad Ephesios mittẽdus esset: superuacuum aūt erat epistolæ conditorem, eum qui hanc recepturus per laturusve, prædicare, Hic autem secus fit, verum reuersus iam erat Timotheus ex Thessalonica: itaque non iniuria seipsum huic iungit. Præponit autem Timotheo Siluanum, forsan quum Timotheus hoc ex humilitate peteret, imitatus veluti præceptorẽ Paulū qui discipulos etiā sibi suos connumerat. Neque autem Apostolum, neque seruum, secundum consuetudinem suā apostolus hic se appellat, eo quod nuper in fide instructi erāt, necdum sufficientem eius notitiam acceperant. Non igitur precium fuit operæ, eius dignitatis meminisse.

Ecclesiæ Thessalonicensium. Et si pauci essent Thessalonicenses, necdum constitissent, conglomeratique magno fuissent numero, ecclesiam tamen eos appellat, ipso vel nomine animum illis addens: quandoquidem tam multitudo, quia multa significet, sit ipsum ecclesiæ nomen.

In deo patre & domino Iesu Christo. Quia & infidelium Græcorum, & Iudaicæ Ioan. viii. fuerunt ecclesiæ, disseparans hanc ab illis, dignitatem illam ī deo esse affirmat. Si enim quisquam peccati fuerit seruus, non est in deo. Obserua hic præpositionem (in) patri ac filio tribui.

Gratia uobis & pax Optat eis, ne in diuinis donis alter alteri obstet, vel æmulationem suscitent, sed mutuam inter se pacem foueant, non inflati.

Gratias agimus deo semper pro omnibus uobis. Ab encomio statim exordium ducit: pro ipsis nanque gratias agere Deo, indicat perfectos ipsos esse talia. quorum causa Deus glorificetur. Simul autem humiliter sapere docet, tanquam Deus omnia operetur.

Memoriam uestri faciens in orationibus meis. Quod gratias agit Deo, isthuc est propter virtutes eorū quod vero meminerit eorum in precationibus suis, charitatis est.

Incessanter recordantes. Nedum, inquit; in orationibus meis vestri recordor, verum & alias semper, id quod vehementis charitatis est indicium.

Operis fidei. Hoc est, instantiæ vestræ. Isthuc enim opus est fidei, solide & firmiter consistere & instare, non solis verbis in fide gloriari.

Et laboris charitati. Qualis autem labor est charitatis? Nullus simpliciter, reuerā tamen multus labor est: Quando enim quispiam ob dilectum sibi vel quid uis sustinuerit quo pacto labor non erit? Thessalonicenses autẽ charitatis nomine multa perpessi erant vt disces ex Actorum libro.

Et patientiæ spei domini nostri Iesu Christi. Multas, inquit, & longas tentationẽs sustinuistis. Sustinuistis autem spe roborati. Cū certitudine enim credebant repositis præmiis, Deus enī ī principio tentari eos permittebat, ne diceret aliquis, quod sine

A plicitcr adulatio verbi praeconium commendasset & constabilisset, vt que monstretur non esse humanam istam persuasionem, verum Dei potentiam & vim, quae animabus persuadeat.

Ante deum & patrem nostrum. Bifariam hoc intelliges, vel recordantes coram deo & patre nostro, vel operis fidei, quod est ante deum. Ne enim existimetis quod citra lucrum quicquam faciatis, caeterū omnia sunt corā deo, itaque & mercedē reddet.

Scientes fratres dilecti, ex deo electionem uestram Meminimus, inquit, ac mentionem vestri facimus, eo quod sciamus vos esse electos ab deo. electi enim estis ad fidem prę multis alijs. Et vnde hoc planum diue Paule? Audi sequentia.

Quoniam euangelium nostrum non fuit ad uos in uerbis tantum. Inde, inquit, perspicuum est quod electi sitis, eo quod deus praedicationem euangelij in vobis glorificet. Non enim simpliciter adeo praedicauimus, quin etiam signa sunt edita quibus testatus est deus fidem sibi vestram probari, tum quod electi sitis & praedestinati.

Sed & in uirtute, Hoc est, in signis quae facta sunt ad beneficentiā & retributionem gratorum, & ad poenam & condēnationem ingratorum.

Et in spiritu sancto. Vel in sapientia spirituali & non externa, vel quia spiritus sanctus datur credentibus.

Et in certitudine multa. Hoc est in aerumnis & afflictionibus. Perinde enim vt signa spiritusque sancti suppeditatio ob credentiū certitudinem fiebant, sic & pro verbi praedicatione afflictiones, magna sunt eiusdem confirmatio.

B *Quemadmodum nouistis quales fuerimus in uobis propter uos.* Vos, inquit, testes estis, quomodo in vobis conuersati sumus, & quod cum alacritate multa praedicauerimus euangelium, idque propter vos. Quia enim electi eratis, propterea nihil nō vestri causa laborauimus. pro dilectis enim ab deo, quis quid non patiatur? Hic autem & virtutes & opera eorum notat, etiamsi tecte. vult enim primum eos commendare.

Et uos imitatores nostri facti estis, & domini. Confortat eos laudando, & ad memoriam reuocando quod & ipsi non defecerint ab eo in periculis, nec sint in periculis eo facti inferiores. Deus bone, quantum est encomium, eos statim praeceptoris sui imitatores factos esse? nec eius tantū, verumetiā Christi domini? Qui vero domini imitatores facti sunt? Quoniam & ipse multa passus laetabatur: sponte enim accedebat afflictionem, vt adeo diceret patri: Glorifica me. Iohā. xxvij

Accipientes uerbum in tribulatione multa, cum gaudio spiritus sancti. Non simpliciter suscepistis cum tribulatione verbum, sed cum multa, hoc est, cum periculis: atque hoc disces ex Actis Apostolorum. Attamen afflictionem hanc, seu pericula laeti suscepistis. Interpretans autem quomodo liceat, & fieri possit vt quispiam in afflictione laetetur, dixit, cum gaudio spiritus sancti. non enim permisit vos spiritus sanctus dolere. Porro dolor est in rebus corporalibus, gaudiū vero a spiritu debetur. Quemadmodum enim in flamma seruati sunt pueri, spiritu flammam irrorante & infrigidante: hunc ad modum & vos in periculis spiritus laetos faciebant, futuram vobis prēmōstrans retributionem. Animaduerte tum quampiam fieri imitatorem domini, quando pericula sustinet cum laetitia spiritus. Act. xxvij. Danie. iij.

C

Vt sitis uos exemplar omnibus credentibus in Macedonia & Achaia. Et si postremo ad eos Paulus peruenisset, sic tamen, inquit, luxistis, vt eorum qui priores accesserint euāgelio, vos sitis doctores. Atq; hęc est diui Pauli imitatio. Nam & ipse postremus accedens, omnes superauit. Expende hic, quod non dixerit eos factos exemplar vt crederent alij, verum iam credentibus forma facti estis, vt sciant & videant quomodo sese oporteat credere, nimirum cum feruore, & ad pericula promptitudine. Per Achaiam autem Graeciam intelligit.

A uobis enim insonuit uerbum. Hoc est, de vera virtute fama, fecit vt praedicatio innotesceret omnibus, vt ita omnium vos institutores ostenderemini. Insonuit autem verbum, veluti de tuba dictum est, quae cum clare sonat, tum sonitus eius ad multos peruenit.

Non solum autem in Macedonia & Achaia, uerum & in omni loco fides uestra quam ad deum habetis, egressa est. Macedoniam, inquit, & Graeciam verbo & doctrina implestis exemplo vestro: miraculo vero omnē locum, quod adeo in breui tempore fidē logam ostendistis. Tanquam autem de re animata loquatur, dixit, egressa est.

Vt non habeamus opus quicquam loqui. Adeo,inquit, est vehemens & efficax fidei vestræ fama, vt neque expectent nos homines quicquam de vobis dicere, verū etiam si sæpe conemur narrare, vt & illos ad parem æmulationem inijciamus, præueniunt nos illi vestra nobis bona prædicantes.

Ipsi enim de nobis annunciant, qualem ingressum habuerimus ad nos. Hoc est, quod noster ad vos aduentus refertus fuerit innumeris mortibus, vos tamen non estis offensi in nobis. Quinetiam vos in pericula propter nos incidentes, non auersi estis a nobis, sed sic nos tenebatis, ceu innumeris bonis a nobis aucti essetis. Secundus autem ille accessus eius erat. Etenim profectus in Berrœem persecutionem passus est, ac inde veniens, sic est receptus, vt & animas suas adeoque vitam pro eo impéderent.

Et quomodo conuersi sitis ad deum ab idolis, ut seruiatis deo uiuenti & uero. Hoc est quam facile, & cum magna vehementia, ac summo studio. Hic porro minus inuisam parænesin adduxit, pulchre ac commode eos commonefaciens, a quibus ad quæ transierint, vt & dignam conuersione sua vitam ducant.

Et expectetis filium eius de cœlis, quem excitauit ex mortuis, Iesum, ut liberet nos ab uentura ira. Et hoc est eiusdem cōpendiū. docet enim narrationis specie, expectare filium dei. Afflictio autem hæc est maxima consolatio, quod qui passus est, excitatus est, iamque in cœlis est, tum quod ille venturus est vt nos liberet ab ventura ira, hoc est a pœna, tanquam eos qui illi per fidem placuerimus, perque immaculatam vitam neque parcet illis qui nos opprimunt. Quoniam autem pericula iam sunt in manibus, bona vero in spebus, magnam ipsis fidem tribuit. Siquidem expectant & sperant firmiterque futura sunt. B

CAPVT II.



Ipsi enim fratres, nostis ingressum nostrum ad nos, quod non fuerit inanis. Vestra,inquit, sane magna sunt, interim tamen neque nos humana ratione vsi sumus, neque inanis fuit introitus noster, hoc est, sine periculis ac sine tentationibus, ac nihil vacuum habens. Aeque ac sæpe dictum est, pericula sunt quæ fidem consolidant: citra hæc autem, vana fuerit & vacua.

Sed quum antea passi essemus, & iniuria affecti, quemadmodum nostis, Philippis, confisi fuimus in deo nostro, ut loqueremur ad uos euangelium dei in multo certamine. Quum enim euasissemus, inquit, pericula apud Philippēses, in alia incidimus rursus. Repura hic, quomodo deo omnia referat accepta. Confisi, inquit, fuimus deo, hoc est, ab eo confortati.

Pericula fidem cōfirmant.

Adhortatio enim nostra non est ex errore. Doctrina, inquit, nostra non est ex errore. Impostores enim seipsos non solent in pericula coniicere, sed potius ad delicias: ego vero meipsum periculis obieci, vnde planum est quod doctrina mea non erret, neque decipiat quenquam dolis, & quod pro humanis rebus nōn elegerim periculis esse obnoxius, verum ob diuina ac stabilia bona. C

Neque ex impuritate. Hoc est, non impurum & immundum aliquid doceo, qualia sunt magorum & veneficorum incantorumque.

Neque in dolo. Non in nouatione vel seditione, vt Dathan.

Nūe. xvi

Sed quemadmodum probati sumus ab deo, ut crederetur nobis euangelium, sic loquimur. Deus, inquit, probauit nos & elegit, vt crederet cōmitteretque mihi Euangelium. non enim elegisset, nisi dignos nouisset. Tales igitur manemus probati, quales electi sumus ab ipso ad talem prædicationem.

Dolosus deo non placet.

Non ueluti hominibus placentes, sed deo exploranti corda nostra. Hoc est, non vt vobis placeamus, hæc facimus, sed deo placere volentes, qui abdita explorat. Δοκιμάζει id est probat, hoc significat nunc, vel quia recipit corda & coronat. Nemo autem dolosus & impostor & immundus huic placere potest.

Neque enim unquam in sermone adulationis fuimus, perinde atque nouistis. Postquam in prioribus laudauit eos, vt ne suspectam faciat laudem, ait: Nunquam alias adulatus sum, quod est decipientium proinde neque iamnunc adulabor.

Neque in occasione auaritiæ, deus testis. Neque pecuniæ amore prædicauimus vobis. Quod autem non sim adulatus, & vos testes estis: quod autem non sim pecuniarum

A amator neque auarus, deus testis: ipsis enim hoc non constabat.

Neque quaerentes ex hominibus gloriam, neque a uobis, neque ab aliis. Non dixit, Quia ignominia affecti sumus, neque quia non sumus honore dignati, vt ne videatur huiusmodi obijcere, ac propterea cõuiciari eis verum non quaesiuimus honorem, quum tamen praedicatio verbi hoc postulet. Nam si regios legatos magno honore dignamur, multo poti⁹ maiori dei legatos, Quomodo igitur gloriae causa agemus aliquid qui neque a vobis, neque ab aliis, etiamsi doctores simus vestri, cupiamus honorari?

Quum possemus esse graues uobis, ut dei apostoli. Vel honore, & gloria actu more, vel potuissemus accipere a vobis & ali, adeoque graues esse vobis. Etenim dignitas & autoritas nostra hoc postulat, vt accipiamus a vobis.

Sed facti sumus in medio uestri mites. hoc est mites sine grauamine, vel infantes in medio vestri hoc est innocẽtes, vanae gloriae expertes. Infanti enim nihil huiusmod cõuenit. Quod ait in medio vestrũ, talẽ habet sensum, factus sum vnus ex vobis vt qui non supernam sortem acceperim.

Tanquam si nutrix foueat suos ipsius liberos: Amorem suum ac feruidam dilectionẽ ostẽdit, Nunquid nutrix adulatur? nunquid a paruulis infantibus pecuniam expetit? pari ratione doctorem conuenit esse mitem, ac deamantem etiam eos qui ei insultauerint, perinde ac nutrix pueros, etiamsi eam feriant.

Sic obstricti uobis, placet nobis impertiri uobis non solum euangelium dei, sed & nostras

B *ipsorũ animas.* ὁμειρόμενοι ὑμῶν, hoc est, obligati vobis itaq; a vobis retenti. Cõpositũ est ὁμείρομαι, ab ὁμῶς, simul cõplico, coecto. Nonnulli vero ἱμειρόμενοι legerunt, id est, desiderantes, sed male Non solum igitur, inquit, nihil a vobis accepimus, verum si possibile est, εὐδοκοῦμεν hoc est, omnino volumus etiam animas nostras in vos impendere. Proinde euangelium impertiri, est honorificentius: animam autem impendere, adeoque vitam, difficilius est, vehementiorisque ac veluti magis insanientis charitatis est: quod & ipse infert.

Eo quod dilecti nobis facti estis. Ne videatur haec omnia dicere veluti laborans ac defessus pro ipsis, ac qui propterea velit honorari ab ipsis, ait: Nullam ob rem aliam haec facio, inquit, quam propter charitatẽ. Neque enim tributionem quaerens, verum ipsum tantummodo bonum & honestum.

Meministis enim fratres laboris nostri ac defatigationis. Nocte ac die operantes, ut ne grauaremus quempiam uestrum, praedicauimus ad uos Euangelium dei. Non dixit, recordamini beneficia quae ab me accepistis, sed laborem, nec ad simpliciter, caeterum & μόχθον id est laborem cum magna diligentia, studio, & alacritate: nec die solum, verũ etiam nocte. O quanta haec est Apostoli alacritas, promptitudo, & summa, ne quenquam offendat sedulitas. Innuit autem Thessalonicenses istos non amodum fuisse diuites, quum inquit, ne quenquam vestrum grauarem.

Vos testes estis, & deus. Satis deus autoritatis habebat & fidei, verũ quia non erat perspicuum hominibus quod deus testimonium dicat, &, ipsos quibus loquitur, in testimonium vocat.

C *Quã pie.* Omnia q̃ opus habebãt impletione, pie trãsegi cũ timore cultuq; dei. *Et iuste.* Hoc est nemini vim facientes, vel iniurij, pecuniarum exactione.

Et irreprehensibiliter. Hoc est citra offendiculum & scandalum.

Vobis credentibus fuerimus. Quandoquidem ab infidelibus impius vocabatur, & circulator, & spermologus, & nihil sani.

Quemadmodum nostis. Rursus eos testes vocat, quod argumento est nihil arroganter & cum ostentatione dicere.

Sic unum quemuis uestrum. ut pater liberos suos adhortantes uos & consolantes. Nunquid res ardua & mirifica est, quod neminem citra consolationem pr͛termiserit, sed vnicuique commode disserit? Adhortantes autem, vt candide fortiterque ferant aduersa. Non igitur gloriam meam quaerebam. Supra quidẽ nutrici seipsum adsquauit, nunc autem patri dilectionem indicans & praesidatum, & humilitatem omnis fastus inanem. Quis enim pater aduersus filios ac liberos inflatus est atque accensus? Paternus affectus.

Ac testificantes, ut ambuleties digne Deo uocante uos ad suum ipsius regnum & gloriam. Testari, iam durioris ac seuerioris, atque obiurgatori͛ est doctrin͛, quare nõ adulabar. Quia vero praedixi, tanquam pater, intulit, ac testificãtes, Non enim vehemẽter, verũ vt patres, adhortabamur vt ambularetis digne Deo, qui vos vocasset ad regnũ suum

& gloriam. Animaduerte hic, quomodo narrationis specie hic nos doceat & consoletur. Si enim ad regnum nos vocat Deus, omnia sunt ferenda. D

Propter hoc & nos gratias agimus deo citra intermissionem, quoniam quum accepistis, uerbum auditus a nobis dei accepistis non uerbum hominum, sed quem admodum est uere, uerbum dei. Hoc loci eos etiam commendat: Non enim nos, inquit, tantum omnia immaculate agimus, vos autem indignum quiddam mea institutione demonstrastis. Non enim, tanquam homines audiretis simpliciter, affecti eratis, sed veluti ipso deo adhortante, sic aduertebatis animum. Verbum autem vel sermonem auditus dei prædicationem dicit, ac verbum, vt quod quum audiatur, credatur etiam. Quomodo enim credant, si non audiant?

Rom. x.

Qui & operatur in nobis credentibus. Vnde planum est quod verbum dei accepistis: Operatur enim, inquit, in vobis, hoc est, ex ipsis operibus demonstratur. Nisi enim ipsum hac ratione suscepissetis, non iam in huiusmodi tentationibus perdurassetis. Vt enim, quod neque adulator sit, neque impostor, ex operibus conuincit: sic & ipsorum fidem ex ipsis operibus iam indicat.

Vos enim imitatores facti estis fratres, ecclesiarum quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu. Ne quis per ecclesias, Iudæorum synagogas in Iudæa intelligat, propterea adiecit in Christo Iesu, vt fidelium ecclesias indicet.

Ecclesia. Synagogæ.

Quoniam eadem passi estis & uos a propriis contribulibus, quemadmodum & ipsi a Iudæis. E Haud parum hic consolationis præbet Apostolus. Si enim Iudæi patriæ legis æmulatores, nominibus Christo datis, adeoque credentes, tanta sunt perpessi, quanto potius vos debebitis? Non exiguum autem argumentum est, verum est verbum, quum Iudæi tanta patiantur eius causa, qui antea illud persequebatur.

Qui & dominum Iesum occiderunt. Quid igitur nimirum si contribules suo adflixerunt, quandoquidem & dominum occiderunt? Animaduerte autem qualis sit cõsolatio, participem fieri Christi afflictionum: propterea & Paulus semper illud in tentationibus circũfert.

Iudæorũ rabies ac malignitatas.

Et proprios prophetas. At dicet aliquis quod dominum Iesum ignorauerint, neque cognouerit. Qui tum postea? Anne prophetas suos non norant, quorũ libro tamen circumferunt? Quomodo igitur & hos occiderunt? Quare planum est quo nihil agant veluti æmulantes pro veritate, sed contra veritatem potius in rabiem se adigentes & insanientes.

Et nos persecuti sunt. Apostolos, doctores vestros. Necessum est igitur vos discipulos, ad hæc exempla defigentes oculos, patienti animo isthæc ferre.

Ac deo non placeant. Quomodo enim placere ei queant, qui filium eius occiderunt, ac iam olim prophetas etiam eius interemerunt?

Qui omnibus hominibus aduersantur, nosque prohibent gentibus loqui, ut seruentur. Quod si vniuerso terrarũ orbi salus perChristũ parta annuncianda est illi autẽ phibẽt, communes orbis terrarum sunt hostes. Est enim inuidentia immensa, communem & publicam salutem impendere. F

Ira dei ad uersus Iudæos.

Vt compleant peccata sua semper. Hæc, inquit, iam olim in prophetis, & posthac in Christo atque adeo nobis peregerunt, vt ostendant seipsos perfectissime & cumulatissime peccare, peruenireque ad plenam & summam malitiæ mensuram.

Peruenit autem ira in ipsos ad finem. Hoc est, non quemadmodum antehac, redditus est ipsi, a captiuitate, neque terram suam denuo recuperabunt, sed in finem vsque perdurat erga eos ira dei: perterrefaciens ipsos hoc pacto, hoc est, adusque cõsummationem permanebit in eis ira dei. Porro quum dicit ἡ ὀργή, id est ira, cum articulo Græco ἡ, ostendit hanc ipsis iram prædestinatam, atque vatibus sacris prænunciatã. Quũque consolatus esset Thessalonicenses ex eo quod indicet multos habere tentationũ suarũ socios, ex hoc etiam animum illis addit, quod ostendit pœnam daturos eos a quibus opprimantur.

Nos uero fratres orbati uobis ad horæ tempus. De charitate hic loquitur. Supra nanque, tanquam pater liberos, dixit, ac veluti nutrix: hic vero orbati, quod est filiorũ patrem inquirentium: ex hoc discamus, qui eos desiderarit. Simul autem infelicitatem & mœrorem in quo erat ob separationẽ illam a Thessalonicensibus, indicat. Nec est quod dicatur, nos multo tempore fuisse in expectatione, sed breue illud & omnino modicum tempus fuit, quo vobis orbati sumus, vt vnius vix horæ spacium esse

reputetur.

A *Facie, & non corde.* Neque corde tamen, inquit, separati sumus sed facie. Attamẽ etiamsi in corde vos circunferamus, contristamur tamen quod non liceat nobis corporaliter vestra præsentia vti. Obserua hic, ꝙ qui sese vehemẽter diligãt, indigeãt etiam felicitate quæ est ex mutua præsentia & conspectu, quandoquidem inde magis inflãmetur charitas.

Abundantius autem laborauimus faciem uestram uidere in multa cupiditate. Abundantius, vt verisimile erat, quod eos videre expeteret, quibus orbatus esset ad tempus. Animaduerte autem charitatem: nam ob nihil aliud aduenire vult, inquit, quam vt faciem vestram videam.

Propterea uoluimus uenire ad uos, ego quidem Paulus semel atque iterum, & impediuit nos satanas. Quid ais Satanas ne impediit? Næ: non enim dei hoc opus fuit. In epistola enĩ ad Romanos ab deo dicit se impeditum: insuper & Lucas ait quod spiritus eos impedierit in epistola ad Corinthios, spiritus isthuc ait opus esse: hic vero tantummodo satanæ, tentationes graues & inexpectatas adducentis, ex diuino nimirum permissu. Animaduerte hic quantum charitatem ornet & euehat, innuens quod maxime omnium eos diligeret, ex eo quod ait: Ego quidem Paulus, hoc est, qui mecũ erant alij studebant venire, ego vero conatus sum etiam.

Rom.1. Act.xvi. ij.Cor.1. Satanæ vis

Quæ enim spes nostra, aut gaudium, uel corona gloriationis. Nonne hæc sunt matrum verba, omnino misericordię & charitatis visceribus cõmotarũ inflammatarũque
B erga suos infantes & paruulos, ad eos loquentium? Non satis erat coronam dicere vt dilectionis suæ feruorem indicaret, sed apposuit gloriationis: propter vos enĩ, inquit, spero quod maiorem fiduciã & libertatem nanciscar vestri causa apud Christum, atq; ob eam causam lætor, quod sitis corona mihi, & corona gloriationis, hoc est, splendidæ gloriæ, & hic estis iamnunc, verisque posthac tunc in futuro seculo.

Nonne & uos coram domino nostro Iesu Christo, in aduentu ipsius. Quid igitur? Thessalonicenses spes tua sunt beate Paule? At non illi soli, propterea adiecit & vos, ostendens quod & alij fuerint.

Vos enim estis gloria nostra & gaudium. Quanta enim est gloria, tantam ecclesiam adducere Christo?

CAPVT III.



Ropterea non porro sustinentes, probauimus relinqui Athenis soli. Probauimus, id est, elegimus atque decreuimus.

Ac misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum dei, & cooperatorem nostrum in euangelio Christi.

Tanta fuit cura discipulorum diuo Paulo, vt siquando ipse impediretur necessariis quibusdam causis, alios tamẽ mitteret, qui discipulos inuiserent: hoc tum etiam fecit, Timotheum ablegans. De eo autem tanta encomia concinit, non ipsum solummodo extollens, cæterum ipsos etiam
C honorans atque obseruans, quandoquidem eorum causa tanto tempore adeo necessariũ euangelij cooperatorem ab opere ministerij auulserit.

Vt fulciat uos, & consoletur uos per fidem uestram. Quum concuterentur ob tentationes afflictionesque præceptoris sui, indigebant fulcimento & cõsolatione, vt iam non excidant a fide. Non modicam autẽ discipulis perturbationem, præceptoris tẽtationes præbent, perinde ac militi siquando imperator vulneretur.

Vt nemo concutiatur ob adflictiones has. Exponit in quo commodaturus esset ipsis Timotheus, seu a Timotheo confirmatio. Vt nemo, inquit, concutiatur, hoc est turbetur, laxetur in tentationibus. Nam satanas si inuenerit tempus tentationis turbat minime firmatos, quietis ac remissioris vitę suggestione, vt a contristãte adeoque mœrẽte resiliant. Nonnulli σαίνεσθαι, pro turbari positum esse dicunt, metaphora a canibus sumpta. Nam & illi caudas suas, quum adulantur, turbant.

Ipsi enim nostis, quod in hoc positi simus. Audiamus hic, quod Christiani, vt affligãtur, sint constituti. Non enim de apostolis hęc tantum dicta sunt. Quum itaque ad hoc positi simus, quid nouum si affligamur? Quo circa nedum in præteritis malis oportet nos esse pacatos atque turbationis inanes, verumetiam in futuris. Hoc enim nobis est

Christiani affligi debent.

magis proprium.

Et enim quum apud uos essemus, prediximus uobis quod affligendi essemus; quemadmodum & factum est, & nostis. Magnæ consolationi est discipulis, quod preceptor im- D
minentem sibi afflictionem ipsis prenunciet. Sic enim vsu venit, vt deinceps ob eas nõ
Ioh. xiiij ita perturbentur, atque fieret si inexpectata & insperata contingerent. Hinc & Chri-
stus apostolis dixit: Hæc priusquã fierent, prædixi vobis, vt quũ facta fuerint, credatis.
Non hoc autem solum eis Paulus denunciauit, verum & multa alia quæ etiam euene-
runt, vaticinatus est.

Quocirca ego nõ porro sustinens, misi. Si prædixisti eis diue Paule quod in calami-
tatẽ sis venturus, & quod fidei causa eos nõ oporteat conturbari, quid rursus mittis? ap
paret enim quod non admodũ eis fidas. Præ nimia, inquit, charitate hoc facio: Diligẽ-
tes enim, quę tuta sunt, etiam metuunt, deque ijs suspicantur. Præterea multæ fuerunt
tentationes, ac excessus malorum seu magnitudo terruit me. Propterea non dixit, de-
ij. Cor. xij sperans de vobis, misi, sed enim non porro sustinens, quod amicitiæ erat.

Vt cognoscat fidem uestram. Quærũt hic aliqui: quid nã, qui tertiũ adusque cœlũ
conscenderat, nõ patefacienda verba audiens, nõ norit quo in statu sint res Thessalonicẽ
iiij. reg. iiij siũ, sed Timotheũ mittat, vt cognoscat fidem ipsorũ? Potest igitur dici, quod nõ omnia no
iij. re. xix rint sancti, cũ qui ante Christũ vixerunt, tum qui post Christũ. Nã & Helisæus ignora
j. Reg. xij bat quid deesset Sunamitidi, Helias putabat etiã se solũ relictũ, quũ adhuc septẽ mil-
lia essent: quinetiam Samuel ante hos, docetur non attendere in faciẽ primi fratris Daui- E
dis. Hunc ad modũ Apostoli non nouerãt omnia. Hoc autẽ factũ est, vt neq; ipsi attol-
lãtur, neq; alij de ipsis maiora quã par sit imaginẽtur, neve nos posteri dicere possem⁹
quod humanę naturæ modũ illi transcendissent, neq; homines tãtũ essent, quãdoquidẽ
maiora quã vires hominis admitterẽt, præstitissent, ac propterea nos socordes plane ac
tantũ nõ desperãtes maneremus: sed vt discamus quod neq; ipsi absq; diuino auxilio, dei-
que gratia hæc transegerint, neque proprijs laboribus perfecerint bona.

Ne quo modo tentarit uos tentans, & uanus factus sit labor noster. Non suspicatus
sum, inquit, vos concussos esse, verũ hoc tãtummodo metui, quod tẽtati sitis. Animaduer-
tis hic diabolicũ esse in afflictionib⁹ turbari, maxime si alij offendantur, vnde & alij af-
fliguntur; æque atq; in Iobo fecit, vxorẽ eius tẽtans, ex ijs quæ maritus patiebatur, tẽ-
tabat, non cõpertum habens satanas, an deijcias eum: quod ex Iobo planũ est, attamẽ
pro sua impudentia adoritur eum. Ac si quid videat imbecille, expectat & permanet:
sin forte, desistit. Et vacuus fiat labor noster. Etiamsi autem permutati sunt & inuersi,
o Paule, quid ad te? Tuus labor perfectam habet apud deum mercedem. Præ nimia ta-
Iob. ij men charitate, inquit, euacuatum mihi laborem arbitror meum.

*Nuper autem quum uenisset Timotheus ad nos a uobis, & annunciasset fidem & dilecti-
onem.* Hæc quidem expectaui, inquit, euenerunt autem contraria. Reputa hic
tecum immensam lætitiam ac clementiam Pauli. Non dixit, denunciasset verum bene
ac commode nunciasset: adeo ingens bonum putabat illorum in fide confirmationem.
Charitatis porro eorum nomine haud parum etiam lætabatur, nam fidei signum erat. F

*Et quod habeatis memoriam nostri semper bonam, desiderantes nos uidere, quemadmo-
dum & nos uos.* Hoc est, meministis nostri cum laude & præconio. Audite hic
discipuli atque discite præceptorum vestrorum mentionem facere semper cum laude:
vobis ipsis nanque proderit, non illis. Consolatio autem maxima est Thessalonicensib⁹
& lætitia, discere, Paulum nouisse se ab ipsis diligi: maiorẽ enim in eis amorẽ accẽdit.

Propterea consolationem accepimus, fratres, in omni afflictione & necessitate nostra.
Nonne hoc mirificum est; admiratione que dignum? Agit illis gratias adeoque gra-
tificatur illis, quod non sint commoti. Non sentimus enim, inquit, tristia, verum con-
solationem accepimus, non in vna quampiam calamitate, sed in omni. Lætitia enim
quã vestri causa recepimus, omnibus nostris necessitatibus æquipollet, easque vincit
& exuperat.

Per fidem uestram. Vos me firmastis, inquit. Atqui diuersum erat, ipse nãque tẽ-
tationibus haudquaquam cedens, fulciebat eos: attamen in illos ipsos encomion trãs-
fert. Vos non permisistis, inquit, tentationes & pericula me sentire.

Quoniam nunc uiuimus, si uos statis in domino. Non dixit; animati sumus, aut
consolationem accepimus sed, viuimus, indicans quod eorum scãdalum mortem suam
existimarit, ac vitam eorundem in Euangelio progressum, & statum & confirmatio

nem in Christo.

A *Quam enim gratiarum actionem possumus reddere deo pro uobis super omni letitia qua letamur propter uos coram deo nostro?* Tantum, inquit, est gaudium nostrum propter vos, vt neque digne ac pro decoro deo gratias agere queamus pro vobis. Vestram enim virtutem & actionem, donum dei arbitramur: non enim est humani conatus, animæ tanta prudentia. Quare quum illi sint per nos eam ob rem agendæ gratiæ, non inuenimus dignam gratiarum actionem.

Nocte ac die abunde precantes ut uideam faciem uestram. Expende excessum: plus quã abũde precabatur vt posset videre eos quemadmodũ si quisquã colonus, cp cultũ ab eo ager fertilẽ lætãq; segetẽ pferat, atque ea grauis sit, percupit eã suis ĩtueri oculis. Similitudo pulchra.

Ac consummare defectus fidei uestræ. Atqui paulo ante testatus est stare eos: quí ergo nunc dicit, defectus fidei? Non in omni firmi fuerunt ĩstitutione, religionisque Christi capitibus, sed deerant fortasse ipsis quædam de resurrectione, idque genus alia. Præterea haud parum multi pseudapostoli tum floruere. Hanc ob causam dixit defectus fidei vestræ. Hic itaq; fidei eorũ metuebat, quũ diceret: Misi Timotheũ, vt vos fulciat. Iã nunc vero consummare ait, quod institutionis potius est, quã confirmationis. illud enim perfici dicimus, cui parum deest.

Ipse autem deus & pater noster, & dominus noster Iesus Christus, dirigat uiam nostram circa nos. Planum hic facit, quod per seipsum etiam precabatur & optabat vi-

B dere eos, vnde & in epistola votum & precationem illam exprimit, ac defendit sese, quod non ex segnicie relinquat ipsos, eisve destituatur, perinde quasi dicat: Ipse Deus excindat tentationes vndiq; circũstãtes me, vt recto itinere ad vos veniam.

Dominus autem uos abundare & exuberare faciat in charitate cum erga uosipsos, tum omnes. Viden' dilectionis hic vehementiam, adeoque maniam, quæ se continere non possit? Nam & excellere & abundare eos in dilectione precatur, non solum erga se mutuos, verumetiam erga alios omnes. Isthuc enim est diuinæ charitatis, priuatim omnes cõplecti. Nam si hunc diligas, illum vero nõ item, humana ista amicitia est. Charitas

Quemadmodum & nos erga uos. Nostra, inquit, dilectio iam se recte habet, vestram Christiana qualis.

autem deinceps rogamus crescere: habetis enim mensuram & exemplum dilectionis, Christum, & nos.

Vt fulciat corda uestra inculpate, in sanctificatione, coram deo & patre nostro, in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis suis. Charitatem ipsis lucrum gignere asserit, non amatis. Abundare nanque vos dominus, inquit, faciat in charitate, vt fulciat firmetve corda vestra. Per dominum autem spiritum intelliges, perinde ac magnus Basilius interpretatus est. Quis enim alius fulciet vt sint irreprehensibiles, carentes næuo, coram deo & patre in aduentu Christi, quam spiritus omnino? Non dixit autem vos fulciat, sed corda. E corde enim egrediuntur cogitationes prauæ. Fieri etiam potest, vt aliquis nihil mali persequens opere ipso, prauus tamen sit, vt sunt Matth. 15 inuidus, impostor, iniuriarum æstimator ac vindex, peruersa dogmata habens. Immaculatus ergo tum vere est homo, quando cor suum purgat: tum enim & sanctitatem

C habet. Sanctitas autem proprie dicitur continentia, quemadmodum & impuritas fornicatio, & adulterium. Vniuersim autem omne peccatũ impuritas, & omnis virtus est Peccatum omne impuritas. sanctitas. Immaculatos autem vult esse coram deo & patre, etiam nunc quidẽ, ea nãq; est syncera virtus, quæ coram deo est, non coram hominibus: quandoquidem fallax sit humanum iudicium. Ac in aduentu domini, nam ab ipso iudicamur ante conspectum patris. Vt igitur, inquit, sitis immaculati, quemadmodum omnes sancti.

CAPVT IIII.



Vod reliquum est fratres, rogamus uos, & obsecramus in domino Iesu, quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat uos ambulare ac placere deo, ut abundetis magis. Quia continentibus vos; atque ijs quæ instituant, vobis locutus sum, audite porro de ijs quæ semper auditu sunt necessaria. Quod reliquum enim est, hoc indicat, hoc est semper & perpetuo. Expende vero minime elatam apostoli mentem, quomodo nec ad hanc obsecrationem & adhortationem sibi satis esse autoritatis putarit, sed Christum dominum assumat hæc dicens, nempe quod Christus vos per nos admoneat. Quod ait, accepistis, non est verborum tantum;

verumetiam operum, per opera nanque docebat. Quid vero obsecramus? vt abundetis magis, hoc est, vt aliquid supra mandatum etiam cupiatis facere, vt adeo imperata superetis. Quemadmodum enim terra non ea solum quę in ipsam deiecta fuerint, profert, sic animus non debet consistere in praeceptis, sed ea etiam vincere.

Nouistis enim quae mandata dederim nobis per dominum nostrum Iesum Christum: Mandatum est de ijs quae fugienda sunt, quae si transigatur, poenam ferunt: non peracta vero, nihil merentur praeconij. Sunt autem quaedam, quae non sunt praecipienda, hoc est, cum minis exigenda, enimuero in mente atque arbitrio auditorum relinquenda; vt facultates omnes vel relinquere, vel in pauperes spargere, virginitatis statum seruare, vel permanere coelibem. Nam qui potest capere, capiat, inquit dominus. Verisimile est igitur Paulum quaedam illis cum magno etiam terrore demandasse; vnde & ea verbis non exprimit, sed ad memoriam tantum reuocat. Rursus autem Christum in medium profert. Non etenim, inquit, praecepi, sed illius sunt haec itaque & ille vel exaudietur vel reprobabitur.

Consilia & pcepta i scripturis. Matt. xix

Haec enim est voluntas dei, sanctificatio uestra. Id est, temperantia. Vbique huius meminit, & nusquam non de hacce dat mandatum, Timotheo nimirum scribens, Corinthijs, & Hebraeis. Tyrannicum enim malum est impuritas, vnde & multis & continuis pharmacis indiget.

I. Timi. v. I. Cor. vij. Hebr. xiij

Abstinere ab omni fornicatione. Siquidem multae & variae huius mali species sunt, quas ne dicere quidem sustinuit, sed simpliciter ab omni dixit.

Vt sciat unusquisque uestrum, suum ipsius uas possidere in sanctificatione & honore: Vas, corpus ipsum appellat. Quando igitur continentes erimus, & purum fuerit, nos ipsum possidem'. Quādo vero impurū fuerit, peccatū ipsum possidet, quae enī peccatū imperat isthuc facit serui instar. Verum tum est in honore, quando sobrium est & pudicum, peccatum igitur ipsa est contumelia. Obserua autem quod ait, vt sciat, admonet enim castitatem & continentiam opus habere exercitio & disciplina. Vbi sunt de natura disputātes, eique virtutē tribuētes Manichaei & Marcionistae?

Non in passione concupiscentiae. Hoc est, non in cupiditate affectum vel motum prauum habente: nam est etiam cupiditas prauo affectu vacans, diuinarum rerū. Vel quod omnia concupiscentiam inflammantia & accendentia, concupiscentiae passiones nominet, veluti delicias, opes, ocium, corporem. quodlibet nanque horum concupiscentiae vel passio vel affectio dici possit. Fuerit igitur precium operae, si velimus esse temperantes, nullam affectionem quae cupiditatem accendat, suscipere: perinde ac gentes quae non nouerunt deum. Qui deum porro non nouerunt, neque permutationis & retributionis spem habent, proinde omnia voluptati tribuunt.

Matt. xix I. Cor. vij.

Vt non trascendat, neque circumueniat in ulla re fratrem suum. Paulo ante de quauis alia fornicatione, nunc vero de adulterio loquitur, quod & circunuentionem & transgressionem merito nominat. Nam deus cuiuis vxorem dedit, ac terminos naturae posuit, mixtionem videlicet quae est cuique cum propria vxore. Excessus itaque est & circūuentio in re, hoc est, in congressu, si fiat cū vxore proximi.

Eo quod ultor est dominus de omnibus his, perinde atque praediximus uobis ac testificati sumus. Ne existimes, inquit, quod de fratribus hęc tantū dicā, sed neque infideliū vxores neq; simpliciter maritis vacātes, neq; publica scorta habere licet. Nā haec ōnia vlciscitur domin', nec impune ista perficimus, sed innumeras poenas sustinemus pro insita nobis in talibus voluptate. Considera hic probe: primum adhortatus est & obsecrauit: deinde pudefecit, quemadmodum gentes inquiens, postea a ratione absurditatem commonstrauit, rem circunuentionem dicens: deinceps etiam terret. Reuocat autē eis ad memoriam, quod saepe haec ab ipso audiuerint.

Non enim uocauit nos deus in immunditia, sed in sanctificatione. Igitur qui reijcit, non hominem reijcit, sed deum qui dedit spiritum suum sanctum in nos. Quia dixerat quod fratrem iniuria afficias, atque intulerat quod deus hoc vlciscatur, dilatat hoc nunc, ostendens quod etiamsi infidelis hoc patiatur, suppliciū, qui hac fecit, dabit. Non enim illum vlciscitur quum te punit deus, sed seipsum. Ipse nanque vocauit te ad puritatem, ipsum itaque iniuria affecisti per impuritatem, qui dedit spiritum sanctū tibi. Itaque si famulam tuam aut seruā corrumpis, & non alienam, aequale peccatū est, parq; culpa. etenī vnus est, qui iniuria affectus est, deus. Et si forniceris, deus vlciscitur cuius spiritum polluisti. Quinetiam deus conspiciens nos aspernari sese, vltionem sumit de

Cōtēptū sui deus vlciscitur

nobis, sui causa, maiori quam homines solent acerbitate. Hominũ enim oculis videre
A cum non conamur, ipsum autem videntem nos contemnimus.

De fraterna autem charitate non est opus scribere uobis. Nõ dicit iam de charitate erga omnes, verum de ea quæ est erga fratres. Per præteritionem autem, adhortationem facit, duo hæc conficiens, alterum quidem, quod adeo sit ees necessaria, vt ne indigeat quidẽ institutione vel admonitione. quæ enim prorsus magna sunt, omnibus sunt manifesta. Altero autem maiorem illorum curam gerit, excitans eos ne decidant ab opinione quam habeat de ipsis existimans eos iam perfecisse quæ charitatis sunt.

Ipsis enim uos estis a deo docti, ut diligatis alter alterum. Obserua autem quanto cum encomio hæc dicat, deum enim ipsis virtutis huius doctorem citauit, quod & propheta dixit: Erunt omnes a deo docti.

Etenim hoc facitis erga omnes fratres qui sunt in uniuersa Macedonia. Non simpliciter dico vos esse theodidactos, sed scio ex iis quæ facitis, Macedoniæ autem meminit, quãdoquidem Macedoniæ metropolis sit Thessalonice. Esaiæ liiij

Adhortamur autem uos fratres, ut exuberatis magis & studeatis ut quieti sitis, & operemini, ac laboretis proprijs mãibus uestris, peride ac præcepimus uobis. Quod sitis amãtes fratrum, equidem noui: hoc autem obsecramus, abundare vos, hoc est exuberare in fraterna charitate, esseque vos honoratiores, atque honesti amatiores. Hic igitur distinctionem facito, deinde ab nouo principio lege, vt quieti sitis, atque quisque sua agatis, vel cupiatis sedulo quieti esse, & agere propria. Ex hoc autem ostendit quod ociosi, curiosi, turbulentique sint. Quum autem dicit manibus vestris operari, pudefacit eos qui corporale opus tollunt, solum spirituale quærentes. Dicite enim vos stolidi, nonne ieiunium aliquis operatur manibus? nonne quod humi cubet? Minime sane, verum de opere loquitur spirituali, quod & magis spirituale est. Laborare enim, vt ex labore tuo aliis etiam impertias, vere est opus spiritus. Quia vero pauperes fuerunt, quippe qui bonis suis spoliati essent, laborare eos docet, vt indigentibus impertiri eleemosynam possint. Quod si hos operari iubet, qui propter Christum spoliati erãt, quanto potius alios?

B (margin, beside "tis, vel cupiatis sedulo quieti esse")

Manibus laborãdũ

Vt ambuletis decore ad eos foris & nulla re indigeatis. Hoc est, vt ne sitis indecores si apud infideles mendicetis. Pulchre autem & eleganter hoc posuit, vt ne eos ferias aut obiurget: Si enim fideles offenduntur si conspexerint hominem sanum mendicare, vnde & huiusmodi Christemporos, hoc est, cum Christo negociantes appellant: multo magis infideles.

Nolumus autem uos ignorare fratres de ijs qui dormierunt. Hic sermonem de resurrectione mouet. Quamuis enim de hac iam antea his loquutus fuerat, iamnunc tamen mysterium quoddam reuelaturus est. Vel omnia de resurrectione probe tenebant, lugebant autem amicos: ei nunc luctui curam adhibet. Quia vero pleræque res ignoratæ nos turbant, cognitæ autem tristitiam tollunt, propterea inquit, nolo vos ignorare. Non dixit autem, de iis qui mortui sunt, verum qui dormierunt, ex isto etiam vocabulo futuram resurrectionem ostendens.

C (margin, beside "bulo futuram resurrectionem ostendens")

Vt ne contristemini, quemadmodum cæteri qui spem non habent. Cuius rei spem? resurrectionis qui enim non habent spem resurrectionis, lugere non debent. Audiamus deinceps & horreamus. Quid igitur? propter hoc non vis ignorare, vt ne turbentur? Ecqui non dicis, vt non puniantur, verum vt ne mœreant? Næ, inquit, nam tristitia ipsa adiunctam pœnam habet, quam largitur.

De moriẽtib⁹ nõ dolendum.

Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, sic & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Quemadmodum, inquit, dominum Iesum excitauit, qui corporaliter & passus erat, & mortem obierat, sic & nos excitabit. Obserua autem quo modo de domino, propterea quod resurrectio eius iam facta sit, confidenter dixerit, mortuus est: de nobis vero, quia nostra dum futura est resurrectio, eos qui dormierũt, inquit, indicans simul nostri esse excitationem. Nunquid enim qui dormit, inquit, non adiiciet vt resurgat? Quod ait, eos qui dormierunt, per Iesum adducet, bifariam intelliges: vel ducet per Iesum, hoc est, fideles. Christum enim habentes in seipsis, dormiũt per Iesum. De particulari igitur resurrectione hic loquitur, hoc est, celebri, quæ est fidelium, quæ cum domino est, quam adducet cum ipso, hoc est, cum domino in nubibus rapiet vndique. Nam de vniuersali resurrectione omnes Thessalonicenses norant. Verum in hoc iam vult consolari eos, per hoc quod ostendat celebrem &

Psal. xl.

Resurrectio particularis & generalis.

gloriosam resurrectionem fidelium, vt non contristentur. Omnes enim resurgent, sed non omnes erunt in gloria, verum fideles tantum, hoc est, qui opera corporis doctrinæ simul adiuncta habent. Expende autem quæ sequuntur omnia. D

Hoc enim nobis dicimus in uerbo domini. Nouum aliquid dicturus est, eam ob rem sibi fidem conciliat a verbo dei. Non a meipso enim, verum vt a Christo didici, sic lo-
Actu. xx quor. Etenim hoc tam aperte audiuit a præceptore, atque illud, Beatius est dare, quam accipere. Cætera vero ex spiritu dicebat.

Quoniam nos qui uiuimus, qui relinquimur in aduentum domini, haudquaquam præueniemus eos qui dormierunt. Quod in epistola ad Corinthios ait, in momento, in ictu oculi, idem & nunc ait. quia enim difficile videbatur eos qui computruerant resurgere, inquit, Quoniam viuentes haudquaquam anteuertēt illos. Ac quemadmodum facile est deo, totos viuentes aducere ad Christum, sic & mortuos. Viuentes porro non de se
i.Co.xv ipse dicit, nec enim ad resurrectionem vsque victurus erat, sed fideles intelligit: propterea adiecit, qui relinquimur in aduentum domini. Sua enim persona, omnes qui tum inuenientur viuentes, indicat. Methodius autem, beatus ille, per viuentes, animos intelligit, asserens quod animæ non ante uertent corpora. Primū enim excitantur corpora, vt animæ fruantur illis, quas & relinqui dicit; quandoquidem immortales sint.


Quoniam ipse dominus in iussu, in uoce archangeli, & in tuba dei descendet de cælo. Ne hæsites in ijs, inquit, quæ dico. nam ipse dominus iubebit hoc. Quomodo autem iubebit? in voce archangeli, qui alijs præsidet, & clamantis, Apparate vos omnes. iudex enim præsto est. Aeque enim vt pater in monte Sinas tubas habebat & angelos ministrantes, hunc ad modum iam filius veluti rex aut imperator eadem habiturus est. Vel iussio dei faciet reddere terram corpora ad immortalitatem transformata: vt vero omnes in vnum colligantur agmen per diuersa loca dispersi, vox archangeli efficiet angelis administrantibus: E

Et qui mortui sunt in Christo, resurgent primi. In Christo mortui, id est fideles. Tanquam enim in nubes subleuandi primi resurgent, cæteri postremi resurgent: vt qui neque rapiendi sint in æthera, neque Christo occursuri.

Deinde & nos qui uiuimus, qui residui sumus simul cum ipsis rapiemur in nubibus, in occursum domini in aera, & sic semper cum domino erimus. Etsi mortui primi excitentur attamen & nos viuentes similiter rapiemur, digni videlicet in nubibus, perinde ac dominum quoque nubes suscepit. Cuius autem rei causa, si descensurus est rapiet fideles? honoris causa. Vt enim regi cuipiam in vrbem ingredienti, honoratiores occurrunt, condemnati autem intus expectant iudicem: sic & tum continget. peccatores nanque
Actuū. i. manebunt infra etiamsi Christiani fuerint, iusti vero rapientur, hocque pacto summā bonorum decerpent ac referent, nimirum vt semper Christo cohabitent.

Proinde consolamini uos mutuo in uerbis hisce. Vt non conturbemini cæterorum instar, qui resurrectionem non habent, & non sperant.

CAPVT V.



E temporibus autem & occasionibus illis fratres non habetis opus ut scribatur uobis. Superuacaneum autem est & inutile, tempora & momenta consummationis nouisse. Nam neque apostolis hoc reuelauit dominus, quando accedētes ipsum rogarēt. Paulus autē fortasse ex arcanis verbis hoc didicit. F

Ipsi enim exacte nostis, quod dies domini, sicut fur in nocte; ita ueniet. Per diem domini; publicam omnibus consummationem & priuatum cuiuslibet finem intelliges;
Actuū. i: etenim & ipse cuilibet in certo tempore imminet. Id enim
ij.Co.xij multis nobis nominibus commodat. Primum quidem ideo si nouisset vltimum suum diem homo, nihil non scelerum conaretur patrare aliis diebus, deinde fine vitæ appropiquante baptizaretur: Deinde plerique si nouissent in crastinum forsan sese morituros, innumeris malis hostes affligere meditarentur, tanquam iam de se ipsis desperantes, hostiumque sanguine conuiuari cupientes. quod nunc non fit, mortis terrore eos remorante, vitæque æternæ cupiditate atque amore. Præterea vitæ suæ amantiores; præ nimia desperatione ac tristitia periissent, si mortis suæ tempus ac momentum nouissent. Ad hæc iusti non

diei nouissimę ignoratio, vtilis nobis est;

tantum mercedis habuissent periculis obiecti. Existimassent enim, quia compertum habe-
A berent se nunc haud morituros, sed post tot fortasse primum annos, non esse necessa-
riumvt sui rationem haberent, sed se periculis intrepide obiecissent, mortem etiam
acceleraturi. At enim quū incertum sit euadantne pericula an secus, nec vel sic tamen Daniel. iii
mortem euadere laborant, perspicua eorum virtus est. Quemadmodum enim tres pue-
ri ea de causa maiorem admirationem merentur, quod non satis nouissent num ex igni Lucae. xii.
essent euasuri necne, neque sic tamen idola statuamve colere dignati sunt & adorare,
propterea obitus noster, tanquam fur in nocte, sic veniet. Nouistis igitur hoc o Thes-
salonicenses, quia dominus dixit, non nouistis autem, qualinam hora fur venturus sit.

Quum enim dixerint, pax & securitas, tum repentinus eis astat interitus, tanquam dolor parturientis, & non effugient. Quoniam qui afflixerant & oppresserant hos, fortunati erant, consolatur iam eos. Ne existimetis eos euasuros poenam, veniet enim eis pernicies, etiam si nondum appareat, certo tamen aduentura est aerumnosa profecto, multa secum tristia afferens atque amara, non secus atque dolor parturientis. Quo modo autem si Elias venturus est, & Antichristus primum, Paulus nunc dicit eis adesse & instare interitum? Quoniam consummationis quidem signum est Antichristus & Elias, Christi autem aduentus non porro. Subitaneus enim & repentinus & incertus adest (incertus dico quo ad horam & momentum) nobis. Obserua autem hic exem-
plum doloris in parturiente. Etenim nouit mulier quod pariet: quando vero, non no-
B uit. Nam non paucae octauo mense pepererunt, etiam in itinere, nihil praescientes. Quemadmodū illae iocantes ac ridentes ineffabilibus cruciatibus repente tunduntur, hūc ad modū etiā nū deliciis affluentiū animae, die illa adueniēte haudquaquā effugient.

Vos autem fratres, non estis in tenebris, ut dies illa uos ueluti fur apprehendat. Hoc est, non tenebricosam neque impuram vitam habetis. Quid igitur? nonne & illis mors incerto tēpore obuentura erat, etiāsi purā & ab omni labe imunē vitā ducerent? Incognita quidem & incerto tempore instabit illis mors, enimuero in nullā eos tristitiam conniciet. Nam excubias agentibus, cōmorantibusque in luce, etiamsi praedo aliquis ingressus fuerit, nihil nocebit, neque vastare eos poterit. Eos vero qui sunt in tenebris, atque dormiunt, spoliat atque nudat, praedatur, sicque tandem praedā reportans abit.

Omnes uos filij lucis estis, & filij diei. Perinde ac filii sunt gehennae, qui gehenna di- Matth.
gna peragunt, ac filii inobedientiae, inobedientes: haud secus filii sunt luminis ac diei, xxiii.
qui quae lucis sunt, persequuntur. Ephe. v.

Et non sumus noctis neque tenebrarum. Hoc est, peccati. Non igitur dormiamus vt caeteri, sed vigilemus, sobriique simus, hoc est, non negligamus bona opera. Vigiliarum autem augmentatio est & robur, sobrium esse, perinde quasi dicat, sobrie agamus quae bona sunt, & attente.

Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur, nocte sese inebriant: nos autem, quum diei simus, sobrie uiuamus. Dormientes dicit, qui malitia dormiunt, ad virtutē nullis praediti viribus, atque omnino visione veluti & somniis obruti. huiusmodi
C enim est praesens vita, a somniis nihil differens. Ebrietatem porro dicit, non eamque Ebrietas.
ex vino tantum est, verum etiam eam quae ex omnibus motibus animique perturbationibus, vt quae ab natura deficiat, nec non obscuret dominātam rationis partē. Haud igitur vos debetis tales esse, non enim estis noctis ac tenebrarum filii, sed diei, per baptismatis mandatorumque dei assumptionem.

Induentes thoracem fidei ac dilectionis. Non satis est vigilare ac sobrium esse, verū opus est etiam armari: vt si quis & vigilans sit & sobrius, non habeat autem arma: facile eū latrones & praedones conficiunt. Thoracem vero fidei ac dilectionis dicens;
eū institutiones, tum bonam vitam adumbrauit. hoc enim est vere sobrium esse. Non Vera so-
simpliciter autē haec habēda, caeterū veluti thorax. Hāc enī nō facile dissecat, sed veluti brietas.
munimentum quoddam est pectori, ac nihil ignitorum Satanae telorum nos tanget.

Et galeam spei salutaris. Quemadmodum galea, quod in nobis est potissimum & principalissimū, caput nimirū, seruat & continet tegens: ad modū spes conseruat mētē, & salutaris ei fit, nihil eorū quae ab extra sunt, incidere sinens in ipsum. Animaduerte
autē quod & alibi dixerit, fidē, spē, charitatē, tria haec: nūc igitur ea possidere iubet. I. Co. xiii.

Quoniam non posuit nos deus ad iram, sed ad acquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis, ut siue uigilemus siue dormiamus, simul cum ipso uiuamus. Hanc ob rem, inquit, haec arma nobis induenda sunt, eo quod

non posuit,hoc est, non segregauit nos deus, vt ita fruamur,sed vt acquirat nos sibi
Rom. viij ipsi,atque seruet,dans pro nobis filium suum in mortem. Debemus igitur sperare in D
periculis bona & magna.si enim credidimus quod filio suo nō pepercit,speremus q & multo magis ex periculis hisce nos eruet,videamusque exēplū,ac diligamus cū ipsum tū cognatos.Propterea,inquit,mortuus est Christus,vt siue vigilem' nos,hoc est,viuamus:siue dormiamus, hoc est, moriamur, cum ipso viuamus. Aliud enī supra dixit soporem, & aliud hic. Quod igitur ait,est huiusmodi. Ne metuatis corporalia pericula & mortes.etiamsi enim moriamur,viuemus tamen.Etenim & qui sic dilexit nos, vt pro nobis moreretur, viuit.

Propterea adhortamini uos mutuo, & ædificate alter alterum, quemadmodum facitis. Viden'?Quid igitur deinceps prætexemus,quia non sum doctor,non sum præceptor? Aedificate,inquit,alter alterum, postquam doctores non sufficiant ad singulorum & omnium adhortationem.

Rogamus autem uos fratres, ut cognoscatis laborantes in uobis. Quia dixit, ædificate alter alterum,vt ne existiment quod ad doctoris eos dignitatem retulerit ac prouexerit,atque ita attollantur aduersum illos,ait:Vobis etiam permisi,vt vos mutuo ædi-
Doctores honorādi, ficetis,veruntamen adhortor vos,vt illos honore suo afficiatis. multa enim doctores difficilia ferre coguntur, quæ honor ipsis parum saltem leuiora reddet facilioraque.

Ac præsidentes uobis in domino, & adhortantes uos. Si enim præsides tuos in humanis rebus in precio habes, quanto potius ijs qui in diuinis rebus tibi præsunt, & gra- E
tiam & honorem te debere fateri debes?Quod ait in domino,hoc est,non in mundanis tibi rebus præsidet, sed in ijs quæ ad dominum pertinent:orat pro te, regenerauit te per baptisma, instruit præterea te & adhortatur, medicus tibi est, medijs si noctibus voces,veniet. Animaduertis in quonam tibi præsit.

Ac habete eos abundantius in dilectione propter opus ipsorum. Ne simpliciter eos diligite, inquit, sed abunde, æque ac parentes suos liberos. Qui enim Christum diligit, amabit & ipsius ministrū,qualis fuerit cūque etiā,quoniā per ipsum tremēda mysteria est assecutus. Si vxorem tibi conuenientem & honestam duxis, nonne eum diligis & honoras qui hanc tibi dedit? Regnum coelorum accepisti, ac respuis & conspuis eum qui tibi donauit? Audi nāque Paulum:Propter opus ipsorum, inquit,honorate ipsos.

Pacem habete in uobis ipsis. Scribitur etiam in ipsis,hoc est, doctoribus. Nouit enī inimicitias aduersum hos oriri.Quia enim arguunt,& a malis arcent, odio habentur: oportet igitur pacem vos habere cum ipsis,non externa forma vel specie,sed in vobis ipsis,in mente etiā vestra.

Adhortamur autem uos fratres admonete inordinate se gerentes. Hic ad doctores conuertit sese. Ne,inquit,ex potestate vel amore vestri eos obiurgate,sed mansuete adhortamini. dementatus enim fit asperior, si obiurgetur. Inordinati autem sunt quotquot non agunt ea quæ apud deum decreta sunt. ordinem enim cuique finiuit statuitque deus,quem qui transgreditur, inordinatus est,vt temulentus, conuiciator, auarus,circumuentor:adeoque omnes peccata committentes ordinem transgrediuntur.

Matt. xiij *Consolamini pusillanimes.* Pusillanimis est,qui non sustinet tentationes. Hic est F
qui in petram seminatus est,opus habet igitur & is vt perficiatur.

Sustinete infirmos. Hoc est,tolerate siue fulcite languentes circa fidem,perinde ac
Rom.xiiij alio in loco:infirmum in fide suscipite,inquit.

Longanimes estote erga omneis. Et erga inordinatos,& pusillanimes,& imbecilles: hoc enim doctori est conuenientissimum, quod omnes inuertere & permutare possit, etiam agrestes maxime.

Videte ne quis malum pro malo reddat cuipiam. Si malum pro malo non est reddendum,quanto potius pro bono non est redendum malum? & quanto minus in malum dominari decet, ac eum qui non læsit, affligere?

Sed semper bonum persequimini alter erga alterum, & omneis. Non satis est, inquit, non reddere malum pro malis, verū est etiam operæpreciū bonis cōpēsare malefactorem. Hoc enim indicat quum ait,persequimini bonum,hoc est,impense studete benefacere,alter erga alterum, hoc est, erga fideles,& erga omnes,id est, infideles.

Semper gaudete. Etiāsi in tentationes incideritis. Obserua autem quod quū dixisset non esse malum malo pensandum,præceperit lætandum esse. Nam qui institutus est vt de nemine se vlciscatur,sed beneficijs potius prosequatur eum qui contristauer-

rit se, vndenam amabo mœroris stimulum accipiet?

Citra intermissionem orate, in omni re gratias agite: Iter monstrat quo fiat vt semper gaudeamus, orationem nimirum, quæ non cesset, atque gratiarum actionẽ. Qui enim assueuit conuersari deo, eique gratias agere in omnibus rebus, ceu commode contingentibus, planum est quod perpetuum sit gaudium habiturus. gaudium perpetuũ vt pareatur.

Hæc enim est voluntas dei in Christo Iesu ad vos. Quomodo autẽ semper gratias ages? Si agnoueris hãc esse volũtatẽ dei, vt sis gratꝰ erga ipsum, vt qui sẽper tibi beneficiat. Iohã. xv. In Christo Iesu, hoc est, per domini Iesu Christi cooperationẽ. Etenĩ ipse nobis ad gratiarũ actionẽ adiutor est, qui & docuit nos isthuc facere, ꝗque atq; ex euãgelio didicimꝰ.

Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite contemnere. Quia nox est præsens hæc vita nostra, dedit nobis lucernam deus, spiritum paracletum: sed hanc alij quidem splendidiorem fecerunt, vt omnes sancti: alij vero extinxerunt, perinde ac quinque virgines olei inanem hanc dimittentes; vt qui Corinthi fornicatus erat, cœnũ sane huic superfuderat. Ait itaq;, Spiritũ ne extinguite, hoc est donũ illud: cõcludite ianuas siue sensus, vt ne ingrediatur spiritus malitiæ, nec extinguatur lampas. Ne inijciatis puluerẽ seu terrenas curas. sic fiet vt inextinguibilis cõseruetur. Vel hunc admodum interpretari possis. Fuerunt apud ipsos prophetæ dei, & prophetæ vani: postquam autem incertũ esset vtri essent veri, vtrosque pariter auersabãtur. Ait itaque, Spiritũ, hoc est, Matth. xxv. 1. Cor. v. Spiritꝰ nõ extinguẽ.

E donũ in veris prophetis, ne extinguite, eo quod ex æquo eos auersarentur cũ pseudo prophetis; neque in nihilum redigite ex spiritu sancto prophetias.

Omnia vero probantes. quod bonum est retinete. Quid igitur? recipiemus ergo & vanos vates? Minime gentiũ, inquit, Omnia vero probate, hoc est, & vana & vera cũ probatione iudicate, tumque quod visum est vobis bonum, hoc est, veras prophetias, continete, hoc est, honorate, curate.

Ab omni specie mala abstinete. Non ab hac vel ab illa tantum, verum simpliciter ab omni, & a propheta mendaci, & peccato.

Ipse autem deus pacis sanctificet vos totos. Post parænesin; votum & precationem adducit, vt vtrinque tuti sint, securitatemve habeant. Totos vero quid est? hoc est, corpore & animo, vt & deinceps disces.

Ac integer vester spiritus, & anima & corpus, immaculate in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Spiritus, id est charisma quod accepimus per baptisma: Si enim lucidam lucernam huius conseruarimus, & inextinguibilem, ingrediemur ad sponsum: & anima vero & corpus tum immaculata erunt, si spiritus in nobis fulserit. Gregorius autem Nyssenus, Quia, inquit homo per omnem animarum speciem commiscetur, vegetatiuam, sensitiuam, & rationalem seu intellectualem: spiritum dicẽs apostolus, rationalem partem indicauit: animam vero, sensitiuã: corpus vim qua vita nostra redditur vegetior atque crescit. Totos igitur ex omni parte eos immaculatos cõseruari precatur, vt per omnia ita deo placeant.

Fidelis est qui vocat vos, qui & faciet. Expẽde hic minime elatam Pauli mẽtẽ. Quũ

F esset eis imprecatꝰ, ac pro eis intercessisset ad dominũ, Ne existimetis, inquit, quod ex meis orationibus seruabimini, verũ ex bonitate eius qui vos vocauit dei. Si enim ad salutẽ vocauit, fidelis est, id est, verus, õnino faciet, secũdũ volũtatẽ suã, & seruabit vos.

Fratres orate pro nobis Vide modestiã Pauli, qua se horũ ꝑcibꝰ ĩdigere testatur.

Salutate fratres omnes in osculo sancto. Quia enim absens ille non potuit proprio ore salutare ipsos, hisce id commendat, perinde ac dicimus, Osculare illũ pro me. Quoniam autem & fallax est osculum, quale fuit Iudæ Iscariotæ, in sancto adijcit.

Adiuro vos per dominum ut legatur epistola hec omnibus sanctis Non solum institutionis gratia, verum vt illis etiam per epistolam hanc loquatur, quod est argumentũ ardentis desiderij. Adiurat autem, vt si alias ipsum negligerent, per adiurationẽ tamẽ quod iniunctum est persequantur. Adeo enim veteribus Christianis horrendæ fuerũt adiurationes, hodie vero nulla harum nobis cura. Ah o miseros nos.

Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen. Omnia, inquit, bona ille vobis donauit, operam itaque nauate, vt vberiorem gratiam attrahatis, vt vitam ijs quæ vobis donata sunt, dignam ostendatis. Per ipsius gratiam & nos custodiamur ab omni vita praua, vt & ad gloriam viuamus patris & filij & spiritus sancti, quam decet æternis gloria in secula. Amen.

Ad Thessalonicenses prima scripta est ab Athenis.

Theophylacti Bulgariæ archi D

EPISCOPI IN SECVNDAM DIVI PAVLI AD Thessalonicēses epistolam, Exegesis.

ARGVMENTVM.



Ecundam ad Thessalonicenses epistolam diuus apostol⁹ Paulus hancob causam scribit. In priore epistola scripserat eis, valde se laborasse vt eos videret: quia vero non sit assecutus quod expetiuerat, misisse se Timotheum, nō porro sustinēs eos absq; vel sui vel suorū visitatione & cōsolatione relinqui, per hæc omnia significans quanto desiderio flagrarit videndi eos. Quia verò non contigit eum proficisci ad ipsos, atque perficere quę in fide illis deessent huius rei gratia alteram etiamnum epistolam apponit, defectum præsentię aduētusque sui per literas replēs. Quod enim ad eos non abierit, perspicuum est inde: nam in priore epistola, de eo, quando sit venturus aduentus domini, prętermisit scribere, ceu rem non admodum illis necessariam: nunc vero hac de re scribit. Atqui si ipse eos accessisset, haud scripsisset iā de hoc ipso negocio. Scribit autem hac de quæstione necessario. Nonnulli enim corruptores vastatoresque fideliū, dicebant ad esse domini aduentum etiam tum, & quod periculosius ac difficilius erat, verba quædam fingebant tanquam a Paulo dicta, & epistolas tanquam ab illo scriptas. Atque hæc excogitauerat diabolus, vt labefactaret credentes. Quum enim credentes pro magna consolatione resurrectionis spem haberent, quippe qui expectarent sese recepturos mercedē virtutis, visurosque se oppressores suos digna cruciari pœna, subornauit ministros suos, qui docerent quod iudicium & aduentus Christi iam institerit prætererit que, vt indicaret non secuturam in posterum compensationem, neque iudicium aut pœnam, vt hoc pacto spes sanctorum confringerent & comminuerent, hostes autem verbi confidentiores redderent, imo & ipsum Christum mendacii, pro pudor, arguerent, qui signa quædam futura prædixerat, quæ quum non facta essent, quumque resurrectio, vt ipsi ferebant & mentiebantur, accidisset, Christus aperte palam mendax demonstrabatur. Propter hæc Paulus epistolam scribit, dicens de aduentu domini, ipsum sane tempus non reuelans, signum autem ipsius indicans, ipsum videlicet Antichristum. Adhortatur autem eos valde a perturbationibus conditos, datque eis indicia quibus cognoscant germanas suas epistolas.

CAPVT PRIMVM.



Aulus & Siluanus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensium in deo patre nostro, ac domino Iesu Christo. In priore epistola consimilem ad modum orsus est, & quæcunque illic dicta sunt nobis, hic etiam reperies.

Gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo Postquam deus gratia sua quempiā donarit nihil illi graue erit neque triste, sed omnia facile soluentur. Sciēs igitur beatus ille Paulus, quāta res sit dei gratia, propterea hāc ipsis imprecatur. Si enim hæc ipsis affuerit, nullarum tentationum sensus percipient, quinetiam pace dei fruentes, inconcussi & pacifici permanebunt. Simul autem & eis ad memoriam reuocat diuinam gratiam, vt etiamsi eos afflictio inuaserit, memores gratiæ per quam sine seruati, consolationem recipiant, atque ex præteritis & maioribus certiores redditi, in minoribus non deiciantur animo.

Gratias agere debemus deo semper vestri causa fratres, quemadmodum dignum est. Tria hæc docet, primum, quod nostras ob virtutes & opera quæ transegerimus, non sunt nobis gratiæ habendæ, sed deo, atque illi totum imputando non arrogantes esse. Alterum, quod non sint lachrymis neque lamentis digna quæ patiuntur, sed gratia

A rum actione ad deum: itaque lætari eos oportet, & non decidere animo. Tertium, quod non sit inuidendum recte agentibus, quin potius gratias agendas deo pro fratribus. Quocirca qui macerantur ob quorundam laudata opera atque virtutes, deũ ignominia adficiũt. Quemadmodũ dignum est, dixit, vt neque ob gratiarum actionem ipsi extollamur, ceu nouum quiddam adduxerimus: facimus enim quod dignum est fieri, propterea rẽ ipsam debitum nominauit. Vel quia & verbis & operibus exhibeatur: ipsa enim gratiarum actio est dignitas.

Quoniam supercrescit fides vestra. Quoniam fidei tentationum inundatio accedens non submerserit vos, nullius alterius rei hoc indiciũ est, quã quod augescat, necnõ altior reddatur fides, perinde ac in prisco illo diluuio altissima montium non facile submersa sunt. Hinc supercrescit dixit, vt altitudinis excellum indicet. Gene.vij & viij.

Ac exuberat dilectio vniuscuiuslibet omniũ vestrũ erga vos mutuo. Obserua hic dilectionem. Non hunc quidem diligebant, illum vero non item, verum æqualis erat omnium erga omnes dilectio. Quod enim ait, vniuscuiuslibet, atque erga vos mutuo, huc significat, nimirum si diligamus partem vel aliquos, non est charitas, sed dissensio potius. Si enim dei causa diligis, omnes dilige: sin particulariter diligis, humana ea est amicitia. Considerat autem quod plurimum aduersus afflictionem valeat, cõiunctos, cõstructos, simulque firmatos esse atque mutuis nexibus fideles teneri.

B *Vt nos ipsi de vobis gloriemur in ecclesijs dei.* In priore epistola dixit, Sic nouerunt omnes res vestras, vt non esset opus nos quicquam loqui de vobis: quomodo igitur nunc dicit in ecclesijs gloriari de ipsis? Ex ipsa dilectione hoc planum est: non enim ait, docemus eos de vobis, sed gloriamur, atque nobis laudi & honori adscribimus vestram fidem & charitatẽ. Si igitur nos gratias agimus deo propter vos, & gloriamur apud homines, quanto magis hoc vos oportet facere in ijs quæ vobis contingunt, nec despondere animum, neque desperare in tentationibus?

Super patientia vestra & fide in omnibus persecutionibus vestris & afflictionibus quas sustinetis. Multo eos tempore tentatos dicit patientia enim non in duobus aut tribus diebus apparet. Est igitur patientia, æquo animo ferre bonorum promissorum, quæ nondum accepisti, dilationem: Nunc autem & maiorem dicit, quæ est in persecutionibus & afflictionibus. hostibus enim citra inductas, conuersabantur, solidaque patientia opus habebant, atque hoc in principio verbi & Euangelij, quum pauperes etiã homines essent. Suffundantur ergo rubore & pudeant, quotquot propter præfecturã hominum, vt ipsi videlicet excellant, ad praua dogmata transferuntur. Patientia.

In exemplum iusti iudicij dei, vt digni habeamur regno dei. Cum per commemorata addidit illis animum, tum per hoc quod ait, gratias agimus & gloriamur. Maxime vero nunc ponit a quibus quod omnis in dolore constitutus quærit liberationem videlicet ab afflictionibus, & pœnam affligentium hominum. Quod igitur dicit, est huiusmodi: quoniam sustinetis afflictiones, vt demonstretur iustum iudicium dei, quod est, vt digni vos iudicemini atque adeo donemini regno dei. Quando enim vos quidẽ

C afflictos coronat, illos autem punit qui affligunt, iustitia eius apparet. Valde autẽ cõsolatur eos, ostendens quod non gratia coronãtur, sed iuste ac veluti retributionẽ accipientes proprium laborum & sudorum regnum videlicet.

Pro quo & patimini. Itaque non quia potentiores sunt, vestri propterea dominantur hostes vestri & oppressores, verũ quia ex afflictionibus acquiritur regnũ cœlorũ. Necesse est autem huiusmodi permutationem sic fieri, neque id citra laborem. Per multas enim afflictiones oportet nos ingredi cœlorum regnum, dicit dominus. Mat.vij

Siquidem iustum est apud Deum, reddere tribulantibus vos tribulationem, & vobis afflictis quietem. Siquidem, non est dubitationis, sed potius confirmationis, pro eo quod est, quandoquidẽ iustum est apud Deum. si enim apud hominem, multo magis apud Deum. Solemus enim dicere consueto & familiari colloquio, Si odit deus sceleratos, &, Si curam gerit Deus rerum. Est autem hoc tale quiddam, quasi audientes necessario dicant, Atqui odit. Hunc ad modum & hic, Si iustum est: consectarium enim inferre, Atqui, iustum est. Non autẽ quemadmodũ quæ inferuntur vobis afflictiones, tẽporariæ sunt, hanc ad rationem pœnæ a deo super oppressores vestros adducẽdæ, tẽporariæ erunt: sed nullũ sunt habituræ finẽ, sic & requies vestra erit infinita. Siquidem Psal.xij

Nobiscum in reuelatione domini Iesu de cœlo cum angelis virtutis eius. En aliam consolationem, siquidem in coronis futuri erant consortes, qui tot tantaque peregerant.

Paulo. Reuelationem autem domini, aduentum eius dicit, in hoc etiam eos consolans. Nunc enim, inquit, occultatur quidem, sed ne erretis, reuelabitur enim deus & domi- D nus. A cœlo enim quod est thronus dei: & cum angelis terribilibus, potẽtiæ nãque angeli sunt, hoc est, terribiles & potentes. Quid igitur animum despõdetis, quandoquidem huiusmodi sit vobis dominus, cuius ministri sint potentiæ angeli? Dabunt igitur pœnas qui nunc vos affligunt, haudque effugient.

In ignis flamma dantis ultionem ijs qui non nouerunt deum, & ijs qui non obediunt Euangelio domini Iesu. In superioribus dixit, eos qui vos affligunt, nunc autem generatim addit, ijs qui non nouerunt deum, hoc sapientissime confirmans, quod omnino sit vltio futura. Si enim non propter vos propter se tamen ipsum hostes suos arcebit & vlcisceturr. Hoc igitur dictũ est, vt certo sciant, habeantque compertum, omnes eiusmodi esse puniendos, vt ita sentiant, veluti in gratiam ipsorum. Deum afficere pœna eos a quibus affligebantur. Quod si euangelio non obedientes puniat, quanto potius eos qui alios vt obediant prohibent? quales sunt qui hodie vos angunt. Quod ait in flamma ignis vel construendum est cum dantis vltionem, perinde ac si dicat, in gehenna punientis inobedientes: vel sic, in reuelatione Christi, quæ in flamma ignis ventura est, Ignis enim coram ipso præcedet, & flãma comburet in circuitu inimicos eius. Cui Danie adstipulatur, inquiens: Fluuius ignis trahebatur. Obserua autem posse esse in flã-

Danie.vij. ma ignis, pro in ignis ardente tantum, non etiam lucente. Iustis autem lucens tantũ, nõ

Psal.xcvi etiam flammans vrensve ignis est.

Qui pœnam dabunt interitu sempiterno. Vbi nunc sunt Origenistæ, qui pœnæ finem esse fabulose ponunt? Aeternam hanc Paulus eam hic adserit, et qui apud vos æterna est temporaria? E

A facie dei, à potentia roboris ipsius. Facilitatem hic iudicij & condẽnationis ob oculos ponit. Nulla hic, inquit, difficultas erit, verum satis est tantũmodo visum esse adeoque apparuisse deum, & omnes inobedientes atque increduli in pœna erunt. Tantummodo enim facies ipsius & aduentus vel præsentia, alijs quidem lumen erit, alijs vero suppliciũ. Non enim simpliciter, verum enim cum gloria roboris aderit, neq; gloria eius robore carebit, neque robur erit inglorĩũ, hoc est, tãquã rex potẽs conspicietur

Quando uenerit, ut glorificetur in angelis suis & sanctis. Quando conspexerint qui nunc sunt inobediẽtes, duræque ceruicis, a se oppressos, infinitæ gloriæ esse participes factos in gloriã dei ea res cedit: illorũ nãque gloria, ipsius etiã est. Itaque in quo sanctos glorificat, in eo ipse etiam glorificatur. Vt enim diuitiæ eius sunt, esse fideles; sic & gloria eius est, esse qui fruantur bonis ipsius.

Vtque mirificus uideatur in omnibus qui crediderunt. Id est, per credentes. Ecce enim (in) est pro (per). Qando enim miserabiles, ab omnibus repulsos ac reiectos tanto splẽdore dignatus fuerit, indicatur ipsius tum robur. Alias etiam quando in medium producti fuerint, qui innumeris fuerunt obiecti calamitatibus vt a fide deficerent, & non defecerunt: tum enim ostenditur gloria dei & ipsorum.

Quoniam creditum est testimonium nostrum apud uos in die illa. Admirationi erit deus in die illa, mirificusque videbitur, quod prædicatio nostra & verbum credita sint F a vobis, hoc est, eo quod vos ipsi credidistis, ac dignos vos fecistis bonis tantis illis quę tum fidelibus dabuntur. Pulchre autem dixit, in die illa: tũ enim monstrantur reuera qui vere sunt fideles: nunc enim plerique fidem simulãt. Quocirca & sapiens dixit. Ne beatum prædicaueris hominem ante obitum.

Ad quod iterpellamus semper pro uobis, ut uos dignos faciat uocatione deus noster. Quid

Mat. xxij & xxv. Vocatio dei duplex.

ergo? non fuerunt vocati? Næ, verum hac de vocatione nunc non loquitur, quando quidem secundum hanc non pauci sint vocati. Quinetiam sordidis vestibus amictus, vocatus erat, & quinque virgines, sed non sunt ingressæ. Sed vocatiõem hic dicit eam quæ per opera consũmata est, quæ & proprie vocatio est, quemadmodum & fides proprie, quæ in opere versatur. Infert igitur,

Et impleat omnem bonam uoluntatem bonitatis. Hanc, inquit, vocationem dico, vt omnis bona voluntas dei, id est, quicquid ei bene placuit, impleatur in vobis, & omne bonum transigatis, hacque ratione sitis tales, quales vos deus esse exigit, nihilque vobis desit. Hic autem pariter demittit cristas eorum, ne extollantur multis encomijs: ostendit enim quod nondum sint consummati.

Et opus fidei in uirtute. Patientiam, inquit in persecutionibus perfectam in vo-

A bis faciet. quomodo? roborans vos & confortans: nam patientia est opus fidei. Proin de qui non habet patientiam, neque opus fidei indicat. Patientia opus fidei

Vt glorificetur nomen domini nostri Iesu Christi in uobis, & uos in ipso. Si quæ prædicta sunt, per vos transigantur, glorificabitur etiam in vita hac nomen domini in vobis. Si enim videant vos tolerantes nullam nõ tentationem ex dilectione quã erga dominũ geritis, qui quæso isthuc non est gloria eius, quoniam adeo bonus est, vt pro ipso moriantur etiam serui? & quia adeo potens, vt vos ad patientiam corroboret? & vos in ipso confortemini, quoniam hanc ad rationem fideles inuenti estis, vt omnia pa tiamini? gloria enim serui est, quod fidelis domino inueniatur. Maxime vero afflictio ꝓpter Christum, gloriæ est: nam reddit splendidiores nunquam non morti quidem tra ditos, potiores tamen ac superiores morte demonstratos.

Iuxta gratiam dei nostri, & domini Iesu Christi. Hoc ipsum etiam dei est, non no strũ, sed gratia ipsius est, quod celebretur ĩ nobis & ꝙ nihil ipsi præferimus, vt qui sit dulcior omnibus, & vt nos in ipso celebremur, quoniam potentiam ab eo suscipimus vt sufferamus vel quasuis tentationes.

CAPVT II



B *Ogamus autem uos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostri collectionem ad ipsum, ut non celeriter moueamini à sententia.* Quando sit futura resurrectio, non dicit: vero nũc non instet, hoc vero docet. fuerunt enim nonnulli impostores, qui asseuerarent iã instare tempus consummationis ad uentusq; domini. Non parum autem ad consolationem facit, quod ait ad ipsum fideles congregandos, vt cum eo pariter sint. Sic & in priore dixit. Statim enim a resurrectione ad dominum attollẽtur digni. Qui igitur est rogamus hoc est, adhortamur & obsecramus vos, vt non concutiamini, & auertamini a mẽte necnon sententia quam hactenus habuistis, rectein ea consistentes. 1. thes. IIII.

Neque turbemini neque per spiritum. Hoc est, per prophetias. Quidam enim prophetiam simulantes, imponebant populo, ceu iam præsens esset dominus.

Neque per sermonem. Hoc est, doctrinam viua voce factam.

Neque per epistolam tanquam per nos. Et enim epistolas fingentes tanq̃ ab ipso missas, autoritatem conciliabant dictis suis.

Tanquam instet dies domini. Ne turbemini, inquit, quod instet dies domini, id est aduentus Christi:

Nemo uos decipiat ullo modo. Neque tanquam propheta, neque tanquam doctor neque velut me scribente talia.

Quoniam nisi uenerit defectio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis. Nõ aderit aduẽtus domini, nisi venerit defectio, id est, Antichristus defectionem enim ipsum vocauit, quum reuera sit, quipe qui multos faciet deficere, etiam electos, si fieri possit. Hominem autem peccati illum ipsum vocat, vt qui omne peccatorum genus peracturus sit, & alios ad peccatum supplantaturus. Filius etiam perditionis est, quandoquidem & ipse sit perditus, Quis autem ille est? nunquid Satanas? Haudquaquam, sed homo quispiam omnem Satanæ operationem ostendens. Antichristus. ma. xxiiii.

Aduersarius, qui extollitur supra omne quod dicitur deus, & cultum. Non enim ad idololatriam homines perducet ille, verum omnes deos demolietur, & culturas eorum siue idola, seque ipsum solum prædicabit deum.

Vt sedeat ipse in templo dei tanquam deus. Non in templo proprie, quod est Hierosolymis, sed in ecclesijs simpliciter, & omni diuino delubro.

Ostendens seipsum quod sit deus. Non ait dicens, verum conans demõstrare: nam & opera & miracula edet, omnia ad errorem.

Non recordamini quod quum adhuc essem apud uos, hæc uobis dicerem. Vel hinc liquet quod haud pauca Paulus mysteria tradiderit quæ literis non sint mandata. Considera hic necessarium esse, hęc dicere statim, atque ex ipsorum verbis haurire. Ecce enĩ pręsentem audierunt apostolum, qui hæc dixerat, ac rursus tamen opus habuerunt con firmatione. Nihil, inquit, noui affero, sed quæ semper dixi. Nonnihil autẽ ruboris suf fundit eis hisce verbis, quum ait, Non meministis? adeo cito obliuioni tradidistis?

in pereuntibus enim fortis est atque robustus, qui etiamsi ille non aduenisset, incredu A li tamen permansuri erant.

Eo quod dilectionem ueritatis non susceperint ipsi, ut seruarentur. Dilectionem veritatis Christum appellat, vtraque enim erat, & per vtraque aduenit, cum vt diligeret homines, tum vt veritatem submonstraret. Indicat autem clam, quod plurimũ sit roboris habiturus impostor ille apud Iudæos. illi enim non receperunt Christum, neque crediderunt ei, id quod & Christus eis dicit. Ego veni, inquit, in nomine patris mei, & non suscepistis me, Sin alius venerit in nomine suo, istum recipietis. Ioan. v.

Ac propter hoc mittet eis deus operationem erroris, ut credant ipsi mendacio. Mittet, id est, sinet ipsum venire. Animaduerte autem, quod plurimum repulerint veritatem, tũ que reliquit eos deus, ac dominatum est eorum mendacium. Operationem autem erroris, opera Antichristi vocat, quæ facit vt decipiat vel illum ipsum sic nominauit operantem per satanam, vt multos seducat.

Vt iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed oblectati sunt iniustitia. Non dixit, vt puniantur, nam etiamsi Antichristus non venisset, debebãt puniri increduli: verum vt condemnentur, inquit, vt sint ipsi inexcusabiles. Quid enim dicere queant: Propterea non credidimus Christo, quod discipuli eum deum prædicarint, nos autem audiuimus vnum esse deum, ex quo omnia. Quomodo igitur credidistis Antichristo, qui seipsum deum fecit? Christus enim patri omnia referebat accepta, hic vero e diuerso. B Sed dicent, Quoniam signa eius perspeximus. Atqui per Christum facta sunt etiam multa & magna: nam & Christus prædicabatur seruator a prophetis, hic autem filius iniquitatis & interitus. Hanc ob causam condemnabuntur, quoniam veritatem dimittentes, oblectati sunt, hoc est, placuit eis, ac lubenter appositi sunt iniustitiæ, hoc est, vastatori omnem iniustitiam & iniuriam aduersus mortalium animos adducenti, qui & re ipsa est iniuria.

Nos autem debemus gratias agere deo semper de uobis, fratres dilecti à domino. Quia horribilia dixerat, quæ possent accendere mentem auditoris, nunc mitigat corda eorum, docens hæc alijs quidem esse terribilia, nempe ijs qui pereant, aduersum quos etiam hæc valoris ac roboris plurimum habent. Nos autem debemus gratias agere deo pro vobis, quod electi sitis, quod dilecti sitis a deo. Si autem nos pro vobis gratias agimus, multo magis vos isthuc facere decet pro vobis ipsis.

Quoniam elegit uos Deus à principio ad salutem in sanctificatione spiritus, & fide ueritatis. Hãc ob rẽ gratias agimus, quia elegit vos deus, & prædestinauit vos ad salutem, quum dignos videlicet vos præscisset. Quomodo? in sanctificatione spiritus, hoc est, seruauit nos, sanctificans per spiritum. Deinde, ne quis dicat, Quid igitur nos? Nihil ne attulimus? subdit, & fide veritatis, id est, verarum rerum. Non enim mendacijs quibusdam fidem adhibuimus, sed veritati ipsi. Præsertim autem hic secundæ fidei meminit, quandoquidem post sanctificationem eius auctibus indigeamus, ne concutiamur.

C *Ad quod & uocauit uos per Euangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi.* Vt ne audientes fidem, extollantur apud sese, vt quam ipsi contribuerint ad salutem sui, non simpliciter hoc dimittit, verum hoc etiam, inquit, Dei est. Ad hoc enim vocauit vos, ad quale hoc? vt seruemini per sanctificationem & fidẽ. Proinde etiam si credidistis, gratia id vocantis est; nisi enim per verbum quod prædicauimus vobis, vocasset vos, quomodo quæso audiuissetis? Nec exiguã esse sibi gloriam, salutem nostram, Christus arbitratur. Gloria enim boni est, multos esse qui eo seruentur. Quis igitur non diligat tantum dominum? quis non velit huius gloriam, siue suam ipsius salutem?


Proinde fratres state, ac tenete traditiones quas edocti estis, siue per uerbum, siue per epistolam nostram. Vel hinc etiam perspicuum est quod pleraque viua voce, quæ literis non mandarint, tradiderint, neque per epistolam significarint, quę tamen perinde parem autoritatem & fidem habuerint. Itaque & ecclesiæ traditionem ratam cẽsemus. Traditio est, Ne sis auarus. Ne circũuenias quenquam: quam quis calumniabitur? Inesse tamen hic haud paucos esse a scopo dimotos.

Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & Deus & pater noster, qui dilexit nos, ac dedit consolationem æternam & spem bonam in gratia, consoletur corda uestra, & fulciat uos in omni opere & sermone bono. Adhortationem oratio excipit, hoc enim vere est sue

currere, æque ac si dicat Ego quidem dixi, at totum deo acceptum referendũ est. Vbi D sunt igitur qui filium propterea imminuunt, quod in baptismate post patrem nominetur? Ecce enim hic diuersum accipit: prius enim nominauit filium. Dans, inquit, consolationem æternam. Qualem hanc? spem, inquit, futurorum. Hæc enim est quæ sustineat corda nostra in tentationibus decidentia, tantumque non desperantia, futurorũ bonorum spes. Dedit autem hanc nobis deus, non pro laboribus meritisve nostris; verum ex gratia. Hoc autem dixit vt illorum animum deijciat. Obserua autem quomodo precationis modo excitet illorum corda necnon mentes, curæ adeoque prouidentiæ dei pignora & signa ponens. Nam si nihil laborantibus consolationem impertit, multo magis afflictis ac laborantibus pro fide dabit. Quocirca bonam de deo spẽ concipite. Consoletur porro, inquit, corda vestra, & fulciat in omni opere verboque bono, hoc est, per omne bonum cum opus tum verbum. Hæc enim est consolatio Christiani; facere quod commodet, ac deo placeat. Vel confirmet vos in doctrina recta, operibusque bonis, adeo vt non deferamini neque abducamini a Christo, neque succumbatis in tentationibus periculisve. Id enim consolatio est. Qui enim firmatus est, quæcunq; patitur, fert ingenue, nec perturbatur. Quum enim dogma rectum seruat, persuasus est de futuris stabiliter. Quia vero bonam vitam ducit, lætatur quod non veluti maleficus, sed velut dei minister hæc patiatur.

1. Pet. iii.

CAPVT III.



Vod reliquum est, orate fratres pro nobis, ut uerbum domini currat, & glorificetur, quemadmodum & ad uos. Ipse quidem orauit pro eis, vt firmentur: deinceps petit ab eis, vt pro sese orent etiam, non vt non periculis obijciatur, in hoc enim positus erat, vt periculis obnoxius esset: sed vt verbum currat & glorificetur. Nec laude caret hæc petitio, ait enim, quemadmodum & ad vos, hoc est, vt omnes sic obediant, quemadmodum & vos. Adeo nihil priuati orabat, sed omnia dei.

Et ut liberentur ab absurdis & prauis hominibus, non enim omnium est fides. De repugnantibus contradicentibusque verbi prædicationi loquitur, deque aduersantibus doctrinæ, qualis erat Alexander ærarius. Hoc enim occulte notauit, inquiens. Non enim omnium est fides, hoc est, non omnes credunt, sed digni, perinde ac si quis dicat. Non omniũ est militare in regijs vel regalibus insignibus, cæterum eorum tantum, qui ad hoc sunt idonei. Simul autem excitat & commendat eos, siquidem tantam habent fiduciam, vt & doctorum prędicationem facilem reddant. Latenter autem pericula indicat, quæ sibi sint ab resistentibus verbo adducta. Hoc vero satis erat eis ad consolationem, quod talis tantusque quum esset Paulus adhuc tamen cum periculis luctaretur.

2. Ti. iiij.

Fidelis autem est dominus, qui fulciet uos & seruabit uos à malo. In superioribus dixit, Elegit vos deus ad salutem, hoc est, selegit e multis. fidelis igitur est, id est, electus & verus, & omnino perficiet quod orsus est, & fulciet vos, æque atque orauimus, vt non porro concutiamini. Custodiet autem, vt non præualeat contra vos satanas.

Confidimus autem in domino de uobis, quod que præcipimus, & facitis & facietis. Postquam imprecatus erat eis, ac dixerat, fidelis est deus, qui faciet quæ orsus est, ne illi existimantes totũ esse dei, ipsi torpeant, ecce iamnunc & ab ipsis cooperationem postulat, ceu talia quædam dicat: deus quidem fidelis est, & omnino faciet quæ sua sunt, sed si vos etiam operemini. Expende hic sapientiam. Non dixit simpliciter, Confidimus de vobis, sed in domino, hoc est, clementiæ eius credimus, quod ea sit cõfortatura vos; vt indicet ipsis omnia ex deo pendere. Rursus non dixit simpliciter, confidimus domino, verum ad vos, & quod facitis & facietis, vt ne totum in deũ transferentes ipsi, ociosiores reddantur. Totum enim ad deum reijciendum est, sed ita vt vos etiam operemini. Nec fuit contentus dicere facitis, sed facietis adiecit, ostendens necessum esse vt nobis ad extremum vsque spiritum virtus adsit.

Dominus autem dirigat corda uestra ad dilectionem dei, & ad patientiam Christi. Iterum pro eis intercedit & orat, quanta illorum cura tangatur indicans. Quia enim nonnullos eorum obiurgaturus est, corda ipsorum præmitigat, vt videatur ex multa

A charitate obiurgare. Ait igitur, Dominus dirigat corda vestra, hoc est, ad rectum tramitem venire faciat & non permutari nec aberrare. Haud pauca nanque sunt quæ ab recto charitatis calle abducant, vt pecunia, facultates, vana gloria, afflictio, tentationes, pericula. Hæc aliaque multa non sinunt nos ad charitatem recta accedere, diligere que ipsum perinde ac necessarium est. Quod præterea ait, ad patientiam Christi, vel sic intelliges, vt patientes simus ac sustineamus, illius instar: vel vt cum patientia expectemus Christum, & non desperemus, sed firmiter credamus, quod quæ promiserit completurus sit. Patientiæ autem mentione facta, afflictiones iuxta veluti per transennam ostendit. Charitati autem dei, adiunxit patientiam. hoc enim est diligere deũ, per ipsum patienti animo esse, nec ciere turbas, vel contristari. Per dominum autẽ hic spiritum intellige, perinde ac magnus annotauit Basilius.

Mandamus autem vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi. Non semel indicauimus, Paulum seueriorem institutionem appellare præceptum. Nunc vero terrificum magis faciens præceptum. Non nos præcipimus, inquit, sed Christus. Quæ enim ego dico, ille profecto dicit. nusquam enim ille præcepit, vt torpesceremus.

Abstinere vos ab omni fratre inordinate obambulante. Hoc est, separari abs quouis inordinate viuente, siue diues, siue pauper, vel sanctus etiam fuerit. Nã a bonis sibi operibus temperantes, ad nugas rerũque cœlestium contemptum excidunt. Hæc autem inordinationis sunt. Quomodo? propter torpere ipsum, & quia excedat positũ a præ

B ceptore ordinem. Infert igitur:

Et non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. Quam per opera vobis tradidi, typus vobis factus: proprie enim huiusmodi est traditio.

Ipsi enim nostis quomodo oporteat vos imitari nos, quoniam non inordinate nos gessimus apud vos, neque gratis panem manducauimus à quoquam. Non inordinate nos gessimus, id est, non torpuimus, non fuimus ociosi. Inordinationem enim ocium nominat, vt & supra. Sic nanque res habet mortalium. Deus posuit hominem ad laborem, artusque ad hoc effinxit: quocirca qui ociosus est, ab ordine suo deficit & creatione. Obserua hic, quomodo gratis edere vocauit alimoniam qua ab eis alebatur. Atqui non gratis suppeditabatur alimentum, prædicabat enim. Est autem dignus operarius alimento suo. Act. xx.

Verum in labore & defatigatione noctem & diem operantes. Viden' epitases, exaggerationes ve cũ laboris tum defatigatiõis, pro quibus parũ præmij habuit ab hominibus? Nos vero nisi vel ipsi deo præferamur etiam ab ijs qui nunquam quicquam a nobis edocti sunt, ægro animo ferimus, ceu maxima iniuria affecti. Matth. x.

Vt ne quoquam vestrum grauarem. Grauamen proprie est, ab inuitis accipere. Nũc autem hoc dicit, quod pauperes fuerint Thessalonicenses.

Non quod non habeamus potestatem, sed ut nos ipsos exemplar demus vobis, ut nos imitemini. Erat enim ei potestas ociari, vt qui maiori opere occupatus esset, prædicationis nempe ministerio, etarque ei potestas vt aleretur ab discipulis, attamen liberali-

C tate quadam laborabat, seque ipsum & eos qui secum erãt, enutriebat, vt illud ipsum discipulos etiam doceret.

Etenim quando eramus apud vos, hoc præcipiebamus vobis: Quoniam si quis non vult operari, neque manducet. πρὸς ὑμᾶς, ad vos, id est, apud vos, vel vobiscum. In priore sane epistola clementius & mansuetius de his disseruit, hic vero austerius agit. Si enim ipse nocte ac die operabatur, nonne hoc Thessalonicensibus parum laudis conciliat, quod hæc tulerint? Porro quum nulla esset ei necessitas, vt hoc faceret, multo potius & alios oportebat hunc imitari.

Audiuimus enim quosdam obambulantes in vobis inordinatos, nihil operantes, sed curiose agentes. Quum enim mens nostra semper mobilis sit, necesse est, si commodum opus non aggrediatur, vt incommodum attentet, perinde ac supra commemoratum est, adeoque aliorum scitari vitas, & hinc ad obtrectationem, aniles fabulas, atque adeo nugas deferri. Operari igitur oportet opera manibus. neque enim eleemosyna est impartienda bene valenti, qui laborare potest, atque otiatur. At oro, inquit, inedia corpus macero. Enimuero id non est opus manuum, præsertim quum possis post hęc operari manibus & laborare. Quia vero id renuis & aspernaris, tanquam ociosus condemnaris. Ecqui, inquiunt, qui docet, non cogitur operari? Ideo non cogitur, quia maius ac difficilius opus aggreditur, quod impedit ipsum a manuum operatione. Tibi autem

plebeio, vel verbi miniſterio non addicto, quiſquis es, nihil huiuſmodi incumbit. Peccas itaque ſi laborem negligas. D

Talibus autem praecipimus, eos adhortamur per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Quia ſeuerius eos inuaſerat, dicens, praecipimus vobis: mitiorem ac blandiorem facit ſermonem, obſecramus, inquit, mediatorem aſſumentes Chriſtum. Terribilior hoc pacto eſt adhortatio, pluſque autoritatis & ponderis nanciſcitur.

Vt cum quiete operantes, ſuipſorum panem manducent. Vtrunque exigit, tum vt inordinate ſe gerentes ſint quieti, tum vt ocioſi laborent, quo edant panem ſuum, non alienum. Non enim oportet eos defigere oculos in alienas manus.

Vos autem fratres ne deficiatis bonum operantes Animaduerte quam illico paterna viſcera ſint contracta: ſtatim enim eos miſeratus eſt. Segregamini ab ipſis, inquit, atque ſeparemini, ſic tamen, ne fame eos interire ſinatis. At quid ſi ille confidens quod ego alam ipſum, in ocio perduret? Satis eſt tibi ab eo diuelli, & nihil impertiri ei fiduciae oſtendens te ei iraſci. At ſi neque hac ratione corrigatur, tu interea tamen ne ceſſes ne deficias benefacere ipſi

Sin quiſquam non obtemperat uerbo noſtro, per epiſtolam hunc ſignificate. Quidam ſermoni ſeu λόγῳ ἡμῶν, verbo noſtro, per η legerunt, vnde & ſic intellexerunt: ſin quiſquam non obediat verbo meo, qui ſum Paulus per epiſtolam vobis loquens, hunc ſignificate, atque habete veluti ſegregatum. Diuus autem Iohannes Chryſoſtomus legit ὑμῶν, id eſt veſtro per υ, ſicque intelligendum hunc locum nobis oſtendit: Siquis non morem gerit vobis, dicentibus ad ipſum quae per epiſtolam hanc meam didiciſtis illum mihi denunciate. E

Et ne conuerſemini ei, ut ſuffundatur rubore. Viden' quae ſit commoditas eum ſeparari? erubeſcere nimirum. Si enim ſimpliciter accipere, pudore dignum, quanto magis ſi cum ſegregatione praebeant? Magna quondam poena erat ſegregatio, atque adeo excommunicatio, ſed hodie minus habet ponderis, neque in vſu eſt. Si enim ab ſimpliciter ocio torpente fugiendum eſt, operaque danda vt ab eo ſeiungamur, quanto magis ab alijs indigna facinora committentibus?

Nec ueluti hoſtem putetis, ſed adhortamini ut fratrem. Perinde ac quum ſupra dixiſſet. Qui non operatur, neque manducet, metuit ne iam fame pereant eiuſmodi, & intulit, Vos autem ne deficiatis bonum agere: hunc ad modum & nunc dicens, Ne commiſceamini vel, conuerſemini ei, metuit ne hoc ipſum excinderet eum omnino a fraternitate deſperantem, propterea & intulit, Ne putetis eum veluti hoſtem, verum adhortamini eum tanquam fratrem; ac poſt admonitionis impartitionem, iniunxit ne conuiciarentur illi, vt & animo & corpore beneficium iam in illum conferatur. Porro frater qui admonet, non publice traducit iniuriam, ſed priuatim hoc facit, idque cum manſuetudine. Doleat nobis, inquit, quia non impertimus, ſed quia tranſgreditur legem dei; ac veluti ſuper morbo & aegritudine lugeamus. Audiant itaque qui non ſolū non impertiunt aliquid, verumetiam contumelia afficiunt & iniuria pauperes, atque lapidibus petunt. Propter te paupertate iſte affligitur, vt curare tu queas vulnera tua per cle F mentiam tuam quam illi exhibet: tu vero eum qui tui cauſa inops eſt, repellis. Quantae ſunt iſta inſipientiae? quantae ruditatis ac ſtupiditatis?

Ipſe uero deus pacis det uobis pacem ſemper in omni loco. Vbique poſt paraeneſes precationem & votum ponit, veluti ſigilla quaedam & iudicia vel obſignationes repoſitarum rerum, orationes adijciens. Hic vero quia veriſimile erat pugnas oriri ab huiuſmodi occaſionibus, quum ij qui ſeparantur, aſperiores redduntur, opulentioreſque nō porro elargiantur egentibus ſegregatis alacriter, haud immerito pacem eis exoptat; eamque ſemper. Hoc enim eſt quod quaeritur, vt ſemper ipſam habeāt, atque adeo omnimodo, vt nulla ex parte contentionis eis occaſio relinquatur, neque ex verbo, neque ex opere. Sic enim fiet, vt citra difficultatem & illos ad rectiorem vitam reuocetis. nihil nanque adeo prodeſt ad perficiendum ea quae volumus, atque pacificum eſſe, nec non turbatione vacare, neque ex odio vel inuidia videri quenquam obiurgare.

Matth. xxviij.

Dominus cum omnibus uobis. Hoc & dominus promiſit. Ecce, inquit, vobiſcū ſum ego per omnes dies. Si ille cum omnibus vobis fuerit, tam ocioſis quā laborantibus, omnia bona contingent. ocioſis enim medicabitur, & operantes firmabit.

Salutatio mea manu Pauli. Salutationem appellat orationem, indicans quod & ſalutatio, ſiquando ea perficienda ſit, cum lucro ſpirituali ſit votum & oratio. Verum non

A simpliciter hoc amicitiæ symbolum est.

Quod est signum in omni epistola, hoc sic scribo. Vt ne deprauentur epistolæ meæ a quibusdam impostoribus (hoc enim, perinde ac in principio diximus, faciebant plerique) Ego, inquit, subsigno mea manu. In omni autem epistola, quę fortasse ad vos mittenda est: vel simpliciter in omni, ad quoscunque etiam missa fuerit. Paulianũ epistolarũ symbolum.

Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amen. Et a gratia orsus est, & in gratiam rursus fini tepistolam, vtriusque veluti magnis munimentis muniens & firmans quæ dicuntur, cum fundamenta firma vtaque ponens, tum finem firmum adducens. Si enim gratia vobiscum fuerit, quæ a principio seruauit vos, omnes infirmitates vestras negliget: hoc enim est gratiæ. Manebunt autem iniquitates vestræ, nisi hanc persequamini. Gratia pias gratasque mentes incolit, simplicitatem & fraternam dilectionem habentes, Faciat Christus vt & nos eiusmodi mentibus imbuti, fraternam dilectionem demonstrantes, & errantes forte fortuna, tanquam fratres nostri sint, commonefacientes omnibusque modis ipsorum correctionem, vitęque sanctioris formam erga nos cũ pace efficientes, a gratia custodiamur domini nostri Iesu Christi, qui assumpsit nos, perduxitq; ad patrẽ in spiritu sancto, quẽ decet omnis gloria in secula, Amẽ.

Scripta est ab Athenis.

B

Theophylacti Bulgariæ archiepiscopi in priorem divi Pauli ad Timotheum epistolam enarratio.

ARGVMENTVM.



X Pauli discipulis Timotheus erat, adeo probatur, & adiuuctus Paulo, vt ad eo etiam circuncidi voluerit per dispensationem, quum tamen alijs circuncisionem prohiberet Paul⁹, ipsique Petro huius causa resistere. Insuper Paulus plerisque in locis viro huic virtutẽ tribuit, cui & nũc de varijs rebus necessarijs scribit. Quærat autem hic quispiam, Quurnam neque Silæ, neque Clementi, neque Lucę nec alij cuipiam, qui multi apud ipsum erant familiares & inseruientes, scribat, sed Timotheo, Titoque solis? Potest igitur responderi, quod hos secum circũduxerit; illis autẽ ecclesias commiserit, opus igitur erat hos scriptis admonere, cum quæ agẽda essent explicare. Si autem quærant, quur non hos prius in omni sapientia perfecerit diuina, ac C postea ecclesijs præfecerit, sed committẽs eis docẽdi munus, rursum illis scribat ac perficiat: discas ergo primum, quod nemo perfectus sit, etiamsi doctor fuerit, quum & ipse in multis opus habeat institutione atque ductu a perfectioribus: maxime vero in ecclesia primum recens constituta haud facile erat Episcopum omnia per verbum ipsum efformare atque perficere. Deinde obserua per vniuersam epistolam hanc, quod non sit talis ad Timotheum institutio, qualis ad discipulos esse solet, sed qualis præceptori conuenit. Act.xvi. Galat.ij.

CAPVT PRIMVM.



Aulus apostolus Iesu Christi, iuxta mandatum dei seruatoris nostri. Quia legem est laturus Timotheo, fide dignum sermonem faciens, seipsum apostolum prædicat. Non enim mea, inquit, loquor, sed verba eius cuius sum legatus, quare vide ne sis inobediens. Quia vero ingens erat apostoli autoritas ac dignitas, ne videatur arrogans ostentator, adijcit, iuxta mãdatum dei. Non ipse, inquit, functionem hanc mihi arrogaui, verum ineuitabile mihi hoc officium est, cui obstrictus sum, ac herile mãdatum impleo. Secundum mandatum enim, quod ait, est aper

tius, quam vocatus. Atqui pater nusquam ei videtur mandare, sed Christus. Ad gen D
Act. xxij tes, inquit, longinquas mittam te. & rursus, Cæsari oportet te sisti. Tum spiritus, Se-
& xxiij. gregate vel exhibete mihi Paulum. attamē quæ filij sunt, & spiritus & patris esse dicit.
& xiij Audi enim quæ sequuntur.

Et domini Iesu spei nostræ. Vides commune esse mandatum? Animaduerte autem
Psa. lxiiij quomodo & Dauid de patre dicat. Spes omnium finium terræ. quinetiam & Paulus
j. Tim. iiij ipse alio in loco dicit, Sperauimus in deum viuentem. nunc autem filius dicitur spes
nostra. sic omnia tam patris quam filij sunt communia. Opportune autem hæc cogno
mina posuit, seruatoris & spei. Postquam enim præceptor ipse multis colluctetur dif-
ficultatibus (vniuersum enim bellum in ipsum conuertitur) quasi eo occumbente cæ
teri sub eo facilius etiam cadant, iuxta illud: Percutiā pastorem, & dispergentur oues:
Mat. xxvi Non oportet, inquit, succumbere aut decidere animo. seruatorem enim habemus, non
i. Cor. iiij. hominem, sed deum ipsum & patrem. Ac etiamsi celeriter nō seruemur ex periculis;
commodiora nobis speranda sunt, nam non diu in tristibus nos relinquet. spes eñ no-
stra, quæ Christus est, non pudefaciet nos. Duabus enim rationibus his ex periculis eri
pimur, vel quod celeriter conseruemur, vel quia bonis spebus alamur.

Timotheo genuino filio in fide gaudere. Hoc est, per fidem genito mihi. Nam præ-
positio in, valet per, perinde ac alio in loco dicit: Per euangelium vos genui. Laudans
autem eum, Non filius tantum es, inquit, sed genuinus & germanus filius. Genuinum
idcirco dicit, quod Timotheus præ cæteris erga ipsum similitudinem seruabat, & quia E
ipsum Paulus genuina charitate prosequebatur. Sapientissime autem posuit in fide,
vt vehementius Timotheum ad hanc iniungat & accendat. Si enim principio tantam
exhibuisset fidem, vt propter hanc Pauli germanus diceretur filius: multo magis nūc
ea instructum & armatum esse oportet, nec decidere ab ea, nec turbari. fidei enim est
confidere de futuris bonis.

Gratia, misericordia, & pax. Nusquam in alijs epistolis posuit misericordiā, verum
Infra. v. in hac tantum, ex magno paterno affectu maiora filio exoptans, tanquam metuens ei;
atque eius nomine tremens, cui & de stomachi ratione præcipiebat, simul quod maiore
misericordia præceptores indigeat.

A deo patre nostro, & domino Iesu Christo domino nostro. Rursum hic est con-
solatio. Si enim pater noster deus, veluti liberorum nostri curam gerit: nonne igitur
& miserebitur nostri, gratiamque dabit, vt omnibus nos grati simus ac pacem habea
mus ab hostibus?

*Quemadmodum adhortatus sum te ut permaneres Ephesi, quum proficiscerer in Macedo
niam.* Obserua hic moderationem, qui non doctoris, sed supplicis sit vsus vo-
ce. Non enim dixit, iniūxi, vel mandaui, sed adhortatus sum vel rogaui. ad mansuetos
enim discipulos eo nos imbutos esse affectu oportet: ad peruersos autem corruptosve
& non genuinos, secus nos affectos esse conuenit. Adhortatur autem hunc permanere
Ephesi. Non enim sufficiebat epistola quam ipsis scribebat Paulus. ad literas enim mi
nus curæ adhibere solent homines. Fortasse autem & hoc cōtigit priusquā eis episto- F
lā scriberet. Quæritur enim nunc ne ipsum isthic constituerit Timotheum, vt isthic e-
piscopum ageret. At videtur quod iam primum, dicit enim deinceps.

Vt præcipias quibusdam non aliter docere. Non dixit, vt adhorteris, verum vt præ
cipias, quod austerius est. Non expressit autem hos nominatim, ve ne impudentiores
faciat reprehensione publica. Aliter autem docere, est alia præcepta subintroducere.
Fuerunt enim multi ex Iudæis pseudapostoli ad legem trahentes, gloriæ cupiditate.
& quod cuperent salutari doctores ac præceptores.

Neque autem accomodare fabulis. Fabulas non legem dicit, sed obseruationes &
prælixa dogmata.

Et genealogiis infinitis. Auos enim & proauos dinumerabāt, vt historiæ opinio
nem & existimationem haberent. Infinitis autem genealogijs, vel quod ad priora tem
pora conscenderent, vel quod nullum commodum finem reciperent, vel quod non fa-
cile quidem concipi animo & videri, difficulterque comprehendi possent, vt quæ va
riæ & intricatæ essent. Verisimile est autem & Græcos ipsum hic notare. fabulæ enim
sunt eis & genealogiæ quibus deos suos recensent.

Quæ quæstiones potius præbent, quam dispensationem dei quæ est in fide. Hoc est,
deus quidem dispensauit & ordinauit fide suscipere omnia, ipsi vero quæstiones suas
subintro

A subintroducentes, dei ordinem atque prouidentiam tollunt e medio. Vel quia magna CHRISTVS nobis donare voluit, ineffabilem etiam dispensationem circa nos exhibuit. Hanc igitur ponitatis ipsius dispensationem fides recipit, genealogiæ vero nequaquam. Quæstiones enim subintroducunt, Quomodo possit hoc fieri? Quomodo credamus de futuris, iudicio, gaudio, pœna bonorum & malorum? Quæstio itaque fidē eijcit. Ecqui dominus igitur dixit, Quærite, & inuenietis? & rursus, Scrutamini scripturas? At quærite isthuc de oratione dixit, & ardenti desiderio: Scrutamini vero, vt exactam illarum rationem addiscatis, probeque teneatis eas, vt ita desistatis tandem a questione & inquisitione. Matt. vij Iohan. v.

Finis autem præcepti est charitas ex corde puro Si præcipias, inquit, non aliter docere, hæc perficies, Quod si charitatem inserueris, vniuersum dogma prauum atque peruersum abibit & peribit. Antea enim quum non esset dilectio, inuidia erat, ex hac dominatus cupiditas, ex hac porro docendi ambitio nascebatur, indeque hæreses suboriebantur: nunc autem non sic. Charitatem autem postulat synceram, non eam tantum quæ in verbis est verum quæ ex corde, eoque puro, non fuco & hypocrisi confecto: quæ ex affectu & condolentia constet atque promanet.

Et conscientia bona, & fide non simulata. Quia prædones, prædones etiam diligūt, atenim isthuc non est ex conscientia bona, sed ex praua, neque ex fide non ficta. Qui enim synceriter in deum credit, nō sustinet vnquam a vera charitate excidere: siquidem ea omnes complectitur & fouet. Latro autem prætereuntes occidit; vnde colligere poteris quod & charitate vacet, & minime fidelis sit.
B

Quorum quidam iacula sine arte dirigentes, conuersi sunt ad vaniloquentiam. De his dicitur qui sagittas ex arcu citra artem iaciunt. Hic vero, inquit, opus erat arte, vt recta iacerent tela, neque a scopo aberrarent. enimuero aberrarunt, iaculis non recta ad scopum missis, a fide & charitate: hinc conuersi sunt ad vaniloquentiam, & quomodo subdit

Volentes esse doctores legis. Hoc est, languentes dominatus amore, gloriæque cupiditate insanientes. Non enim tales fuissent, nisi dilectionem haberent & fidem.

Non intelligentes neque quæ dicunt, neque de quibus affirment. Hic reprehendis eos tanquam ignorēt qui sit scopus legis, quippe qui neque durationis eius rationem habuerint, quum tantisper firma erat, dum dominus aduenires. Si itaque ex ignorantia peccarunt, non merentur condemnationem. haudquaquam. nam a cupiditate regnandi ea est ignorantia, tum ex eo quod charitatem non contineant. Volentes enim esse, inquit legislatores legisque doctores, ignorant proinde ignorantiæ istius ipsi sibi sunt autores. De quibus autem affirmant vel stabiliunt? de purificationibus cæterisque externis obseruationibus.

Nouimus autem bonam esse legem, si quis ea legitime utatur. Hoc est, nedum eam per verba explicet, sed per opera etiam perficiat. Namqui docet quæ legis sunt, nec facit interim, illegitime vsus est lege. Alias & legitime vtitur lege qui per eadē Christum ducitur. Lex enim quum non possit nos ducere recte, seu iustificare, ad Christum nos remittit, atque hic est ipsi scopus. Quocirca lege vtitur legitime, hoc est, quemadmodum ipsa lex iubet, qui Christum legi præfere.
C

Sciens hoc, quod iusto non est lex posita. Quare non expectat vt ab ea discat quid faciundum sit, hoc enim nouit. Iustum autem hic intellige, qui virtutem perficit, qui non metu legis, sed propter ipsam honestatem, & malitiam odit, & virtutem complectitur, ac maiora quam lex postulet, transigit, non dignatus eam institutricem habere, quæ sibi flagra admoueat, sed virilem virtutem spirans, puerilia transcendit; perinde ac medicus vulnera habenti aut ægrotanti paratus est, non valenti probe: ac frenum inordinate se gerenti equo, non parenti vel obtemperanti heniocho necessarium est.

Iniquis autem & inobedientibus, impijs & peccatoribus, patricidis, matricidis, fratricidis, fornicatoribus, masculorum concubitoribus, plagiarijs, & periuris. Speciatim peccata explicat, vt persuadeat pudefacere legis præsidentiam & instantiam. Hæc autem omnia Iudæi fecerunt. Quum enim sæpius idola adorarent, liberos suos dæmonibus litarent, Mosem lapidibus peterent, quorum manus sanguine plenę sunt, nonne impij sunt & homicidæ? Atque omnia reuera in ipsis inuenies, si historias perlu- Psal. lxxvij & cxv: Exo. xvij Esaiæ. i.

stres. Propterea igitur data est illis lex, vt huiusmodi malitias & vitia cōprimat: quod & alio in loco dixit, Lex præuaricationis gratia lata est. Iustis autē, tanquā ad trāsgressiones non rapiant, lex non est necessaria.

Et si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur. Quæ commemorata erant, satis certe fuerant: attamen per præteritionem generatim dixit, Et si quid aliud. Ostendit autem hic quod ex corruptis dogmatibus huiusmodi affectiones aditum recipiant. bene valenti enim doctrinæ hæc omnia sunt contraria.

Secundum euangelium gloriæ beati dei. Hanc ad rationem construe: Sanæ doctrinæ, quæ est secundum euangelium. Gloriæ autem ipsum euangelium appellat, propter eos qui in persecutionibus pudefiebant, & ignominia afficiebantur, & propter Christi supplicium, commonstrans ipsam Christi passionem & persecutiones esse gloriam & splendorem: vel quod præbeat futuram gloriam. Etiamsi enim præsentia, inquit, confusionem habeant futura tamen gloriam: atque hanc nobis annunciat euangelium. omne enim euangelium futurorum est, non præsentium. Vel gloriam cultum appellat dei, quem euangelium nobis inducit ac prædicat.

Quod mihi creditum est. Mihi, inquit, non pseudapostolis: horum enim euāgelium, pudoris est & ignominiæ, non gloriæ.

Gratiam habeo ei qui roborauit me in Christo Iesu domino nostro. Quia dixerat, quod mihi creditum est, ne videatur ideo gloriari, ad deum istiuc refert. Illi, inquiens, gratias E
ago, qui vires mihi dedit vt recipiam tale onus: aduersus enim quotidianas mortes consistere, non erat humanæ virtutis. Hæc seuera est humilitas & animus minime alta spirans vel superbiens. Nostra vero humilitas non est ταπεινοφροσύνη, id est humilium rerum affectus, sed est ταπεινορρημοσύνη, idest, in verbis tantum consistens & lingua humilitas.

Paul⁹ cur elect⁹, nō itē Iudas. *Quoniam fidelem me putauit, ponens ad ministerium.* Ne quis ex incredulis dicat, Si totum dei est, & nihil a nobis affertur, quurnam Paulum talem fecit, Iudam vero nō item? eiusmodi obiectionem diluit, inquiens: Non simpliciter roborauit me, neque citra iudicium, sed quia inuentus sum fidelis. Neque hic etiam aperte locutus est, verum quia fidem me putauit, suamipsius virtutem opusve contegens. Non aliero, inquit, me fuisse fidelem, verumenimuero ille me talem reputauit. Vnde hoc perspicuum? ex eo quod me posuit ad ministerium. quomodo enim eo me posuisset, nisi quandam
Actuū.ix aptitudinem, vt adeo idoneus essem, in me vidisset? Hanc ad rationem in ædibus œconomi gratias agunt dominis, quod sibi concrediderint ædium administrationem, atque hoc signum ponunt, quod alijs fideliores habeantur. Insuper deus etiam ipse de eo dicit, Quoniam vas electionis mihi est, vt portet nomen meum. Erat igitur idoneus vt portaret. Accepit virtutem a deo, vt opus istuc perficeret. qui enim gestaturus est magnum Christi nomen, vt ipsum infingat animis credentium per prædicationem, non exiguo robore indiget. Gestat autem ipsum, quisquis in cogitationibus, verbis & opere se dignum eo gerit. qui huiusmodi non fuerit, haudquaquam etiam gestat. qui F
enim, quum neque Christum omnino in sese habeat? In cæteris itaque diuus Paulus cōmode se gerebat, vel quæ erat nihil herilium bonorum sibi vindicabat, sed quæ sua
i.Co.xv. potitus erant, domino referebat accepta. Laborauit enim, inquit, omnibus alijs abundantius, non ego vero, sed gratia, ac multa id genus alia.

Qui antea eram blasphemus, & persecutor, & contumeliator. Expende hic quomodo extollat misericordiam dei priorem suam anteque actam vitam enarrans. Porro siquādo de Iudæis disputat omni condemnatione dignis, nihil tale ad eos refert: aduersus vero seipsum, hæc dicit. Nedum blasphemus, inquit, eram ipse, neque ad me vsque ipsum statuebam maliciam meam, cæterum alios volentes pietati & Christo nomen dare, persequebar, nec simpliciter, sed iniuste & inique agebam rem meam, cum summa piorum persecutione.

Ioha.xij *Sed misericordiam sum nactus, quoniam ignorans feci incredulitate.* Ostendit seipsum
& v. supplicio dignum, seis enim misericordia solet obtingere. Quam vero ob causam reliquis etiam Iudæis misericordia non est communicata? Quoniam non ex ignorantia peccarunt, sed valde scientes. Plerique enim ex Pharisæis credebant quidem, etiamsi non confiterentur: gloriam enim hominum maiori sunt amore complexi quam gloriam dei. CHRISTVS, Quomodo potestis, inquit, credere, quum gloriam ab homi

A nibus accipiatis? Quin & ipsi Iudæi dicebant, Videte quod nihil quicquã efficiatis, en
mundus sequitur ipsum. Vndique enim eos regnãdi libido vexabat ac turbabat. Ac
rursus dixerunt isti, Nemo potest remittere peccata, nisi solus deus. Statim autẽ Iesus
fecit hoc quod dixerunt signum esse dei. quomodo igitur non crediderunt? nunquid Marci.ij.
hæc ignorantiæ sunt peccata? Vbi Paulus igitur tum erat? ad pedes Gamalielis, nõ cõ
mixtus adiunctus usque turbis. Gamaliel enim homo erat priuata sua curans. Quomodo Actuũ.
igitur Paulus post hæc obseruabat religionem Christi? Quia videbat verbum crescere, xxij
& æmulabatur deinceps pro lege, isti autem regnandi cupiditate æstuabant. Quomo-
do autem in lege exacte institutus erat Paulus, & ignorabat Christum per scripturas?
Propterea & seipsum condemnat, quod ignorantia elanguerit, quæ & incredulitatem
pepererit: propterea & misericordiã se consecutum ait.

Superabundauit autem gratia dei cum fide ac dilectione quæ est in Christo Iesu.
Quum & multa & magna dixisset de clementia dei, quod dignum extremo supplicio
miseratus sit, nunc ait. Non solum hoc, verumetiam filiorum adoptione dignatus
est, & fratrem & amicum & cohæredem fecit, adeo exuberauit gratia clementiæ ipsius.
Ne vero dicat aliquis, Quia vbique gratia est, sublata est igitur nostra voluntas ac
deliberatio: subdit cum fide ac dilectione. Fidem enim, inquit attuli ego, credens quod
possit me seruare: & charitatem, quam & ipsam in Christo Iesu possedi. dilectionis
B enim erga deum CHRISTVS mihi largitor est, non lex. Indicat autem cum fide
charitatẽ simul adducendã: ex charitate enim mandatorũ legis est peractio, quemadmodum ac do- Iohã.xiiij
minus dixit, Si diligitis me, mandata seruate mea.

Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quoniam CHRISTVS *uenit in mundum
peccatores saluos facere.* Quia dixerat, mei, quum persecutor essem, misertus est.
Ne mireris, inquit, neque sis incredulus magnitudini doni & gratiæ: nam in hoc ipsum
venit in mundum, vt & omnes peccatores saluos faciat. Fidelis igitur sermo, dignus
que qui suscipiatur. Non enim quum adeo magna sint quæ data sunt, dignum est in-
credulos permanere nos, verum quia immensa est donantis bonitas, hinc dignum est vt
credamus, atque verbum & beneficium tantum suscipiamus. Hoc autem ad Iudæos
qui legi aduertebant animum, deflectitur; vt ostendat eis quod sine fide non liceat
ipsis æternum seruari.

Quorum ego primus sum. Quomodo quum alias dixisset, Secundum iustitiam legis
factus inculpatus, nunc primum peccatorum seipsum constituit? Quoniam ad iusti-
tiam quæ est in Christo, iustitia legis collata, peccatum est, vt cui nunc neque tempus Philip.iij.
neque locus porro relinquatur. Quandiu enim tempus suum habebat, tandiu iusti-
tia erat, perinde ac luna & lucerna nocte quidem lucent. Quando vero CHRI-
STVS illuxit, tunc & lunam & legis iustitiam occultauit: ac peccatum posthac com-
mittit, planeque est stolidus, qui lucerna vtitur fulgẽte sole. Alio autẽ in loco hoc etiã
dicit. Nondum enim glorificatum est, quod glorificatum est, ij.Cor.iij

At propterea misertus est mei deus, ut in me primo indicaret Iesus CHRISTVS *om-*
C *nem longanimitatem, ad exemplar eorum qui credituri essent in ipsum in uitam æternam:*
Propterea, inquit, misericordiam, mihi impertijt CHRISTVS, vt nemo deinceps
peccatorum desperet, sed bonam spem concipiat sibi cõdonari noxam, quum & primo
peccatori adeoque præcipuo Paulo sit peccatum condonatum; atque ipse æternum
conseruatus. Ostendit autem seipsum non fuisse dignum condonatione, cæterum pro-
pter aliorum salutem in se clementia dei perfusum esse eaque vsum. Non dixit autem, vt
in me ostendat longanimitatem, sed omnem, perinde quasi dicat, Quum in immensum
peccassem, omni misericordia indigebam, vniuersaque eius clementia, non parte eius
aliqua, vt ij qui ex parte flagitia commiserũt, ad exemplar, inquit, hoc est, ad figu-
ram, ad formam, ad ostensionem, ad consolationem & adhortationem omnium vo-
lentium credere.

*Regi autem seculorum, incorruptibili, inuisibili, soli sapienti deo honor & gloria in
secula seculorum. Amen.* Quia de filio magna admodũ loquutus erat: nimirũ quod
desperatos etiam & condemnatos seruaret, ne quis dicat patrem hic priuari sua functio
ne, ad illum etiam gloriam refert. Hæc autem omnia & ipsi filio sunt communia; nam
& ipse rex est seculorum. Si enim seculorum conditor, quomodo non rex, & incor
ruptibilis, & inuisibilis diuinitate, solusque sapiens? ipse nanque est sapiẽtia patris. Hęc

& de spiritu dicuntur. Soli enim sapienti dixit, non ad discrimen filij & spiritus, haud quaquam. verumenimuero quia & angeli & homines sapientiā habent ostendit eum solum proprie sapientem esse, quippe qui sit fons & autor sapientiæ. Quæcunque autem aliæ creaturæ sapientiam habent, per participationē habent. Gloria autē & honor, non per verba tantum, verumetiam per opera. Per verba enim gloria gratos tantūmodo nos ostendit, cui vero sunt adiuncta opera, imitatores ipsius efficit, quod & maius est. Gloriā aūt ī verbis ꝓpterea postulat, vt ipsum diligam⁹, eique artētius lum⁹, ac geram⁹ mortē, vt adeo hinc adiutemur: perīde ac qui solis iubar admiratur seipsum ad iuuat, vt qui lætetur lumine, eiusque iubare ad opera vtatur, quemadmodum qui ignorat luminis gloriam, seipsum afficit damno, si non vtitur eo ad operationem suā.

Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee. Quum pręceptum dixisset, quod herilē iussionē respicit, subintulit, fili Timothee. Nō enim cum autoritate & seuero imperio, sed vt filio hæc loquor. Dixit autē cōmendo, vt naturę rei accuratam curam indicaret, tū quod nō sint nostra quę habem⁹, sed dei. Quę igitur dedit, ea vt custodiam⁹ par est.

Sacerdotes a prophetia creabātur

Secundum præcedentes ad te prophetias. Institutionis & sacerdotij dignitas quum magna esset, dei calculo indigebat, vt qui dignus esse, reciperet. Propterea antiquitus a prophetia creabantur sacerdotes, hoc est, ab spiritu sancto. prophetia enim est, præsentia etiam dicere. Hunc ad modum Timotheus ad sacerdotium & sacrā hāc functionem est electus. Postquam autem prophetias dicit multas, fortasse quando susceptus E est in discipulum primū, & quando circuncisus est & electus, omnia cum prophetia fiebant. Ait ergo, Præcipio tibi iuxta prophetias, ad te præcedētes vel procedētes, hoc est, ad illas respiciens, veluti ab eis doctus, vt dicam tibi quid te deceat. Adhortor autem te vt digne illis inambules, nec ea dedecore afficias.

Vt milites in ipsis bonam militiam Quid præcipio tibi? vt milites in ipsis, hoc est, vt non transgrediaris leges ipsarū, sed queadmodū te ipsę elegerunt. Ad quod aūt elegerunt? vt milites bonā militiam. Est enim & mala militia, si quis mēbra sua exhibeat arma peccato & impuritati. Malitiæ aūt meminit, vt indicet oībus esse bellū Christianis acre, maxime vero doctori. Proīde nos sobrios esse decet, neq; quicquā laxi ostēdere.

Habens fidem & bonam conscientiam. Ne existimes, inquit, cum prophetia sacerdotio fungi tibi satis esse, verum oportet te habere fidem, vt verbum recte doceas, bonāque conscientiam, hoc est, mores irreprehensibiles possidere. Ex his enim est bona cōscientia, ex puris moribus videlicet, sanctaque vita, vt alijs præsidere possis. Vt enī imperatorem primum oportet bonum esse militem, hunc admodum doctori conuenit vt habeat quæ ab discipulis exigat. Hinc autem discamus, etiamsi doctores & præceptores fuerimus, ne dedignemur, neque aspernemur superiorum nobis cum rogationes tum adhortationes;

Quam quidam ubi repulissent, circa fidem sunt naufragium passi. Quam, bonam conscientiam videlicet. Nec immerito: quum enim vita impura fuerit, doctrina etiam inde peruersa nascitur. Vt enim metu futurorum non torqueantur impure viuentes, per F suadent sibi omnia esse vana quæ de religione nostra dicuntur. Quare qui fidem repulerit, cogitationibusque & rationibus omnia permiserit, naufragium facit circa fidem. fides enim portus est, qui non submergit, mentem ad tranquillitatem transferens. Quęstiones autem fluctus sunt, mentem ceu naufragium miserabilem alias alio rapientes, petrisque & saxis allidentes, vel suffocantes etiam.

Ex quibus est Hymeneus & Alexander. Animaduertis quomodo iam olim fuerint vani doctores a fide abstinentes, rationes vanasque quæstiones sequentes. Ne igitur etiamnum deficias, si eiusmodi conspexeris, sed resiste illis.


Quos tradidit Satanæ, ut discant non blasphemare. Alios erudiens Satanas, quomodo se ipse non instituit? Non dixit vt erudiat, sed vt erudiantur. Non ille hoc efficit,

Actu.xiij & .v.

sed hoc ex re gesta accidit. Vt enim plebem innumeris refert malis, alijs sunt exemplo vt moderate viuant: sic & diabolus, quos arripuerit affligens, alios præmonet ne in simile discrimen adducantur. Quur autem non per sese hos Paulus puniuit, perinde ac illum Bariesum, vt Petrus etiam Ananiam? Vt cum vehementia & atrocitate pœnæ, maior sit contumelia: atque vt ostendat se satanæ imperare, vt ex eo maiorem eis terrorem & metum incutiat. Imo & infideles ipsi puniebant, vt discerent se non posse deum fallere. nam & Ananias incredulus erat, quum adhuc tentaret. Porro qui hoc di

didicissent, atque e fide euersi essent, Satanae tradebant, indicantes ipsis quod non propria
A potestate, sed ipso apostolorum carcere clauderentur. Vel quia eos qui emendari volebant, non puniebant ipsi, incorrigibiles vero puniebant. Quomodo vero tradebatur Satanae? Eijciebatur ex ecclesia, abijciebatur a charitate, tradebaturque nudus lupo. Vt enim olim tabernaculum protexit nubes, sic & Christi ecclesiam spiritus paraclet. Si quis igitur extra hanc & spiritum fuerit, citra laborem ab alijs deinceps capi potest. Tradi Satanae,
Talis igitur excommunicationis mulcta est. Deus etiam ipse, morbis tradens & afflictionibus peccatores, erudit per haec. Dum iudicamur enim a domino, erudimur. Animaduerte autem, quod rationibus inquirere diuina, sit blasphemare. Iniuria enim fit diuinis rebus, si quis eas humanis rationibus velit comprehendere. Exod.xl. i.Cor. xi.

CAPVT II.



Bsecro igitur primum omnium fieri precationes, orationes, intercessiones, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus pro regibus, & omnibus qui in potestate constituti sunt. Primum omnium, id est, in quotidiano cultu. Etenim sacerdos veluti communis orbis terrarum pater, consistit omnium curam gerens, quem & pro cunctis oportet mortalibus preces fundere, perinde ac deus prospicit cunctis, cui sacrum facit, ac sacerdotio fungitur. Obserua hic vehementem gratiam. nam Iudaeorum
B preces eiusmodi non sunt. Nec dixit statim pro regibus, vt non videatur adulari. enimuero quum primum dixisset pro omnibus hominibus subiunxit, Etiamsi enim infideles fuerint reges, pro ipsis tamen orandum, vt a caecitate sua liberentur. Duo autem bona oriuntur ex eo, quod pro cunctis mortalibus intercedimus. Inimicitia dissoluitur, quae nobis cum quibusdam est, nemo enim potest hostili animo esse aduersus eum pro quo preces ad deum fundit. Ad haec, meliores ipsi redduntur, dum a vitijs, precum nostrarum auxilio transferuntur vtque non adeo porro erga nos efferantur, venenatarumque belluarum instar gerant. Quam enim arduum eos qui persequerentur, atque caederent & interficerent, audire pro se interpellari apud deum, oratique ab ijs quos ipsi cum caederent, tum opprimerent? praecatio dein & oratio, & intercessio, ceu idem significantia ab apostolo sunt assumpta ob perspicuitatem, quippe qui tot vocum congerie ineuitabiliter citra recusationem facere efflagitet eum quod postulat, & ad quod hortatur. Nonnulli inter haec discrimen curiose fecerunt, asseuerantes δέησιν esse supplicationem afferentem pro liberatione e tristibus adeoque duris προσευχὴν vero, orationem, petitionem ἔντευξιν autem, id est, intercessionem, accusationem impie agentium, & iniuriam inferentium, qui sint incorrigibiles. Contemplare autem quomodo & gratias agere iubemur pro beneficijs in alios collatis, quod solem suum oriri faciat super bonos & prauos, quod omnes
C bonis suis impleat, & infideles, & blasphemos. Ex hoc autem ad fraternam charitatem conglutinamur, vnimur, & coniungimur. Qui enim gratias agit pro proximi bonis, nonne cogitur amare etiam ipsum.

Vt tranquillam & quietem uitam transigamus. Quia verisimile erat Christianorum animum turbari, si iubeatur mysteriorum tempore orare pro infidelibus regibus: lucrum adeoque praemium apponit, vt vel sic adhortationem accipiamus. Illorum namque salus inquit, nostra est tranquillitas. bellum enim gerunt, vt nos extra metum simus. Quomodo igitur non iniquum est, illos pro nostra securitate pericula subire, nos vero ne labia quidem aperire vel mouere, vt pro ipsis interpellemus ad deum?

In omni pietate & castitate. Hoc adiecit, quod plerisque a bellis tranquillitas, deliciarum & iniuriae occasio fiat, ex quibus praua etiam dogmata nascuntur. Vt igitur viuamus, inquit, non in delicijs aut iniuria, sed in omni pietate, omni inquam, non ea solum quae est in dogmatibus, verum ea etiam quae est in vitae ratione. Est enim & in vita impietas, vt quum ait, Deum fatentur nouisse, operibus autem inficiantur: vel etiam in puritate quae ab omnibus haeresibus sit disiuncta. Similiter & in omni castitate, non solum quae est ab libidine, sed quae in omni virtute cerni debet. Oportet igitur nos pacem habentes ab exterioribus, in anima pariter esse pacatos, viuentes in omni pietate & castita- Ad Tit.ij

teſtum enim vere tranquillam & quietam vitam duxerimus. Tria ſunt porro bellorũ genera, alterũ aduerſ⁹ Barbaros, & quod priuatim aduerſum nos geritur, tertiũ quod intra nos ex prauis moribus excitatur. Bellum igitur quod a Barbaris ingruit, regnũ dexteritas atque virtus ſedat, quibus & non orationibus ſuccurrere opus eſt. Reliqua autem duo nos ipſi ſedare debemus, hac ſane ratione, vt illud quod ob oſoribus noſtris nobis infertur, mãſuetudine vincamus, atque orationibus noſtris aſflictiones cõpẽſemus: iſthuc vero quod in nobis conſurgit, per omnia iuſtitiæ arma exuperemus.

Bellorũ genera tria.

Hoc enim bonum & acceptum eſt coram ſeruatore noſtro deo. Hoc, quale? Orare pro omnibus, & infidelibus & hæreticis: Natura etiam bonum eſt, omnes enim eiſdem ſumus naturæ conſortes: deo vero gratum eſt & acceptabile.

Qui omnes homines vult ſeruari, & ad agnitionem veritatis peruenire. Si omnes homines vult ſeruari, & tu ipſum deum imitari velis, ſi vis, ora. At ſi ipſe hoc vult, quid opus habet meis precibus? Imo plurimum hoc ipſis commodat ſiquidem ad charitatem trahit, teque rurſus non permittit in belluinam rabiem permutari. Inde autem veriſimile, eſt eos etiam ad fidem adduci. Salutem enim quæ ex fide eſt, intellige: agnitionem autem veritatis, hoc eſt fidei in ipſum: ſola enim ipſa eſt veritas.

Vnus enim deus, unus & mediator dei & hominum homo Ieſus Chriſtus. Quum dixiſſet deum omnes velle æternum beari, confirmat iam hoc, inquiens: Propter hoc, inquit, E & filium ſuum mediatorem miſit, vt reconciliet ſeipſum hominibus. Quomodo igitur non ſeruati ſunt omnes? quia nolunt. Porro quum ait, vnus deus, non ad differentiam filij, vel vt filio opponeret dixit, verum idolorum reſpectu dixit. Quod enim deus ſit, vel ĩde liquet, quod mediator ſit, mediator ei duorũ quorũdã mediator eſt, ac vtrorũq; debet eſſe particeps. Qua igitur filius, dei & hominum mediator eſt, amborum eſt particeps: quippe qui deus ſit & homo. Duæ naturæ, & idem tamen, vel duas naturas in ſe ipſe complexus: neque deus nudus, non enim ſuſcepiſſent eum inter quos debebat eſſe mediator: neque homo exiguus aut vilis, apud deum enim cauſa agenda erat. Nõ dixit autem manifeſte de diuinitate Chriſti, poſtquam idolorum cultus tum regnabat. Ne autem & ipſe exiſtimetur multos deos adducere, neque vnus & vnus voces hic componere conuenit, ac dicere duos deos, verum vnus & vnus eundem Chriſtum reſpicit. tanta nanque ſcripturæ eſt pietas & reuerentia, vt caute de Deo loquatur. Hinc neque ſpiritus hic meminit, vt ne videatur multorum eſſe cultor deorum.

Qui dedit ſeipſum precium redemptionis pro omnibus. Etiam Græcis infidelibus gentibus. En ille pro omnibus mortuus eſt, tu vero orare non ſuſtines. Obſerua autem: Qui dedit ſeipſum aduerſum Arrianos hoc pugnat, qui affirmant quod inuitus ſit traditus. Quid vero eſt ἀντίλυτρον precium redemptionis? Natura erat obnoxia interitui, reaque mortis & pernicie ſempiterna: pro illa itaque ſeipſum dedit.

Teſtimonium. Hoc eſt, per teſtimonium filius factus eſt ἀντίλυτρον precium redemptionis, vel interpretans hoc, dicit nunc redemptionis precium, teſtimonium dico, hoc eſt, ſupplicium ipſum & adflictionẽ ſuam. Venit enim teſtimonium dicturus veritati aduſque mortem: etenim ipſe ſpiritus manifeſtauit, veramque doctrinam & inſtitutionem & euangelicam vitam ipſe introduxit. F

Temporibus proprijs. Id eſt, conuenientibus.

Ad quod poſitus ſum ego præco & apoſtolus. Ad quod teſtimonium poſitus ſum ego præco, vt prædicem illud, hoc eſt, crucem & mortem Chriſti. Nec ſimpliciter præco, vt vni loco tantum prædicem, verumetiam apoſtolus, vt vndique circumeã. Porro magna eſt apoſtoli dignitas, eam ob rem apoſtolatum hic ſibi vendicat.

Non mentior, doctor gentium. Autoritatem & fidem verbo ſuo cõciliat. Quia enim alij apoſtoli ad hoc officium torpebant, partim quod execrentur gentes, partim vero quod eas non ſuſciperent: Ego, inquit, vere ſegregatus ſum doctor gentium. Si igitur filios Dei pro gentibus mortuus eſt, egoque ipſarum ſum præceptor ac doctor, tu ne deſes eſto, ne pigriteris pro eis orare, precesque ad Deum fundere.

In fide & veritate. Animaduerte rurſus quid dicat. In fide, inquit, non ſyllogiſmis aut logicis demonſtrationibus, verum in fide. Deinde vt ne exiſtimes impoſturam eſſe hanc fidem, ſubintulit, in veritate. Non enim eſt, inquit, quod in fide docetur atque traditur, mendacium, ſed in veritate traditur.

Volo igitur orare viros in omni loco. Qui igitur Chriſtus in omni loco prohibet orare (dehortatur enim & auocat ne in plateis iſthuc faciant) quin in thalamum fecis

Matth. vi

torem ingredi iubet atque secedere? Atqui Christus non vetuit in omni loco orare, ve
A rum ex liberalitate docens ne isthuc faciant vt videātur ab omnibus, laudē aut vanam
venantes gloriolam, cubiculi meminit: perinde atque quum dicit, Nesciat sinistra — Ibidem.
tua quid faciat dextra, non de manibus hoc dicit, sed supra modum etiam commen-
dat vt citra vanā gloriam impertiamus egenis. Propterea & diuus Paulus in omni lo
co vult orare viros, tanquam Christus hoc non prohibuerit. Hoc autem dixit ut op-
poneret se Iudaicę orationi. illa enī in vno loco circunscripta erat, tēplo videlicet quod
est Hierosolymis. Nobiscum autem non sic agitur: gratia enim incircunscripta est, ac
quemadmodum pro cunctis Christianis orat, sic & in omni loco.

Attollentes manus sanctas. Non locum orationis, sed modum exactum esse probe-
que teneri conuenit. Sanctas vero manus expetit, id est puras ab auaritia, a circunuen- — Manus sanctæ
tione, a rapina a cædibus, a verberibus, eleemosyna graues ac plenas.

Sine ira ac disceptatione. Hoc est, absque recordatione & iniuria, atq; indignatione
erga fratrem. Disceptationem autem controuersiam & hæsitationem vocat, hoc est, vt
ne dubitanter & cum dubitatione accedas, sed credens, & non diiudicans, hoc est, am-
bigens quod vel accipias vel non accipias quod petis: Quomodo igitur isthuc erit? Si
nihil petas contrarium, si nihil indignum tanto rege, si omnia spiritualia, si cum san-
ctis ac puris manibus, & sine ira.

Similiter & mulieres. Volo inquit, etiā ipsas sine ira & disceptatione sanctas ma-
B nus attollere, non rapaces, non auaras. Quum enim maritum cogit vxor gēmas ei pr-
bere & aurum, is vero circunuenit, ipsa certe omnino raptricem agit.

In habitu honesto, cum pudore & temperantia ornare seipsas. Maius & eximium quid
dam a mulieribus postulat, nempe vt vestiantur ornate, & non superflue. luxus enim
haud ornat. καταστολὴν, hoc habitum longiorem dicit, hoc est, vt vndique circū cireāq;
vestiātur & cōtegātur, & ne impudētee reuelētur. Infert enim, cū pudore ac tēperātia.

Non in plicaturis aut auro, aut margaritis, aut uestimento precioso. Venit enim vt
oret, nō vt chorum ducat. Quomodo igitur plicaturas adhibes capitis cæsariē nimirum
plicās, & calamistro adornans, & margaritas alias quidē suspendens, alias corpori tuo
circumponens, alias vero calciamentis etiam adiiciens & accommodans, quę est extre-
ma iniuria, idq; ex lachrymis pauperū, viduarū, & orphanorū. Priuas viduā lacera ve
ste, vt tu pedibus calces margaritas. nōne igitur magna Dei tolerātia? Venisti petitu
ra remissionem peccatorū, ac tāquā scenam sis ingressura comica muliercula, te exor-
nas? Bella hęc compunctio, teque omnino exaudiet Deus, quæ pauperum lachrymis es
amicta? Si quæ diuitiarum tantū sunt indicia, prohibet Paulus, multo magis quæ cu
riositatis sunt & luxus, vt infectiones genarum, subscriptiones & picturas oculorū,
vocem infractam, oculum vdum, idque genus alia.

Sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Sed ornare se per ope-
ra bona, deinde per mediū interserit, Hoc enim decet Christianas matronas, quæ vere
Deum colunt. Vel aliter etiā: quia licet & fieri potest vt aliquis verbis promittat pie
C tatem atque timorem Dei, adiecit per opera bona.

Mulier in silentio discat, in omni subiectione. Non solū ad habitū vsque & vestitū or
nata sit mulier, verū etiam vsque ad vocē. Neq; loquātur enim, inquit, de spiritualibus
cæterum discant tantummodo: hoc autem est ipsi commodius, vt sit quieta & taceat:

Mulieri autem docere non permitto, neque authoritatem habere in virū, sed esse in quiete. — Gene. iij.
Omnem loquendi occasionē ademit fœminæ. Postquā enim tacere præcepit, ne cōmo
do prætextu docendi loquātur. ne doceant, inquit: hoc enim est ipsas ius habere & au — Act. xviij.
toritatē in maritū. Nā mulieri, obedire atque subdi mandatū est. Ad virū tuū enim, i- — i. Cor. vij.
quit, auersio tua. Proinde decet eam esse tranquillā ac tacitam, per silētiū enī maxime
subiectionem monstrabit. Noueris autem quod non simpliciter mulieres docere vetet
Paulus, sed in ecclesia. priuatim enim domique suæ non sunt prohibitæ, quādoquidē
Prisca Apollinem instituerit. Sic fidelis mulier infidelem virum instituit.

Adam enim primus homo formatus est deinde Eua. Quia, inquit, primatu donatum
virorum genus in creatione, ac secundo loco formata est Eua, debent ergo in posteum
etiam reliquæ fœminæ secundas obtinere, obedireque viris. Quod enim iā cū Adamo
aut Eua contigit, in vniuerso sane genere cum virorum tum mulierum contigit.

Et Adam non est deceptus, mulier autem decepta in transgressione fuit. Quomodo
Adam non est deceptus? Quia neque scriptura hoc testatur, sed mulier inquit, serpens

ipse decepit me. Adam autem non dicit, mulier imposuit mihi, sed dedit mihi. Nō est autem idem & æquale persuaderi ab eiusdem generis socio & adiutore, & a bellua serua & subrecta. illud itaq; deceptionis fuit. Ad cōparationē igitur fœminæ dicit ipsum non esse deceptum, imo nec Adā quidē lignum nouit quod bonū esset ad cibū, sed mulier cū spicata seducta est, deinde marito etiā sic suo dedit. Illa itaque a cupiditate seducta est, is vero a muliere persuasus est. Semel igitur, inquit, mulier docuit, & omnia sub uertit: eā ob rē non doceat genus illud muliebre. Leue nāque est, quodq; facile recipiat ac transferat in alio. Expende porro, non dixit Eua decepta, sed mulier, de ipsa videlicet muliebri natura disputās. perinde nāq; vt in Adā omnis natura moriebatur, sic per Euā in oēs leuitas peruasit, per quā leuitatē sane ipsa transgressio locū habuit primū.

Gene. iii. Adā non est deceptus, sed Eua.

Seruabitur autē per filiorū generationē. Quis, vel quæ? Eua ne? Nō, sed mulier, id est, muliebris natura. Ne contristemini, inquit, o mulieres, dedit vobis Deus occasionē salutis, filiorum generationem, hoc est, vt genitos recte educentis. Non enim satis est gignere, verum institutionem etiā accedere necessum est. hæc enim reuera liberorū est generatio. Quod si liberorum hæc generatio non sit & educatio, corruptio certe erit eorundē, non generatio. Quid igitur cū virginibus, quid viduis agetur? perierūt? haud quaquā, non enim hoc dicit quod ex propria virtute seruentur, sed quod liberorū educatio sit ipsis occasio futura salutis. Est enim planum, honestā virtutibusq; cōpiā fœminā liberos suos pariter ad virtutē instituere: nā virtutē quæ illi est insita, simul trāsfundit in sua pignora. Nonne igitur & virgo virtutibus redimita, citra rōtrouersiā seruabitur æternum? Mihi quidem ita videtur. Quum enim vetuisset ne mulier doceret, veluti cōsolās eam, tradit ei quos doceat. Si enim docere expetis, institue liberos tuos. Nōnulli, haud scio qua ratione persuasi, per liberorum generationem intellexerunt progenerationē Deiparæ virginis matris. Ipsa eni genito seruatore, saluas reddidit mulieres. Verum prorsus nihil cohæret hæc sententia, neque conuenit cum sequentibus.

Si permanserint in fide. Id est, si conseruauint veram fidem atque doctrinam.

Et charitate. Hoc est, recta vita. Non enim satis est fides: caput autem & fons rectæ vitæ est charitas.

Et sanctificatione cum modestia. Sanctificationem corporis puritatem intelligit. Quia autem non omnes sunt virgines, apposuit cum modestia vel temperantia. σωφροσύνη enim hoc est, continentia vel temperantia, dicitur de his qui legitimas nuptias cōtraxerunt: vel σωφροσύνην mūdiciem simpliciter dicit. Quid igitur si mulier prauis & impudicis infecta moribus fuerit, recteue educauit liberos? Næ haud verisimile est vt faciat, attamen si contingat, accipiet pro his mercedem. Quid vero si bona & honesta sit, libero vero suos male educet? Quod si eos negligat, multaque donet, habebit exemplum pœnæ & vindictæ, liberos Eli. Quod si omnia fecerit, & nihil quod ad curam attinet prætermiserit, non poterit tamen ad rectum perducere tramitem liberos, nō fraudabitur sudorum suorum mercede: quandoquidem & filius dei nihil non faciens & dicens, paucos tamen habuerit qui sibi morem gesserint.

Reg. iii & iiii

CAPVT III.



Fidelis sermo. Quia ambiguum erat, possent ne liberorū suorum virtute frui matres, necne, subdit, fidelis sermo, non est mendacium quod dictum est, nemo dubitet.

Si quis episcopatum desiderat, bonum opus expetit. Quę Timotheo de episcopatu iniungit & scribit, omnibus in vniuerso terrarum ambitu iniungit & differit. Si quis expetit, inquit, præsulatum aut præfecturam, non prohibeo: opus enim & laborē desiderat, ne igitur dominatum & autoritatem solam expetat, quandoquidem & Moses laborem desiderarit, non potestatem, præfuit enim iniuriam passo, feriens eum qui iniuriam intulerat. Episcopatus enim dicitur παρὰ τὸ ἐπισκοπεῖν πάντα, id est, ex eo quod omnes visitet, omnesque consideret, & obseruet.

Exod. iii

Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse. Hoc est, oī virtute cōspicuū, neque ab aliis neq; ab seipso reprehēdi. itaq; si quis sibi sit ipse peccatorū cōscius, ne desideret episcopatū, a quo seipsū per praua opera eiecit. Pręsidē. n. ac pricipē veluti stellā & illuminatorē decet esse, vt ad ipsū oēs defigētes oculo illustrātur atq; ducātur ī rectā viā

A *Vnius uxoris maritum*. Si qui duxerit vxorem, solicitus est, & anxie curat res huius mundi, episcopum vero non conueniat in huius mundi negocijs solicitum esse, qui dicit, Vnius vxoris maritum? Nonnulli hic dicunt quod obscure & clanculum cœlibem hic indicarit vel petiuerit. Quod si fieri hoc non possit, habeat coniugem vnam, verū tamen sit tanquam non habeat, hoc est, non redigatur in seruitutem cupiditatum ipsius. Porro non vt legem sauciat, hoc dicit, quod omnino oporteat episcopum vxoratum esse. qui enim isthuc statueret; quum alias dicas. Volo vos omnes esse sicut meipsum? verum quia tempus ita tum postulabat. At si cōtingat, inquit, sit vnius vxoris vir. Id vero Iudæorum causa dicebat. illis enim permittebatur polygamia, hoc est cum multis connubia iungere. Quidam hic, verum citra omnem rationem, senserūt Apostolum hæc de ecclesia dicere, Ne transeat, inquit, ab ecclesia ad ecclesiam: hoc enim totum est adulterium. I. Cor. vij

Sobrium Hoc est acutū, perspicacē, mentis compotē, qui curis & infelicitatibus non mergatur, sed semper expergefactum, vt omnia videat, omnibusq; astet.

Temperantem. Hoc est, moderatum, demissum.

Ornatum. Id est, honesto habitu conspicuum.

Hospitalem. Si enim indigenis tantum commodat, affectu laborat. Oporter igitur eum erga hospites etiam candidiorem esse ac simpliciorem: hoc enim maxime ad fraternam charitatem attinet.

B *Doctrinalem*. Qui docere possit. Præmemorata sane subditi etiam exigunt, hoc vero maxime omnium, episcopo adesse conuenit.

Non uinolentum. Nō temulentum vel ebrium hic dicit, sed eum qui vim faciat cæteris sibi placentem,

Non percussorem. Non eum qui manibus feriat, tantummodo, hic dicit, sed eum qui importune feriat fratrum conscientiam.

Sed moderatum, non pugnacem, non auarum. Docet quomodo non sit vinolentus vel percussor. Si mansuetus, inquit, extiterit, vacabit etiam pugna. Quoniam vero supra dixit quod oporteat eum esse hospitalem, adiecit nunc, auaritia carentem, simul quidem docens, quis sit hospitalis, nempe qui non est auarus, simul vt ne occasio ne hospitum thesaurizet.

Qui suæ domui bene præsit. Hoc & exteri dicunt; quod sit œconomicus & politicus celeriter.

Qui liberos habeat in subiectione, cum omni castitate. Oportet enim eum domestica præbere exempla. quis enim credat eum alienum subiecturum, si filium non subijciat? Quomodo alios castos & honestos faciet, qui propria viscera sinit impudice & inhoneste vitam ducere? Cum omni castitate dicit, quæ sit & in verbo, & habitu, & opere, cum ad omnes, tum in omni tempore.

Siquis propriæ domui præesse nesciat, quomodo ecclesiæ dei curam geret? Nihil enim aliud est domus, atque parua ecclesia. Si igitur modicæ & facile circūscriptili

C & cognoscibili non possit præesse, quomodo tot animarum mentes incognitas; quas cognoscere non possit, gubernabit? Haud ab re porro fuerit hic quærere, cuius rei causa, qui a vulgo & omnibus sacris non initiatis postulet, Occidite membra vestra quæ super terram sunt, & iterum, Qui vero sunt Christi, carnem suam crucifixerunt: nunc vero ab episcopo requirit exigua quædam, ac tantum non tanto fastigio indigna, Ne sit vinolentus, neque percussor, & quæ sequūtur? Atqui Christus etiam iubet vt crucem suā tollamus, &, Pastor, inquit, bonus, animā suā ponit pro ouibus suis. Debebat igitur Paulus ab episcopo potius angelicam, quam inchoaret & viuere vitam, exigere quæ affectibus careret, quantum ad dignitatis summitatem attinet. Audi igitur quod parū exacte huiusmodi vitę liceat inuenire. Episcopis autem multis in quauis vrbe habebant opus, qui præcederent, propterea moderatam ab eis virtutem postulauit, quæ in multis inueniri potuit. At nunc prodolor, quo excidimus episcopi, vt adeo ne vmbram quidem adeo moderatæ virtutis in nobis deprehendi liceat? Oparce nobis Christe domine. Colos. iij. Galat. v. Lucæ. ix. Iohan. x. Malach. ij

Non nouitium. Non hic iuniores natu dicit, quandoquidem & Timotheus iuuenis erat, quemadmodum discemus dicente Paulo, Nemo adolescentiam tuam contemnat: verū eum qui nuper in fide sit institutus. Ego enim; inquit, plātaui. Quia enim ex Græcis quidam accedebant, & baptizabantur, non statim, inquit, recens baptizatus ad Infra. iiij. I. Cor. iij

tantum principatum ducatur.

D

Vt ne inflatus in iudicium incidat, & rete diaboli. Si priusquã discipulus fuerit, ex actum eum esse doctorem contingat, inflabitur, inquit, & in iudicium & condemnatio nem Satanæ incidet, quæ a dementia sustinuit.

Oportet autem ipsum bonum etiam testimonium habere ab ijs qui foris sunt. Hoc est a Græcis & infidelibus, vt & illi non habeant quo possint eum carpere aut reprehendere, sed potius eũ reuereri & venerari. Quid vero si videatur bonus & nõ sit? Difficile sane hoc est, neque facile fieri potest vt nequitia cõtegatur quãdo quidẽ & prorsum honestos & virtute conspicuos, hostes reprehendant: verumtamen neq; hoc solũ reliquit, sed cũ alia virtute dixit, Oportet ipsum testimoniũ habere bonum. Quid igitur si calũnientur, falsosque illũ accusant? At vero hoc fieri non solet, nã qui inculpatę vitę est illũ & ipsi venerantur. Vituperant quidẽ dogma, sed non ipsius vitam, quemadmodũ apostolos non dicebant fornicatores, neq; reprehẽdebant tanquam libidinibus deditos, sed ĩpostores, quod solus erat prædicationis & verbi. Si vero demus hoc fieri p calũniam & sycophantiã, vt episcopus criminibus quibusdã notetur falso, ne constituatur episcopus: nõ decet enim nõnullorum animos propter lumẽ & illustratorem suum perturbari. Luceant enim, inquit, opera vestra, vt videant homines. Quod si ab hostibus testimonium requirendum sit, multo magis ab amicis.

Matth. v.

Vt ne in opprobrium incidat. Græcorum enim conuitijs & opprobrijs exponẽdus erat, quod & prædicationis adeoque verbi impedimentum est.

B

Ac rete diaboli. Siue quod celeriter eũ tollẽt eiusmodi, vel q in eadẽ peccata ĩcidet in quę illi. Porro in offendiculũ multis quẽpiã vel quicqua præstitui, rete est diabolicũ.

Diaconos similiter. Quur hic presbyteros pręternisit? Quia quæ de episcopis dixit, ea presbyteris etiã conueniunt, nam & ipsis institutio & præfectura ecclesiæ commissa est, sola electione cedentes. Diaconis igitur eadem inesse debere ait, nimirum q sint hospitales, mites, non pugnaces, idque genus alia.

Castos. Pręter cõmemorata iã eniteat etiam ĩ eis castitas vitęq; puritas & honestas.

Non diuerbios. Hoc est, asperos, exulceratos, dolosos, alia corde sentientes, alia ore proloquentes, aliaque his, alia vero illis.

vino mul to nõ vtẽ dum.

Non uino multo attendentes, non turpis lucri cupidos. Non dixit, nõ temulentos, non ebrios, hoc enĩ omnino est indignũ, verũ nõ multũ potẽtes. Etiamsi enĩ nõ sint temulẽti, potatio tamen, ac multum temeri sumere, animæ mentisque vim luxat. Apud veteres enim templum ingredientes omnino non utebantur vino. Turpilucris autem est, quid nihil quæstus, vndecumque etiam proueniat, reijcit. Hic autem pro non auaro, accipe, non turpi lucro inhiantem.

Leuiti. x.

Habentes mysterium fidei in pura conscientia. Hoc est, qui pręterquam quod synceram doctrinam retineant, vitam etiam irreprehensibilem habeãt. Pura enim conscientia est in vita quæ non dãnatur.

Ac illi probentur primum, deinde ministrent, irreprehensibiles quum sint. Quemadmodum episcopum postulaui qui non esset neophytus, sic & hos nolo non probatos sane produci atque prouehi, cæterum tempore exploratos, ita vt irreprehẽsibiles & inculpati sint visi æque atque recens empto mancipio nõ statim quisquã pręsidatũ committet, priusquam tempore probatus videatur.

Mulieres similiter castas. Non de quibuslibet mulieribus hęc dicit, cęterum de diaconisis. Admodum enim & necessarium & vtile est hoc mandatum ecclesiæ. nisi enim de his loqueretur, quid erat necessarium, quum de diaconis verba faceret, ad mulieres sermonẽ traducere.

Non calumniatrices. Hoc est, non obtrectatrices, quod anus solẽt edes circũeũtes transeuntesque, atque de hac ad illam murmurantes.

Sobrias. Hoc est, vigilãtes & expergefactas. Postquã enim leue hoc & facile decipi possit genus hoc, operęprecium est eas esse expergefactas, & vigiles esse & prudentes.

Fideles in omnibus. Hoc est, constantes cum verbo tum operibus.

Diaconi sint unius uxoris mariti. Obseruas qui eandem a diaconis virtutem exigat quam ab episcopis? Et enim peræque casti & irreprehensibiles debent esse.

Qui liberis bene præsint, & proprijs ædibus. Vbique liberorum curam ponit, vt ne ex horum negligentia cæteri scandalum patiantur.

Qui enim bene ministrant, gradum sibiipsis bonum acquirunt, multamque fiduciam in fide

qua est in Christo Iesu. Gradum, id est progressum. Qui enim in inferioribus ostendunt sese diligentes ac vigiles, celeriter ad superiora venient, vt multam fiduciam & libertatem in fide habeant, hoc est, vt celebriores efficiantur, non in mundanis dignitatibus, non in pecuniis, sed in fide, quod est, in omnibus quę sunt secundum fidem & verbis & operibus. Huiusmodi sunt in ecclesia fulgentes e diaconis in presbyterio & episcopali gradus.

Hæc tibi scribo: sperans me venturum ad te celerius: si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat in domo dei versari. Vt ne de his præcipiendo in tristiciam conijciat discipulum ceu Paulus non sit porro eum visurus, Non propterea, inquit, hæc scribo, tanquam porro non sim venturus, veniam enim. at vero si contingat me moram nectere, vt habeas formulam & exēplar quomodo te oporteat viuere. Bene autem dixit sperans. Quum enim spiritu ductus ignoraret quo sibi abeundum, non immerito dubitat de ad Timotheum accessu.

Quę est ecclesia dei uiuentis. Id est, terribilis & victoris, non mortui & infirmi quales sunt Gręcorum dij vani.

Columna & fundamentum ueritatis. Hic ad Iudaicum alludit templum, ecclesiāq; ei confert. Siquidem illud habebat figuras & vmbras, veluti tintinabula seu nolas, & mala punica, & pontificem cum victimis & sacris. Ecclesia autem, veritatis est cōstitutio: omnia namque quę in ea peraguntur, vera sunt, & nihil in ea est opacū & vmbrosū qualia sunt quæ lege sanciuntur. Pro nolis enim verbum & prędicatio est splendida: pro malis punicis vita est coronata, intus fructum habens. Porro pontifex & princeps sacerdos nobis filius dei, ingens autem sacrum, diuinum ipsius corpus. iij. reg. vij.

B

Ac reuera ingens est pietatis mysterium. Mysterium est ipsa diuina prouidentia, qua nobis Christum deus pater donauit. Magnum sane hoc arcanum est, ad pietatem pertinens, ac reuera magnum: non enim quisquam de hoc dubitat. Quomodo autem mysterium, quod omnes nouerunt? maxime sane, non omnes nouerunt. Etsi autem omnes nouisse videantur, id hodie euenit, antehac vero non omnibus palam fuit. Præsertim autem quod deus incarnatus est, omnes nouerunt: quomodo vero, occultatum est, eamq; ob rem mysterium est, & sacramentum charitatis dei erga nos, siquidē mysterium suum omnino nobis patefecit.

Deus manifestatus est in carne. Quia de sacerdotibus præcipiens, nihil tale dixit quale est in Leuitico. Nemo inquit, demiretur si non huiusmodi tenuia requiram: magnum est quod nostrum est, cui nihil quod in Leuitico traditur, simile est. Deus manifestatus est, quomodo? in carne, secundum namque diuinitatem est inuisibilis. Le. xviij.

Iustificatus est in spiritu. Vel hoc dicit, quia omnia faciens ad salutē mortalibus duris quibusdam non persuasit, ipse tamē iustificatus est. quia quod suum erat fecerit vel quoniam peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. At alij quidem iuxta legem iusti, spiritu seruituti obnoxij erant. metus enim & pœnas continebat lex quippe quæ non habebat filiorum adoptionem. Dominus autem omnem iusticiā impleuit in spiritu sancto, cum quo homousius erat, id est eiusdē substantię, habens ipsū naturaliter sibi conuiuentem & coniunctum, ac per seipsum nobis cōmunicans atque donans vt per illum iustificemur. Qui enim secundum euangelium iusti, reuera spirituales multis parasangis præcellunt eos qui olim in lege iustificabantur. i. Petri. ij.


C

Visus est angelis. Ne mysterium nobiscum viderunt angeli, filium nimirum dei, antea non cernentes. Ecce enim angeli inquit, accesserunt eum, ministrantes ei. Ac simpliciter a tempore quo natus est, tantisper dum in cœlum receptus est. in natiuitate enim angeli eum celebrabant, & annunciabant pastoribus ipsius natalē, tum in assumptione angeli ministrabant. Matt. iiij. Lucæ. ij. Actorū. i.

Prædicatus est gentibus, creditus est mundo. Gentibus condemnatis & eiectis: nec prędicatus est tantum, verum etiam creditus est vniuerso mūdo, quod ingens indiciū est prædicati potentiæ veritatis.

Assumptus est in gloria. Hoc est, in nubibus, angelis etiam ministrantibus. Nam in cœlum assumptus est, non iuxta Eliam velut in cœlum, vt ne dicam quod & ipsa receptio vel assumptio sit gloria.

CAPVT IIII.



Piritus aperte dicit. Hoc est, palam, perspicue, & non tecte D
veluti per vmbram, quemadmodum lex obscure prophe
tias proponebat.

Quoniam in extremis temporibus deficient nonnulli a fide. Quia supra dixerat quod nonnulli naufragium essent passi circa fidem. Ne mireris, inquit, quosdam etiamnum Iudaizare: nam tempus adueniet quo peiora designabūt qui Christiani videri volunt. Hęc autem de Iudæis non dicit, siquidem illi prioribus temporibus floruerūt, sed tū etiā de Marcionistis, Encratistis, Manichæis, & vniuersa illorum officina

Hęreses a dæmone, oriuntur. *Attendentes spiritibus impostoribus, ac doctrinis dæmoniorum.* Ab his enim instituti, cum cibos, tum nuptias calumniabantur. Notat autem & omnes alias obscure hæreses. omnes enim ex deceptione ac doctrina dæmonum oriuntur. Aperte autem earum non meminit, vt ne iam vel inde animis eas inferat: verum quæ iam cœperat, demonstrauit, ciborum nimirum & nuptiarum hæresim,

In hypocrisi mendacium loquentium. Hoc est ea quæ mentiuntur, non per ignorantiam mentiuntur, verum scientes vana esse, simulant se tanquam vera docere.

Cauterio inustam habentium propriam conscientiam, prohibentium nubere. Hoc est, prauæ vitæ. Quia vero conscii sibi sunt multæ impuritatis, propterea conscientia E eorum indelebiles habet inustas notas sordidę vitę, ac nuptias reprehēdit calūniaturq́; Nam si pura esset ipsorum vita, conscientia simul munda fuisset, nec criminata esset quibus deus benedixit, quemadmodum stomacho laborans cibos reprehendit ac reijcit, quum in seipso prauis sit humoribus infectus. Quid igitur? nunquid & nos matrimonium prohibemus? haud quaquam, cæterum eas quæ nubere nolunt, ad virginitatē adhortamur: honoratior enim est ipsa. At qui nuptiæ & matrimonium propterea non sunt ingloria incelebriave, quemadmodum neque quia aurum preciosius est argētum gloria precioq́; vacat. Quod vero preciosus est, precioso preciosius est: & quod melius est, bono melius est, non malo. Qui ergo potest, virginitatis aurum retineat: si vero non possit isthuc, matrimonij argentum recipiat.

Abstinere a cibis, quos deus creauit ut sumantur cum gratiarum actione fidelibus. Non debes hic repetere prohibentium, sed subaudiendum est, consulentium abstinere a cibis. Quid vero? non ne & infidelibus deus cibos creauit? Ne, sed ipsi seipsos arcent. Quid igitur? nonne delicię & voluptates sunt prohibitæ? Omnino, sed non ipsa sumptio: nam sumptio mediocritatem habet, deliciæ vero & luxus immoderationē. Quinetiam ipsę deliciæ non veluti immundę sunt prohibitæ, verum quod animū per immoderatum vsum dissoluant.

Et agnoscentibus ueritatem. Iudaica igitur figura erant nunc vero veritas regnat.
Leuit. xi. Vetabantur autem Iudæis multa, non quod immunda essent, verū vt a luxu cohiberētur, vtque a multis rebus afflicti, & boues & pecudes mactantes, agnoscerent qualesnā deos fecissent Aegypti. Per veritatem igitur, aut fidem in Christum intelliges, vel sim F
Genesis. i plicitur agnoscentibus veritatem. Qualem autem statim infert.

Quoniam omnis creatura dei bona est. Omnia, inquit, valde bona erant. Dicens autem creaturam dei, de omnibus cibis qui sunt edendo, clam loquutus est. Iamq́; hic reuellit hæresim materiam ingenitam adserentium, ac cibos illi attribuentium.

Et nihil est reijciendum, quod cum gratiarum actione suscipitur: sanctificatur enim per uerbum dei & intercessionem, Proinde si sanctificatur, nonne inmūdus est? Minime, verum per concessionem hoc ponit. Nam primum per instantiam dicit nihil esse immundum: deinde per concessionem. Demus, inquit, ꝙ quidam sit immundum, sed habes medicinam: signa, gratias age, glorifica deum, ac defecit immunditia. Nam gratiarū actio cuncta purgat. qui vero ingratus est, ipse est immūdus & pollutus. Proinde quod idolis est immolatum, sic mundare possumus, si ignoremus idolothyton esse. Enimuero si scientes sumpserimus. immundi sumus, non quia illud idolothytum sit, sed quia legem transgressi sumus præcipientem non communicandum mensæ dæmoniorum. Voluntas itaq́; & mens tua coinquinata est, nec cibus natura fuit pollutus.

Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Iesu Christi. Hęc, qualia? Quoniam mysterīū magnū est, & quod abstinere a cibis & nuptijs, doctrina dęmoniorū est, & alia
1. Corin. x quæcūque prædixit. Quid aūt est ὑποτιθέμενος suggerēs? pro cōsulens vsus est. Nō

A dixit autem præcipiens, nequaquam enim hic est mandans autoritas.

Perseuerans in sermonibus fidei & doctrinæ bonæ, quam assecutus es. Vt alijs hæc cõsuleret, dixit: iam vero ait, Tu ipse etiam ἐντρεφόμενος, id est, innutritus, continuo & sedulo eadem vertes ac tractabis, ac veluti ruminabis. Incessabilem enim ad hæc attentionem indicans, dixit, perseuerans, immorans. Perinde enim vt corporis alimentum semper sumimus, sic fidei rationibus & sermonibus semper nos oportet innutriri immoratique.

Prophanas autem & aniles fabulas fuge. Hoc est, tuos commonefac eorum quæ dixi. Ad peruersos autem ne descenderis in arenam, non enim est quod cõmodes, nisi siquando scandalum subnascatur, nostris propter imbecillitatem fugientibus pugnam aduersus eos. Fabulas autem, Iudaicas obseruationes dicit, tanquam eas quę præterierunt: porro non sit illis relictus locus. Cogita nanque in animo virum triginta annos natum lac sugere, seu lactere volentem, nonne perridiculus erit, quod importune & intempestiue hoc faciat? Aniles igitur, quod antiquatæ sint: prophanę autem & immundæ quod fidẽ impediant. In trepidationem enim & metũ conijcere animam, quæ his omnibus ceremonijs excellentior sit facta, immundorum est præceptorum. Iudaicæ obseruationes, fabulæ aniles.

Exerce teipsum ad pietatem. Hoc est, ad fidem puram, vitãque rectam: id ẽm est pietas. Opus est igitur exercitio & continuis laboribus: qui enim exercetur, etiamsi certamen non sit præsto, certat ad sudores vsque. Pietas.

B *Corporale nanque exercitium parum est utile.* Quidam ieiunium adseuerant corporale exercitium esse, sed non est, nam illud spirituale est. Verum corporis exercitium intelligit, quod multos labores habens, parum commodat id corpori, & tempore admodum exiguo.

Pietas ad omnia utilis est, promissiones habens uitæ quæ nunc est, & futuræ. Hic etiam, inquit, pietas hominem possidet. Qui enim nihil sibi mali conscius est, in hoc æuo delectatur, promissiones futurorum bonorum firmas habens. Illic autem veram vitam viuit. A collatione autem pietatis excellentiam commonstrat.

Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. Hoc est, verus & dignus est qui accipiatur, vt omnibus sit minime dubius. Qualis sermo? quod & hic & illic pietas commodet. In tota autem vndique epistola hoc agit, nec opus habet confirmatione, planum enim est: ad Timotheum enim ei sermo.

In hoc enim & laboramus, & contumeliam sustinemus, quoniam sperauimus in Deo uiuente. Quæ sit pietas, in medium premij, quam ipsi nimirum apostoli exerceant, Confirmat porro quomodo futuræ vitæ spes habeat, inquiens: In hoc, id est, propter hoc laboramus, contumeliaque afficimur, & cõuitijs petimur. Quam enim ob causam concidimur & interimimur, nisi futura expectaremus, quæ dabit post mortem nobis viuẽs deus? Hic sæpenumero milites, qui pro imperatore periculis immersi fuere, perdunt compensationes & mercedem, rege seu imperatore illo defuncto: noster autẽ rex semper viuit, itaque & semper dat.

C *Qui est seruator omnium hominum, maxime fidelium.* Omnes quidem vult saluos fieri, & hic & illic, maiorem autem diligentiam hic circa fideles ostendit. nisi ẽm ipse hos seruaret, quomodo sustinerent ab omnibus debellati? Per hæc autem incitat Timotheum etiam ad pericula toleranda. Ne deficias, inquit, quum talem habeas deum: neque ab alijs auxilium implora in afflictione, sed enim spera in illum, viuit enim, & seruator est.

Præcipe hæc & doce. Rerum aliæ quidem doctrina & institutione indigent, aliæ vero mandato, veluti de rapina nihil docendum, sed præcipiendum est, hoc est, cũ maiori autoritate prohibenda est ea. De facultatum vero in pauperes distributione, de virginitatis statu, de fide, quomodo docendum sit, hic doctrina opus est: propterea vtraque ponit apostolus, Præcipe ac doce. Rursum si scientes malum esse, ea tamẽ agimus, opus est præcepto: si vero ignari peccemus, institutioni locus est relictus. Rerũ aliæ pcipiũtur aliæ docẽtur.

Nemo adolescentiam tuam aspernetur. Quia communis præsumptio & opinio contemptibilẽ rem putat adolescentiam & iuuentã. Præcipe, inquit, maiori autoritate, ac nemo te contemnat. oportet enim incontemptibilem esse pręceptorem. Vbi igitur mansuetudo manet? Si igitur iniurias quibus ipse afficitur, vlcisci velit, mãsuetus esto. vbi vero aliorum salus agitur, opus est austeritate, ita vt cũ fiducia imperet. Vel vnã ostẽde honestam, sic fiet vt non venias in contemptum iuuenta tua, in quam natura con-

temptus cadere solet, sed admirationi potius erit. Infere igitur.

Sed forma esto fidelium. Hoc est, vitæ sis exemplar, optimaque morum regula. D

In sermone. Vt loquatur facile, & mãsuete colloquatur cum fidelibus, vtque sermonem promptum & præparatum habeat.

In conuersatione. In vita & moribus, vel ecclesiastico ordine.

In charitate erga omnes in spiritu. Vel in spirituali statu, vel charismate, ne eius causa extollatur & superbiat.

In fide. Recta & indubitata, quando quis deo credit, etiam in impossibilibus ante conspectum nostrum.

In castitate. Hoc est, puritate, virginitate, vel temperantia etiam.

Tantisper dum uenero, incumbe lectioni. Si Paulus iubet incumbere lectioni scripturarum, quid nos posthac facere decet? Quinetiam ipse Paulus ad finem vsque vitæ suæ legendis sacris incubuit, qui & alios ad idem studium cohortabatur. Addit vero ei animum per hoc quod dicit, donec venero, spem faciens ei venturum præceptorẽ. Verisimile est enim quum iuuenis esset, multa ipsum ignorasse, egereque eum præsentia Pauli, vt hæc disceret. Ait itaque, Interea vsque dum venero, lege scripturas, & inde habebis, vt fieri potest, legislationes & præcepta: simulac vero venero ego, tibi suggeram reliqua.

Consolationi. Erga mœstos videlicet ac perturbatos, vel alias deficientes animo, adeoque afflictos. E

Doctrinæ. Quæ est erga omnes simpliciter, ac de quauis re.

Ne negligas donum quod in te est, quod datum est tibi per prophetiam. Doctrinæ donũ hic intelligit, quod accepit episcopus factus per prophetiam, hoc est, imperante spiritu, vt supra commemoratum est.

Cum impositione manuum presbyterij. Hoc est, episcoporũ. non enim presbyteri etiam episcopum eligebant. Vide autem horrendum, quantum possit impositio sacerdotalium manuum.

Hæc meditare, in his esto. Sæpe de eisdem ei præcipit, vt ostendat ei quod maxime omnium in his oporteat versari episcopum.

Vt tuus profectus manifestus sit in omnibus. Non in vita tantummodo, verumetiam in verbo doctrinæ. Animaduerte autem quod per hoc voluerit eum magnifieri & admirandum.

Aduerte animum ad teipsum, & doctrinam, & persevera in ipsis. Hoc est, attentus sis erga teipsum, ac institue alios.

Hoc enim faciens, & teipsum conseruabis, & eos qui te audiũt. Nam qui in institutionis sermonibus immoratur, prius quidem ipse adiuuatur, & in quo alios adhortatur, se ipsum emendat & instituit.

CAPVT QVINTVM.



Eniorem ne obiurgaueris, sed obsecra ut patrem. Non de eo qui in ecclesia dignitatem habet, loquitur, sed de quouis grandiore natu. Quid igitur si indigeat correctione seu emendatione? Hunc, inquit, ad modum cum eo age, tanquam sit pater. F

Anus, ut matres. Quia obiurgatio molesta est; maxime si ab iuuene proficiscatur, idque erga grandæuum (triplex enim tum est immodestia ac temeritas) cura eam per mansuetudinem.

Adolescentulas, ut sorores. Postquam ætas asperitatis nõ nihil habet, nec recipit obiurgationes, mansuetudo, inquit, media esto.

In omni castitate. Quia conuersationes cum adolescentulis aut puellis suspiciones pariunt, & episcopum talibus nonnunquam conuersari oporteat, cumque eis colloqui. In omni, inquit castitate conuersare, cumque eis colloquere, non solum mistionis peccatum fugiens, verumetiam omnem aliam suspicionis occasionem. Timotheo autem hæc iniungit, non illius gratia, sed nostri potius causa, vt suspitiones fugiamus.

Viduas honora, quæ uerè sunt uiduæ. Quur nihil de virginibus præcipit? quia nondum erant tum illic. Honorari autem viduas, præcipit, eo ꝙ non habeant maritos qui

A illis præsideant, earumve curam gerant: tum res ipsa contumeliæ obnoxia, Viduatus nimirum, videtur esse reiectitia. Hanc ob rem operæ profecto est precium, vt a multis multo honore afficiantur, maxime quum dignæ sint, vt veræ viduæ. Quales igitur huiusmodi sint, in procursu dehinc disces. Proinde licet & maritum habere, & viduā non esse. Honora autem, est pro miserere earum, & necessaria suppedita.

Sin vidua quæpiam liberos habeat, aut nepotes, discant primum domum propriam probe colere. Hoc est, discant liberi venerari matrem suam, ac benefacere ei, & alere eā: hoc enim appellat εὐσεβεῖν, hoc est matrem senio confectam curare, vel auiam: quandoquidem diuina sit dignitas parentum, quemadmodum e diuerso impietas est senium non curare. honorare quid sit.

Ac compensationes dare maioribus, hoc enim est acceptum coram deo. προγόνοις, id est progenitoribus, matri vel auiæ. Obserua hic Pauli prudentiā, quomodo primū, quod bonam conscientiam faciat, in medium proferat, nempe progenitores venerari & colere, eisque vicem rependere, quod nos educarint atque enutriuerint, & curā nostri gesserint, adiiciens rationem, quoniam & hoc deo gratum est.

Quæ autem vere vidua est ac sola relicta, sperat in domino. Quum dixisset supra, honora viduas, quæ vere sunt viduæ, habentes liberos per quos curari debeant: iam quęnam sit vere vidua, subdit. Quæ nullum inquiens habeat curatorem, non sobolem, nō nepotem, uerum in solum deum sperat: quæ sane honore est afficienda, & misericordia
B dignanda in omni suppeditatione necessariarum rerum.

Ac perseuerat in precationibus nocte ac die. Idque non immerito: nullum enim aliū habens, ad deum confugit. Quum autem verisimile esset eas contristari, vt quæ vndique tutore & præside careant, consolatur eas, vt quæ deum vice humanorum omniū amicorum protectorem habeant. Si enim quæ liberos alit, mercedem recipit, tua ideo tibi dignitas non est imminuta, nec honor ademptus, ex eo quod liberos non habeas.

Quæ autem lasciuit, uiuens est mortua. Quia non paucæ viduatus statum eligunt, vt maiore pudicitia & reuerentia agant quæ grata sunt, inquit. Quoniam deliciis dedita atque petulantiæ, etiamsi videatur viuere sensibilem hanc vitam mortua est secū dum spiritum. Sin autem mulieri non permittitur deliciari, vbi tamen & natura & ætas sæpe habet infirmitatem, quid dicamus si viri lasciuiant? Supra. iiij.

Hæcque præcipe, ut sint irreprehensibiles. viden' quod hanc rem ceu legem esse velit? Non enim voluntati permittit non deliciari, sed veluti peccatum hoc prohibet: præcipe nanque hęc significat.

Si quisquam suorum maxime domesticorum, non gerit curam, iisque non prospicit: Deliciis & voluptatibus dedita, propterea viuens mortua est, adeoque perit, quoniā omnem prouidentiam in seipsam impendit. Atqui propriorum est habenda cura, etiā suis cuique prospiciendum, hoc est, iis qui ad genus suum & sanguinem pertinent, omnis est adhibenda cura & prouidentia, cum animi, tum corporis nomine. Cōsanguineorū cura habenda.

Fidem negauit. Quomodo? nam non sunt opera credentis. Si enim credidisset deo
C audiuisset eum qui dicit. Domesticos vel propagatos ab semine tuo non negliges, non despicies. Deum, inquit, confitentur nouisse, operibus autem negant.

Et est infideli deterior. Nam ille etsi alienos, sanguine tamen sibi iunctos & liberos suos non despicit, naturę suasu ductus: hic vero tam dei quam naturę legem tollit, & iniurius est. Quis vero hunc crediderit amico esse affectu circa alienos? etiam si enim misereatur alienorum, ex ambitione & gloriæ vana cupiditate hoc facit. Expende autem tecum, si infideli est deterior, qui suis non prouidet, quem in ordinem is collocabitur, qui iniuria eos afficit? Nec satis est cuipiam ad salutem propria virtus, si ipse uirtute redimitus, ad genus sanguinemque suum pertinentes negligat. Eccle. xlij. Ad 1. iiij.

Vidua eligatur, quæ sit nata sexaginta annos non minor, quæ fuerit unius mariti uxor. In superioribus dixit, lasciuientem, deliciisque inhiantem, quæ suis non prospiciat, indigniorem esse quam vt referatur in catalogum viduarum: nunc nos docet, quid eam habere oporteat, ac primum de ætate illarum exacte disserit. Causam vero in progressu dicet, non enim simpliciter sexagenariam ita seligit, posset enim eiusmodi etiam indigna esse. Deinde ab ea exigit monogamiam, id est quod vni marito copulata fuerit, ceu signum honestatis, pudicitiæ, honestorumque morum. Alia quæ requirat, audi in sequentibus.

In operibus bonis habentem testimonium. Hoc est proprie dignans eam catalogo,

posthac & opera eius speciatim denumerat.

Si liberos educauit. Liberos educare, non est simpliciter liberos alere, sed perinde alere atq; oportet, quẽadmodũ & supra dixit, si permanserint in sanctificatiõe & fide. D

Si hospitio recepit. Animaduertis quomodo curae liberorum apposuerit etiam hospitalitatem & beneficentiam erga exteros & alienos. Quum enim prędixisset si liberos educauit, intulit, si hospitalis fuit. Etiamsi enim caeteris indiguerit quispiam, si domum habeat, & hospitio recipiatur, magni beneficij sibi loco ducit, quod sub ęthere adeoque dio non cogatur manere.

Si sanctorum pedes lauit. Hoc dixit, quia multae quidem hospitales sunt, & hospitio recipiunt peregrinos ac sanctos, ipsę autem per seipsas non inseruiunt, sed per ancillas. Volens ergo viduam per se laborare, nec ignauam esse, ipsam per sese ministrare iubet, ignauia enim & mollicies deliciantis potius est & voluptuariae. Porro ne omnino penuriam praetexat aliqua quo minus sit hospitalis, vt quae non abundet re familiari, neque diues sit: Abluere, inquit, pedes, non est magni sumptus, neque copiae. Sancti autem sunt omnes, quotquot fidem rectam cum vita habent, etiamsi signa non edant aut miracula.

Sancti qui sint.

Si afflictis opem tulit. Pecunijs, pręfectura, & intercessione

Si omne opus bonum secuta est. Veluti si ipsa operari non potuit, consors tamen fuit alterius quae operaretur, atque subseruit. Corporale enim ministerium afferre adhortatur, quale est lectum sternere, refocillare, ad quae magis sunt idoneae foeminae. E

Iuniores autem viduas fuge. Cuius rei gratia de virginum aetate atque tẽpore nihil praecipit, cum tamen maius sit virginitatis certamẽ? Nec enim iniuria maioris isthic est alacritatis certamen, vehementiorisque feruoris in virginibus lucta est. Nã dũ requiritur in virginibus vt Christo assideant, & adhaereãt adeo, vt nunquam ab eo diuellantur, atque vt in ijs quę domini sunt, solicitae sint, multã certe curã praebet & exigit ab eis. Enimuero quũ viduae iuniores a Christo spõso exciderint, in virginib' autẽ nihil eiusmõi obseruatũ sit, occasionẽ dedere Paulo viduę istae cur has leges sanxerit.

Quum enim luxuriatae fuerint aduersus Christum, nubere volunt. Hoc est quando lasciuierint & deliciatae fuerint, ac quando superbae fuerint aduersus Christum non excipientes neque retinentes Christum sponsum, ad nuptias deinceps excidunt. non enim viduatus statum, adeoque coelibatum elegerunt cum iusta consideratione. Animaduerte hic quod & vidua Christum sponsum habeat, perinde ac virgo.

Viduarũ, etiã sponsus Christus.

Habentes condemnationem, quoniam primam fidem reiecerunt. Fidem appellat foedus. Fefellerunt, inquit, pactum quod cum Christo sponso fecerunt, ac propterea habent condemnationem.

Simul autem ociosae discunt circumire domos. Praeter iam commemoratum iudicium, aliud peccatum committunt, discere ociari ex eo quod aedes circũmeant. Omnia autem mali & vitij autor & initium est ocium, quare nedũ viris, sed ne mulieribus quidem ocium conuenit.

Simul autem ociosae discunt circumire domos. Praeter iam commemoratum iudicium, aliud peccatum committunt, discere ociari ex eo quod aedes circumeant. Omnis autem mali & vitij autor & initium est ocium, quare nedũ viris, sed ne mulieribus quidem ocium conuenit. F

Ocium.

Non solum autem ociosae, verumetiam nugaces & curiosae, loquentes quae non conueniunt. Non immerito quidem, Circũeuntes & palantes nihil aliud agũt, quam quae de hac audiant, ad illam perferant, & e diuerso quae de hac, ad illam, ac necessario tandem ad curiositatem labuntur omnia perscrutandi, & ad nugas ac deliramenta, quum quae de omnibus nouerunt omnibus etiam dicunt:

Volo igitur iuniores nubere, liberos gignere, matresfamilias esse. In primis ac peculiariter dicit, optarim equidem eas non rencere foedera: quia vero matrimoniũ illae cupiunt, volo & ego vt nubant, indulgens & acquiescens earũ votis. Satius enim eas matresfamilias esse, hoc est, propria curare, suaeque domus curam gere, & operari, quã alienas aedes curiose pererrantes nugari & ociari. Quum autem dixit, liberos gignere, ostendit quod propter liberorum procreationem contrahendũ sit matrimonium, vt plures animas ad deum adducant.

Nullam occasionem dare aduersario conuiciandi & calumniandi: iam enim quaedam auersae sunt post Satanam. Quia dixerat eas matres esse familiae debere, vt ne videa

A tur libertatem eis dare ad delicias, intulit, nullam occasionem dare. Sic enim, inquit, do
mus curã habe, ne animam tuam lædas. Perspicue autem hic scopum suũ indicat quur
eis acquieuerit condescenderitque, ne dent, inquit, occasionem Satanæ illudendi se, vt
quæ sponsę Christi quũ essent, factæ sint adulteræ, propter iuuentutis & adolescentiæ
minime firmatam constantiam. Eam ob rem sub matrimonij iugum eas duco, vt ne re-
missæ sibi, & laxis habenis viuentes, præmemorata mala adducant attrahantque.

Sin quispiam fidelis, aut fidelis aliqua habet uiduas, sumptum illis suppeditet. Fidelium
viduas non conueniebat ab infidelibus ali, ne viderentur eorum opera indigere. Quũ
autem dixit sumptũ suppeditet, quantũ satis est intellexit, non luxũ & superfluitatẽ.

Et non grauetur ecclesia, ut uere uiduis sumptus sufficiat. Proinde fideles si suas ipso-
rum viduas alant, ecclesiæ viduis pariter commendant: quandoquidem per illas non
grauetur ecclesia, quæ iam commodius & opulentius alit quas alit, vere nimirum vi
duas, destitutas ac desertas.

*Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore dignandi sunt, maxime qui laborant in uerbo
& doctrina.* Quinã illi sũt qui maxime laborãt i verbo & doctrina, qui bene prę
sunt? Dominus docet inquiens, Pastor bonus animam suam ponit, sibi in nulla re par
cens, ouiũ curæ causa. Honorem porro dicit necessarium suppeditationem, vt ex ijs Iohan. x
quæ inferuntur liquet. Nam præcium est operæ doctores haud laborare rerum neces
sariarũ penuria, sed copia potius earumdem affluere vt ne hisce cõquirendis incum-
B bentes, verbi ministerium negligant, quemadmodum & Leuitæ inveteri testamento
vixerunt. Duplici autem honore, dixit viduarum respectu, vel diaconorum, vel simpli
citer duplici pro multo. Vbi nunc sunt qui dicunt non esse opus verbo, sed vita? Au
diant isti nunc Paulum, quatonam honore verbum afficiat. est enim eo nobis opus, vt
quoquam alio. Si enim de dogmatibus adeoque doctrina inciderit quæstio, ratio vel
disputatio, qualis hic vita proderit? Verbum autem aut sermonem non fatuosum exi
git sed scripturæ sacrosanctę potentia refertum, adeoque sentẽtijs, quacunque tandem
ratione profertur.

Dicit enim scriptura, Non obstrues os bouis triturãti: &, Dignus est operarius mercede sua.
Testimonia producit & applicat, alterum quidem ex lege, alterum vero Christi. Ani- Deut.
maduerte autem vtrinque, qui labor a doctore requiratur. Triturare nanque est labo- xxv.
riosus atque difficilius omnibus laboribus operibusque alijs. Quocirca oportet prę Matth. x
ceptorem instructũ esse ad suffocationẽ, ad necessitates ad labores. Dein quum ait. Ope
rarius, indicat quod hic non sint deliciæ quærendæ, & requies vel cessatio: nam ope-
rarius dignus est mercede sua, siue alimẽto. Ex superfluo enĩ hoc ostendit: nam si mer
cede dignus, quanto potius alimonia? Qui vero non est operarius, indignus est ijs.

Aduersus seniorem accusationem ne suscipias. Aduersus iuuenem potest accusatio
recipi, aduersus senem non item: quasi dicat, neque aduersus alios, maxime vero aduer Senũ dela
sus seniorem non suscipiatur accusatio. Non dixit autem non condemnes, sed ne sus- tores non
cipias omnino. etenim propter ætatẽ nõnulli adolescentium peccant. Presbyterum hic facile au-
C senio cõfectum appellat. diendi.

Nisi coram duobus aut tribus testibus. Quia multa ex suspicione iudicantur, Opor-
tet inquit, esse testes qui conuincant secundum veterem legem. Quid igitur si & illi
vani sunt & mentiantur? Raro sane hoc contingit, potest tamen hoc ab iudicio explo- Deute.
rari & videri. Solent autem & duo ad peccata testimonia adhiberi, eo quod clanculũ xvij
committantur. Quid autem si peccata sint in confesso, testes autem non habeant, sed so
lam prauam suspicionem? De hoc supra dixit, Oportet eos bonum etiam testimoniũ
habere ab ijs qui foris sunt. Supra. iij

Peccantes coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant. Hoc est, perseuerantes
in peccato, & quos inuenesis si inquiras & scruteris, argue vehementer & funditus,
non vt indignationem & furorem seu animum tuum expleas curesve, sed vt reliqui Matthi
castigentur terrore perculsi. Quemadmodum enim simpliciter condemnare, ex affectu xxviij
& sui amore prodit, hunc ad modum nocentes ac noxios non reprehendere pestilens
est, ad multos morbũ extendẽs. Quomodo igitur dominus dixit in euangelio, Si pec-
cauerit in te frater tuus, argue eum inter te & ipsum solum? Atqui & illum in peccatis Exod.
perseuerantem permittit publice argui. Quid igitur? num offendit publice coram oĩb⁹ xiiij.
reprehendi? imo e diuerso magis offendit si ab omnibus peccans agnoscatur, nec ar- Danie. iiij
guatur. Hanc ob causam deus Pharaonem & Nabuchodonosor, & plerosque

alios in medium producens puniuit, vt vita mortalium hisce exemplis emendetur.

Propterea testor coram deo & domino Iesu Christo, electisque angelis. Quum de multis D differuisset supra, hic quando de iudicio verba fecisset, testificatur, ac ratum vult esse hoc ipsum quod ait, valde horribiliter adductis in testimonium deo & angelis. Non enim quia Timotheus erat, reuerebatur eum Paulus, sed muniuit firmauitque eum.

1.Cor. ix Si enim de seipso dixit, Ne quo modo alijs, inquit praedicans, ipse reprobus inueniar:

Matth. xxiij multo magis de Timotheo hoc dicere non est veritus. Vocat autem testem patrem & filium, tanquam in futuro die defendere non possit si quicquam quod non deceat, praecipiat. At cuius rei gratia angelos simul assumit? eo quod angeli in futuro iudicio, domino futuri sint etiam satellites. Est autem & nobis in more & maiores & minores

Gene. xi. personas in testimonium accipere. Hanc ad rationem Iacob deum & aram in testem assumit. Quinetiam Moses, Testificor, inquit, coelum & terram. Adeo enim est mansuetus clemens dominus noster, vt & seruos in testimonium productos recipiat. Coram electis autem angelis dixit, quandoquidem & daemones sint angeli, sed reiecti.

Vt haec custodias citra praeiudicium, nihil faciens ad acclinationem. Hoc est, vt aequalis sis & idem disceptantibus vel litigantibus, vt non fiat praeiudicium, hoc est, vt nemo te praeoccupet, sibique adiungens & proprium faciens, sit in causa vt pro ipso sententiã feras, atque hinc iam decernas & praemonstres affectum tuum, priusquam alterius causam agnoueris vel audieris. Neq; facias quicquã secũdũ πρόσκλισιν, id est acclinationẽ seu affectum, vni parti acclinatus eique fauens. Quod si προκλήσεις per η scribatur, E retinebit eundem sensum. Fere enim hoc dicit, Si inuitet atque accersat te altera pars vt ei succurras, ne accesseris, neque eius inuitationi accommodes aurem.

Manus cito nemini imposueris. Venit ad peculiarius quoddam, & quod maxime episcopum continet, ad electionem videlicet. & manuum impositionem, inquiens: Ne celeriter, ne ex prima probatione, neque ex tertia, sed saepe & exacte explorans rem, non semel tantum. Quomodo vero, audi,

Neque communica peccatis alienis. Nam committendorum ab ipso flagitiorum tu causa es, propterea quemadmodum operum es particeps, sic & peccatorum. Insuper & praeteritorum peccatorum es reus, quod ea neglexeris, ac tenebras feceris lucem, nec dimisisti eum vt lugeret, atque ob commissa sua plangeret.

Teipsum castum serua. De tẽperãtia & modestia hic adhortatur eum, & pudicitia.

Ne porro aquam bibas, sed vino modico vtere, propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. Animaduerte quantos labores habens, adhuc seipsum contriuerit, afflixeritque aquae potu. Disce itaque non aegreferre si quis nos ad temperantiam inhortentur. etenim & Paulus Timotheo adeo aquam bibenti, vt & frequenter & grauiter decumberet praecipit de moderatione. Non dixit autem vino vtere, sed correxit, apponens modico, ad sanitatem, inquit, non ad delicias. feruida enim est iuuẽtus & adolescentia, facileque a vino permouetur & accenditur. Quare autem non curauit ipsum Paulus, qui mortuos etiam per sudaria excitauit? Vt etiamnum, si quando vide-

Actu xix mus sanctos affligi, non offendamur: & vt ne arbitremur veteres quo ad nostram natura exuperasse nos, verum vt & ipsos homines esse credamus: atque ne ipse etiam Ti- F

Chrysostomi liber de statuis. motheus ob virtutem extollatur. De hoc autem latius ac fusius disputatum est ab diuo Iohanne Chrysostomo in principio libri qui de statuis imaginibus inscribitur. Videtur autem natura fuisse languidus & infirmus Timotheus, nec solum ex stomacho, verumetiam ex alijs partibus & artubus laborasse: adiecit enim, & ob frequentes & densas infirmitates tuas.

Quorundam hominum peccata plana sunt, procedentia ad iudicium, quorundam autem & sequuntur. Quia de electionibus differens dixerat, Ne sis particeps alienorum peccatorum, verisimile erat ex aduerso inferre Timotheum, ac dicere, Quid si ignorẽ? hoc corrigens iam ait, Quidam aperte palam delinquunt, & committunt ea quae ad iudicium eos perducant, hoc est, inde iam condemnantia, ac ante ipsos praeeuntia quae & tu agnosces. Quorundam autem obscura sunt adhuc peccata, fortasse explorans deprehẽdes. Insequuntur enim, tale quiddam clam indica. licet igitur tibi hos obseruare in electionibus. Vel quia etiam si hic lateant, eoique elegeris, innocens & nullam

Pcta defũctos sequuntur. habens in ipsis causam, non fallent tamen illic aeternum iudicem. Non enim simul peccata dissoluuntur cum vita, sed sequuntur etiam defunctos. Magnus autem Basilius hunc ad modum intellexit, quod caput sit aliud ipsum per sese, nec pertineat

ad rationem de electionibus vel inuitationibus. Vt fornicatur quispiam fortasse, aut A furatur etiam, hunc peccatum ipsum derinet ac præcedit, ad iudicium trahens eum solum. Sic docet aliquis praua, perniciosæque sapientiæ institutionem dogmave profert, huius peccatum, ipsum insequitur. Non enim vna cum ipso extinguitur, sed post eum prodeunt corruptionis eius successores quod genus sunt Græcorum sapientes, quales sunt omnes qui præter ecclesiasticum dogma commentaria scripserunt. Dabunt autem isti pœnas, non solum quod ipsi sint seducti & errauerint, verumetiam quod sequentibus autores erroris extiterint.

Errorū autores dupliciter puniendi.

Similiter opera bona manifesta sunt, & aliter habentia occultari non possunt. Maximā hæc consolationem præbent recte agentibus, tum quod vel hic sint manifesta opera omnia vel bona vel mala, tum quod illic in futuro seculo cuncta sint futura nuda.

I. Cor. iiij.

CAPVT VI.



Vicunque sub iugo sunt serui, dominos suos omni honore dignos iudicent, ut nomen dei ac doctrina nō blasphemetur. Adhortare, inquit, seruos & institue, vt etiamsi infideles sint domini, obtemperent eis serui, omni honore cum verbis cum operibus eos dignos iudicantes. Ne enim existimes te liberum ideo esse, quia fidelis sis: liber quidem es natura, sed seruus es corpore, quod & ipsum est libertas, seruire nimirum pro nomine B Christi. Nam infidelis si conspexerit te contumacem, vituperabit verbum euangelii ceu seditiosos faciat. Sin cum gratitudine obedientem viderit, admirabitur potius verbum, ceu perficiēs seruiles mores alioqui non parum morosos.

Qui autem fideles habent dominos, non aspernentur quoniam fratres sunt, sed magis seruiant, quoniam fideles sunt & dilecti, beneficium rependentes. Nō enim quia fraternitatem nactus es dominum per baptisma, eum aspernaris, sed magis propterea seruias, quoniā fidelis est ac dilectus, hoc est, frater pro domino. Cogita porro in animo, quod benefactor tuus est, quod pro te angitur, & solicitus est vt te alat, vt vestiat, aliaque tibi necessaria curet. Itaque multum habet iuris in te præter hoc quod emerit te. Per hoc autem quod ait dilectus, eiicit metum, qui quum seruis insit, sæpe ad odium erga heros trahuntur: ac introducit in metus locum charitatem. Magis igitur seruiant, inquit, beneficium recipientes, serui videlicet. Per hyperbaton enim positum est quod dicit: per mediū enī iterū est, Quia fideles ad dilecti, subaudiēdū est domini. Vel simpliciter quēadmodū iacet textus, intelligēdus est: ἀντιλαμβανόμενοι, αὐτῶν, id est beneficiū permutātes, nēpe domini, cū solicite cogitāt quomodo seruis rursus beneficiū impertiāt.

Hæc doce & adhortare. Nedum opus est autoritate præceptoris, quæ in verbo doce aut præcipe indicatur, verumetiam mansuetudine, vt in verbo adhortare vel obsecra. Medicus enim est, qui nonnunquam emollientia, nonnunquam vero constipantia adhibet.

C *Si quis aliter docet, nec accedit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & secundum pietatem doctrinæ, inflatus est, nihil sciens.* Obserua ignorantiam ad dementiam quempiam perducere, atque adeo inflatum reddere, atque eum qui sanam & syncerans institutionem euangelii non recipiat, esse inflatum. Inflatio enim est tumor ægrotantis animæ, quemadmodum adustio vel inflammatio in corpore. Si igitur susciperes domini sermones, non inflareris: siquidem ille, dominus nimirum, seipsum exinaniuit, pedes discipulorum suorum lauit: ac dixit etiam, discite a me, quia humilis sum. Ille beatos prædicauit spiritu humiles, ille publicanum ex humili mente iustificatum protulit. Hæc quisquis non recipit, neque nouit, necessario inflatus est.

Ignorantiæ malū.

Philip. ij. Iohā. xiij. Matt. xij. Matth. v. Lu. xviij.

Sed languens circa quæstiones pugnasque verborum. Aegrotare igitur, est haud perinde necessaria quærere. nam vbi non est fides, ibi hic omnia languēt & ægrotāt, neque quicquā aliud atque pugnę verborū nascitur, eloquētiore & persuasibiliore alterū peruertere viso. Fides oculus est, qui non habet oculos, nihil inuenit, sed solūmodo quęrit.

Ex quibus nascitur inuidia, lis, blasphemia, suspiciones prauæ. Hoc est, praua dogmata e quæstionibus nascuntur. Tum enim blasphemamus, ac de deo quæ non sunt commoda suspicamur, quando ad quæstiones inciderimus.

Paradiatribæ. Hoc est, vana ocia. Diatribas enim ocia solemus appellare. Vel quo modo scabiosæ pecudum attritu suo, vel dum apud alias commorantur, morbo etiā

adeoque scabie bene valentes inficiunt, sic & illi alijs conuersantes atque cum ipsis conferentes, corrumpunt eos, D

Mente corruptorum hominum, priuatorumque ueritate, existimantium quæstum esse pietatem. Viden' quod verborum pugnæ turpem quæstum pariant? Etenim plures discipulos, quos ad sese pertrahunt, contentiosi adipiscuntur, atque excellentius pugnas verborum exercent, vt plures attrahant atque venentur.

A talibus desiste. Non dixit, collidere cum illis, vel reluctare eis, sed desiste, videlicet post vnam & alteram admonitionem. Homines enim pecuniarum causa dimicantes, quando in tuam sententiam adduces? Incorrigibiles igitur huiusmodi auersator.

Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Illi quidem existimant quæstum esse pietatem, est autem reuera quæstus, non quemadmodum illi arbitrantur, sed longe alia ratione, nō si quādo pecunias quis habuerit, sed siquādo nō habeat. Sufficiētia enī magnę sunt stabilesque opes. Proīde nō deficiant animo pij, si pecunijs destituātur.

Nihil enim intulimus in mundum, neque efferre quicquam possumus. Quæstum illum cui īcumbunt, ostēdit nullum esse: hic enim manet, nec nobiscum ex hoc seculo migrat. Itaque quid opus est nobis superfluis, si nihil nobiscū eo adducturi sumus? ἀντ' ἀρκεια

Pecunias nō habe requæ- sius.

Habentes autem victum & amictum his contenti erimus. Definit hic quæ sit id est sufficientia. Tantum, inquit, nos habere oportet, quantum opus est ad hoc vt alamur tantum, non vt genio indulgeamus ac deliciemur, ac eiusmodi vestes quę corpus contegant & amiciant, hoc autem & vulgare pallium faciet. E

Qui autem ditescere uolunt, incidunt in tentationem & rete. Adhortatur sumpto ab caducis huius mundi rebus argumento. Prætermitte, inquit, futura, sed quæ hic sunt tantummodo respice. Non dixit autē ditescentes, sed volentes ditari. potest enim quispiam pecunias habere, atque eas probe dispensare, quippe qui ast ... eas atque in vsum pauperum eroget, quod non est volentis ditescere. In tentationem autē & rete incidūt, quatenus ab fide aberrant, ac periculis obijciūtur, ob ... causa quęuis formidātes.

Et cupiditates stultas ac noxias. Quomodo enim non est stultū simias alere & æluros & belluas, ac pisces in viuarijs vel receptaculis concludere, equos exornare auro, intraque tectum aquam ducere, ac in solo seu pauimento domus tuæ faciem tuam seu in speculo contemplari ob radiantiam ac nitorem? Hæc stulta sunt sane ac noxia, quæ animæ diuitias lædunt, sensusque absumunt. Plerique autem tyrannidem affectantes sibi ipsis malum dederunt.

Quæ mergunt homines. Vt ne emergere quidem possint,

Ad perniciem & interitum. Et præsentem & futurum, uti dictum est.

Radix enim omnium malorum est auaritia. Neque enim viuentibus parcit, neque mortuis, sed hos quoque deprædatur: cum in parentes & fratres insurgit, ac quæ dei sunt spoliat. Tolle hanc e medio, & nullum bellum aut inimicitia aderit, neque erit fornicatio. scortum enim argenti causa sese prostituit.

Quam quidam expetentes, a fide aberrarunt. Non sinit enim in veritatis viam intueri auaritia, oculos ad seipsam retrahens. Quomodo enim credet paupertatem docenti euangelio, quæstui deditus & lucro? Minime gentium. F

Matt. xix

Confixeruntque seipsos doloribus multis, etiam in uita. Quantum enim lugēt, quantū lamentantur? Pulchre autem dixit, confixerunt. spinarum enim instar sunt diuitiarū solicitudines, perinde ac dominus dixit. Vnde si tetigerit has quisquam, manus cruētas faciunt, vulnera infligentes, atque dolores parientes.

Mat. xiij

Tu uero o homo dei. Ingens hæc est dignitas. Omnes quidem sunt homines dei, peculiariter vero iusti, nō sola creationis ratione, sed vedicationis etia, quod dominus eos sibi peculiariter vēdicet. Porro si dei homo es, ne quęras auersetia te ab deo. Sed quid aut?

Hæc fuge, sectare iustitiam. Vtraque cum exaggeratione protulit: Non enī dixit, Desiste vel delice, & accede, sed fuge & sectare: iustitiam autem, non circumuentionem, non auaritiam, quem admodum qui volunt ditescere.

Pietatem. Quæ est dogmatum.

Fidem. Quæ est contraria quæstioni.

Charitatem. Sanctam ac diuinam vitam, huius enim summa est dilectio.

Patientiam, mansuetudinem. A charitate, patientia & mansuetudo permanat: qui enim patiens est, longanimis etiam est.

Certamen bonum fidei certa. Hoc est, pro fide firmus ac stabilis persiste, per verbi

A potentiam, ac vitæ puritatem.

Apprehende uitam æternam. Ecce & merces & præmium, æterna vita, ad quam vocatus es: ad spem enim æternæ vitæ vocatus es.

Et cõfessus es confessionem bonam coram multis testibus. Hic fiduciam & fortitudinem eius commendat, vt qui in periculis confessus sit dominum Christum. Vel confessionẽ dicit, quæ in institutione baptizandorũ fit, qua profitemur nos defecturos ab Satanas, atque castra nostra ad Christum locaturos, vt plane ei adhæreamus. Animaduerte vero non solum confessione esse opus, verumetiam patientia, vt semper perduremus in confessione: certamineque vehementi opus est, vt ne vel auertamur vel vincamur. Confessionis & patientiç necessitas.

Præcipio tibi coram deo. Metũ augens, ac securiorẽ Timotheũ reddens, testem vocat deum, ostendens non esse humana præcepta, vt que testem iustum semper in mente gerens, memoria & recordatione eius animum permoueat.

Qui omnia uiuificat. Magna hæc est aduersus quæuis pericula consolatio ipsa resurrectionis recordatio, perinde quasi dicas, Ne metuas mortem, dei enim seruus es, qui potest omnia viuificare.

Et Christo Iesu, qui testatus est coram pontio Pilato confessionem bonam. Adhortatio est sumpta a doctore vno & summo Christo. Testatus est ille. debemus igitur & nos ipsum imitari. Interroganti enim Pilato, Tune rex es? respõdit, Ego in hoc natus sum & veni, vt testimonium dicerem veritati, multaque alia confessus ac testatus est. Iohan, xviij

B *Vt serues mandatũ immaculatũ & irreprehensibile.* Hoc est, ne aduersus dogmata vitç, labem quandam sibi ipse vel atterat vel aspergat.

Tantisper dum illuxerit dominus noster Iesus Christus. Hoc est, vsque ad obitum & exitum tuum ex hoc seculo. Atqui sic non dixit, verum interea vsque dum illuxerit vel apparuerit, vt magis ipsum excitet mentione facta gloriæ illius tremendç.

Quam apparitionem ostendet temporibus proprijs. Hoc est, conuenientibus, destinatis, ne igitur mœras quod iam non venias.

Beatus ac solus potens, rex regum, dominus dominantium. Et hæc consolationem præbent; ne ad hæc quæ in hoc mundo beata videntur, defigat oculos, verum ad illum potius, qui per sese est ipsa beatitudo, in quo nihil triste est aut iniucũdum: nec metuas qui hic sunt potentes & reges. Simul autem confirmat quod ostendet per apparitionẽ suam beatitudinem suam atque potentiam. solus enim potens est. Hæc enim omnia de filio dicuntur, solus autem ad discrimen mortalium, vel vanorum deorum, non sanctarum personarum.

Solus habens immortalitatem. Proprie enim ipse essentialiter habet immortalitatẽ: angeli autem etsi immortales sint, hoc tamen non natura, sed gratia possident, itaque non habent, sed participant.

Lucem inhabitans inaccessibilem. Nunquid igitur comprehensibilis est? Aliud ne lumen, & aliud ipse est? Atqui ipse per sese lumen est. Animaduertis quod si quicquam arduũ loqui velimus, lingua nostra sit impotens? Inaccessibilem autem dicit, C quam nemo accedere possit ob nimium splendorem.

Quem nemo hominum uidit, neque uidere potest: Secundum diuinitatem videlicet, nam secundum humanitatem visus est. Diuus autem Iohãnes Chrisostomus superiora quidem de filio, deinde quæ veluti cum excellentia ac primatu dicuntur, de patre omnia intellexit, etiamsi & filio & spiritui etiam conueniant.

Cui honor & imperium sempiternum. Amen. Si igitur semper est ipsi imperium, ne metuas, etiamsi nunc non ostendatur. Semper honor ipsi, ne igitur excidas animo; ne desperes, si nunc cernas ipsum contumelia afficit. Glorificare eum ac celebrare tantum possumus, nec decet nos curiosos esse i alios. Egregie autem hic Theologum agit, quũ enim testem vocasset deum, gloriam eius recenset, vt maiorem sibi demandatarum rerum curam gerat Timotheus.

Diuitibus in præsenti seculo. Sunt & alij diuites, verum non in hoc præsenti seculo, cæterum in futuro, iusti videlicet.

Præcipe non altum sapere. Dementiam enim & ostentationem diuitiæ pariunt.

Non sperare in opum incertitudine. Statim illos carpsit. Quid enim attolleris, inquit, ob diuitiarum incertitudinem, de re incerta, quæ facile permutari possit, & inconstanti?

Sed in deo uiuente, qui præstat nobis omnia abunde ut fruamur. Hoc est, aeterna.

aquam, annuas temporum permutationes & horas, cæteraque omnia, eaque in magna copia, etiãsi auaritia omnia sibi asscribat quæcũque ab deo accipit. Porro solæ futuræ D opes stabiles sunt. Hinc autem disces, quod deus omnem hominem diuitatem fecerit; quippe qui cuncta donauerit communia. Vanus igitur est qui vt pauper cõtristatur.

Omnis homo diues a deo factus.

Bonum operari, ditescere in operibus bonis Repete, præcipe eis bene operari, & quæ sequuntur. Si enim ditari cupis, in beneficentia, seu boni operatione ditare.

Vt faciles sint ad impartiendum. Hoc pecuniarum est.

Vt communicent. Illud est charitatis Per communicantes hic, societatis amantes, & humanos intellige, quibus cæteri despicatui non habentur.

Reponentes sibijpsis fundamentum bonum in futurum. Vbi fundamẽtum est, ibi omnia sunt stabilia, firma, & immobilia Quia vero virtus, & futuri seculi bona stabilia sunt; eam ob causam fundamenti meminit.

Vt accipiant uitam æternam. Bonorum enim operum peractio, quam & fundamentum nominauit, vitam æternam præbere potest.

O Timothee depositum serua. Hæc omnia, quæ ab me tibi sunt commissa, tanquam a domino prouenientia custodi, neque imminuas.

Deuitens prophanas uocum uanitates. Impuras nimirum & polluras. Vocum autẽ vanitates, matæologias seu vaniloquentias dicit. Est igitur vocum quædam vacuitas, quæ non sit propliana. Diuus autem Iohãnes Chrysostomus recẽtes quasdã ac nouas adhortationes, vocũ nouitates appellauit, καινοφωνίας per αι diphthongũ, non κενοφωνίας per ε legens & scribens, vt videtur. E

Et obiectiones falsi nominis scientiæ. Quando enim fides non fuerit, sed ab humanis cogitationibus omnia nascuntur, scientia non est, sed mentitur nomen. Obserua autem obiectiones quasdam esse, ad quas ne respondendum quidem sit, sed euertendæ sunt eiusmodi & excutiendæ, neque enim est quod cum talibus confligantur fideles.

Quam quidam promittentes, circa fidem inordinate se gesserunt. Necesse est eum qui humanas rationes sectatur, a fide excidere: fides enim rationes non admittit neque recipit. Opinor autem apostolum hæc dicere qui tum sic nominabãtur Gnosticis, omni impuritate repletis: propterea & prophanas nominauit καινοφωνίας ἢ κενοφωνίας, vocũ vel vanitates vel nouitates. Horum autem hæreseos princeps & autor fuit Nicolaus ex septem diaconis vnus.

Gratia tecum, Amen. Sigillum omnium imprecatur ipsi, gratiam videlicet dei, a qua datur etiam omne bonũ, & custoditur, qua & nos larga quoque fruimur, non perdẽtes bona quæ ab ipsa accepimus, sed cõseruãtes hæc per ipsam, glorificãtes iuxta Christum charismatum datorem, cum patre & spiritu, cui gloria in secula. Amen.

Scripta est ab Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

Theophylacti Bulgariæ archiepiscopi in posteriorem divi Pauli ad Timotheum epistolam enarratio. F

ARGVMENTVM.



Cur nam alteram hanc Timotheo epistolam scribit? Dixit sane, Spero me ad te venturum celerius, non contigit autem hoc, detinebatur enim ab Nerone. Animum itaque addit ei per literas, pro aduentu & præsentia sua. fortasse nanque affligebatur iam propter absentiam, tum propter onus episcopatus, Nam & magni viri ad ecclesiæ gubernationem labefactantur multis immersi vndique procellis, tũque maxime, quando vndique bella instant. Reuocat autem Timotheũ ad sese, quandoquidem proxime finem iam vitæ erat;

CAPVT PRIMVM.



A Aulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, secundum promissionem vitæque est in Christo Iesu. Ex ipso statim procemio excitauit eius animū. Non enim hic mihi pericula, inquit, dicas, nam illa nobis pariunt æternam vitam. Apostoli facti sumus vt moriamur, & viuamus in sempiternum. Ne enim quum audias præceptorem suū in periculis esse, turbetur potius, quam quod consolationem accipiat, propterea ipso statim principio eum consolatur. Si autem secundum promissionem est, ne quæras eam hinc iam. In Christo autem Iesu vita est, id est, cum Christo, vel quia ipse hanc nobis donat & continet. Sensibilis enim & corporea vita in cibo potuque, spiritualis autem in Christo consistit, ipse enim est nobis omnia. Vita sensibilis, & vita spiritualis.

Timotheo dilecto filio. Potest aliquis esse filius, sed non dilectus. Timotheus igitur dilectus erat propter virtutem omnino. Ostendit igitur ex hoc quod non veluti iratus ipsi, aut aliqua in re de ipso desperās, ipsū relinquat. Dilectus enī mihi es, inquit, sed vis & necessitas quę mihi ex Cęsare imminet, me remoratur quo min⁹ sim apud te.

Gratia, misericordia, pax a deo patre & Christo Iesu domino nostro. Quæ & prius, eadem etiamnum ipsi imprecatur. Lege igitur quæ in priore epistola sunt annotata ad hunc locum pertinentia.

B *Gratiam habeo deo.* Vides charitatis vehementiam & magnitudinem? Gratias ago, inquit, deo, quoniam diligens te memini tui. Hæc est vera dilectio, quando quispiam amicitia erga quendam exornatur & charitate.

Cui seruio a maioribus in pura conscientia. Quomodo ex pura cōscientia, quum ignorarit Christum primum? Aut igitur conscientiam hic vitam dicit, etsi enim Iudaizaret, puram tamen & honestam vitam ducebat: vel quia tum etiam quum persequeretur Christum, ex zelo persequeretur, & non ex humana ratione vel cogitatione, perinde ac plerique ob vanam gloriam hęresin constituentes, in qua conscij sunt sibi multi putoris & putredinis. Quod autem dicit, tale est: Ne suspiceris me alia cogitare, & alia dicere: pura est mihi conscientia vt semper, sic etiamnum. Non mentior igitur, quoniam amo te, ac semper memini tui. Pauli conscientia pura.

Proinde inexpabilem habeo circa te memoriam in precationibus meis nocte ac die, desiderans te videre. Gratias ago deo quod memini tui. Non simpliciter autem, sed in precationibus, die ac nocte deum interpellans pro te, vt impleas desiderium meum quod habeo vt videam te. Quomodo igitur priuatem meipsum tanta voluptate, si modo venire possem? Quur igitur manifeste nō dicit causam, quod retineatur impediaturque a Nerone, ne perturbet ipsum primum. In fine autem hanc causam reuelat.

Mentionem faciens lachrymarum tuarum, ut gaudio implear. Sic coordino: Desiderans te videre, vt gaudio implear: deinde per medium, recordatus lachrymas tuas. Et si enim natura ab amicitiæ charitatisque affectu alienus essem, lachrymæ tamen tuæ sufficiunt vt me flectant, quum ad memoriam mihi redeunt. Verisimile enim erat Ti-
C motheum a Paulo diuulsum, contristari magis, quam infantem ab mamma abstractum

Recordationem accipiens minime simulatæ in te fidei. Nō solum lachrymarum tuarum recordatus, desidero te videre, verum fidei etiam minime dolosæ. Magna enim hæc tibi causa est vt diligaris ab me.

Quæ primum inhabitauit in auia tua Loide, & matre tua Eunice. Aliud encomium, quod non ab infidelibus est, sed a fidelibus etsi ex Iudæis. Pater sane eius Græcus erat. Obserua hic quomodo lex cœperit dissolui huiusmodi factis iam tum matrimonijs.

Persuasus sum autem quod & in te. Quoniam maiorum bona siquidem nos tales simus, nos celebrant: sin minus, contumeliæ nobis loco sunt: propterea inquit, Maiorum fides etiam in te est, perinde ac satis edoctus sum. Merito igitur non fucatam hāc habes, vt quę ex maiorib⁹ vsq; tuis in te etiā fūdata sit, vt adeo nō possit cōcuti. Maiorū virtus.

Propter quam causam admoneo te exuscites gratiā dei. Quia, inquit, noui te non simulatā habere fidē, excito te, vt gratiā spirit⁹ quā accepisti ad prefecturā ecclesię, ad signorū operatiorē, & simpliciter ad omnē quæ scopo tuo cōueniat virtutē, vt hāc semper exuscites, ac virētē & floridā facias. Queadmodū enī ignis lignis īdiget, hūc ad modū gratia spirit⁹ op⁹ habet prōptitudine, & attentione & sobria mēte, vt sēper ferueat: vt nisi hæc præsto sint, extinguatur. Sic & alio in loco dicit: Spiritū nolite extinguere.

Quæ est in te per impositionem manuum mearum. Quoniam in te habitat ipsa gra-
i.Thes.x tia,quam accepisti quum imponerem ego tibi manus, quando episcopum te seligebã D
& consecrabam. Atqui ignem istum vehementiorem & maiorem effice; quod accepi
sti verbum,fiducia libertateque imple ac fortitudine,itaque ingenue.

Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed potentiæ. Hoc est non propterea
accepimus spiritum, vt submittamur, verum vt potentes simus aduersum tentatio-
Spiritus timoris. nes,& libere loquamur,magnam spem in deum collocantes.plerisque enim dat spiritũ
i.Reg. vij timoris, vt in Regum libris memoriæ proditum: Ac cecidit spiritus timoris super eos
hoc est,metum ipsis incussit.

Et charitatis. Tum erga nosipsos,tum erga proximum. Quod enim deum vt pa-
trem diligamus, ex spiritu habemus faciente nos clamare Abba pater. Nec excidere
vel decuti a proximi charitate, donum est ab diuina potentia factum; quemadmodũ
Rom. viij rursus offendi,est a metu & pusillanimitate. Verumtamen oportet & nos priores ostẽ-
dere quæ sunt a nobis ipsis:

Et sobrietatis. Vel vt sobrij sim⁹,& sani mẽte & cõstitutione,vt spiritũ ipsum ha
beamur eruditionis castigationisq; loco ac siqua nobis tẽtatio aduenerit,ad castigatio
nẽ seu ĩstitutionẽ illã ipsam recipiam⁹. Vel vt & alij sim⁹ castigatores & ĩstitutores.

Non igitur pudeat te testimonij domini nostri. Plerique ter miseri,humanis cogitatio
nibus explorantes quæ sunt vlta humani ingenij captum, ignominiam putant asse
uerare filium dei cruci affixũ esse,ignorantes quod per crucẽ hanc cõdemnatus homo E
adeoque reus,filius dei factus est. Te itaque,o Timothee,haud pudeat testimonij nec
non mortis Christi quam in cruce sustinuit,sed eo potius liberius loquere & cõfidẽter,
diuulgaque mortem illam. Non dixit autem ne metuas, sed ne verecũderis,ne erube-
scas,non pudefias,vt ostendat nihil esse periculi in re,sed solam ignominiam, quam si
contempseris,salua erunt extraque periculum cætera.

Neque mei uincti ipsius. Ne pudefias,inquit,si ego mortuos excitans,orbis terrarũ
doctor & præceptor,vinctus sim.nõ enim vt maleficus vinctus sum,sed ipsius Chri-
sti nimirum vinctus sum,hoc est,propter ipsum. Si enim ille crucẽ non erubuit,quo
modo me vinculorum pudebit?

Sed simul affligere cum euangelio. Hoc est, non simpliciter iudices te minime pu-
dere euangelij,verũ experientia & per opera ostende efficiarisque particeps Christi &
mei in ijsdem afflictionibus. Hæc autem & per superiora indicauit,dicens: Quoniã de
dit nobis spiritum potentiæ. Quid autem est, συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ, hoc est
simul adfligere,vt adflictionem patere cum Euangelio? an ne Euangelium adfligitur,
seu mala patitur? Atqui ita nũ habet,sed vel hoc dicit,compatere mihi,ac simul mecũ
affligere propter Euangelium: vel Euangelion appellat omnes Euangelij præcones &
mystas,æque ac in priori ad Corinthios. Simul igitur compatere afflictionibus quibus
diuexantur euangelij ministri. Fortasse autem curiosius afflictionem tolerantiãq; ma-
lorum Euangelij dicet impedimentũ & incredulitatẽ. Tu igitur vna pericula subito
cum adeo patiente Euangelio.

Secundum potentiam dei. Quia durum erat affligi vna, lenit ipsum quadam con F
solatione. Non enim,inquit,tua potentia,sed Christi,hoc facies: tua est quidẽ electio
& promptitudo,propensioque.

Qui seruauit nos, & uocatione uocauit sancta. Potentiæ dei signa ob oculos ponit,
Seruauit enim,inquit,nos,& qui procul eramus,vocauit ad seipsum,vt sanctos nos
faceret. Qui igitur nolentes seruat, multo potius volentibus succurret.

Non secundum opera nostra,secundum proprium propositum & gratiam. Nullo cogen-
te, nemine consulente; verum ex proprio proposito ac consilio vel prædestinatione,
hoc est,per sese ex sua bonitate motus.

Dei prædestinatio *Quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia*. Hoc est,præformatam,vt
priusquã vel ĩperiũ aliquod vel seculũ esset,daretur nobis per Christũ Iesum dominũ
nostrũ. Non parui autem momenti res, deum non ex postera vel consequenti quadam
deliberatione, sed priusquam conderetur mundus ac tẽpora hæc voluisse. Ait ergo:

Manifestata autem nunc per apparitionem seruatoris nostri Iesu Christi. Etiamsi enim
prædefinita erat gratia,nũc tamẽ primũ manifestata est, qñ illuxit & apparuit Seruator,

*Qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem uitam & incorruptibilitatem per
Euangelium.* Non enim te ipsa mors in nobis deleta ac destructa est,sed obuentu

ram nostri ex morte liberationē spectamus, atq; hanc spem euangelium rebus firmauit.

A *Ad quod positus sum ego preco & apostolus, doctorque gentium.* Cuius rei gratia doctorem gentiū etiamnū se appellauit? Vt Timotheo ostendat, oportere etiā ipsū gentibus conuersari, neque propterea decidere animo, sed me potius, inquit, imitaberis; qui propter euangelij præconium iam vinctus sum captiuusq; detineor, atq; hęc patior quod sim pręco gentium, non enim vt sceleratus seu malefactor hæc sustineo. Simul autem sermoni suo parit fidem. Nisi enim, inquit, credidissem mortem esse abolitam ac deiectam, næ haud eiusmodi paterer.

Sed non pudefio. Animaduertis quomodo operibus probet quod Timotheum docebat, ne puderet eum afflictionum.

Nouienim cui credidi, & persuasus sum quod potens est depositum meum seruare in illum diem. Deus bone, quanta hæc fiducia? quam indubitata spes? Non, inquit, sumque certo persuasus. Depositum autem, vel fidem ac prædicationem, quoniā ipse qui hæc apud me deposuit, Christus, eadem seruabit: omnia que patior, ne thesauro isto meo spolier. Vel fideles intelligit quos ipse apposuit domino, vel ad dominum deposuit: vel quos deposuit apud eū Christus, perinde ac alio in loco dicit: Appono vos domino, perinde ac si dicat, Non erubesco sperare me non paucos adhuc adducturum deo, quos & custodiet, neque prætermittet vt me eorū causa celebrem faciat. Vel depositum dicit mercedem seu compensationem laborum, qui enim boni quicquam agit

B veluti apud deum isthuc deponit, vt per ipsum coronetur.

Exemplar habe sanctorum sermonum. Pictoris instar depinxi atque expressi tibi eiconem & archetypum ad quem respiciēs & ipse, lineas ducere pingereque possis. Hoc exemplar, eam formam, hoc est, archetypum meorum sermonum habe: ac si quid pingendum fuerit, ab hac imagine sume, ac pinge, omnia enim illa reposita sunt in ea.

Quos a me audiuisti. Non per literas tantum, verum coram, ore ad os. Ne igitur mancas putemus epistolas, vel aliquid eis deesse, vt quæ non de omnibus tradiderint: multa nanque apostolus coram etiam commendauit, ac sine literis docuit.

In fide & charitate, quæ est in Christo Iesu. Hoc est, sermones mei, fidem & charitatē tradūt, hoc est, de doctrina & vita disserūt, ac si q̄s docere vel dicere oporteat vel agere quod virtutem spiret, hinc tibi petere licet.

Bonum depositum custodi, per spiritum sanctum inhabitantem in nobis. De fide, de vita deposita apud te, traditaque tibi percepta, vel donum seu gratiam quā accepisti quemadmodum supra dixit. Quomodo autem custodies? non humano robore, sed per spiritum sanctum, qui demoratur in nobis per baptisma: quam spiritum si seruauerimus, nec per sequemur prauis operibus, custodit & ipse nobis quęcūque ab deo habemus. Da igitur operam, vt custodias spiritum, & ipse rursus seruabit tibi depositum Nisi enim dominus custodierit vrbem, frustra vigilauit custos ipsius.

Nouisti hoc, quod auersi sint a me omnes qui sunt in Asia, quorum de numero est Phygellus & Hermogenes. Tentationes recenset, non vt deterreat discipulum, sed vt magis persuadeat, ne si in consimiles tētationes incidat, noua se pati arbitretur, sed æquo C eiusmodi animo ferat. Quum enim ab Nerone comprehensus esset, dereliquerunt eū omnes qui in Asia erant, hoc est, qui ex Asia Romæ tum præsentes erant. Pl.cxxvi

Det misericordiam dominus Onesiphori domui. Obscura hic diuus Pauli honestatem ac prudentiam & modestiam. Eos qui ab se defecerant, non execratus est, sed simpliciter rem gestam denarrauit. ei autem qui sui curam gesserat, imprecatur misericordiam dei, non ipsi tantūmodo, verūetiam vniuersę eius domui. Adeo enim virtute sulserunt, adeo præclare eos Onesiphorus instituerat.

Quoniam sępe me refrigerauit. Tanquam athletam quempiam squalore afflictionum detentum, refrigeratione me dignatus est, non semel, sed sępius. Hanc ad rationem & nos facere oportet: vndique ac semper iuuare, bonum aliquod exercentes: sic enim fiet vt participes pręmij eorum reddamur. Atqui de Paulo hic mihi verba, non facias, siquidem Paulus etiamsi neminem habuisset adiuuantem se permansisset tamen firmus. At fortasse si quis alius in tentationes labatur, haud perseuerabit, nisi habuerit sufful- cientem. Si igitur aliquis inuentus fuerit qui eum adiutet, eiusq; curam gerat, planum est talem victoriæ eius cōsortē fieri, quod si victoriæ, coronarum etiam, Nam & ij bellis apud veteres qui vasa custodiebant, æqualem cum militibus prædem sortiebantur.

Nec puduit eum cathenæ meæ. Vbique confusionem dicit aut pudorem vel igno-

neat, quum sit in militum ordine. At quanta dignitas est, militem esse Christi, quum
A valde arduam rem existiment quidam, terreni regis quempiam militem esse.

Nemo qui militat, implicatur uitæ negociationibus, ut imperatori suo placeat. Hæc ad omnes tam episcopos quam doctores dicta sunt. Significantem autem vim habet, implicatur. reuera nanque nexus & serpentes sunt talia. Negociationes porro dicens, tumultus ac turbas notauit, ab ipsis etiam vocabulis dehortans. Quid teipsum innectis? quid in turbas atque negotia teipsum inijcis & implicas? Solam militiæ curã, sic placebis imperatori tuo Christo, qui ad militiam te selegit.

Sin certauerit quispiam, non coronatur nisi legitime certauerit. Hoc est, non si certamen inierit, hoc satis est, neque si inunctus fuerit, neque si complicatus sit, nisi & alias de cibo potuque ac temperantia athletis sancitas leges obseruarit, atque eas quæ luctæ modum & morem respiciunt. Non enim simpliciter pro sua cuique libidine permittitur luctari, verum leges sunt hæc de re athletica. Hic Pauli sapientiam expẽde. Militis meminit, vt indicet quod ad cædem & mortes oporteat paratos esse. Porro athletę est, vt in omnibus perseueret, ac in exercitio semper viuat.

Laborantem agricolam oportet primum a fructibus sumere. Tertium hic exemplum profert, quód præceptori maxime est conueniens. Milites enim & athletæ paradigmata subditis etiam propria sunt, colonus autem non suipsius curam gerit, sed terræ, exiguamque compensationem accipit a frugum prouentu. Hunc ad modum præceptor
B non inutiliter laboret, verum præ alijs ipse fruetur suis sudoribus, Deo abunde mercedem ei reddente. Ne quis igitur ægro sit animo erga futuram quæ differtur compensationem ac mercedem: iam nunc, inquit, recipis, ac in ipso tibi labore est retributio. si nihil aliud, securitas certe animarum tibi ingens inde lucrum est. Nonnulli autem de honore doctrinæ exhibendo hoc dicunt, at non habet id locum. Animaduerte porro, quod non simpliciter agricolam dixerit, sed laborantem, hoc est, qui cæditur affligiturque, non qui simpliciter operatur.

Intellige quæ dico. Quia obscure quadam tenus omnia dixit de milite, de athleta, de agricola: intellige, inquit, Huius enim rei gratia hæc dixi, vt te exacuant atque excitẽt. Deinde imprecatur ei vt geruino filio.

Det enim tibi dominus intellectum in omnibus. Non solum in his quæ dixi, verumetiam in verbis & operibus.

Memento dominum Iesum excitatum ex mortuis ex semine David. Hoc dicit propter christi humiliatio.
hæreticos, Nam & tum fuerunt qui ignominiam arbitrabantur filium dei pati, ac proptera fortasse imaginationem & visionem induxerunt. Adeo enim humiliatus est deus propter nos, vt erubescant etiam homines talem tantamque humiliationem deo applicare. Producit autem ideo etiam hæc in medium, vt animum ei addat, ostendens quod & ipse præceptor noster Christus, per passionem & afflictionem vicerit mortem. Istuc inquit, recordare, & haud labefactaberis ad afflictiones.

Iuxta euangelium meum. Fuerunt enim quidam aliud euangelium prædicantes, ac qui non illis, verum euangelio est intendendum.

C *In quo affligor ad uincula usque, tanquam malefactor.* Iterum a seipso sumpto argumento consolatur discipulum, per hoc quod sese affligi dicit, & quod prauam opinionem adfert.

Sed uerbum dei non est ligatum. Ne quis dicat, Ecquæ est commoditas? quid vero mirum quod ligatus es? Ostende mihi lucrum, ostende mihi aliquid mirandum. Hoc est, inquit, mirandum, quia verbum non est ligatum. Nunquid enim sensibile opus est vt impediatur ligato corpore? Diuina res est verbum, deique verbum. Nobis autem ligatis solutum est & currit. ecce enim ligati scribimus & prædicamus: vidisti miraculũ vidisti lucrum.

Propterea omnia patior propter electos. En & istuc habet adhortationem. Non pro meipso enim patior, inquit, sed pro aliorum salute, non vt ego glorificer, sed vt alij. Qui vero sunt illi electi dei. Si igitur deus ipsos elegit, omnia oportet pati pro ipsis.

Vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu. Et ipsi, quemadmodum & nos, salutem consequantur. Quemadmodum propter nos deus passus est, vt seruemur, sic & nos patiamur propter illos. permutatio itaque hæc res est, non gratia. Præterea ne quis ei obijciat, Quid ais? Tu in vinculis periturus es & alijs salutis futurus es autor? Arrogãs es ostentator, inquit, Non hanc corporeã salutem dico, sed ea quæ

est in Christo Iesu, veram ac celebrem: corporalis enim salus est in gloria. Audi enim quæ sequuntur. D

Cum gloria æterna. Non solum vt seruentur, sed, quod maius est, vt glorificentur nobiscum in sempiternum. Quare etiam si ignominiam & pudorem habeant vincula, gloriam tamen præbent electis, eamque sempiternam. Quod si alijs, multo magis & mihi, qui hisce sum constrictus. Ne igitur mei causa contristeris.

Fidelis sermo. Quia plerique ambigunt de futura vita & gloria, dicentes, quãdo viuo, cum mortibus trador: & quando morior, viuam? idque genus alia: propterea stabilit ac firmat sermonem, inquiens: Fidelis sermo. qui & qualis? Quod electi celebrem & æternam salutem adsequentur.

Si enim simul mortui sumus, simul etiam viuemus. Confirmat idem humanis etiam rationibus. Nam & supra indicium dedit quum diceret: Memẽto Iesum excitatum ex mortuis. indicat enim quod post mortem resurrexerit. Quomodo igitur confirmat? Si ĩ tristibus communicamus, in commodis non porro? Atqui hoc ne homo quidem faceret, quanto minus deus, qui fons est iustitiæ & bonitatis? Mortem autem dicit quæ per baptisma est, ac passiones & tentationes.

Si sustinemus & conregnabimus. Non satis est semel in mortem se quempiam tradere

Mors ĩ baptismate. sed semper morti te obnciass necessum. In singulos enim dies, inquit, morior. Multa igitur patientia nobis opus est ad hoc, vt simul regnare cum Christo, nobis obueniat. E

i. cor. xv. *Si negabimus, negabit & ille nos.* Ex ijs quæ a contrario contingunt, confirmat rationem suam. Non enim in bonis tantummodo, verumetiam in malis sunt permutationes, compensationesque. Qui enim, inquit, negauerit me coram hominibus, negabo

Matth. x. & ego eum coram patre meo. Cogita autem tecum in animo, quãta sit ille passurus & in quantam sit verisimile calamitatem ipsum lapsurũ, qui ab Christo abnegatus fuerit.

Si increduli sumus, ille fidelis manet. Si non credimus quod resurrexit, nihil is inde læditur: ipse nanque verus & stabilis est, siue quid dicamus, siue non dicamus.

Negare seipsum non potest. Hoc est, non potest non esse, non habet naturam, vt id quod non sit, eum apprehendat capiatve. semper enim manet, etiamsi nos non confiteamur illum. Proinde non ad illum venit commoditas aut noxa, siue profiteamur ipsum, siue negemus, verum ad nos vtraque perueniunt.

Hæc adhortare. Ne quis existimet Timotheum ipsum habuisse opus hac institutione: Alios inquit, adhortare.

Testificans coram domino, ne sint uerborum intenti pugnæ, quæ ad nihil est utilis, cum subuersione audientium. Quia cupiditas huic rei inest, adeoque humana natura nunquã non cupit inquirere atque verbis contendere disputando de rebus Tu, inquit, testificare coram domino, ne sint contentiosi, hoc est, præcipe ipsis, in testem deum assumẽs vt sciant eum iudicem istorum fore, si ad dementiam prolapsi fuerint, qua ab sana do-

Verborũ pugna vitanda. ctrina excidant. Nihil enim commodat verborum pũgna, neque quicquam lucri habet, sed multum hinc detrimenti nascitur. Subuertitur enim fides auditorum, vt turris aliqua, a vectibus disputationum. F

Stude teipsum probatum exhibere deo, operarium qui pudefieri non possit. Interpretatur quomodo probatus fiat, nimirum si operarius sit, quem operis non pudeat, hoc est, si nihil eum eorum quæ ad pietatem pertinere videantur, facere pudeat. Sic enim probaberis apud dominum, quippe qui omnia eius causa sustineas, omnia opereris. Vbique sedulo mẽtionem facit pudoris, eo quod multis ignominiosa res videbatur crux Christi, ac prædicatio eius plebeia & rudis, tandem & ipsi apostoli viles & contempti habe

i. Cor. iiij. bantur, vt qui extrema paterentur. Tu igitur, inquit, ne rubore suffundaris.

Qui recte incidat uerbum ueritatis. Plerique enim diuellunt ipsum, quo volunt, distrahentes: tu vero ad id quod rectum est, duc. Vel quia non dixit, dirigat vel rectificet aliud quiddam nobis intelligere dedit per ὀρθοτομοῦντα. Veluti enĩ de pelle quapiam & corio superflua quædam & minime genuina continente, recte incidas vel disseces, inquit, hoc est: Disseca aliena ex præconio verbi, & excinde gladio verbi.

Vanas autem uocum inanitates fuge. περιΐστασο, hoc est fuge. Vbique autem diuus Iohan. Chrysosto pro κενοφωνίας, καινοφωνίας legit, hoc est, pro inanitates, ipse nouitates vocum legit & intelligit, studium nouandi vel nouarum rerum seu sectarum accipiens. Nonnulli περιΐστασο, pro statue abunde acceperunt, vt videlicet intelligant desistere atque prohibere, quod sane non conuenit huic loco.

A *Ad maiorem enim impietatem promouebunt, quorum sermo, ut cancer, pabulum habebit.* Malum est, inquit, quod retineri non possit, nec medicinam admittit: nam omnia vastat & perdunt incorrigibiles permanentes. Gangræna enim vel cancer, morbus est putredinem efficiens, adeoque circũcirca omnia depascens.

Ex quibus est Hymeneus & Philetus, qui circa veritatem errarunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, ac subuertunt quorundam fidem. Recte paulo ante dixit, ad maiorem impietatem promouebunt. Nã hoc solum satis periculi. uno plurimum impietatis habet, ac religionem Christi funditus euertit propemodum, quod de resurrectione disseminant: siquidem multa inde alia absurda nascuntur. Si enim resurrectio iam facta est, sublatum est iudicium, & retributio, cum boni hic retulerunt mœrores & afflictiones, praui autem per delicias hic scilicet ac voluptates puniti sũt. Porro quod deinceps boni est reliquum, si huiusmodi sint vicissitudines? Non dixit autem omniũ fidem subuertunt, sed quorundam, nempe debiliorũ, magisq; marcidorũ. Interea igitur

Solidum fundamentum dei consistit. Quod dicit, est huiusmodi: Non omnes subuersi sunt, sed instabiles tantum. nisi enim tales fuissent, nõ excidissent a fide, quẽadmodũ neque Adã ante insultum Satanę firmus erat. Nã qui Christo sunt affixi, ii certe firmi & immobiles. Obserua autem, vt & firmamentum ubi sit, idque solidum: sic enim teneri oportet fidem, hoc est, si fixe & solide in Christum credideris, solidum tuũ firmamentum, fides, non labefactabitur.

B *Habent sigillum hoc, Nouit dominus qui sint sui: ac, Desistat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini.* Hoc est, habens sigillum, haud secus ac lapis seu gemma quæpiam literas & insculpta sibi signa & indicia tenet, per opera artificis sibi conuenientia. Pari ratione tu signum isthuc habes, Nouit dominus, & quę sequuntur: hoc est, a deo sunt præcogniti, vt qui omnino ad eum pertineant, atque electi sint vt ne peruertatur cum marcidioribus atque putridioribus. Iniquitatem autem, errorem appellat in dogmatibus, vel simpliciter ab omni iniustitia. Qui enim iniustus est, non est ex fundamento, non est dei. Quomodo enim filius qui iustus est, non habet sigillũ. Expende autem tecum rectius. Quod si is qui nominat nomen domini, ab iniustitia desistere debet (nam qui non desistit, ne dignus quidem est nomen domini in os impurum sumere) quanta ergo integritas ab syncere Christianis requiritur? Non est enim formosa laus in ore peccatoris. Electorũ sigillum.

In magna autem domo non sunt sola vasa aurea & argentea, uerumetiam lignea atque testacea. Quia multi turbati quærunt quamob causam sint in mundo praui, aliis causis dimissis, nunc hanc reddit: propterea & in magna domo vasa sunt diuersa. Magnam autem domum mundum dicit, non enim ecclesiam: in ea enim nihil vult esse ligneum, sed omnia sunt aurea & argentea. Hic enim Christi corpus est, hic virgines non habentes maculam.

Et alia quidem sunt ad honorem, alia uero ad ignominiam. Aurea sane vasa, hoc est, virtutibus compti, ad honorem: lignea vero ac testacea, hoc est, scelerati, ad ignominiam seruantur. Non dixit ad vsum, vel abusum: praui enim et si ad virtutem nihil, ad mundi tamen constitutionem commodant, & ad quædam dei consilia, vt Pharao.

C *Si igitur quispiam purgarit seipsum ab hisce, erit uas in honorem sanctificatum.* Animaduertis quod non est naturæ, neque materialis necessitatis, vt manichæi dicũt esse aureum ac testaceum quempiam, sed voluntatis nostræ. Licet enim cuiuis seipsũ expurgare, hoc est, perfecte mundare a testacea ac lignea deliberatione aut voluntate, aureãque & argenteam efficere vel cõstituere. Paulus erat testaceus, sed factus est aureus: Iudas erat aureus, sed factus est testaceus. Atqui si testacea tenentur, quomodo alio in loco dicit, Habentes thesaurum hunc in vasis testaceis? Istum de corporis natura loquitur. quo modo enim testa nihil est aliud atque lutum torrefactum, sic & corpus nostrum nihil aliud est atque lutum animæ calore & calefactione viciatum. Hic autem de voluntate verba facit & consilio. Voluntatis nostrę libertas. ij. Cor. iiij.

Quod possit esse usui hero. Lignea igitur inutilia sunt ad præcipuum scopum domini dei, qui vult omneis homines seruari, etiamsi viciantur alia quadam ratione, vt dictum est, commendate. 1. Tim. ij.

Ad omne opus bonum paratum. Hoc est, etiamsi tempus vel oportunitas agendi non fuerit, attamen paratum ac præparatum erit, siue vt sanguine & vita Christum

tectetur, vt virginitatis statu sese deo dedat.

Iuueniles autem cupiditates fuge. Iuueniles cupiditates non solius fornicationis D
sunt, verum omnis absurda concupiscentia, vt siquis potestatem vel imperiũ expetat
si pecunias & diuitias: stultæ enim sunt eiusmodi cupiditates & imaginationes insta-
biliumque mentium. Reputa autem tecum, quomodo nonnunquam grandæuus ac se
nio confectus aliquis, iuuenilibus affectibus ducatur.

Persequere iusticiam. Per iusticiam, omnem virtutem complectitur.

Fidem. Veram & stabilem erga amatos cum affectione & propensione, perinde
quasi dicat, Ne sis infidelis & instabilis. Statim igitur infert.

Charitatem pacem cum inuocantibus dominum ex puro corde. Hoc est, illis fi-
de tantummodo, qui citra exulcerationem ac dolum inuocant dominum, pacificis, pu
gna carentibus, inuocantibus dominum: illis inquam conuersare.

Stultas autem & ineruditas quæstiones deuita, sciens quod generant pugnas.
Viden' quomodo nusquam non abducat ipsum a quæstionibus? non quod non abun-
de satis posset eas diluere atque cessare, poterat enim, verum quod inutile erat omni-
no in huiusmodi sese certamina inijcere, nihil enim boni ex eis proficiscatur, sed vel
pugnæ vel odia inde prodeunt. Hasce igitur deuita, stultas nimirum. Proinde sunt &
aliæ quæstiones, nempe de scripturis, quæ, non sunt fugiendæ, vt quæ non generent cõ
tentiones. Expende deinceps quomodo labantur ac nutent etiam illi qui in quæstio- E
nibus scripturarum dimicant.

Seruum autem domini non oportet pugnare, sed mitem esse erga omnes.
Infra. iiij. Id est mitem mãsuetum, Quomodo igitur dicit, Argue ipsũ cũ omni imperio & fundi
i. Tim. iiij tus? &, Nemo tuam adolescentiam aspernetur? Eo quod vehemens reprehensio tũ ma-
xime mordeat, quum cum mansuetudine contingat. Licet enim, licet vehementius cũ
mansuetudine carpere, quam cum asperitate ruborem inijcere.

Doctrinalem. Id est qui docere possit volentes discere. Hæreticum enim post vnã
Titum. iij & alteram admonitionem deuita.

Tolerantem mali. Hoc enim potissimum eum habere conuenit, vt expectet nimi-
rum conuersionem, ac semper quidem indicet malum & peruersitatem, non statim ta-
men excindat delinquentem. Considera enim quod sequitur.

In mansuetudine erudientem renitentes & aduersarios. Cum exasperatione nanque
& pugna haud quicquam commodorum cernere poteris tua anima, eo quod eum qui
velit aliquid commodum discere, operæ sit precium præ omnibus alijs amico esse af-
fectu erga præceptorem. Quomodo autem illum diligat, qui cũ exasperatus sit, tũ in-
iuria afficiat? Qui igitur dicit, Hæreticum hominem post vnam & alteram admonitio
nem deuita? Istuc inemendabilem dicit, quem nouit immedicabiliter ægrotare: hic au
tem illis loquitur, qui nondum omnem medicinam refugiunt: quod e sequentibus etiã
planum est.

Fortasse dederit eis deus pœnitentiam ad agnitionem veritatis. Fortasse, inquit, obueniet
eis correctio, & in melius animum suum permutabunt. Fortasse autem est de incertis F
ac dubijs. Proinde ab ijs qui palam medelam non admittunt, qui sunt inemendabiles,
abstinendum est: de quorum autem salute adhuc hæsitatur, correctio est tentanda. Por
ro hic tecum reputa, quomodo docens humilem mentis affectum, non dixeris, fortas-
se possis, sed fortasse dederit eis dominus resipiscere. Ac si quid fiat, domini isthuc est,
tu itaque ne attollere. Porro etsi cuipiam nos persuaserimus, ne existimemus quod ip-
si persuadeamus.

Vtque resipiscant ex diaboli reti. Hæc non de doctrina tantũ, verumetiam de vita in
tellige. In reti nanque diaboli sunt homines, non solum dogmatum causa, verumetiã
vitę. Quocirca & qui circa vitam vacillant, toleranter corrigendi sunt. Vt enim passer
etiamsi vna tantum parte, pede nimirum, contineatur, sub manu tamen est & potesta-
te eius qui rete laqueumve fixit: consimilem ad modum & nos, etiamsi non vtrisque,
hoc est, fide & vita detineamur, ex sola tamen vita in potestate diaboli sumus.

Suscitati ab ipso ad illius voluntatem. In errore, inquit, natant, sed capti ab deo sunt,
Comparatio pulcra ad illius voluntatem, id est dei: fortasse resipiscent ab aquis erroris. Voluntas autem,
dei est, non solum credere, verumetiam recte viuere. Quare de vita etiam hæc intelli-
ge, non solum de dogmatibus. Quidam autem viui capti ab ipso, hoc est diabolo, intel
lexerunt, & reliqua ad eundem modum.

CAPVT III.

A 

Oc autem noueris, quod in diebus nouissimis instabunt tempora difficilia. Quia non pauci scelerati temporibus Pauli fuerunt, vt ne propter huiusmodi perturbetur Timotheus praedixit ei: in domo magna, & quae isthic sequuntur, nunc vero ait tales etiam posthac futuros. Quinetiam temporibus Mosi, Iannes & Iambres fuerunt, quare non est hodie noua isthaec res, neque ad te vsque pertinget tantum, ne igitur, aegre feras. Tempora porro difficilia, id est, omnino praua. Non de diebus autem hoc intelligendum, quae enim dies malitia est? verum de, in diebus, prauis & rebus & hominibus. Nam & nos in consueto nobis sermone tempora dicimus mala, & non malos homines, ab rebus quae in iis eueniunt, atque hominibus. Supra ij. Tempora difficilia, & mala.

Erunt enim amantes sui. Statim quod omnium malorum est causa, ponit, nõ quę proximi sunt, sed quae sua tãtum ipsius, spectare, φίλαυτος enim ille est, qui se solũ iã cummodo amat: ex quo contingit, vt ne seipsum quidem tandem vere amet. Quemadmodum enim & in artubus, vnius quidem damnum ad reliqua etiam membra pertransit, & in aedificiis pari ratione: sic & in ecclesia qui fratrem suum negligit, seque tantummodo curat, seipsum etiam perdit.

B *Auari.* Quum dixisset radicem, infert speciatim & ab ea enatos ramos, quorum & primus & maximus, argenti est cupiditas, vel auaritia, perinde nanque ac ex charitate omne bonum, sic ex philautia, id est amore sui, omne malum prodiit. Charitati ea est opposita: nam charitas est lata, & vndique effunditur, philautia vero latitudinem eius in arctum constringit, & in vnum tantummodo contrahit.

Arrogantes. Hoc est aduersum homines superbientes & gloriantes, ostentantes.

Superbi, blasphemi. Procedente malitia, ad deum vsque iniuria pertingit. Quando enim aliquis aduersus homines arrogans fuerit, sibique omnem virtutem adscripserit opusque, & non diuinae gratiae, tum iam blasphemus est.

Parentibus immorigeri, ingrati, scelesti, ab charitatis affectu alieni, foederis expertes, irreconciliabiles. Idque non immerito: nam qui deum blasphemant, quomodo parentes venerabuntur? Qui autem parentes suos non honorat, erga oẽs erit ingratus plane. Huiusmodi autem impurus est & sceleratus, quoniam pietatem & id quod debet reiicit. Quinetiam a charitatis affectu sunt alieni. quem enim alium dilectionis affectu cõplectetur; qui benefactorem suum respuit? Et irreconciliabilis nemini reconciliatur, cum nemine foedus sancit, ne cũ ipso quidem benefactore.

Calumniatores, Hoc est, omnibus maledicentes. Qui enim nullius boni sibi conscius est, omnes alios criminatur, sibi ipsi hoc pacto consolationem quandam acquirere visus, quũ intelligit atque intuetur incontinentes lingua, venire, aliisque cunctis.

Non tranquilli. Animaduertis quosnam faciat amor sui & auaritia? belluas nimirum pro hominibus.

C *Non amantes boni.* Omnis boni hostes.

Proditores. Amicitiae.

Immodesti. Hoc est instabiles, nihil stabile habentes.

Inflati. Dementia impleti.

Amantes magis voluptatum, quam amantes dei. Necessario hoc sequitur, vbi nanque amor est delectabilium huius mundi, isthic diuinum desiderium non est.

Habentes quidem formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Hoc est, figuram & speciem quandam pietatis prę se ferunt, ac simulant tantũ, operibus autẽ eam negant. Obserua autem hic vim & virtutem fidei atque adeo neruos per opera mõstrari: merito igitur dicitur fine operibus esse mortua. Formam autem alio in loco apostolus de bono assumpsit. praeceptor enim formationem cognitionis, & scientiae habet, hoc est, fingit & format scientiam in discipulis. Iacobi ij.

Et hos auersare. Si in extremis temporibus erunt, quomodo dicit, & hos auersare? Verisimile enim est tunc etiam tales fuisse quosdam, & non cum minori tamen potentia, & copia, fuisse tamen, perinde ac si dicat, eiusmodi quales etiamnum inueniuntur, deuita, perinde ac infert, ex his sunt subeuntes aedes. Vel quia pestiferos dies, eos dicit diuus Paulus, qui obitum statim suum secuturi essent, in quibus Timotheus ad-

huc superstes futurus erat. Vel, quod etiam verius magnus ille Chrysostomus indicat, per Timotheum, omnes verbi ministros adeoque fideles adhortatur vt huiusmodi fugiant. D

Ex his enim sunt ingredientes domos. Impudentiam eorum indicat per hoc quod ait, ingredientes, vel subeuntes, tum adulationem & imposturã, quibus reuera sunt pleni.

Et captiuantes mulierculas, Non dixit decipientes, sed captiuas ducentes, ac tanquam mancipia vtentes. talis enim est qui decipitur, seruus nimirum. Obserua autem mulierum esse decipi, imo potius muliercularum. Proinde vir si in fraudem inducatur muliercula dici queat.

Cumulatas peccatis. Peccatorum copiam indicat, & inordinatam & confusam vitam, hoc est inhonestam. Non enim simpliciter mulieribus imponunt, nec enim natura est accusanda, verum habentes cumulum peccatorum, in laqueum inducunt. Qui em̃ nullius sibi boni conscius est, prauis doctoribus citra negocium obtemperat, seipsum consolans quasi non sit daturus pœnas ob perpetrata scelera.

Quæ varijs cupiditatibus aguntur. Pecuniarum videlicet, gloriæ, deliciarum, mundi muliebris, notat autem & turpes cupiditates. Obserua autẽ quod agendi verbo hic vtatur, tanquam de brutis pecoribus loquatur.

Semper quidem discentes, & nunquam ad agnitionem veritatis peruenire possunt. Venia itaque dignæ sunt? Nequaquam, sed venia potius illis deneganda. Quia enim seipsas peccatis accumularunt & cupiditatibus: excæcata est illarum mẽs. Quare quod non possunt discere, non est naturæ, sed voluntati earum adscribendum. B

Exo. vij. *Quemadmodum Iannes & Iambres restiterunt Mosi, sic & illi resistunt veritati.* Magi isti fuerunt Mosis temporibus. Vnde autem nomina horum norat Paulus, quũ scriptura non indicat? Vel citra scripturam tradita sunt per maiorum memoriam, & commemorationem: vel per spiritum sanctum verisimile est ea nouisse paulum.

Homines mente corrupti, reprobi circa fidem. Quando mentem quispiam perturbationibus, prauisque affectibus corruperit, tum reprobus efficitur circa fidem. Dixit enim insipiens, non est deus. Vnde? quia corrupti sunt, & execrabiles facti sunt in iniquitatĩbus Incorrupta igitur mens fidem recipit. Est ergo nauanda nobis opera, ne prauis af-

Psal. xiij.

Ezec. vij. flictiõibus corrũpamur, vt ne locũ apud nos inueniat fidei adulteratio, deprauatio ve.

Sed non promouebunt admodum. Quomodo igitur alio in loco dicit, ad maiorẽ impietatem promouebunt? Istic hoc affirmat, Orsi praua dogmata, non desistent ab impostura, sed semper magis noua inuenient: hic autem hoc dicit, quod non decipient neque atripient multos, verum etiamsi maximi impostores videantur, deprehendentur tamen Infert igitur,

Dementia enim eorum perspicua erit omnibus, perinde ac illorum etiam fuit. Si non adhibens fidem dictis meis, ex ijs quæ magis contigerunt, disce. Nam illi conuicti sunt, & reprehensi, quippe qui per vanam illusionem miracula ederent, atque seducerẽt spectatores, quum Moses reuera signa & prodigia ostenderet & operaretur. Quocirca omnis impostura ad tempus durat. F

Tu vero assecutus es meam doctrinam. Illi quidem tales sunt, tu vero nostra exacte nosti, ac tenes quod non sunt talia: nõ eni simpliciter apud memoratus es, enimvero es etiam sectatus, idest, longo apud me tempore permansisti, & oĩbus meis rebus attendisti animum: fortis itaque esto, ac resiste aduersarijs. Doctrinam, quod ad verbũ attinet

Conuersationem. Hoc de vita & moribus accipiendum.

Propositum Id est promptitudinem, adeoque virilem animæ constitutionem. Non enim dicebam solum, verum & faciebam.

Fidem. Hoc est, in doctrina veritatem & stabilitatem, vel eam fidem quæ in periculis non sinit desperare sed fidere deo facit, quod is nos sit erepturus.

Longanimitatem. Erga hæreticos. non enim tumultuabar, neque ciebam turbas, sed omnia & quemuis cum mansuetudine excipiebam.

Patientiam. Erga persecutiones.

Persecutiones, afflictiones Nedum, inquit, persecutionibus obnoxius eram, verumetiam patiebar. Quia vero hæc duo maxime perturbant doctorem, cum quod hæretici sint, tum quod afflictio immineat ceruicibus suis, de hæreticis multa sane disseruit persuadens Timotheo ne turbetur. Quod ad afflictiones attinet, suas ipsius calamitates recensens? narrat, discipulo animum addens hoc pacto,

Quales obtigerunt in Antiochia, Iconio & Listris. Antiochiam Pisidiæ dicit:ex Ly-
A stris autem erat Timotheus oriundus. Quam ob causam autem harum tantummodo Act. xiij.
meminit? Quia Timotheo notiores erant, vel alijs recentiores etiam afflictiones. Ob- &.xiiij.
serua hic, qui non hæc speciatim dicat: non enim demonstrationis causa, sed vt discipu
lum consoletur, hæc necessario scribit.

Quales persecutiones sustinui, & ex omnibus me dominus liberauit. Vtraque hæc in-
dicat Timotheo. Ego, inquit, pronus & paratus eram ad eas quas me sustinere opor-
tebat afflictiones, ac deus non deserebat me. Quare & tu sis pronus, sic futurum est, vt
non derelinquaris ab deo.

Omnes autem qui volunt pie uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Et hæc sane
maxima est consolatio, quid enim de me solo verba facio? Quotquot enim pie viuere
instituunt, & secundum Euangelium, persecutionem patientur. Persecutiones autem Persecuti
hic dicit non eas solas quæ ab incredulis imminent, sed afflictiones istas simpliciter, & ones Chri
mœrores ac dolores, quæ virtute cōpri sustinent. Tentatiōis enim locus est vita homi stianorū.
nis, iuxta diuū Iob: & qui angustum iter ingreditur, necessario premitur, vel affligitur Iob. xiiij.

Praui autem homines & uenefici promouebunt in peius, errantes, in errorem inducti.
Nihil angaris animi, si isti felicitate gaudeant, tu vero tētationibus quatiaris, sic habet
natura rerum. Nudatus es, exutus es ad certamen: necesse est igitur sudoribus te refer
tū esse. Stolidum est igitur in certamine ipso & lucta laxamētū quærere, Ac etiāsi vi
B deantur feliciorem habere successum, nō est tamen isthæc res successus, quod prosperi sint
in errore ac deceptione. Interpretās enim quid sit peius, dixit errare, & ī errorē induci.

Tu uero mane in ijs quæ didicisti, & in quibus certior es redditus. Tu autem, inquit, im
permutabilis esto, neque prouoceris ad iracundiam aduersum sceleratos, neque aduer-
sus hominem cuius orsis in iniquitate prosperi successus dantur. Non simpliciter au-
tem didicisti, sed fidelis es creditus, hoc est, cum certitudine didicisti. Proinde etiamsi
diuersum cernas ab eo quod credidisti, ne turberis: quandoquidem & Abraham audi- Gen.xxi.
to quoniam in Isaac vocabitur tibi semen, quum post hæc iugulare eum iuberetur, &.xxij.
non turbabatur.

Sciens a quo didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti. Duas causas adducit
propter quas oporteat eum impermutabilem permanere, vt adeo non moueatur a fir-
mamentis sententiam. quoniam non abs quiuis, inquit, didicisti, sed a Paulo perīde est
autem ac si diceret, a Christo: Et quia non heri aut nuper didicisti, sed ab infantia, ac
radices egit in te scientia pietatis: quare non permittet aliquid stulte facere, vt plerique
solent. qui enim scripturas perinde nouit vt oportet, nunquā peruertetur. Sacras autē
literas, diuinam appellat scripturam. Hoc porro est aduersus Simonē & Manetē, & o-
mnes qui veterem scripturam adeoque vetus testamentum prauum appellat.

Quæ possunt te instituere ad salutem, per fidem Iesu Christi. Non quemadmodum ex-
terna scientia hominē instituit ad fraudē & imposturas, & verborū pugnas, ex quibus
animę interitus prouenit, sic diuina cognitio, sed ea instituet ad salutem, qualem? non
C eam, quæ est per opera, non quæ per verba, sed quæ est per fidem Iesu Christi. Perdu-
cens enim sacra scriptura hominem vt Christo credat, salutem ei conciliat.

Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est. Quum non paucos consolationis Lectionis
modos dixisset, maxima iamnunc profert, quæ est ex lectione sacrarum literarum. sacrarum
Denunciaturus est enim ei quidpiam triste, nimirū quod instet sibi vitę terminus. Ne scriptura
igitur despondeat animum, qui orbetur commendatore ac præceptore suo: Habes, rum vtili-
inquit, scripturas, quæ mei loco te iuuare possunt. Solet autem hic queri ab nonnul- tas.
lis, quomodo dixerit: omnis scriptura diuinitus inspirata: nunquid igitur & Græco-
rum scripturæ diuinitus sunt inspiratæ? At vim facientes quidam huic loco, pūctum
interponunt ante diuinitus inspirata, dicentes, Omnis scriptura, quæ est diuinitus in-
spirata, illa est etiam vtilis. Oportebat autem eos nouisse quod supra dixerit, sacras
literas nosti. Ait ergo, quod omnis scriptura, qualis? de qua disputabatur, ac de qua dixit
quod sacra. Oīs igitur huiusmodi, diuinitus īspirata, & vtilis est ad oīa quę deīceps recēset

Ad docendum. Prodest nobis, docens nos si quid sit discendum. nihil enim est quod
non possit sacra scriptura diluit.

Ad redargutionem. Si vana sint arguenda, inde etiam fieri potest.

Ad correctionem, ad institutionem quæ est in iusticia. Si quid sit, inquit, corrigendum, si
instituendus quisquam, hoc est, audiendus ad iusticiā, hoc est vt iusta trāsigat, hoc etiā

e scripturis tibi præsto erit.

Vt sit perfectus homo dei. Correctio & emendatio fit ex scripturis, vt nihil bonorum desit homini dei. Quocirca si tu quoque velis perfectus esse & sanus, vel semper idem, neque in tristibus contractus, neque in cōmodis inflatus, quod euenire solet ijs qui instabili mente fluctuant, has habe consultrices (scripturas dico) pro me. Quod si Timotheo spiritus sancti pleno scripsit de lectione sacrarū literarū, quāto potius hoc nobis præcipit? obserua autē φ sine scripturis quisquā nō possit esse perfectus

Sacrarū literarū lectio necessaria.

Ad omne opus bonum consummatus. Non simpliciter bonorū operū particeps, sed cōsūmatus, hoc est perfectus, non ad hoc quidem, ad isthuc vero non item, sed ad omne.

CAPVT IIII



I.Tim.vi.

Estificor igitur ego coram deo, & domino Iesu Christo iudicatu ro uiuos & mortuos. Perterrefecit Timotheum quū supra dixisset, Præcipio tibi coram deo viuificante omnia: nunc autem horribiliorem facit sermonem: iudicij illius mentio ne facta. Illum enim, inquit, qui pœnas exacturus est, testē facio, quod neque hoc te celauerim. Viuentes autē & mortuos, vel peccatores dicit & iustos, vel qui iam abierunt ex hoc seculo, & qui tum relinquendi sunt viuentes: quidam autem & animas & corpora hic intellexerunt, B

Per aduentum suum, & regnum suum. Qui iudicaturus est inquit, in apparitione vel aduentu suo cum gloria & venturo regno. non enim adeo tum vilis & contemptus adueniet, vt antehac,

Prædica uerbum Quid est quod testificor? Prædica verbum, ne cohibeas donum & gratiam quæ in te est. Terreantur ergo hic qui non prædicant.

Insta opportune, importune. Veluti cum immoratione & instantia loquere, non semel, sed semper. Non sit tibi statum tempus, sed importune etiam, hoc est, quum in periculis fueris, & extra ecclesiam, loquere & prædica: & opportune, hoc est, quum in pace & extra trepidationem fueris, & in ecclesia. Opportunum enim & importunum iuxta opinionem multorū dixit. arbitrantur enim opportunitatem, quietem & laxationē importunitatem vero, tempus periculosum. Ac rursus opportunitatem doctrinæ vocat in ecclesia esse, importunitatem vero, extra hanc esse. Vel aliter, Ne expectes tempus lapsus, enimvero priusquam impinguat peccator doce,

Argue. Quum videris opus esse reprehensione, hoc est, quum videris peccantem, peccaturum, ne prætermittas.

Increpa. Postquam argueris atque demonstraueris eum deliquisse, tum increpa, id est, pœnam & supplicium impone.

Consolare. Obiurgatio similis videtur sectioni, consolatio vero pharmaco læto, Consolationis ergo pharmacum appone, vt ne sola sectio dolores vehementiores faciens, ad desperationem præcipitet. F

In omni longanimitate ac doctrina. Hoc ad omnia prædicta construe. Reprehendere nanque in longanimitate oportet, vt non omnibus simpliciter credas; & in doctrina, vt doceatur quomodo is peccauerit, & quodnam sit peccatum. Sic decet, operæque precium est doctores per longanimitatem increpare, nec tanquam hosti pœnā iniungere atque decernere, sed velut filio institutionem dare, & docere eum quisnā sit quæstus mulctę, quæve commoditas, Consolatio autem maxime opus habet longanimitate & doctrina, nec in vulgari longanimitate, sed in omni quæ omnibus in modis demonstratur, operibus nimirum, & verbis, & pecunijs.

Increpatione vt faciendæ.

Erit enim tempus, quando sanam doctrinam non sustinebunt. Priusquam ergo labefactentur, anteuerte eos. propterea & supra dixit, opportune, importune, tantisper dum obtemperent, omnia age.

Sed secundum proprias cupiditates sibijpsis accumulabunt doctores. Inæstimabilem doctorum multitudinē per verbum accumulabunt significauit, & propterea quod a vulgo deligātur, quod nihil pro ratione facit, sed eos, pueri qui cupiditatibus ipsius cōsentiāt, ac quæ ad voluptatē eius faciāt, tum dicāt, tū agāt, hos elegit, hos promouet

Prurientes auribus. Hoc est oblectati auribus, ac titillati, concupiscentes audire

Et a ueritate quidem aures auertent, ad fabulas autem conuertentur. Animaduertis φ
A non ueluti ex ignorantia errent, sed fuapte fponte. Auertent enim aures, inquit, & auertentur: malum itaque voluntarium eft. Hoc autem dicit, non vt mœrorem conijciat difcipulum, fed vt indicet ei, vt præfenti, quod formidine vacet, tempore vtatur quemadmodum conuenit pro neceffitate fua. Sin aduenerit periculofum, vt dextre ac ftrenue ferat, quemadmodum & Chriftus dixit, Tradent vos, & flagellabunt. Et idem ille: Poft abitum meum aduenient lupi graues. Matth.x. Act. xx.

Tu autem fobrius efto in omnibus, malum fuftine. Viden' quod propterea vt fobrius effet ac vigilaret, hæc prædixerit? perinde ac fi dicat, priufquam adueniat vaftatio illa, donec adfint lupi, fuftine affictiones, vel volunta-, vel inuit-, vt in tuto res tuas colloces.

Opus fac euangeliftæ. Proinde opus euangeliftæ eft malum fuftinere, cum quod ab fefe imminet, tum ab alijs.

Minifterium tuum certifica. Hoc eft imple. Tum itaque minifterium completur, cũ aliquis malum & iniuriam fuftinet.

Ego enim iam libor, ac tempus meæ refolutionis inftat. Non dixit facrificor, fed quod maius eft. Non enim vniuerfum quod ex victima eft, tribuitur deo, verum quod libaminis eft, totum ad deum refertur, illique totum adfertur.

Certamen bonum certaui. Quur Paulus hæc de fefe magna prædicat & gloriatur Non gloriatur, neque faftu turgidus hæc dicit: verum difcipulum fuum adhortatur,
B ne doleat fuper ipfo, quippe qui finẽ iam bonum affequatur, & ad coronas per obitum abeat. Quemadmodum fi pater emoriens confoletur filium affidentem fibi, atq; plorãtem dicit: Fili mi ne plora, bene vixímus, trophæa ftatuimus & ereximus, rex nofter magnas agit nobis gratias, poteris etiã tu admirari res ab nobis geftas. Eft enim planum quod hęc dicat pater, gnatum fuum laudibus excitans, vt haud ęgro ferat animo obitum. Confimilem ad rationem Paulus hic Timotheum confolatur, hanc veluti tefta mentum condens epiftolam. Certamen, inquit, bonum certaui, proinde tu etiam Timothee idem apprehende. Atqui hic cathena, hic vincula: bonumne id certamen eft o Paule? Næ, inquit, propter hoc ipfum quod vinculis & carcere teneor, bonum eft, propter Chriftum enim hæc fiunt. In certaminibus Olympicis multos dies tranfigunt mortales, & in vna hora coronam accipiunt: hic autem in perpetuum fplendor apud certantes perdurabit. Eapropter bonum eft ac delectabile certamen atque decorum.

Curfum confummaui. Ab Hierofolymis enim & circuitu eius, adufque Illyricũ; Curr rebat itaque innumera diffecans impedimenta, mortes, infidias, calamitates, perinde, quafi ab igni haberet alas, quibus celerrime omnia peruolaret. Roma.xv

Fidem feruaui. Haud pauca enim erant quæ hanc deprædari tẽtabant, minæ, mortes, fuauium rerum promiffiones, verum ipfe ad omnia reftitit, fobrius, femperque vigilans, ac furem obferuans.

Deinceps mihi repofita eft iuftitiæ corona. Sufficiebat fane quæ dixerat, ad confolationem, atqui præmia etiam hic apponit, vt eo excitet vehementius Timotheũ. Non Lucæ.xi
C enim dolere oportet, quod abeam coronam accepturus. Iuftitiam autẽ hic rurfus omnem virtutem appellat.

Quam reddet mihi dominus in illa die iuftus iudex. Non dixit dabit, fed reddet, veluti debitum quoddam & creditum. iuftus enim quum fit, omnibus laboribus mercedẽ definiet. Debitum itaque eft corona, propter iudicis iuftitiam.

Non folum autem mihi, uerumetiam omnibus diligentibus aduentum ipfius. Hic Timotheum ipfum rurfus excitat. fi enim omnibus, multo magis tibi. Quis autem diligit eius aduentum? qui digna eo tranfigit & operatur. Quare qui non tranfigit, non videtur diligere apparitionem aduentumque eius, imo deprecari etiã ipfum, ne digna operibus recipiat. Apparitio autem dicitur, eo quod a fupernis appareat, ac e fupernis oriatur. Ante vniuerfalem autem apparitionem eius, altera quædam eft, fecũdum quã feipfum dignis exhibet atque oftendit, fed non mundo. Et rurfus. Ego, inquit, & pater veniemus, manfionemque apud ipfum faciemus. Aduentũ Chrifti, quis diligat.

Stude uenire ad me celeriter. Quur ad fefe Timotheum vocat; maxime quum ecclefia Ephefina ei effet concredita cum tota illa gente? Quia vinctus detinebatur, & cõclufus erat ab Nerone, nec poterat ipfe ad eum venire, hanc ob rationem Romam illũ accerfit, volens fortaffe multa ei, priufquam mortem oppetat, commendare, ac velut apud ipfum deponere. Ioh. xiiij.

Demas enim me reliquit, diligens hoc seculum. Non dixit, vt te videam priusquam
ego moriar, vt ne perturbet eum, verum quia solus sim, nec habeam qui succurrat mi- D
hi vel adiuuet me in euangelio, da operam vt venias, Quid autem est quod ait, diligẽs
Seculi huius amor. hoc seculum, hoc est, amans ocium & laxamentum huius vitæ, hoc est, vitam pericu-
lorum expertem, ac quietis plenam: ac maluit potius domi suę in delicijs agere, quẽ me
cum affugi. Hunc, autem solum, accusat, non eo consilio, vt accuset eum tantummo-
do, enimuero vt nos fulciat atque confirmet, vt ne in periculis langueamus, simul au-
tem vt Timotheum ad sese citius pertrahat.

Et profectus est Thessalonicen, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam. Hos
non accusat iam, nam Titus ex admirandis erat admodum Euangelij ministris, adeo
vt Creta insula ei committeretur. Hi duo igitur, non veluti diligentes mundum hũc
abierunt, sed prædicandi forsan verbi gratia, vel aliam ob rem.

Lucas est solus mecum. Hic enim citra diuulsionem vellam tenebat Paulum, qui &
ij.Co.viij. Euangelium conscripsit actaque catholica. De hoc scribens Paulus, Cuius laus, inquit
est in euangelio per omneis ecclesias.

Marcum recipiens duc tecum, est enim mihi utilis ad ministerium. Non ad sui recrea-
tionem hæc dicit, verum ad ministerium Euangelij, Etenim in vinculis agens, non desi
stebat prædicare verbum. Timotheũ igitur non sumpsius causa vocabat, verum enim
Euangelij nomine, vt nulla perturbatio fidelibus nasceretur obitus sui tempore, mul-
tis eius discipulis præsentibus, prohibẽtibusque turbas & mœrorem, adhortãtibusq; E
& consolantibus eos qui eius obitum ægerrime ferebant, Et enim verisimile est homi
nes fuisse graues & autoritate magnos qui Romæ crediderant.

Tychicũ autẽ emandaui Ephesũ. Solus itaq; relictus, opus habeo præsẽtia tua

Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, ueniens tecum affer, & libros. Pal-
lium quoddam hic dicit, quod quærit, vt non habeat opus ab alio accipere. Vbique
multam prouidentiam facit, vt non indigeat alijs, Nonnulli capsulam hic intelligunt
in quam libri repositi erant. Quid autem libris opus habebat, migraturus ad deum vt
ipsos fidelibus leget, vel commendet vt eis suo loco vtantur.

Maxime membranas. Forsan commoda quædam continebant.

Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. Meminit tentationis huius non vt
A vilib⁹ & abiectis pati, durissimũ eum accuset, verum vt persuadeat strenue & æquo animo ferre, a vilibus & igloris nẽ
pe incredulis, adductas tentationes. Plerique enim a grauibus viris & magnis tentati
isthuc ferunt, consolationem habentes ipsam affligentium excellentiam: verum a vi-
libus & abiectis pati, vehementer angit. Propterea & Paulus dixit, multa mala mihi o
stendit, pro excellenter affixit atque vehementer Alias enim inglorij & ignobiles mi
nima pro multorum opiniõe curantes, si cœperint affligere eos aliqui, haud quaquam
patcunt, sed statim exulceratio eorum apparet.

Reddat ei dominus secundum opera eius. Confide, inquit, haud impugne hæc ei
succedent, sed redder ei deus, pro persoluet. Nam prophetia potius est, quam execra-
tio. Non tanquam sancti consentiant supplicijs, vel accurant, hoc ab diuo Paulo di- F
ctum est, verum quod verbi prædicatio indigeat impedientium se compressione & co
hibitione, tum quod & imbecilliores hinc plurimum consolationis recipiant.

Quam & tu obserua. Non dixit supplicio affice, aut puni, nam licebat per gratiam
spiritus facere hæc: sed obseruare, hoc est, secedere ac declinare ab eo iubet, Deo uindi
cta pœnamque relicta.

Valde nanque restitit nostris sermonibus. Hoc est, pugnat aduersum me, aduersa-
turque prędicationis meæ verbis.

In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me reliquerunt, Rursum
alias tentationes renarrat, vt acrius discipulum permoneat, Primam autem defensio
nem qualem dicit? Astitit primum Neroni, & effugit mortem, adeo vt ab eo etiam tẽ
Ac. xxviij pore prædicaret verbum. Postquam autem pincernam eius ad Christum conuertit, &
instituit in religione Christi, insania exęstuans Nero, obtruncauit eum. Tristitiam au-
Pauli cædes. tẽ indicat q ait, Oẽs me derelqiuerũt: perinde quasi dicat, domestici mei me prodiderũt
oĩq; cõsolatione destitut⁹ sũ, Quocirca & tu periculis cõprehẽs⁹ me exẽplũ tibi sume,

Non imputetur ipsis. Animaduertis quomodo parcat suis? At qui rem arduam ad-
miserant familiares atque domestici eius, adeoq; cooperatores, quum deseruerunt eũ:
Non enim iuxta habetur, ab externis & domesticis contẽni atque ab amicis, Attamẽ

A precatur ne isthuc imputetur eis, apud Deum videlicet, quum alias peccatū sit ingēs, ac dignum quod imputetur.

Sed dominus mihi astitit. En rursus consolatio discipulo. Statuit enim ante cōspectū quod deus non sinat eum grauia pericula sustinere, qui ab hominibus derelinquitur.

Et confortauit me. Hoc est, fiduciam dedit, nec permisit me occumbere.

Vt per me prædicatio mea impleatur. Obserua ingentem eius humilitatem. Nō.n. vt dignus sim eius dono, confortauit me, sed vt prædicatio per me impleatur, hoc est, stabiliatur, vel ad finem perueniat, & impleatur: quemadmodum si quis purpuram ac diadema regium gestet, ac per hæc feratur.

Et audiant omnes gentes. Hoc est, vt perspicua fiat & vbi gloria, & cura dei, circa prouidentiam mortalium.

Ac liberauit me ex ore leonis. Hoc est Neronis, Leonem hunc appellat, propter imperij robur, & inuictas vires. Animaduerte autem, quomodo propemodum in ipsas fauces leonis morti vicinus inciderit.

Et liberabit me dominus ab omni opere prauo. Tum quidem a corporali morte me extraxit, eripuitque. Quia vero satis prędicaui, venio in spem quod & liberabit me deinceps, non a morte quidem corporea, iam enim libor, cæterum ab omni peccato, hoc est non sinet me languere ac labefactari ad mortem, verum dabit mihi, vt ad sanguinem vsque resistam aduersus peccatum, quod est liberari ab spirituali leone. Maior igitur

B hæc salus est, quando videtur esse traditus in mortem, quam prior, quando euasit.

Et seruabit ad regnum suum supercœleste. Hoc est, eripiet me ex omni peccato, illic autem custodiet. Hoc enim est seruari ad regnum, in hoc mundo propter illud mori. Nā qui odit animam suam, in vitam æternā custodiet eam. Proinde ea vera salus est, quā do istic refulgeamus, & clari simus. Iohan. xij

Cui gloria in secula seculorum, Amen. En gloriæ facit more suo mentionem, quā per inde filio tribuit, vt patri, nam ipse est dominus.

Saluta Prisillam & Aquilam. Hi sunt qui Appollinem assumpserunt, instituerunt que ad quos & ipse Paulus perductus est, quorum frequenter meminit. Priore autem loco fœminam ponit, vt quæ in fide magis a fidei operibus enituerit, nam & Apollinem ipsa instituerat in fide: vel citra aliquod discrimen hoc facit. Salutationem porro texit partim vt consolationem præbeat, partim vt honorem & charitatem indicet per hanc ac quod maius est, multam gratiam per hanc impertiens. Sufficit enim vel sola beatitudinique illius Pauli salutatio, multa implere gratia salutatum. Act. xviij

Et Onesiphori domum. Hoc est, eos qui sunt in ædibus eius. Nam ipse Romæ erat, Paulo in vinculis seruiens, vt prædictum est. Per salutationem autē hanc & ipsos prō priores reddit vt taliam aggrediantur.

Erastus mansit Corinthi, Trophimum autem reliqui Mileti ægrotantem. Quia horum nondum meminit, etiamnū mentionem illorū facit, ostendens vndique iese destitutum, vt attrahat ad se Timotheum, quo celerius veniat. Cuius autē rei gratia non cura

C uit Trophimū ægrotantem? Quia non omnia poterāt sancti, Deo hoc faciente, vt ne homines, ipsos Deos faciant. Sic & Moses quum ex puero gracilis vocis esset, non sanauit seipsum, neque in terram promissionis ingressus est, vt ne deus existimetur. Hunc ad modum ille Paulus palam habebat. Miletus autem prope Ephesum est, Nō igitur quando nauigarunt in Iudęam, reliquerit ipsum Mileti Paulus, vel postquam Romam venisset, rursus in eas terras redierit, adfirmare haud possumus.

Stude venire ante hyemem. Quia vndique relictus sum, vt videre licet, matura aduētum tuum ad me. Non dixit autem priusquam moriar ego, triste nanque hoc erat, verum vt ne prohibearis hyeme, & non videas me videlicet, etiamsi hoc non sit dictum.

Salutat te Eubulus & Pudens & Linus. Hunc Linum tradunt nonnulli alterum fuisse Episcopum Romanorum ecclesiæ.

Et Claudia. Animaduertis quomodo & fœminę feruidæ fuerint, spiritusque sancti igni accensæ fuerint, & crucifixæ mundo. Nam illarū genus virili non est inferius, si velit, atque in rebus ad vitā conseruandā necessarijs plurimum conferunt & commodant humanæ societati, quippe quę domus curam susceperint, atque viros a curis liberent, quo liberius ciuilia negotia tractent. Quinetiam in spiritualibus temperantiam exercentes, magis possunt quam viri sanctificationem & puritatem exhibere, atque ieiunium, Adeo nihil est obstaculi fœminis ad virtutem, si modo velint. Mulierū commendatio.

Et fratres omnes. Non porro nomine tenus horum meminit. Quum igitur tot sint fideles, illorum duntaxat meminit nomine tenus, vt qui maiori splendore præ cæteris luceant, ceu qui excesserint iam ex huius mundi rebus, feruentioreque sint spiritu.

Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Ne doleas, inquit, quod discedam, dominus enim tecum est. Nec dixit tecum, sed cum spiritu tuo est. Duplex est auxilium, alterũ gratiæ spiritus, alterum Dei succurrentis ipsi. Præsertim autem hoc subobscure indicat, tum nimirum dominum esse nobiscum, quando spiritum eius nobiscum habuerimus, non abigentes ipsum per malitiam.

Dñs quã do nobiscum sit.

Gratia nobiscum, Amen. Sibipse tandem etiam imprecatur, vt semper sint grati, deoque bene placeant, gratiamque apud ipsum inueniant. Perinde ac qui imperatorẽ cernit, apudque eum gratiam habet, nihil tristitiæ sentit: hunc ad modum si amicis destituamur, & in pericula incidamus, nullius sensum percipiemus, ac nihil acerbi plane sentiemus, illius gratia nos muniente firmanteque. Hoc autem alia ratione contingere non potest, quam si placẽtia domino operemur, æque atque illi in ædibus apud heros suos gratiam inueniunt, qui gratia ipsis persequuntur. Hac ratione vnusquisque nostrum gratiam habebit apud communem dominum, si quæ illius sunt curemus. Sic & illius prouidentiam per omnia consequemur, Ipsi gloria in secula, Amen.

B

Scripta est ab Roma ad Timotheum secunda, quum Paulus iterato Cæsari Neroni sisteretur.

Theophylacti Bulgariæ archi

EPISCOPI IN DIVI PAVLI AD TITVM EPISTOLAM ENARRATIO. ARGVMEMTVM.



Nter omnes qui Paulo inseruierunt, & cum ipso fuerunt, probatissimus erat Titus, & episcopus propterea Cretæ magnæ illius insulæ electus erat, totque Episcoporum cũ iudicium, tum ordinatio ei demãdata erat. Porro quæ desint replere ipse, ceu omnino probatus, par hanc iubetur epistolam, quam scripsit ei Paulus priusquam vinctus teneretur, atque adhuc extra metum consisteret. Nusquam autem tẽtationum hic meminit, vnde hæc mihi videtur prior esse ea quam ad Timotheum dedit: nam illam scripsit quum proxime finem esset. Frequẽter autem hic gratiæ meminit, qua seruati sumus, sufficientem isthanc consolationem esse sciens. Qui enim apud sese reputat quisnam olim fuerit, quantis sit beneficijs donat⁹ ex dono & gratia, dabit operam omnino, ne ad iracundiam prouocet benefactorem. Conuertitur autem & in Iudæos. Ne mireris, inquit, si vniuersum Hebræorum genus iniurium sit aduersus te: Non n. vt iniuriam inferat, cæterũ vt amans Dei & zelatrix ea gens hoc facit, perinde ac Christus innumeris modis increpabat scribas, non sui nomine, sed quia alios perdebant. Breuem autem conscribit epistolam, vt vel hinc Titi virtutem discamus, quod huius modi non habeat opus multis verbis, sed veluti admonitione tantum.

C

Mat. xv, & xxiij.

CAPVT PRIMVM.



AVLVS *seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi.* Indiscriminatim hæc ponit, alias quidem seruum Christi, apostolum autem dei, nunc vice versa seruum dei, apostolum autem Christi sese vocat. nullam enim nouit differentiam inter patrem & filium.

Secundum fidem electorum Dei, & agnitionem ueritatis, quæ est secundum pietatem. Multipliciter hoc intelliges, vel quia apostolus sum, vt electi per me credant: vel quia a postolo mihi commissi sunt fideles, non quia operibus id

meruerim, verum quod placuerit ita deo,vt crederet mihi electos suos. Quocirca
A totum est gratiæ eius qui concredidit mihi,quod legatione fungar:nec quia dignus sũ sed propter electos accepi dignitatē authoritatēque hãc. Deĩde vt ostẽdat & nos quicquam adferre,intulit,& agnitionẽ veritatis,hoc est,eo quod agnoui veritatẽ conditoris,ac dogmatis huius,& verbi quod mihi cõmissum est per ipsum. Imo vero ne agnitio quidem nostra est,sed eiusdẽ ipse etiam autor est. prius enim præcogniti,sic agnoscimus. Vel quia credidi,perinde ac reliqui electi, agnouique veritatẽ. Ad discrimen porro Iudaicarum cæremoniarum,dixit veritatem. Illæ nanq; non sunt veritas, neque tã mendaciũ,verũ typus & vmbra sunt. Et quia nos electos dicit,istos sane tollit. Etsi enim olim illi fuerunt electi,iam tamen non sunt. Obserua autem primo loco fidem occurrere,deinde ab hac cognitionem emergere,non a rationibus. Porro quum dixisset veritatem,secundum pietatem adiecit,eo quod in mundanis rebus vera sit cognitio, Exempli gratia:nouit aliquis vere georgica,rationem colendi agri,vel extruendi ędes de illa autem veritate ei hic non est sermo,verum de ea quæ est secundum pietatem.

Cognitio a fide est, non a rationibus.

In spe uitæ æternæ. Denumeratis beneficijs quibus in præsenti seculo nos exornauit deus,recenset simul iam,quæ in futuro bona daturus sit. Siquidem ipsa veritatis cognitio magnæ nobis beneficentiæ loco est,liberans nos ab errore. Is vero pro hac ipsa compensationem nobis largitur,vitam æternam. Quia enim agnouimus ipsum,vitam pariter sempiternam firmiter speramus. Animaduertis qui ex ipso statim exordio,
B beneficia dei recenseat,vt & ipsum episcopum atque adeo discipulos, etiam alacriores promoresque reddat, quo placeant benefactori. Porro quum ait in spe vitæ æternæ, Iudaicos ritus discutit, & quassat. Nam illi præsentis vitæ bona pro mercede habebant.

Quam promisit,qui non mentitur deus,ante tempora secularia, Si verax est,si non mẽtitur,omnino dabit quę promisit,etiam post mortem. Ab æterno autem hæc ita decreuit,nec eum huius decreti pœnitebit. Neque quia Iudæi Christo non accesserunt, propterea nobis tanta bona dedit,verum a supernis & æterno sic destinatum erat,ac antequam mundus & tempora conderentur,dilexit nos. Est autem ingenuitatis,& ingenuitatis nostri demonstratio,quod a principio nos dilexerit.

Manifestauit autem nunc temporibus suis uerbum suum in prædicatione. Ne quis dicat,quur distulit impertiri quæ ante secula præfiniuerat ac destinarat? Diuini consilij sui causa,inquit,& vt opportune istuc faceret. Tempus enim, oportunitatem etiam, scriptura vocat,vt illo in loco,Tempus faciendi domino. Proprijs itaque temporibus id est conuenientibus,opportunis,ac debitis. Quid autem manifestauit? Verbum,inquit,suum,id est euangelium. Quomodo? in prædicatione,hoc est manifeste,cum libertate ac fiducia. Qui concionatur,neque adijcit quicquam,neque adimit:sic & nos,quæ nobis iniuncta sunt,prædicamus tantum quidem coram omnibus aperte,palam,ęque ac Christus dixit,Prędicate super tecta.per locum & modum,dogmatis libertatẽ commendans. Obserua autem,quod rerum consecutio sic requirebat dicere, Manifestauit
C autem temporibus suis ipsam,hoc est,æternam vitam:verum is sic non intulit,sed manifestauit verbum suum. Et non immerito,nam Euangelium omnia complectitur,etiã ea quæ in præsenti nobis tempore data sunt,vt pietatem,fidem veritatis,& quæ in futuro nobis euenient,seu vitam æternam. Quidam autem per verbum ipsum filium intellexerunt.

Tempus, oportunitas.

Matth. x.

Quod creditum est mihi,secundum mandatum seruatoris nostri Dei. Quæ prędicatio,inquit, mihi concredita est. Si igitur mihi concredita est,preciũ sane fuerit operę,non indigna me sapere vel cogitare eo qui tanta mihi concredidit,neque affligi,neque ægre ferre; vel iniquo esse aio erga id quod mihi creditũ est. Quin etiã secundũ mandatũ, hoc est pro eo quod est,Inuitus ista cogor facere. Res enim quæ transiguntur, nõnullæ ex mãdato fiunt nonnullę per adhortationem:quemadmodũ,Reconciliare fratri tuo mandatum est,& qui non facit isthuc,punitur. Quod vero ait. Vende omnes tuas facultates:&,Qui potest capere;capiat:adhortatio est,& qui nõ facit,nõ punitur. Mihi igitur inquit,credita est prædicatio verbi per mandatum,itaque me isthuc persequi necessarium est. Væ enim mihi,inquit,si non euangelizem. Neque est ambitionis hoc,neque cupiditatis regnandi,sed necessitatis. Cuius vero mandatum est? seruatoris dei. Proinde quum deus seruare nos volens hæc egerit,quomodo non inseruiam ei ad salutiferum

Præcepta quędam sunt,quędam consilia.

I. Cori. ix.

isthuc opus?

Tito genuino filio. Potest etiam aliquis esse filius, sed non genuinus, quemadmodũ Christianus si fornicetur, aut auarus sit, vel circumuentor, filius quidem est, quatenus ex baptismate renatus est, non genuinus autem, postquam indigna parte committat. D

Secundum communem fidem. Quum Titum filium nominasset, ipse patris adsumpto officio, hunc honorem rursus imminuit. Nulla inquiens in re te excello, teve maior sum, quod ad fidem attinet: communis enim est, & per ipsam natus sum, & ego & tu. Quomodo igitur filium ipsum vocat? Vel ideo, vt ostendat paternum sui erga ipsum affectum vel quia ipse ipsum baptismate tinxerit. Quatenus enim eadẽ vtriq; fides, fratres sunt inter sese: quatenus vero Paulus Titũ baptizarit, pater. Quod igitur ait, iuxta communem fidem, fraternitatem indicat.

Gratia, misericordia, pax, a deo patre, & domino Iesu Christo, seruatore nostro. Ex hoc etiam fraternitatem denunciat, cum ait, ex deo patre, excitatq; Titum, vt recordetur cuius sit filius, nempe dei. Animaduerte autem hic, quomodo quæ vulgo ex optet, eadem quoque imprecetur episcopo ac doctori. Magis enim ipse gratia dei indiget, vt qui multa onera baiulet: & misericordia, vt qui multorum sit reus: & pace, vt qui innumeris turbis, bellis, ac tumultibus impetatur. Nam vnum opus strenue peractum, vnaque actio & virtus, episcopum ad cœlum ducit, & vnum peccatum eũdem ad inferos deducit.

Huius rei gratia reliqui te in Creta, ut quæ desunt, corrigas. Perinde ac in domo alius aliud quiddã agit ex ijs qui ministerijs præfecti sunt, nec enim omnes eadẽ agere possunt, hũc ad modũ apostoli alij aliã terrarũ orbis partẽ distribuerũt, omnesque operabantur. Hoc igitur & hic tacite indicat, quum dicit: Reliqui te in Creta, vt illic interim Titus operetur, dum Paulus alio proficiscitur. Animaduerte autem quomodo non erubescat, neque vereatur scribere discipulo, vt corrigat a me prætermissa. Ad publicum enim commodum spectabat, non ad priuatum honorẽ. Obserua porro quomodo quæ labores habebant & certamina, ipse per sese transigebat: quæ autẽ vel honorem vel laudem proferebant, hæc discipulo committit, episcoporum nimirum electiones, & alia quæcunque maiori perfectione indigebant. E

Et constituas per ciuitates presbyteros, quẽadmodũ tibi iniunxi. Episcopos hic presbyteros etiam vocat, vt & in epistola ad Timotheum. Per ciuitates autẽ, inquit. Noluit enim vniuersam insulam vni commissam esse, sed quodlibet oppidum proprium habere pastorem. Sic enim & labor leuior est, & cura exactior.

Si quis est inculpatus. Si ab accusatione liberam vitam ducit, si nemo eius mores sugillauit. Si enim lumen, inquit, tenebræ sunt, ipse tenebræ quantæ?

Matt. vi.

Vnius uxoris maritus. Vt hæreticorum ora compescat, qui nuptias criminabantur, recipit ad episcopatum matrimonio iunctum. Adeo enim preciosa res est matrimonium, vt possit cum eo ad sanctum thronum, episcopalemque sedem ascẽdere. Vt autem petulantes ac lasciuos cohibeat: vnius, inquit, vxoris maritus. Qui enim nullã seruauit beneuolentiam erga eam quæ obijt, quomodo ecclesiæ bene præerit? Oportet autem episcopum irreprehensibilem esse. Digamus autem non est inculpatus, etsi hoc mundanis legibus placeat. F

Matrimonium episcopatui, non repugnat.

Liberos habens fideles, non in accusatione luxus, aut inobedientes. Nam qui proprios liberos non instituit, quomodo alios formabit? Planum enim est, si primum bene ac sedulo educasset erudijssetque pueros, non essent inobedientes facti. Non enim natura sunt peccata, vt tantam parentum in liberos curam & pietatem exuperent. Non dixit autem simpliciter intemperantes, sed vt ne omnino quidem aliquam luxus ac intemperantiæ accusationem habeant, neque ex suspicione quadam praui sint.

Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse tanquam dei dispensatorem. Quomodo deus ipsum propriæ domui præfecit, locum dei obtinet, oportet igitur ipsum vndique, esse exactum & inculpatum.

Non sibi placentem. Mundi huius principes, etiam in inuitos dominantur, propterea amore sui, & complacentia, vt eo verbo vtar, feruntur, aguntur que. Episcopus autem voluntariorum dominator & princeps, sibi placere non debet, neque sui esse amans, vt suo consilio & voluntate citra subditorum sententiam omnia agat. Nam tyrannicum hoc.

Non iracundum. Amorem sui necessario iracundia comitatur, a qua deinceps episcopo etiam abstinendum. Quomodo enim alios instituet ut sibi ab affectu hoc prauo temperent, qui se ipse non erudit?

A

Non uinolentum. Hoc est, non iniurium. Quid enim apud eum iniuria faciet, qui alios terrere debet, inobedientes nempe, gehennę etiam interminatione, ne sint iniurij?

Non percussorem. Neque manibus ferientē, neque amarulentis verbis & exasperatis importune. Medici enim officio fungitur. Porro medicus curat ictus & vulnera; non ipse etiam verberat.

Non turpilucrem. Hoc est, magnum pecuniarum contemptum ostendentem. Omnis enim quæstus etiamsi iustus fuerit, turpis est episcopo.

Hospitalem. Non solum quæstum non inquirentem ab alijs, sed sua etiam peregrinis & hospitibus impertientem. Quæstus ōis turpis episcopo.

Amantem boni. Modestū sic dicit, & mitem, & moderatum, non inuidentem alijs.

Sobrium. Hoc est, purū, iustū, quod ad homines videlicet, nō respiciētē personas.

Pium. Hoc est colentem Dei, nihil in rebus ad Deum pertinentibus omittentem & cui in hisce nihil desit.

Continentem. Non solum in cibis, verumetiam linguā, manu, oculis. nam si his impudicis & prodigis dominetur, atque ea cohibeat, vere domum est continens.

Retinentem, qui est secundum doctrinam, fidelem sermonem. Hoc est, curantem, opus hoc habentem in hoc incumbentem. Fidelem autem dicit, hoc est verum, vel per fidem traditum, & non a rationibus humanis vel ratiocinationibus dialecticis. Eam ob rem dixit, qui est secundum doctrinam, indicans quod citra externam sapientiam verbum Dei docere possit. Non enim opus est fastu verborum, sed scripturarum peritia, sententiarumque grauitate ac potentia. ex his enim verbi doctrina prosperior redditur, quemadmodum & ipsius Pauli.

B

Vt potens sit & adhortari in doctrina sana, & contradicētes arguere. Hoc est, vt suos & domesticos fidei custodiat & fulciat, hostes vero arceat: vt si neque cum hostibus dimicare, neque captiuum ducere omnem intellectum ad obedientiam Christi, neque suos consolari & adhortari possit, pseudepiscopus sit. Nam alias virtutes in alijs sub episcopo constitutis inueniat quisquam, nimirum hospitalem esse, & sobrium, idque genus alia: quod maxime vero episcopum veluti characteribus quibusdam & signis exprimat, docendi munus est. 2.Co. 10

Sunt enim plerique inobedientes, uaniloqui, & impostores. Radicem omnium malorum aliorum, inobodientiam dixit. Qui enim inobedientes non vult subesse, sed aduersus aliorum imperium insultat, merito nihil sani recti ve didicit, non enim sustinuit doceri. Matęologus autem est, & mentium deceptor cum se tum alios decipiens.

Maxime uero qui sunt ex circumcisione. His & dominus regnandi cupiditatem obijciebat, qui post fidem etiam morbum istum non deposuerunt.

Quos oportet obturare. Hoc est, vehementer obiurgate, vt ora sua concludant: Ecquid commodat si inobedientes sint? Ipsis profecto nihil, at alijs corrumpendis aliquid, si taceat episcopus, quorum corruptioni ipse rationem dabit. Eam ob rem horum ora sunt obruenda: quod si non possis, ne sis episcopus.

C

Qui totas domos peruertunt, docentes quæ non oportet, turpis quæstus causa. Obserua inobedientiæ auaritiam turpemque quæstum adiunctum esse? quomodo domos peruertunt? Vectes sunt diaboli, quibus demolitur domos.

Dixit quispiam ex ipsis, proprius eorum propheta: Cretenses semper mendaces, uenenatæ bestiæ, uentres segnes. Testimonium hoc uerum est. Quæritur hic, curnam ex Græcis testimonium protulerit, commendaueritque isthuc, quum tamen non admodum recte habeat? Quis autem est qui hæc dixit? Qui igitur hæc dixit, Epimenides est, sapientissimus etiam apud Græcos iudicatus, diuinationibus numinumque placationibus incumbens vaticinandique munere clarus. Hic sane quum animaduerteret Cretenses Iouis sepulcrum extruxisse, atque colere eum tanquam mortalium quenquam, ceu æmulatione accensu pro Deo suo patrio; hæc in Iouis gratiam carmina condidit Cretenses semper vani venenatę bestiæ, ventresque segnes, hi extruxerunt tibi monumentum, at qui tu non es mortuus, cæterum in sempiternum viuis. Callimachus propemodum eādem sententiam habet.

biles & opera praua & fordida. Reuera nanque fides fine operibus mortua eft. Mortuus Iaco. 2.
A autem execrabilis eft, & ad quodcunque reprobus.

CAPVT II.



V autem loquere quæ decent sanam doctrinam. Etiamsi inobedien tes sint illi ac reprobi, tu tamen quod in te est fac, fungere officio tuo, ne taceas etiamsi illi non recipiant.

Senes, ut sint sobrij. Quia senij defectus est, vt sit segne & somnolentum, & torpidum, ac difficulter moueatur propterea dicit, Sobrij, hoc est, excitati, acuti, vigiles. Senũ institutio.

Graues temperati. Prudentes appellauit σώφρονας, παρὰ τὸ σῶας ἔχειν τὰς φρένας, id est teperatos, sobrios, eo quod saluas & incolumes mentes habeant. Sunt enim inter senes etiam qui insaniant, ad rabiem adigantur, ac dementes sint alij quidem ex vino, alij vero ex pusillanimitate.

Sani in fide, charitate, & patientia. Patientia grandioribus natu est commodissimum præceptum, quod acri bile laborent, & subtristes sint.

Anus similiter habitu decenti ornatas. Anus dicit, quas & ab ipso habitu & ornatu
B honestas videri decet. Nonnulli ministras in ecclesia per anus hic intelligunt, quas ex ipso vestitu vult sanctè ornatas etiã videri in ipsis sacris atque se decẽtibus ministerijs. Anuũ institutio.

Non calumniatrices, non multo uino deditas. Frigida res est senectus, quare vinum desiderat: deinde quum non possit sustinere, vt imbecilla, ad pugnam luctamque excitatur, non ex moderato vino, sed a multo, ex hoc autem & ad calumnias pergit.

Honesti doctrices. Quomodo igitur alio in loco dicit, Docere mulieri nõ permitto? Isthic de communi in ecclesia doctrina loquitur, quæ mulieribus est prohibita: hic autem de domestica, quæ priuatim fit ad mulierculas. Quod autem hæc dicat audi ex sequentibus. 1. Tim. 2.

Vt instituant adolescentulas, ut sint amantes maritorum. Non simpliciter filias solas, verum in vniuersum omneis adolescentulas. Quælibet enim natu grandior, iuniorem puellam erudiat: ac primum caput domesticorum bonorum eas doceant, nempe vt sint amantes maritorum. Nam sic hoc affuerit, sequentur etiam reliqua, nempe gubernatio domus, facultatumque copia & abundãtia: quemadmodum e diuerso si absit amor maritalis, omnia quę affuerint, diffluent ac defluent. Maritos suos adolescentulę ament.

Amantes liberorum. Quæ enim radicem seu patrem diligit, multo magis etiam fructus seu filios diliget.

Vt sint sobriæ, castæ, domus curam gerentes, bonæ. Quæ maritum suum diligit, & sobria erit & casta, hoc est, & corpore & mente pura, nec concupiscet cum alijs misceri, quinetiam bona domestica, id est, materfamilias erit. Diligens enim maritum, domus
C etiam curam geret vt vir abundet, ac satis habeat, neque delicijs neque intempestiuis voluptatibus indulgens. Cui enim alij placebit, quæ semel dilecto placuit? Considera autem quomodo deficiens atque abstrahens a mundanis negocijs Paulus, nunc tantam solicitudinem habeat circa domum, nam his bene habentibus, spiritualia etiam bene habebunt.

Vt ne sermo Dei blasphemetur. Vides quod pręcellenter & præcipuo scopo, verbi, non mundanarum rerum curam gerat? Si enim fidelis mulier infideli marito commorans, non sit virtute conspicua, blasphemia & vituperatio ad fidem transit.

Iuuenes ipsos simul adhortare ut sint sobrij. Adolescentulis senio confectas doctrices attribuit fœminas fœminis: iunioribus autem viris ipsum Titum præficit, virum viris decorum enim vbique serua. Quid vero opus est adhortari hos vel commonefacere vt sint sobrij? Quia iuuenilem ætatem ignis absurdarum voluptatum maxime intertur bat, qui per sobriam vigilemque mentem est restiguendus. Sobrij sint iuuenes.

Circa omnia teipsum exhibens formam bonorum operum: Doceant sane grandiores natu fœminæ adolescentulas, tu vero ipse minores natu viros & iuuenes. Verum enim publica institutio exemplarque virtutis, tuæ vitæ splendor sit, ceu imago & veluti archetypus, omnibus propositus quicquam in ipso bonorum sibi cum abstergere tum decerpere volentibus.

In doctrina incorruptibilitatem. Reperte, exhibens. Ne sint, inquit, corrupta & D vana quæ doces, sed sana, rectique verbi.

Grauitatem. Vt nihil iuuenile, quod insipientes lædat, & in eos transfundatur, contineat doctrina, sed omnia sint pudica & veneranda, dignaque deo.

Sermonem sanum, qui non possit condemnari. Hoc est rectæ fidei atque doctrinæ, qui nihil reprehensibile habeat.

Vt aduersarius rubore suffundatur aut pudefiat, nihil habēs de nobis dicere malis. Aduersarium vel diabolum dicit, vel quanuis ei minsträrem.

Seruos heris suis obtemperare doce, ut in omnibus bene placeant. Itaque vxores a maritis disiungens continentiæ prætextu, seruosque ab heris diuellens prætextu pietatis, non est irreprehensibilis: magnas enim & multas occasiones dat omnibus, omniumque ora aduersus fidem aperit.

Vt non contradicant, non defraudent, sed fidem omnem ostendant bonam. Animaduerte illa ab seruis apostolum exigere, quæ omnium maxime heros placant & concilfant, vt non contradicere, nō sublegere, aut furari, sed fideles eos esse. Mundi enim negocijs occupatis hæc maxime sunt curæ, atque hæc potissimum expetunt.

Seruorū gen⁹ morosum. q̄

Ephe. vi.

Vt doctrinam seruatoris nostri dei ornent in omnibus. Nam si tales se serui gesserint, ad gloriam hoc Christianismi cedit. Quum enim Græcus viderit seruum suum adeo ab Christianismo institutum, quomodo non mirabitur dogma', vt cui tantæ vires insint, vt huiusmodi animam in melius reuocet? B Semper enim seruorum genus est violētum, ac durum & morosum, eo quod non liberaliter instituantur, neque verbis, neque conuersatione bonorum virorum formentur, atque ab dominis negligantur. Non igitur frustra alio in loco dixit Paulus, Tanquam deo seruientes, & non hominibus. Etsi enim hero tuo inseruias, honos tamen ad deum recurrit, atque a timore dei, erga herū beneuolentia principium ducit.

Apparuit enim gratia dei salutaris omnibus hominibus. Quum multum & magnum ab seruis postulasset, nimirum vt ornent doctrinam domini per honestam virtutibusque redimitam conuersationem: commonstrat nunc quod non immerito ab illis talia postulet, nam & illis gratia illuxit, etiamsi serui sint. omnibus enim hominibus inquit. Donauit etiam ipsis remissionem multorum peccatorum, quare par est vt & ipsi in posterum ad gloriam tanti benefactoris sui vitam suam instituant.

Erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & mundanas cupiditates. Hinc solicitos eos ac diligentes facit. Institutorem deum nacti, quomodo non debetis digne eo viuere? Gratia autem, inquit, ista non stetit neque extenditur ad condonationem tantummodo præteritorum delictorum, verum erga futurum etiam nos securos reddit. Erudit enim nos vt deinceps sobrie viuamus, qui omnino prius abnegauimus impietatem atque mundanas cupiditates. abnegare quidem, auersionem significat, quæ ex animo fiat, totoque mentis affectu: per impietatem autem, idololatriam significat, prauaque dogmata: per mundanas cupiditates, circumuentionem, auaritiam, delicias, & alia quotquot in coelum haud transeunt, nosve transferunt eo, sed in mundo hoc quicquam C commodi habent, atque cum ipso dissoluuntur. Eam igitur ob rem venit Christus, vt abnegamus vel impia dogmata, vitamque sceleratam cum omni propensione eius, vtraque odio prosequentes.

Sobrie, & iuste, & pie uiuamus. Sobrie, non tantum abstinentiam ab fornicationē indicat, sed a reliquis iuxta affectibus. Nam si pecunias amas, non es sobrius, imo vero intemperantior es eo, quo neque naturæ est affectio seu malum. Ac simpliciter, quisquis ab alijs omnibus motibus vincitur, non est sobrius.

In præsenti seculo. Præsens enim certamen habet, futurum autem permutationes ac retributiones.

Aduētus Christi duo.

Matth. xxv

Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei, & seruatoris nostri Iesu Christi. En præmium, alterum istum aduentum, vbi illuxerit dominus secundo in extremo die, quæ apparitio vere est beata. Puchre autem dixit gloriæ. Duorum enī aduentuum mentionem facit. Siquidem primus, quem admodum & supra commemoratum, gratiam habebat & remissionem, cum mansuetudine & humilitate factam: secundus autem retributionem cum gloria monstrabit, perinde ac in Euangelio inquit: Quando venerit filius hominis in gloria sua. Vbi autem sunt qui filij potentiam imminuentes, ne dum quidem ipsum dicere sustinent? Audiant hic quod & deus sit & magnus. Magnus autem de deo dicitur, non per comparationem ad alium quendam

paruum, sed absolute, vt qui natura ipse per sese magnus sit. Si autem hostes seruauit,
A quid non tum daturus est si probatos nos inueniat?

Qui dedit seipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate. Hoc etiam potẽtiæ eius signum est & argumentum, quod dederit semetipsum, non quidem vt hunc liberaret, illum vero non item, cæterum ab omni iniquitate. Itaque deueneremur redemptionem.

Et purgaret sibijpsi populũ eximium. Qualem? liberatum, permutatum, excellentem, nihil habentem commune cum reliquis.

Aemulatorem bonorum operum. Hoc est, cum feruore quodam ad virtutem eũntem, zelumque ostendentem in omnibus bonis operibus, ignitamque imitationem Christi. Redẽptio itaque ipsius solius est, opera vero æmulari, etiã nostrarũ est partiũ.

Hæc & loquere & adhortare, & argue cũ omni imperio. Loquere primũ & adhortare, hoc est, tranquillius doce: deinde argue: neque id simpliciter, sed cum omni imperio, hoc est, cum seueritate & autoritate. Sunt igitur quædam quæ non opus habent seueritate, verum adhortatione & persuasione, atque institutione, vt omnino pecunias contemnere. sunt autem quæ etiam opus habeant, vt adulteria, furta, circunuentiones, veneficia. Reprehendẽda alia. alia suadẽda.

Nemo te contemnat. Nemo adspernetur te, inquit quũ omnia opportune obstruis & firmas: quemadmodum qui importune obiurgat, magis contemnitur.

B

CAPVT III.



Admone eos principibus & potestatibus obedire, magistratui obtẽperare, ad omne opus bonum paratos esse. Vndique & vbique fideles Paulus vult obtemperare magistratui. Ponit autẽ ob oculos quomodo subijciantur, nempe si ad omne opus bonũ præparati fuerint: vnde videlicet e diuerso ad mala instructi, magistratibus minime parent. Vel vt parati sint quod ad bona obsequantur, non ad impietatem, vel ad animæ noxam.

Neminẽ blasphemare, non pugnaces esse, mites. Si quis fortunatus sit, ac feliciter agat ne eum blasphema, id est, non conuitiare ei. Oportet enim os nostrum esse purum a conuitio & maledicentia. Siue enim verax est conuitium siue mereatur isthuc, non est nostrum iudicare: sin mendax; vide quantum subsit tibi periculi.

Omnem ostendentes mansuetudinem erga omnes homines. Iudæos & Græcos, sceleratos & iniurios.

Eramus enim & nos olim insipientes, inobedientes, errantes, seruientes cupiditatibus uoluptatibusque uarijs. In epistola ad Corinthios ab futuris terret, vt non iudicent, inquiens: Qui stare sese existimat, videat ne cadat. hic vero a præteritis temperantiores
C reddit, dicens: Ne contumemur alijs, neve vituperemus eos quandoquidem & ipsi nos olim peius peccauerimus: quod & latro ad alterum latronem dicebat, Quoniam in eadem condemnatiõe es. Quando autem insipientes eramus? ante Christum natum. Quo modo enim non dementia atque stultitia erat huiusmodi dijs seruire, & hominibus diuina sacra facere: numinisque loco colere? nonne hic maximus error? Quinetiam cupiditatibus & varijs voluptatibus seruiebamus. Hic masculas cuptias, tum cum matre, cum sorore connubia iungere, celebrareque hymenæos, intellige, aliasque impuritates, varie nanque illusit diabolus. I. Cor. x. Lu. xxiij.

In malitia & inuidia agentes, inuisi, alter alterum odio prosequẽtes. Malitia, id est, in vindictę cupiditate & inuidia commorantes semper, ac veluti vitam in ijs habentes, vnde & digni mutuo odio eramus, vt inuicem nos odio morderemus, idque non immerito, nam ex inuidia odium nascitur. Malitia.

Quando autem benignitas & humanitas apparuit seruatoris nostri dei. Quando incarnatus est videlicet vnigenitus, nobisque assimilatus.

Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam nos seruauit. Seruauit nos æternum, non ex operibus quæ fecimus, hoc est, neque fecimus opera iustitiæ, neque per hæc conseruati sumus, sed vniuersam salutem bonitas ipsius atque

clementia operata est.

Per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti ; quem effudit super nos abunde per Iesum Christum seruatorem nostrum. O rem arduam & mirabilem. Adeo vitijs eramus immersi, vt nulla ratione purgari possemus, sed opus erat regeneratione Nam παλιγγενεσία id est iterata generatio, & renouatio, alterã natiuitatem, nouamque formationem significat. Vt enim domum ruinosam & planę veterem non suffulcimus, verum ad fundamenta vsque diruimus ac demolimur, nouamque reficimus: cõsimilem ad rationem deus non superstruxit nos, sed cœlitus construxit & reparauit. Quomodo? Ne enim quæras modum spiritus, inquit, totum transegit. Vnde hoc perspicuum? ex eo quod effudit eum abunde super nos. Non enim tantummodo per hũc refinxit nos, sed large ipsum etiam nobis impertijt, vt & illud per hoc monstretur. Ac merito, postquam enim mundauit nos, tum & spiritu suo sancto abunde nos impleuit, hoc est quod ait, effudit, in impuros enim mundus ille purusque spiritus non ingrediebatur. Hoc autem per Iesum contigerunt, siquidem ipse est mediator atque largitor cunctorum bonorum. D

Vt iustificati illius gratia, heredes fiamus secundum spem, uitæ æterna: Rursus gratiæ; non debito seu meritis iustificationem tribuit. Hoc autem nos humili mente imburos esse facit. non enim ipsi aliquid transegimus. Insuper bene sperare facit nos de futuris bonis. Si enim adeo desperatos & perditos nos per gratiam seruauit, multo magis iustificatis ventura bona largietur. Vt efficiamur, inquit, hæredes æternæ vitæ, perinde ac speramus. Vel quia iam hæredes sumus, quatenus ad spem. B

Fidelis sermo. Quia de futuris loquutus erat, fidem & autoritatem verbo suo opponit. planum enim est a pręcedẽtibus, quod qui talia dedit, futura etiam daturus est.

Ac de his uolo te confirmari, ut bonis operibus præesse soliciti sint qui crediderant deo. Quia mentionem fecit boni dei bonitatis. Volo te, inquit, docere de his, vt discant fideles non solummodo humiliter sapere, & non conuitiari, alijs, verumetiam misereri, aliorũ. Qui enim seeũ reputauerit recta via misericordã, quã ab deo est assecutus ipse aliorum etiam miserebitur. Vt soliciti sint, inquit, hoc est, vt continuum opus atque conatum habeant succurrere oppressis, iniuriamque passis, vt viduis orphanis, adeoque omnino indigentibus prospiciant. hoc enim indicat bonis operibus pręsidere: nec expectent tantisper dum egẽtes ad eos peruenerint, sed ipsi eorum gerant curam.

Hæc sunt bona & utilia hominibus. Cura & præsidatus bonorum operum, vel ipsa etiam bona opera.

Stultas autem questiones, & genealogias, & lites, pugnasque legales deuita. Sunt enim inutiles & uanæ. Stultas, inutiles vocat, quales Iudæi Christianis afferunt. Genealogias autem, quas ipsis fingũt patriarcharum genus recẽsentes & successionem sanguinis, maiores nimirum suos, de quibus etiam gloriantur. Deuita igitur, hoc est fuge. neque enim prætermittenda sunt necessaria opera, tempusque in vaniloquentia inutilibusque pugnis consumendum. Quę enim conflictus istiusmodi commoditas, vbi nemo ad Christum captiuus ducitur vel perducitur? Quomodo igitur supra dedit in mã dati. vt obstrueres ora contradicentium? Si alij officiant, næ sunt compescendi. Propter ipsorum autem contradicentium nempe, commoditatem, non est quod vel verbũ cum illis commutes communicesve. neque enim quicquam fructus ex tua disputatione vel colloquio cum eis; referent, vt qui sint incorrigibiles. C

Hæreticum hominem post unam & alteram admonitionem deuita, sciens quod euersus est eiusmodi, & peccat per se ipse condemnatus. Qui igitur alio in loco ait, Forsan dederit eis deus vt resipiscant? Isthic loquitur de ijs qui spem per mutationis suę in meliorem statum, & emendationis vitæ morũmque ostendunt: hic vero inemendabilem hæreticum vocat, qui & omnino peruersus est, & per sese condemnatus est: hoc est qui defendere sese non valet. Haud enim dicere potest, Nemo me adhortatus est, nemo docuit. Quando igitur post paræneſin in suo instituto pertinaciaque permanserit, suo ipse iudicio condemnauit.

Genealogię Iudęorum.

Supra. ij.

Quando misero Arteman ad te, uel Tychicum, stude uenire ad me Nicopolin. isthic enim statui hybernare. Cuius rei gratia quum tantam ecclesiam & insulam credidisset Tito, rursus ad seipsum retrahit? Auellit eum, ab opere suo, vt plus ei commodet, atque magis ad officium suum & opus perficiat, dijudicans ipsum in ijs quæ ei credita erant. Nicopolis autem Thraciæ vrbs est, Istro vicina.

ij. Tim. ij.

Zenam legisperitum, & Apollo celeriter praemitte, ut nihil eis desit. Iudaicarū legum
A peritum sic dicit. talis enim erat Zenas. Apollo autē eloquentior, & potens erat in scripturis. Nondum autem erant illis ecclesiae commissae. Quod ait, vt nihil eis desit, intelligendum est ita. Cura vt quibus opus habent, subministrantur eis, ne quapiam re destituantur, alimento nimirum & vestitu.

Discant autem & nostri bonorum operum curam gerere ad necessarios usus, ne sint infrugiferi. Perinde quasi diceret, Potuissem alias iā memoratos indigentes relinquere, vel citra curam tu ad me reuocare, sed nolo. Vt nostri, hoc est, qui sunt apud te, discant ex hoc quod viatico & necessariis ad iter rebus hos exornas, bonis operibus praeesse, hoc est rationem habere indigentium, pecuniis, verbis, omnibusque modis non vt indigentes tantummodo inde commodum accipiant, enimuero vt ipsos etiam fidei fructus ipsi commonstrent, atque humanitatis & clementiae erga suos congeneres. Nam & dominus quum quinquies mille aluisset, potuit omnino & seipsum alere semper ac discipulos, attamen a mulierculis voluit cibum accipere & pasci, tanquam & impertientes pauperibus ipsi etiam lucrentur, commodumve reportent. Sic & nostris hodie temporibus, non tantum pauperes iuuat nostra in eos collata eleemosyna, quātum nos per illos etiam iuuamur. Dimissionis enim peccatorum & fiduciae erga deū, pauperes nobis sunt autores. Matt. xiiij Iohan. iiij & xij. Eleemosynę fructus

Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta amantes nos in fide. Vel amantes ipsum candide
B citraque dolum, vel deligentes ipsum fideles aut Christianos.

Gratia cum omnibus vobis, Amen. Exoptat eis vt custodiant donum dei, vel vt humanitas dei cum ipsis sit semper, per gratiam conseruans, quę & nobiscum sit, qui maxime ea indigeamus, & custodiat animas nostras & corpora i spiritu sancto cui gloria in secula. Amen.

Scripta est ex Nicopoli Macedoniae vrbe.

Theophylacti Bulgariae archi

EPISCOPI IN DIVI PAVLI AD PHILIMONEM EPISTOLAM ENARRATIO. ARGVMEMTVM.



Eque seruos neque heros sese accedentes Christus reijcit, vnus est enim dominus omnium ipse, imo & pater: atque id cum ex multis alijs, tum vero praecipue ex hac epistola liquet, in qua Philemon quidem dominus, Onesimus autem seruus. Vterque igitur, vt nihil dicam amplius, Paulo dilectus, vterque charus. Philemon itaque primum cōspicuus erat vir & admirandus, genere sane Phryx, fidelis autem vita & moribus, & necessitatibus sanctorum succurrens, & eleemosynas faciens. Onesimus autem transfuga
C erat, nam sublectis ex domo Philemonis pecuniis aufugerat. Hic quum Romam venisset, ministrauit Paulo, & ab eo institutus & baptizatus, quum in vinculis dum esset, clarus & admirandus ipse etiam factus est. Non pium itaque ratus apostolus perturbare Philemonem per Onesimi fraudulentiam & fugam volensque mundare vulnus cordis ipsius, quod serui nomine acceperat, remittit illum ad ipsum cum epistola hac commendaticia. Asseuerant autem nonnulli non oportere hanc connumerari, reliquis quippe quę si de re praua: verum expende quanta sint ex hac commoda. Primum quidem instituit nos, vt & pro ijs qui nobis videantur esse viles & praui, soliciti simus. Ne contemnatis enim, inquit, dominus, vnum ex pusillis hisce. Alterū, si seruus adeo durus, violentus & fraudulentus conuersus est, non oportet uos desperare de nobisipsis, maxime qui in libertate versati educatique sumus. Tertium, non oportere nos pietatis praetextu seruos a dominis, inuitis ipsis auellere. Quartum, non esse nobis despicatui habendos seruos virtute insignes, neque eorum nos pudere oportet, quandoquidem Paulus filium vocet Onesimum. Quis igitur est qui dedignetur hanc adnumerare caeteris, tanta commoditate refertam? Philemō. Onesim9 Matth. xviij

CAPVT VNICVM.



Aulus vinctus Iesu Christi. Statim ab exordio instituit Philemonem, ne serui eum pudeat, qui iam conseruus suus factus sit, nam propter Christū omnia sunt pulchra, ipsa etiam vincula, quibus & ipse gaudet, vt ab eis nominetur. Simul autem & placat, ostendens par esse vt sibi propter Christum vincto detur hæc gratia, nimirum vt Philemon Onesimo delictum condonet. D

Ac Timotheus frater. Tanquam ipse non sufficiat ad supplicationem, assumit etiam Timotheum vna supplicantem, vt plurium intercessionem veneretur.

Philemoni dilecto & cooperatori nostro. Si dilectus, dabit veniam: si cooperator, non retinebit seruum, sed rursus remittet ad ministerium verbi, cuius & ipse operator & minister est. Nam opus domini replebit, si denuo reddatur Paulo.

Et Appiæ dilectæ, & Archippo commilitoni nostro. Forsan Appia vxor erat Philemonis, Archippus autem amicus. Quod si commilito est, in hoc etiam certabit. Hic

Colos. iiij. autem erat de quo scribit Colossensibus: Dicite Archippo, habe rationem ministerij quod accepisti.

Et quæ in domo tua est, ecclesiæ. Ecclesiam, omnes qui in ædibus eius sunt, fideles appellat, assumptis etiam seruis. Animaduerte hic humilem admodum Pauli mentem qui hos etiam obsecret & adhortetur vt serum pro Onesimo intercedat. E

Gratia nobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo. Quomodo erit gratia dei in nobis? si & nos debitoribus nostris remittamus. Qui vero pax? si & tu reconcilieris seruo.

Gratias ago deo meo semper, memoriam tui faciens in orationibus meis. Quoties, inquit, tui recordatus fuero (recordor autē semper quum oro) toties gratias ago deo pro tua virtute. Quæ autem sit illa, infert.

Audiens charitatem tuam & fidem quam habes erga dominum & omnes sanctos. Hic velut misericordem ipsum prædicat. Porro haud e Phrygia Romam vsque peruenisset fama de charitate & fide eius, maxima fuisset. Quoniam autem omnes sanctos dilectione complecteris, debes etiam Onesimum pari charitate complecti (fidelis enim est) vt & dominum videaris diligere Christum. Vides quanta sit efficacia verborum exorantium.

Vt communicatio fidei tuæ efficax sit in agnitione omnis boni quod in nobis est. Vt fides tua, quam communem habes nobis, efficax sit, & operibus floreat, ac viuat in agnitione omnis operis boni, hoc est, quum diligit & aggreditur omne opus bonum. Tum enim fides nostra viuit, quum omne opus bonum aggredimur tentamus, ceu mortua sine operibus existat. Adiecerit autem, quod est in vobis, vt ostendat Philemonem ipsum etiamnum omne opus bonum in se habere, perinde quasi dicat, omnis operis

Fides quando dicatur viuere. boni, quod etiam nunc in vobis, hoc est, in te est. Porro quum dicit, communis fidei, connectit Philemonem sibi ipse Paulus, vnumque facit. Communis enim fides viuifica est, vel viuit: quocirca oportet te idem sapere mecum. Vel fidei communicatem, eleemosynam vocat, vt quæ a multa fide fiat. Ac ergo, Mentionem tui facio in precibus meis orans, vt communicans tua facileque alijs impartiens mens ac sententia, non facile cesset, sed omne potius bonum, quod in vobis est, hoc est, quod tibi adest, effundas in egentes. F

In Christum Iesum. In Christum Iesum refertur, quicquid boni egentibus impartieris, maximeque sanctis. Proinde si etiamnum Onesimum receperis, mihique hanc gratiam & beneficium impenderis, Christo impendes.

Gratiam habemus multam, & consolationem super charitate tua. Hoc est gaudium habemus & lætamur. Quinetiam maximam consolationem in vinculis ex tua charitate accipimus; quod est super clementi, humana, libenter & hilariter alijs impartienti voluntate tua.

Quoniam viscera sanctorum refocillata sunt per te frater. Sapientissime rem ipsam

ἀντὶ πάντα aggreditur, ad memoriam ei reuocans beneficia quæ in alios contulit, vt eo magis permoueat. Si reputet sese alijs vel incognitis dare quāto potius par est vt præceptori suo Paulo hæc donet? Nec simpliciter dixit, das sanctis; sed enim recreas viscera sanctorū, hoc est tota aīa recipiūt humanitatē tuā, ceu abūde & humaniter ipsis coīcata.

Propterea

A *Propterea multam libertatem habens iniungere quod conueniat, propter charitatem, adhortor.* Quia erga omnes, inquit, sanctos talis es, vt corda illorũ per te recreẽtur multo magis ego in Christo, hoc est, tanquam secundum Christum te generans, libertatem habebam & potestatem mandare imperareque tibi, non tãquã dominarer in te, sed propter charitatem quam erga te habeo, tuque erga me. Quod vero ait quod conueniat, hoc est, vel iniungere tibi quod conueniat, id est, ad vsum meum veniat, vt ipsũ repleas: vel quia omnium sanctorum curã geris. Et ego igitur secũdum conueniẽs, hoc est, partem ad me pertinentem, libertatem habebam iniungere tibi & mandare, attamen adhortor, Adeo enim necessaria mihi res est, vt plane egeam.

Quum talis sim, nimirum Paulus senex, nunc autem & vinctus Iesu Christi. Talis quum sim, legatus, senex, dignus eo vt audiar abs te, vt verisimile est Paulum fuisse presbyterum, hoc est seniorem, praeceptoriae autoritatis ac temporis nomine, ac propterea reuerentia dignum. Nunc autem & aliud maius assumit, nimirum propter Christum ligatum captumque se esse. Viden' quoniam ad persuadendum occasiones & argumenta sumat?

Obsecro igitur te pro filio meo quem genui in vinculis meis. Nondum nominis meminit eius pro quo intercedit. primum enim mitigat ac placat Philemonem, seruum filium appellans, commendans ac laudans eum hac ratione, Quam ob causã autẽ ipsum sic appellas? Quia genui ipsum, hoc est, in fide Christi institut primum, effecique vt baptismate mergeretur, idque quum in summa necessitate essem, nempe in vinculis. Per haec igitur in soporem collocans indignationem eius, sic tandem nominis meminit. Filius Pauli dicitur, ab eo in fide institutus.

B

Onesimum, quondam tibi inutilem. Nouit peccati confessionem extinguere furorem, propterea sic dicit;

Nunc vero tibi & mihi vtilem. Quia pius sanctusque factus est, eam ob rem vtrique vtilem deinceps dicit. Si enim Paulo commodat, qui adeo exactos mores requirit, Philemoni pariter commodabit. Pariter autem & hoc adumbrat, quod si commodus mihi est, remittatur ad me.

Quem remisi. Hoc est, tibi trado hũc, eo pro arbitratu tuo vtere. Quia vero reddit ipsum, iracundiam eius vehementius placat.

Tu autem ipsum, hoc est mea viscera, assume, Hoc est, cum charitate eum recipe, imo non ipsum, sed mea viscera. Adeo ipsum diligo, menteque circumfero.

Quem ego volo apud meipsum detinere, vt pro te mihi seruiat in vinculis Euangelij. Animaduerte sapientiam, quemodo in heri locum propemodum ipsum constituit, vt pro te, inquit, mihi ministret. Ostendit autem quod & ipsi consultum cupiat, domino nimirum Philemoni. Si enim tua interest vt mihi seruias, ipse autem tuo loco isthuc faciat, lucrum certe inde tibi accedit.

Citra tuam sententiam nihil volui facere. Per hoc maxime Philemonem emollit. Res sane admodum est necessaria. in vinculis enim, quibus dei causa tenebatur ministraturus ipsi erat, attamen praeter eius sententiam facere noluit. Quocirca quomodo ei non est obtemperandum, qui quum possit, vel sine ipso eam sibi gratiam & autoritatem vsurpare, noluerit tamen?

C

Vt non velut ex necessitate bonum tuum sit, sed voluntarium. Non dixit ex necessitate, sed veluti secundum necessitatem, perinde quasi hoc dicere velit: Etiamsi praeter animi tui sententiam eum apud me retinuissem, haud te contristassem. Videbatur tamen plerisque, quod te inuito ex necessitate istuc contingeret: malui autem, vt nulla ratione inuoluntariũ quibusdã videatur hoc, sed citra controuersiam spontaneum.

Forsan enim propterea secessit ad horam. O sapientiam Pauli. Quum enim Onesimus ex fraudulenta mente fugeret, inuertit iam Paulus fugam, vt quae propter maiorem, sit commoditatem facta. forsan enim ex diuina prouidentia fugit. Leni autem loquendi modo, fugam secessionem appellat, ne fugae nomine, herum exacerbet. Porro quum tempus contrahit, fugam etiam sedat, ad horam enim, inquit, secessit. Pariter autem indicat, quod quanto tempore ei in Paulo fuerit, Philemoni etiam seruierit: in hoc tantũ modo aberat, quod apud Paulum praesto erat, hoc autem exiguum erat, ac velut vnica hora. Proinde si mihi deinceps etiam seruiat, remissus abs te: cogita illum seruire tibi.

Vt aeternum ipsum retineas. Hoc est, fruaris eo.

Non porro vt seruum, sed supra seruum, fratrem dilectum, maxime mihi, quanto potius tibi in carne? Ad multa, inquit, profuit fuga. pro hora enim vna, habes ipsum perpe-

ui quidem,nos ipsos per fidem & virtutem ingenuos reddamus:domini vero, quum
A feruos nostros videamus sanctos & apostolos,studeamus non multo ignobiliores illis Philip. ij.
inueniri in regno domini,qui propter nos etiam seruus visus est, Christi veri dei, cui
gloria in secula seculorum, Amen,

Scripta est ex Roma per Onesimum seruum.

Theophylacti Bulgariæ archi EPISCOPI IN DIVI PAVLI AD HEBRAEOS EPISTO LAM ENARRATIO.

ARGVMEMTVM.



Entium erat apostolus diuus Paulus, æque atque ipse in Roma. xi
epistola ad Romanos affirmat, Non enim sustinuerunt ip
sum Hebræi prædicare sibi verbũ vt qui maiori eũ odio
prosequerentur quam cæteros, vt qui per vniuersam suam
permutationem, inuictam Christi potentiam ostẽderet, qui
B acerrimum persecutorem ad sese traxerit. Ingens autem ar- Acto. ix.
gumentum est veritatis verbi Euangelij, Paulum feruentis
simum legis æmulatorem, subito ac derepente Christo acce-
dere. Propterea ex animo vehementique iracundia aduer- Acto. xx
sus eum pugnabant, adeo vt ne vocem quidem eius sustí-
nuissent. Quinetiam qui ex Hebræis crediderant, ne ipsi quidem illi animum aduerte
bant, tanquam ab lege abduceret omnino; ac circuncisionem tolleret. At qui etiamsi i.Corin.ij.
ad gentes emandatus est præco, ad Hebræos tamẽ etiã scribit. Vt enim non erat ei de
mandatum vt baptizaret, baptizabat tamen, neque enim ei vetitum erat: sic & Hebræ
is qui ex circũcisione erant, scribit hanc epistolã, Nã magna eorũ solicitudine tãgeba-
tur, pro quib⁹ & anathema fieri optabat. Porro ij qui in Palæstina & Hierosolymis e- Roma. ix
rant, scribit. Illi. n. ab infidelibus Hebræis bonis suis exuti fuerãt ac spoliati, innumeris
que afflictionib⁹ subijciebantur: vnde solicitus est in colligenda ad horum suppetias
eleemosyna, cum Corinthios tum Macedonas in hoc excitans, Petro etiam prædicatio ij.Cor.viij
nis officio delegato, qui Hierosolymis erant Hebræos pauperes socios facit. Necessa- & ix.
rio igitur illis literas transmittit, consolans propemodum succumbentes. Admodum Gal. ij.
enim contribulium suorum afflictionibus macerati erant: quandoquidem isti, contri-
bules dico, suo iure & libertate viuebant, potestate sibi facta condemnandi conseruã-
dique quos vellent, Hoc etiam ipse indicat, vbi ait, Demissas manus ac dissoluta ge- Hebr.xij.
nua erigite. Quum enim Iudæi essent, ac didicissent maiores suos præsentibus ac velu
ti ante pedes positis bonis esse vsos, valde animo excidebant, vt qui nondum assecuti
C essent relaxationem. Propterea & multa de fide in hac epistola disputat, ac de sanctis
qui a condito mundo fuerunt, nec tamen bonorũ vsum sunt adepti: duo sane astruens
& efficiens. alterum quidem, omnia quæ accidãt aduersa, dextre esse ferenda: alterum,
omnino expectãdã esse compensationem. Non enim negliget deus sanctos suos quos
ab seculo habuit. itaque & eum vos recipietis. Facit autem multa verba de veteri &
nouo testamento, ostendit legẽq; non porro esse ratã, nec pristinum retinere vigorem.
Nam si hoc esset, templum Hierosolymis adhuc staret: verum indicat quod ad tẽpus
vsque aliquod sit duraturũ, nostrã autem in Christum religionem esse veritatem. Scri
bit autem epistolã hãc ex Italia, vnde & antiquior est & prior ea, quã ad Timotheum ij. Tim. iiij
scripsit. Nã in illa ostendit finẽ sibi vitæ imminere. Ego. n. inquit, iã libor, ac tempus
resolutionis meæ instat, In hac autem promittitur Hebræis, quod ipse, Paulus nempe Hebr. ij.
sit visurus eos. Nouistis fratrẽ Timotheum absolutum, cum quo, si celerius venerit,
videbo vos. Verisimile est aũt hoc accidisse. biẽnium. n. Romæ vinctus detẽtus est, deĩn ij. Tim. iiij
demissus est. Quẽadmodũ igitur & ipse idicat, dicẽs. In pr ia defensione nemo mihi af- Rom. xv.
fuit: &, Liberatus sum ex ore leonis, Neronis videlicet, posthac in Hispanias profect⁹
inde fortasse conspexit Hebræos. Romã postea redijt; vnde & ab Nerone est sublatus,

CAPVT PRIMVM.



Vltifariam, multisque modis olim deus locutus patribus in prophetis. Quia afflicti malis arbitrabantur sese reli- D
ctos esse ab deo, neque adeo se illi curæ esse vt maiores sui
fuissent, minusque defensiōis atque auxilij accipere se, quā
illos, indicat iam diuersum Paulus. Maiorem, inquit, gra-
tiam vos adepti estis, maioraque in vos beneficia deus con
tulit, quam in illos: nam ad illos prophetas misit, ad vos au
tem filium suum. Quid autem est quod ait, multis partib'
multisque modis? pro diuersimode, & multis speciebus.
Osee.ij. Ego enim visiones multiplicaui, & in manibus propheta-
rum adsimilatus sum Proinde quid ægre fertis, estisque pusillanimes, talibus tantisq;
donati.

In nouissimis diebus hisce loquutus est nobis in filio. Per hoc eos etiam excitat & con-
solatur, inquiens. Consummatio adeoque finis seculi mundique huius prope est: nam
in certamine labefactatus, simul atque audiuerit certaminis adesse finem, respirat pau-
lulum. Aliud etiam quiddam indicat per hoc quod ait, In nouissimis diebus. Quando
enim non reliquum erat tempus ad emendationem, sed pœnis eramus obnoxij, quan-
do condemnati eramus, quando dona cessauerant: tunc, inquit, plura cæteris habuim':
alijsque superiores fuimus. Quod autem ait, in filio, est pro, per filium. Obserua hunc
In, prępo locum aduersus eos qui dicunt præpositionem (in) attributam esse spiritui, quum hic B
sitio, filio filio tribuatur. Quur autem non dixit, loquutus est nobis Christus? Partim quidem,
etiam tri- quia imbecilles dum erant, nec poterant adhuc audire de Christo, partim vero vt ostē
buta. dat vetus & nouum testamenta esse vnius & eiusdem. Considera autem etiam; quod
ait nobis, vnum enim facit & adæquat discipulis, cum ipsos, tum sese. Atqui ipsis nō
est locutus, verum apostolis, & per illos multis: attamen exaggerat rem, indicās quod
& ipsis loquutus sit, idque ad consolationem.

Quem constituit heredem uniuersorum: Hoc est, totius mundi fecit dominum;
Deutero. non enim pars domini est Iacob, sed omnes plane. Hæredem autem dixit, ostendens
xxxij. eum genuinum esse filium, dominūque huiusmodi, a quo dominatus auelli non pos
sit. Quomodo autem fecit ipsum dominum? secundum humanam naturam, vt homi-
nem, perinde ac in psalmo secundo ait: Per ab me, daboque tibi gentes hæreditatem
tuam. Qualem autem hic dominatum dicit? in eos nempe qui suapte sponte obediūt
adeoque volūtarij sunt. iste enim dominatus, istucque imperium datum est filio vt ho
mini, quó omnes eum agnoscunt naturali ex scientia. Tum in eos dominatum exercet,
Ps. cxviij qui inuiti obtemperant, quatenus dictum est, Omnia tibi seruiunt: atque hoc dominij
ante secula habebat.

Per quam & secula fecit. Quum de carne filij dixisset, quæ eri & nuper consistit;
reducit te deinceps ad altitudinem eius quam ante secula habuit, diuinitatis. Vbi igi-
tur sunt asseuerantes: Erat quando non erat? ipse secula condidit, & quomodo erat se-
culum, quando non erat ipse? Quoniam vero pater est autor filij, non immerito causa
etiam erit eorum quę ab ipso filio facta sunt. Propterea dixit, per quem fecit & secula, E
pater enim videtur facere, qui creantem filium generauit. Sabellius hinc feritur, quum
veluti duæ hic personæ introducuntur. Paulus autem Samosatensis opportunum hic
vulnus accipit, qui recentem dicebat filium, & ex Maria duxisse principium. Pręterea
& Arrius hoc loco petitur ac traijcitur, veruntamen non vsqueadeo. apprehēdit enim
quod ait, per quem, ceu auxilio quodam iuuari patrē a filio affirmans. At quę sequū-
tur, istam eius opinionem occidunt.

Qui quum sit deradiatio gloriæ. Ad ipsum de filij maiestate fastigium transit, de-
radiationem aut splendorem ipsum vocans, vt hoc discas, quod sit ex patre sine per-
turbatione & motu quopiam prauo, citra ve patris afflictionem, vt adeo neq; imminu
tus sit pater, neque inferior factus, verum quod ex eadem substantia, lumē ex lumine
Nam animas nostras ille illuminauit, ac patrem ipse denunciauit. Propterea etiam di
Iohā.viij xit, Ego sum lux mundi, quoniam coæternus ipsi visus est. etenim deradiatio seu splē
dor non cernitur absque resplendente. Sol enim citra splendorem iubarq; suum nun-
quam apparuit, sic neque pater intelligitur sine filio. Quod si Arrianos audias dicen-
tes. Si ex patre filius, posterior ergo est patre; oppone eis, radios iubarve solis non esse

A posteriora sole. simul enim sol cum suo splendore deprehenditur ac cernitur.

Et caracter substantiæ eius. Quum dixisset splendorem, ac propterea filium patri coæternum & eiusdem cum eodem essentiæ commonstrasset; rursus quia splendor persona & substantia caret, curat iam quod ex demonstratione adeoque exemplo isto absurdum colligi potuit, ne Marcello & Sabellio hic locus relinquatur, qui dicebant non esse filium in propria apud patrem persona. Dicit ergo eum esse charecterem, hoc est formam & exculptionem vel ideam personæ eius. vt quemadmodum pater in sua persona subsistens. nullius alterius indiget ad sui perfectionem, sic & filius. Quũ enim ob oculos posuisset filium non differre neque permutari in copiam a patre, proprium etiam primi exemplaris characterem & formã per hoc in filio apostolus exhibet. Character enim aliud quiddam est præter exemplar primum, vt qui subsistat ipse per sese similis quidem impermutabiliter prototypo seu exẽplari primo. Gregorius autẽ Nyssenus quemadmodum per splendorem connexionem eius indicauit, sic per figuram, parilitatem personæ. Quum enim personæ magnitudinem animo concepisset, per figuram seu characterem qui videbatur, omnino metiebatur personam. neq; enim personam excellit character, ne sit sine subsistentia, quatenus excellat: neque persona maior est figura: non excellit characterem, alio qui non figuram neque formatam partem haberet illam. Perinde igitur vt alio in loco dicat filium in forma dei esse, sic iam ipsum quomodo sit intelligendum, docet. Formam enim personam aut substantiam: characterem autem, dominum qui in ipsa persona cernitur, vocat. Commonstrat autẽ omnino filium esse patri æqualem. in forma enim patris maiestas animaduertitur, nequaquam ipsum exuperans. Aut enim informe esset, & pulchritudine vacaret extra formam cadens, quod absurdum est de patre intelligere. Si autem tanta est maiestas patris, quanta & forma est, caracter autem æqualis est formæ: habebit etiam tantam amplitudinẽ & maiestatem character, qui in forma consideratur.

character — Philip. ij.

B

Portans omnia uerbo potentiæ suæ. Qui iam antea deprehendisti filium, animaduertens eum a Paulo veluti conditorem, sub patre tamen constiturum, audi iam nunc si petes, quomodo hic filio autoritatem tribuat. Non dixit autem portans potentia, sed verbo potentiæ, hoc est, quod refertum est potentia, quod ipsum potentem arguit atque probat. Perinde nanque vt audis patrem dicere, Fiat lux, & facta est lux: sic & filius verbo gestat omnia, id est, gubernat, continet: imo maius est, quam creare omnia dissidentia; & ad non esse vel ad corruptionem abitura, continere, fouere, conseruare. Nec dixit gubernans, sed ferens, sumpta methaphora ab ijs qui digito faciunt vt quicquam moueatur transferaturque, Tale nanque tantumque pondus creaturarum adeo citra negocium portat, vt nihil baiulare videatur, solo nimirum verbo, quod oĩa potest. non enim perinde exigua res est in deo verbum, vt in nobis verbum nostrum; præterea quum tot hæreses in exordio statim huius epistolæ sint euersæ, audent tamen nonnulli asseuerare hanc epistolam non esse Pauli, neq; Paulum decere, sumpto argumento & signo ex epistolæ huius charactere seu stylo, quia differat ab aliarum a

genesis. j — Verbum in deo.

C Paulo conscriptarum literarum dictione. Verumenimuero precium certe fuerat operæ, simul eos videre, sentẽtiarum pondus & amplitudinem, earumque robur, quod nemo cassare, debilitare, aut infringere possit, non esse alterius quam Pauli, Christum in sese loquentem habentis, Quod si omnino huius epistolæ dictione offendantur, nouerint epistolam hanc ab apostolo Paulo Hebraica lingua concinatam, vt qui Hebræis in hac ipsa loqueretur, in Græcam vero linguã ab Luca (vt quibusdam placet) translatam, vel, vt alij sentiunt, a Clemente, cuius & stylũ potius retinet. Simile igitur quiddam delinquunt, vt ita dicam, qui hanc epistolam Paulo auferunt, perinde ac si Paulũ ab Christo diuellerent.

Per seipsum purificationem faciens peccatorum nostrorum. Quum loquutus esset de maiestate diuinitatis verbi, deinceps de cura ipsius, quam in homines per carnem gerit, disserit, quod multo maius est, quam quod omnia ferat. Duo autem hic ponit, tũ quod mundarit nos a peccatis, tum quod per seipsum hoc fecerit. Nam per crucem & mortem quam ipse sustinuit, purgauit nos, non solum quod mortuus sit pro peccato nostro, quum ipse omni peccato vacaret, daretque victoriam nobis, quam ipse tamen nobis non debebat, ac solueret naturam, quæ simpliciter ob Adami peccatum ac trãsgressionem condemnata erat, verumetiam per hoc quod dederit nobis baptisma, imaginem mortis suæ, per quam vndique ac sigillatim præteritorum nobis peccatorũ

Rom. vi.

condonationem recipimus dum baptizamur, atque potentiam ne posthac adeo facile
a peccatis intercipiamur. D

Sedet in dextera maiestatis in excelsis. Crucis mentione facta, de resurrectione & as-
sumptione sermonem infert. Non dixit autem iussus est sedere, verum sedit, seu collo
cauit se, idque in dextra, & in excelsis, non quod loco concludatur deus, verum vt idē
eius honos & æqualitas erga patrem commostretur. Ad ipsum enim patrium vsque
thronum peruenit, & perinde vt pater in excelsis est, sic & ipse. Sin quis dicat, Scriptū
Psal. cix. tamen est: Dixit dominus domino meo, sede: primum quidem respondebimus, quod
non dixerit, iussit, verum dixit: deinde ne ipsum expertem principij vel causæ (qui pa
ter est) existimes, eam ob causam verba psalmi sic figurata sunt.

Tanto melior factus angelis, quanto excellentius præ ipsis hereditauit nomen. Principio
quidem prophetis adæquabat eum, ob auditorum imbecillitatem: iam vero in procur
su angelis ipsum anteponit, tacite auditores ad veritatem admouens. Factus autem di
xit, pro demonstratus, æque ac diuus Iohannes præcursor ait. Qui post me venturus
Iohann. i. est, ante me fuit, hoc est honoratior me demonstratus est, non enim de substantiæ natu
ra hec loquitur. Carnis autem causa omnino dictum est, hæreditauit. Nam vt deus ver
bum hoc nomen semper habebat, hunc ad modum & nos de homine & sublimia & hu
milia loquimur, veluti si dicamus magnum quempiam hominem, a potiori totū isthuc
Ibidem. appellamus, alias vero ab carne.

Psalm. ij. *Cui enim dixit aliquando angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Vnde inquit, E
perspicuum quod melior sit angelis? ex nomine, nomen enim filius, germanitatem in-
dicat, quod ex patre sit genitus. Quod si ex gratia filius est, minor est angelis. Quod
igitur ait, Ego hodie genui te, nihil aliud significat, quam quod sit a principio, a quo
pater. Quemadmodū enim qui est, dicitur a præsenti tempore, illud enim potissimum
Exodi. iij ipsi conuenit, sic & hodie. Nonnulli autem hodie genui te, non de ea quæ omnia secu
la præcessit, æterna nimirum. sed de ea quæ est secundū carnem natiuitate dicta, acce-
perunt. Nam & ipsa a supernis fuit, ex spiritu enim sancto, & voluntate patris bona.

Et rursus, Ego ero ipsi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Hoc propter carnem a-
ij. Reg. vij perte palam dictum est. postquam enim hunc attigit Paulus, intrepide reliqua deinceps
loquitur. Assumpta itaque natura, genuinū nomē, nēpe quod fili⁹ sit ac dicatur, quod no
minis coniunctum & vnitum naturæ verbum habebat, hæreditauit, quippe quæ in il
Lucæ. i. lo subsistat, quemadmodum & angelus dixit, Et quod nascetur sanctum, vocabitur
filius dei. Et iterum, Erit autem magnus, & filius altissimi vocabitur. Hoc autem ne-
mini angelorum conuenit. Etiamsi autem iustorum quidam sint filij dei, ex gratia ta-
men sunt, non natura. Cum domino autē Christo sese res aliter habet, ἀλλ' ὑποστατικῇ
ταυτότητι, ἡ υἱότης τῷ προσλήμματι, hoc est, sed substātiali identitati filialitas accessit
per assumptionē nempe humanitatis, id est substātiæ vel naturę, quam eandem habet
cum patre, accessit quod filius diceretur, per humanę carnis assumptionem.

Quando autem rursus primogenitum in terrarum orbem introducit, ait. Chri-
stus sane in carnem aduentum suum, exitum vocat, vt quum ait, Egressus est qui semi
Mat. xiij. nat, seminare. & iterum, Ego a patre exiui. idque non immerito, nam extra deum era- F
Iohā. xvi mus, ac egressus ad nos veluti legatus, & conuersatus nobis, nosque mundans, reconci
liauit regi. Diuus autem Paulus egressum istum, introitum nunc nominat, a metapho
ra hæreditatem adeuntium, vel distributionem quandam aut possessionem assumen-
tium. Hoc enim significat quod ait, introducit, quando committit filio terrarum orbē
pater. tum enim ipsum possedit, voluntario subiecta, quando & cognitus est. Intro-
ducitur autem non aliter quē in carne. Vt enim deus verbum, in mundo erat, & mūd⁹
Iohann. i. per ipsum factus est. Patrem autem facit introducere filium, vt gratum & acceptabilē
faciat sermonem. Gregorius autem Nyssenus ac diuus Cyrillus sic introducere ipsum
intellexerunt, quoniam ante incarnationem nihil commune habebat cum creatura, vt
qui deus esset carne vacans. Quando vero carnem assumpsit, tum communicans crea-
turæ, quatenus creatum vniuit sibi ipse, introductus esse in creaturam dicitur.

Et adorent eum omnes angeli dei. Eum, cum carne videlicet. Indicat autem hic quā
Psa. xcvi to sit melius ipsius nomen, in quantum est dominus seruorum, velut si in domum in-
troducens quempiam, præsides eius illico iubeat adorare hunc.

psalm. ciij *Et ad angelos quidem dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos, flammam
ignis.* En maximum inter illos discrimen, quoniam illi quidem sunt creati, hic

A vero increatus. Nam quod ait, qui facit, significat ex non esse ad esse productionẽ. Nõ
ad angelos autem tantum excellentiam habet, verũetiam erga omnem ministrantem
virtutem. Non dixit autem qui fecit, sed qui facit, hoc est, conseruans verbo, per quod ps. xxxij.
facti sunt. Huiusmodi est quod & in euangelio dicit, Pater meus hucusque operatur, Iohan. v.
hoc est, cõtinet quæ facta sunt, & operata seu effecta iã, & custodit peride ac facta sūt

Ad filium autem, Sedes tua deus in seculum seculi. Angeli quidem, inquit, creatu psal. xliiij
ræ sunt & opera, de ipsis itaque dictum est. Qui facit: Filius autem non est qui creauit,
nec enim de ipso dictum est, Qui facit, sed rex, dominus, ac deus. Thronus enim ei tri
buitur, qui regni est indicium, ac thronus æternus. Hoc autem est aduersus Paulum Sa
mosatensem, exigum hominem introducentem, qui tamen deus reuera sit, rexꝗ æter
nus? & aduersus Arrium.

Virga rectitudinis, uirga regni tui. En rursus aliud imperij regniꝗ symbolum.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Hec ceu incarnato deo verbo aptantur
ceu carne humilia recipiente.

Propterea unxit te, deus, deus tuus oleo exultationis, præ consortibus tuis. Hoc
aduersus Iudæos & Sabellium & Marcellum pugnat, tanquam duas personas indicans
Deum & deum, & contra Marcionistas, qui non putant filium assumpsisse carnẽ. quo
niã diuinitas non vngitur, sed humanitas. Ait igitur, quoniam Deus, hoc est, o Deus,
vnxit te Deus tuus, hoc est, pater quidem tuus secundum diuinitatem, Deus vero se-
B cundum carnẽ: oleo exultationis, id est spiritu sancto, præ alijs hominibus. Non enim
ex mensura spiritum sanctum accepit Christus, neque vt is qui per spiritum operatur
mirifica, verum inunctus est præsentia, adeoꝗ toto vnguento, ac toto inungente. Con Iohan. iij.
sortes autem eius sunt omnes spirituales, vt qui eius participatione sint sanctificati.
Porro qui in lege perfecti & spirituales erant per fidem id Christum spiritum sunt as-
secuti: ob quam causam & Christi, hoc est vncti, appellati sunt, vt, Nolite tangere Chri psal. ciiij.
stos, id est, vnctos meos. At qui in gratia sunt Euangeli, apertius longe Christi sunt
participes, vt qui mortis ipsius sint facti consortes per baptisma delibutique spũ, qui
oleum exultationis dicitur, vt qui a peccatorum nos tristicia ac crudelitate liberauerit
ac futurorum bonorum spe nos gaudere parauerit. Quod vero deus, sit pro o deus, te
stis est fide dignus, hostis Symmachus, hunc admodum exponẽs: Propterea vnxit te,
o deus, deus tuus oleo lætitiæ præ socijs tuis. Obserua autem quod ὁ θεὸς deus, per arti
culum scriptum, de filio dicatur, propter eos qui dicunt quod quum Iohãnes scribat
καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, & deus erat verbũ, quum sine articulo ὁ, dictũ θεὸς isthic ponatur,
non proprie hic introduci cum articulo.

Et tu a principio domine, terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli.
Ne quum supra audis quod primogenitum introducat in orbem terrarum, existimes
esse donum quod ei postremo datum sit a patre, cõmonstrat eum terræ simul condito-
rem fuisse, non in nouissimis temporibus, sed iam olim a principio. Hoc ipsum est ad-
uersus pariter Paulum Samosatensem. Affirmat enim & probat Paulus apostolus, ad
C uersus Samosatensis opinionem vanam, Christum ante virginem Mariam fuisse, quip-
pe qui & autor creationis & conditor iuxta diuinitatem extiterit. Contrauenit etiam
Arrio, Christum ceu suboperatorem & instrumentũ facienti: propterea & supra memo
ratum est, per quem & secula fecit, Ecce enim hic ipse creator & conditor introduci-
tur. Obserua autem quomodo complicentur de increata Christi natura sermo, ac de
diuina dispensatione qua incarnatus est, Alias enim sublimia propter diuinitatẽ, alias
vero humilia ꝓpter humanitatẽ a spiritu sancto de Christo seruatore nostro ꝓferũtur

*Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes ceu pallium ueterascent, ac ueluti oper-
torium uertes eos, & mutabuntur, tu autem idem es, & anni tui non deficient.* Ma-
ius quiddam quam sit creatio, hic aperuit apostolus, transfigurationem videlicet
mundi. Permutabuntur, inquit. Permutabuntur enim a corruptione ad incorruptibi-
litatem, adeo facile, vt non plus isthic laboris deo insumendum sit, quam ei insumi-
tur qui vestem quampiam inuertit. Quod si transfigurationem & innouationem, ad
perfectionem formam ipsius nimirum mundi, adeo facile operatur, in minori ope-
re alterius indigebit adiutoris? Minime gentium. Porro haud parum solaminis præ-
bet fidelibus in hoc mundo oppressis, nouisse eas res & opera quæ nunc vident, non
ita duratura perpetuo, cæterum acceptura alterationem: tum eum quem ipsi deuene-
rentur & colant, in sempiternum permanere, sẽperꝗ viuere. Anni enim tui nõ deficiẽt

Cui autem unquam angelorum dixit, Sede a dextris meis, tantisper dum posuero;
hostes tuos scabellum pedum tuorum. En rursus animum illis addit, ac omnis mali D
psal. cix. casusque leuamen tribuit. Nan si Christi hostes vincentur, eorum etiã hostes profter-
nentur, quum ijdem sint cum ijs qui Christum persequuntur. Neque tanquam Chri-
stus imbecillior hoc non possit, pater dicitur subijcere hostes, qui enim in extremo die
iudicaturus est omnes, quanto potius etiam interea temporis reddet cuiq; pro suis ope
ribus? verum hoc ideo sit, vt pater ostendat honorem suum erga filium. Patrem enim
indignari hostibus filij qui non cedat in gloriam & summum decus atque splendo-
rem filij? quomodo non sit magnæ patris in filium dilectionis symbolum? Dictum au
I.cor. xv. tem est fusius hac de re in priore ad Corinthios, quæ isthic ergo ãnotata sunt, require.

Nonne omnes sunt administratorij spiritus, ad ministerium emandati propter eos qui hereditatem addituri sunt ad salutem? Auscultantium mentes erigit atque at-
tollit, ingentem dei erga nos curam in medium promens: quandoquidem angelos ex
cellentiores nobis spiritus, collocarit vt ministrent ac inseruiant nobis in rebus ad sa
lutem pertinentibus sempiternam. Videtur autem quosdam perstringere, qui angelis
nimium intenti erant, potissimum vero Hebræos in vniuersum omnes legi per ange
los traditæ plane affixos, eorumque ministerij quæ in lege deprehenduntur, adeo vt
hos etiam Christo præferant. Ne igitur ipsis, inquit, intenti sitis, nam & conserui no-
stri sunt. Obserua porro qui non perinde multum discriminis faciat inter creatu-
Acto. vij ras. Etenim quum non parum intermediet, inter angelos & homines, proxime nos ta- E
Galat. iij. men ipsos collocauit. creaturæ nanque a creaturis parum distant, Ministrarunt autem
Lucæ. ij. angeli & in veteri sæpe & in nouo testamentis. Nam in nouo Ioseph per insomnium
&, xxiiij: responsum dant, pastoribus euangelium annunciant, & in monumento sedentes resur-
Iohan.xx rectionem prædicant. Sic ascensione seruatoris nostri docebant sic reuersurum, quem-
Acto. i. x admodum ascendisset. Hunc ad modum ad Corneliumvenit angelus ad Philippum ve
viij. & xij nit angelus, ad Petrum etiam in carcere, ac simpliciter innumera huiusmodi. conside
ra hic angelicum esse, inseruire saluti mortalium, imo ipsius etiã Christi. Proinde haud
venit negligendum eiusmodi ministerium.

CAPVT II



Ropterea abundantius obseruanda sunt quæ dicta sunt. Quia in
quit, tanta est excellentia filij qui locutus est nobis, qua ex
cellit prophetas, & angelos veteris testamenti ministros,
maiore cura nobis obseruanda sunt quæ dicit, quem quæ
lex loquitur, maiorique honore est afficiendus, quem lex
Enimuero palam hoc non dicit, ne principio eos feriat aut
exasperet: voluit autem vt ex cõsequenti hoc colligeretur
Necvero quod conferat aut adæquet veteri nouum testa
mentum, hæc dicit, haudquaquã: verum aduersus opinio
nem eorum qui plurimum de veteri gloriabantur, nouũ
contemnentes, hæc adducit.

Eccle. i. ix *Ne quando præeffluamus.* Hoc est, ne excidamus, ne pereamus, Accepit autem di- F
&. xxviij ctionem hanc ex paroemijs. Fili, inquit, ne præeffluas, ne labaris, vt ostendat quam sit
facile ad lubricum declinare iter, & quem sit difficilis res interitus. Nã quod præeffluit ac
præterfluit, haud facile redit.

Si enim per angelos sermo habitus factus est firmus. En reuelat hic voluntatem
suam. Per sermonem autem per angelos enunciatum, vel decalogus intelligendus est
Verisimile est enim angelos tum affuisse, quibus gens Hebræa commissa fuerit, qui &
tubas faciebãt, id que genus alia, vt ignem, caliginem, perinde ac ĩ epistola ad Galatas
Ordinata per angelos, & iterum: Accepistis legem ad mãdata angelorum. Vel omnis
sermo omniaque iussa per angelos in veteri testamento dispensata, accipienda sunt vt
in ploratu, in iudicibus, in Sampsone. Eam ob rem non dixit lex, sed sermo, vt iam cõ
memorata indicet. Omnia igitur hæc firma sunt, hoc est, vera sunt facta, & ad opus in-
terminationes sunt perductæ, neque quicquam horum excidit.

Et omnis præuaricatio & inobedientia accepit ultricem compensationem: Non
hæc, inquit, trãsgressio mercedem accepit, illa vero non itẽ, sed omnis, neque quicquã
Merces in inultum permansit. Pœnã autẽ mercedem appellat, etsi vocabulũ μισθαποδοσία mer
malum. ces in bonam partem accipiatur: at non perinde vocum gerit curam Paulus,

Quomodo nos effugiemus tātam negligentes salutem? Isthic sermo est, hic vero salus.
A Ac etiamsi isthic etiam salus fuerit, non adeo tamen magna erat: siquidem ex hostibus liberabantur, bonaque terræ accipiebant. Hic vero magna pror sus salus est, propterea dixit tantam. mortis enim destructio, dæmonum interitus, ac cœlorum regnum; omnia per ea quæ nobis deus loquutus est, fiunt.

Quæ quum principium accepisset, ut ab domino denunciaretur, per eos qui audiuerunt, ad nos stabilita est. Fidem verbis suis firmans, & autoritatem concilians. Salus inquit, hæc non per prophetas angelos est promulgata primum, verum ab ipso vniuersorum domino, ab ipsoque fonte principium sumpsit, deinde tralatus est & ad nos firmiter atque fideliter per eos qui ipsi fuere huius verbi spectatores & ministri, id quod & Lucas ait. Nam ipsi nos certos reddiderunt ac firmauerunt in verbo. Quomodo igitur alio in loco sese non ab hominibus audiuisse dixit? Quia isthic arduum erat & necessarium, quo vrgebautr confirmare se non esse hominum discipulum. calumniabantur enim eum, ceu dominum non audiuisset. Quare periculum erat ne prædicationi & verbo eius apud discipulos suos nō adhiberetur fides. Nūc autem nō est tanta eius cōfirmationis necessitas. Neq; enim Hebræis prædicauit, neq; ab his criminabatur tāquā hominū discipulus esset, & nō Christi. Vel quia & hic inferens deum sibi testimonium dicere per signa & prodigia, innuit quod nō ab hominibus hæc, sed ab deo acceperit. In prologo euāge lij sui. Galat. 1.

Contestante simul deo per signa & prodigia. Quum dixisset stabilita est, indicat iam
B quanam isthuc ratione factum sit. Ne enim dicat quisquam, Qui audiuerunt, finxerūt: Deus, inquit, testimonium simul dicit. non enim testimonium diceret, si figmenta fuissent. Testantur enim, ipsi, deus vero simul testimonium illis exhibet, non vocem aliquam edens, sed per signa & prodigia confirmans atque stabiliēs quæ dicunt. Deo itaque credimus, non hominibus.

Et varias uirtutes Charismatum copiam indicans, dixit varias. nunquam enim tāta tanque eximia signa facta sunt. Quoniam autem & venefici & præstigiatores multa edunt, adiecit & virtutes. magorum enim miracula non sunt potentia, sed imbecillitas, & apparentia, imaginatio, vanaque plane res.

Et spiritus sancti distributionem, iuxta ipsius uoluntatem. Atque hoc propter eandē causam intulit. Quæ enim veneficorum sunt, non spiritus sancti sunt, verum immundorum dæmonum imposturæ. Clam autem & aliud monet. Verisimile est haud multos esse apud Hebræos, qui charismata habeant. defecerant enim propter eorum torporem. Vt igitur vel in hoc consoletur eos. Partitiones, inquit, spiritus sunt, iuxta ipsius voluntatem: ipse nanque nouit quid cuique conducat, sicque donum suum partitur & gratiam. Sæpe vero ob impuram vitam aliquis non accipit donum seu charisma: rursus cui pura est vita, sæpe item non accipit, vt non attollatur: propterea & humilibus & simplicibus magis dabantur charismata.

Non enim angelis subiecit orbem terrarum futurum. Demonstrans adhuc filij excellentiam, qua angelos exuperat: Non his, inquit, subiecit terrarum orbem, vel mundum hunc, sed filio. Futurum autem dicit, quia filius dei semper erat, terra vero producenda
C erat, quæ antea non fuerat. Quantum igitur attinet ad sempiternam filij dei essentiam; orbis futurus erat, & vniuersitas rerum.

De quo loquimur. Hoc est, de quo supra diximus. Quum introducit primogenitū in mundum: ne igitur alium inquirat mens tua errans, ac seducta. Nonnulli per futurū orbem, post fata secuturum mundum hic intellexerunt. De quo, inquit, omnis est nobis sermo. Tum enim angeli vt serui assistent, filius autem vt iudex in throno suo sedebit. Matth. 25

Testificatus est autem quispiam alicubi dicens, Domine, quid est homo quod meministi eius? aut filius hominis, quoniam uisitas eum? Imminuisti eum parum ab angelis quiddam, gloria & honore coronasti eum & omnia subiecisti sub pedibus eius. Non explicat nomen autoris sacri, vt qui disputet cum scripturarum gnaris. Hæc quidem generatim de vniuersa humana natura sunt dicta, speciatim tamen Christo secundum humanitatem quadrant. Nam filius dei humanam naturam, quæ nihil erat & nulla, visitauit, qua assumpta, sibique vnita, cunctis superior est demonstratus. Psal. viij. Philip. ij

Quum enim subiecit ei omnia, nihil reliquit ipsi non subiectum. Nunc autem nondum uidemus ei omnia subiecta. Quia persecutionibus illi obnoxij erant, ac aduersa patiebantur, ne obijciant, Qui dicis deum nobis omnia subiecisse, quum nos persecu-

tionem patiamur, atque agamur misere ab hostibus ipsius? Itaque nondum subiecta ei D sunt, sed decipis nos: propterea inquit, ne tumultuare, neque pusillanimis esto, subijcite enim ei omnia, Hinc & scriptura dixit quod subdiderit iam, quod omnino euenturum est, etiamsi nondũ contigerit, quasi iam euenerit ponens. Ne igitur mœreas quasi acerba tristiaque patiaris. Nondum omnia superauit verbum, necdum subijciendi tempus consummatum est, subijcientur tamen omnino.

Eum autẽ qui parum ab angelis imminutus est, videmus Iesum per afflictiones mortis gloria & honore coronatum. Conatur ostendere, ea quæ dicta sunt, Christo conuenire. Si omnia subiecisti, inquit, non videtur quadrare dñ ipsi, atqui mõstrauimus omnino hoc euenturum. Atqui parum quiddam ab angelis imminutum esse, huic conuenit, aut nobis. Etenim triduum apud inferos commoratus vt homo, paululum inferior factus est angelis, quandoquidem illi prorsus non sint obnoxij morti. Nos vero qui omnino corpore corrumpimur, haud parum certe, sed omnino multum ab angelis sumus imminuti. Gloria porro & honore coronatum iri, illi magis conuenit, quam nobis, propter mortis dolorem quam sustinuit. Dicens autem afflictionem mortis, veram mortem idicauit nõ enim spectrum vel vana mortis apparitio fuit, sed efficax afflictio & cruciatus. Meminit autẽ mortis & crucis, vt persuadeat eis dextre ferre afflictiones, ad præceptorem Christum oculos defigendo. Quinetiam gloriæ illi crux fuit, proinde & vobis ærumnę & cruciatus in gloriam cedent. Quid igitur resilitis ab coronãtibus? Ille pro te seruo passus est, tu vero non sustines pro ipso domino tuo affligi? E

Vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Non debebat nobis deus quicquam, sed ex gratia filium suum nobis dedit in mortem, non pro fidelibus tãtum, sed pro vniuerso terrarum orbe. Etsi enim non omnes sunt seruati, ipse tamen quod sui officij erat, impleuit. Pulchre autem dixit gustaret. vt enim re vera gustauit, sic modica in morte facta mora, protinus resurrexit: vnde & secundum hoc præstantior est angelis, quoniã superior morte demonstratus est. Perinde ac medicus animaduertens ęgrotum præparatos sibi cibos & pharmaca degustare, ipse prior degustat, vt persuadeat ægro quo confidat sumere audacter pharmacum. Hunc ad modum dominus videns nos metuere mortem, gustauit eam prior, quum non esset ei necessarium. Non enim hoc illi ex debito incumbebat, quod morem nimirum gustaret, sed totum isthuc ex gratia egit, vt ostensa morte nihil aduersus Christum habente impium, quippe quæ eum retinere nõ potuerit, persuadeat etiam nobis aduersus illã cõfidere. Nestoriani autem peruertẽtes scripturã, dicunt, vt absque deo, pro quouis gustaret moriẽ, vt constituãt in crucifixo Christo non adfuisse simul diuinitatẽ, vt quæ secundũ substantiã ei vnita nõ fuerit, vel personam, sed secundũ habitũ. Quorũ insipientiã orthodoxus quispiam ridens ac subsanans, Esto inquit, habeat scriptura vt dicitis, pro nobis tamen vel sic erit quod dicitur. Dempto enim deo, pro quouis alio mortem obijt dominus, pro angelis etiam ipsis, vt inimicitiam eorum erga nos solueret, ac lętitiam ipsis acquireret.

Per quem etiã patri tribuitur.

Decebat enim ipsum, propter quem omnia. Hoc est, patrem propter ipsum enim oĩa; hoc est, ipse est autor omnium. F

Et per quem omnia. Animaduerte (per quam) patri attribui. nec enim si imminutionis esset, solique filio conueniret, patri apponeretur. Quid autem significat per quẽ? Disce quia dixerat, propter quem omnia: ne quisquam absurdum intelligeret, quasi omnibus ipse indigeret; quandoquidem & pręposirio propter, tale quiddam significet, veluti si dicamus, propter hominem producta est & condita creatura, conditusque mũdus. eam ob causam intulit, per quem, interpretans propter quem, sic intelligendum; quasi per ipsum & ab ipso facta cõditaque sint omnia. Hunc ad modum igitur & de filio si dicat per quem, accipe pro a quo.

Multos filios ad gloriam ducentem, principem salutis ipsorum per afflictiones perficere: Adhuc gloria & honore coronasti eum, hic meminit. Quod autem ait, est eiusmodi: Digna honore & splendore suo pater transegit, primogenitum omnium filiorum, qui glorię eius participes futuri erant, clariorem & splendidiorem omnibus commonstrãs per passiones, vt ostendat etiam alijs quomodo si certandum. Principem autem salutis appellat, hoc est, autorem & causam. Obserua autẽ medium hic & discrimen, ipse filius est, & nos filij sumus: sed ipse quidem seruat æternum, nos vero conseruamur: copulamur ipsi & coniungimur, & rursus disseparamur ac distamus Obserua hic; passiones aut afflictiones esse consummationem & causam salutis; tum qui pro quopiam

A patitur, non illum solum adiuuat, verumetiam ipse clarior redditur & perfectior. Consummationem autem hic intellige gloriam qua glorificatus est: atque hanc secundum hominem intellige. Vel quia naturaliter quidem habebat gloriam, caeterum quod ad nos attinet, hoc est, apud homines, inglorius erat, tanquam non agnitus, vel qui non cognosceretur. Quia post crucem vero cognitus est, & glorificatus, accipere dicitur gloriam, quam tamen natura habebat, etiamsi ab nobis ei non deferretur. Diuus autem Cyrillus perfectionem immortalitatem dicit, quae deerat Christo secundum hominem, cōpleuit autem hanc ipsi pater per resurrectionem. postquam enim resurrexit, non porro in eum mors dominatur, ac vniuersam naturam in ipso hac perfectione dignatus est, adeoque omneis homines per Christum resurgere faciet. Afflictionum vtilitas

Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes. En rursus indicat nos esse fratres Christi, tantoque affectos honore. Qui enim sanctificat, hoc est Christus, & qui sanctificantur hoc est nos, ex vno omnes, hoc est, ex patre: at ille quidem vt genuinus & germanus filius, e substantia patris, nos autem veluti creaturae. Animaduerte autē & in dictionibus excellentiam. nam ille sanctificat, nos autem sanctificamur. Proinde est idem ius propemodum, eademque fere natura & excellentia.

Propter quam causam non erubescit fratres eos uocare. Hoc etiam loco excellentiam obserua. Per hoc enim quod dicit, non erubescit, indicat hoc non esse naturae rei, sed amoris, paternique affectus, eius quem non pudeat: siquidem ex vno sumus, quāquā Psal. xxi
B multum etiam sit interualli inter conditorem & creaturas. Iohā. xvij

Dicens; Denunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae hymnum tibi concinam. Carne induta, induit simul fraternitatem, ac simul cōiūcta fraternitas. Rursus autem inde excellentia prodit. Denunciabo enim, inquit, ijs qui tenebris circunsepti sunt & obfuscati, ac ignorantibus. Non est dissimile ei, Nomen tuum hominibus manifestaui.

Et rursus, Ego ero confidens in ipsum. Per hoc itidem indicat se hominem fratremque nostrum factum esse. perinde enim ac quilibet hominum, sic & ipse confidit in eū, hoc est, patrem: simul monstrans nobis, vt in solum deum confidentes simus, quandoquidem ipse qui filius sit & nihil indigeat, in patrem tamen confidere sese dicat. Nōnulli sic intellexerunt, quia supra Christum fratrem dixit, infra autem patrem, in medium promit ea esse nomina dispensationis postremis temporibus patefactę. Sempiternum autem nomen eius, quod omnia secula praecessit, deus est. Quis enim in aliū proprie confidit, quam in deum? quisnam in alium spem collocat? Perinde quasi dicat Ne quum & fratrem & patrem eum esse auditis, existimetis eum esse vnum ex multis, vel vulgarem aliquem: nam deus est, in quem fiduciam esse collocandam scriptura testatur, vt sermo non sit ex persona Christi, sed prophetae potius dicentis, Confidam in ipsum Christum, vt deum. Enimuero huiusmodi intellectus non quadrat. Psal. xvij In solum deū pprie cōfidēdū. Esaiae. vi

Et rursus: Ecce ego, & pueri, quos mihi dedit deus. Hic patrem nostrum facit Christū dedit autem accipiendum ob bonam voluntatem patris, quam in incarnatione filij exhibuit. nisi enim placuisset incarnari filium, nunquam ei liberi fuissent.

C *Quia ergo pueri participes sunt carnis & sanguinis, & ipse similiter particeps factus est eorum.* Pudefiant igitur qui per calumniam asserunt & nugantur per spectrū quoddam & imaginationem & existimationem eum hic affuisse. Non dixit autem solum quod particeps fuerit carnis & sanguinis reliquorum puerorum instar & hominum, ac etiamsi hoc dixisset, satis fuisset ad confirmandum quod vere incarnatus esset, verum & παραπλησίως, id est similiter, adiecit, vt impermutabilem & veram incarnationem nobis exhibeat.

Vt per mortem destrueret imperium habentem mortis diabolum. Causam reddit diuini consilij, quur sit incarnatus. Vt per mortem suam, inquit, quam suscepit vt carnis & sanguinis videlicet particeps, aboleret ac destrueret diabolum, qui imperium tenebat mortis. Quomodo imperium habebat mortis? per peccatum. Quia enim peccare faciebat homines ex prima illa inobedientia, ipse fuit qui mortem conderet, ceu milite ipso ac fortibus armis vtens, mortemque armorum vice apprehendens aduersus humanam naturam. Hac ipsa igitur Christus etiam vsus est, morte nimirum, aduersus satanam: Quod reuera multae virtutis ac sapientiae potētiaeque symbolum est, iugulare hostem ijs armis, quibus ipse ad indulgendum vtebatur. Quidam autem sic intellexerunt, habētem peccatum, hoc est, diabolum. peccatum enim est imperium roburque mortis.

Ac liberaret hos, quot quot metu mortis per omnem uitam obnoxij erant seruituti. Hoc est,

vt liberaret homines, qui serui erant mortis, metuebantque sibi ab ea, illique obnoxij D
erant, hoc est detenti seruituti quæ sub ipso erat, vt quæ nondum erat destructa. Vel
quia in timore continuo viuebant olim mortales, semper sese mox morituros expectā
tes, ac præ tanta formidine, nullius voluptatis sensum accipere potuerunt. Hoc enim
adumbrauit quum dixit, per vniuersam vitam. Obnoxij itaque fuerunt seruituti, hoc
est, semper tremuerūt, ceu serui dominum, amaram mortem, nullam plane voluptatem
ex aliqua re percipientes. Collige hic, quod mortem metuens expers est libertatis, om-
Mortis met⁹ maxima seruitus niumque seruus est. Consolationi hoc est fidelibus qui affliguntur, siquidem acti illi
ac carceribus mancipati & vincti liberius viuunt, ac suauiorem vitam ducunt ijs qui
olim in delicijs vitam ducere summis sibi visi sunt, quando mors sceptris suis fortiter
& violenter adhuc potiebatur. Nam illi mortis metu concussi, serui erant, vos autem
ab eo metu eaque morte liberati estis.

Non enim iam angelos sane apprehendit. Hoc est, non angelorum naturam assumpsit
aut apprehendit, neque eam gestauit: Hoc autem multam erga humanum genus cha-
ritatem dei indicat. quod enim angelis non donauit, hoc hominibus dedit, vt ex ipsa
dilectione & humana natura carnem assumeret.

Sed semen Abraham assumit. Non dixit, assumpsit, sed assumit vel apprehendit,
vt ostendat quod fugientem naturam nostram, atque se remoram insecutus sit, & ante-
uertens apprehēderit, complexusque sit, sibi veniens & copulans, ac conuertens ipsam E
ab fuga, qua ab se fugiebat. Non dixit autem naturam hominum, sed semen Abraha-
mi, simul cupiens eos attollere, ac generis ipsorum splendorem commonstraret, tum
quod secundum hanc naturam sint gentibus excellentiores, quatenus ex ipsis est do-
minus. Semper enim donat eis, in quibus nihil læditur, neque quicquam sibi damni
datur. Simul autem promissionem eis ad memoriam reuocat, Tibi & semini tuo dabo
terram hanc.

Vnde debebat per omnia fratribus assimilari. Quia placuit ei semel nostram apprehen
Gene.xiij dere naturam, consequens erat per omnia ipsum nobis assimilari, hoc est, vt nasceretur
vt aleretur, vt cresceret, omniaque pateretur quæ oporteret eum pati, tandem vt mo-
reretur: hoc enim est per omnia adæquari.

Vt misericors fiat, & fidelis pontifex in ijs quæ sunt ad deum. Nullam aliam ob causam
carnem nostram accepit, inquit, quam vt nostri misereretur, ac erigeret depressos. Qua
isthuc ratione est pontifex noster factus, ac offerens carnem hanc quam ex nobis assum-
psit, pro alio quopiam sacro, vt a peccatis nos mundaret, ac mediator noster esset apud
Pōtificis munus. deum. Hostes enim eius, dei nempe, fueramus. Fidelis autem pro verus dixit, vt qui pos
sit pontificis opus persequi & perficere. hoc enim est veri pontificis, a peccatis libera-
re eos quorum est pontifex. Vel quia gratus est deo in suis ad eum intercessionibus.

Vt propitius esset peccatis populi. Planum facit quid sit fidelis in rebus diuinis, hoc
est, vt placet atque expiet peccata populi. Id enī ingens argumētū est charitatis suę, quod
omnia fecit vt peccatum tolleret. Quur autem nō dixit peccata orbis, sed populi? Quia
hactenus rationem gerebat Iudæorum dominus, qui populus eius erant, propter quos F
& potissimū venerat, vt his conseruatis & alij conseruarentur æternū: etiamsi diuersum
factum sit. Vnde & angelus ad Ioseph ait. Ipse seruabit populum suum a peccatis.
Claritudinē itaque gentis hic Iudaicę indicat, quod ad genus attinet, & quāto in precio
Matth.i. fuerint apud dominum.

In quo enim passus est ipse tentatus, potest & alijs qui tentantur succurrere: Humile
quidem hoc, & vile, Deoque indignum videtur. Quum enim Paulus carnem Christi
apprehenderit, omnia humilia loquitur, non tamen indignum carne dicit. Neque hoc
mirum cuipiam videri debet, quandoquidem & de patre non incarnato pleraque ad
hominem pertinentia & humilia scriptura loquatur, vt: Dominus de coelo prospexit,
& intus est in filios hominum. ac; Descendens videbo. innumeraque alia hoc genus.
Psal.xiij. Multo potius igitur de Christo incarnato, & in carne passo, præsertim vero vt certio-
Gen xviij res redderentur auditores, propter ipsorum imbecillitatem multa dicta sunt. etenim
homines experientiam omnibus alijs certiorem firmioremque arbitrantur. Quod autē
dicit, est eiusmodi: Non veluti deus tantum nouit, verumetiam vt homo nouit per ex
perientiam, Caro autem Christi haud pauca tolerauit, nouit quid sit afflictio, nouit quid
sit tentatio. Itaque potest succurrere, hoc est, promptus est & pronus vt manum porri-
gat, & compatiatur.

CAPVT III.



A *Nde fratres sancti uocationis coelestis participes.* Vnde hoc est? postquam talem ipsum pontificem esse dixi, nimirum fidelem qui propitius esset peccatis nostris, & posset nobis auxiliari: considerate isthuc, & inuenietis omnino sic sese habere. Vocationis autem supercoelestis dixit participes, hoc est, ad coeleste regnũ vocati sumus. nihil ergo hic quaeramus, isthic merces est, isthic retributio.

Considerate apostolum & pontificem confessionis nostrae, Iesum Christum. Propter carnem omnia sunt humilia, vt dictum est saepius. Apostolus itaque, hoc est, legatus, ideo dicitur, quod sit ablegatus ad oues domus Israel. Pontifex autem confessionis nostrae, hoc est, fidei. non enim legalis cult⁹ pontifex est, sed nostrae fidei. Matt. xv.

Fidelem ei qui fecit ipsum, quemadmodum Moses in tota domo eius. Christum Mosi antepositurus, in medium protulit pontificatum, vel summi sacerdotis functionem; & huic & illi populum commissum inquiens: maiora tamen Christo quam Mosi concredita fuere. Principio tamen statim non indicat eam excellentiam, ne resilirent. etiamsi nanque fideles fuerunt, omnino tamen adhuc adhaerebant Mosi: interim tamen dominum illi adaequat, inquiens: Fidelis est ille patri, qui fecit eum pontificem & apostolũ. Non enim hic de essentiae ratione sermo est, verum de commissione & officio. Fidelis Num. xij.
B igitur, hoc est beneuolus, curam gerens eorum quae sunt patris, non sinens ea corrumpi perdive, sed salutem potius eorum conquirens ac tuens, quemadmodum & Moses in tota domo eius, hoc est, in populo. Domum enim populum vocat, perinde ac nos cõsueuim⁹ dicere, Ille ex hac domo est. Ei⁹ siue dei, siue Mosi. nã & Mosis dicebatur populus, vt: Populus tuus peccauit. Tanquam curator & oeconomus domus, sic erat Moses in populo. Domus populus. Exod. xxxij.

Maiori enim gloria, quam Moses, dignus iudicatus est, quanto maiorem gloriam habet domus, qui extruxit eam. Omnis enim domus construitur a quopiam. qui autem omnia cõstruxit, deus est. Ecce hic est excellentia qua dominus Mosen exuperat. Fidelis, inquit, erat & ille in tota domo, hoc est in populo, veruntamen & ipse erat vnus ex domo. Homo enim & ipse perinde ac caeteri erat, etiamsi sanctus & conseruus ipsis erat, aeque ac in aedibus procuratores. etiamsi enim caeteros praecellant, alij tamen conserui sunt. Quoniam igitur & ipse pars domus erat, conditus est & ipse a quopiam: & qui condidit ipsum excellit eum omnino. Condidit autem eum filius dei, carnem accipiens; & põtifex per eam factus. excellit itaque eum. Animaduerte itaque quomodo ceperit comparationem a carne, conscenderit autem ad diuinitatem. hinc incomparabiliter conditorem & autorem operibus praestantiorem esse demonstrauit.

Et Moses quidem fideli erat in tota domo eius, ut minister, in testimonium eorum quae dicenda erant: Christus autem ueluti deus. En aliam hic praestantiam adducit. Moses, inquit, fidelis erat veluti minister, propterea constitutus vt loqueretur atque explicaret domini sui iussa & voluntatem reliquis famulis, atque vt esset deo in iudicio testis Deut. xxxij.
C eorum quae dicta essent. Etsi enim coelorum vocet testes ac terram, quemadmodum illud, Audi coelum, & ausculta terra: valle, vt in eo loco, Audite valles, & fundamẽta terrae, multo magis hominem. Christus autem fidelis est, vt filius genuinus & haeres res paternas administrans, secundum patris voluntatem. Magnum autem & omnino incomparabile medium est ac discrimen talis domini & serui. Miche

Ad dominum eius, cuius domus non sumus, si modo fiduciam & gloriationem spei ad finem usque stabilem obtineamus. Domus ipsi Mosae erat populus cuius pars & ipse erat: Christus etiam domum habet, nos videlicet, at si ad finem vsque persistamus, neque decidamus animo. Hac autem adhortatur eos perseuerare in afflictionibus, & non labefactari. Hic autem ratione erimus domus dei, perinde ac erat Moses. Celebrat autem eos vbique praeconijs, ostendens quod acceperint quidem, verum oportere eos ad consummationem sui apponere finem. Pulchre autem dixit fiduciam & gloriationem spei. firmiter enim quispiam sperans futuram compensationem, gloriatur inde iam; ceu quę sperarit, praesto sint, nec supprimimur, nec animo deijcitur, sed fiduciam potius habet maiorem, si quando affligatur propter amatum ac dilectum sibi Christum.

Propterea, quemadmodum dicit spiritus sanctus, Hodie si uocem eius audieritis, ne obdurretis corda uestra, sicut in exacerbatione in deserto: ubi tentauerunt me patres uestri,

probauerũt me, & uiderũt opera mea, Quadraginta annos excandui aduersus generationẽ hanc, & dixi semper, Hi errant corde: ipsi autem non cognouerunt uias meas. Itaque iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. De spe hic disputauit, nimirum quod oporteat firmiter expectare mercedem quampiam isthic, & requiem pro laboribus quos hic toleramus: atque hoc e propheta ostendit, qui inquit quod venturi sint in requiem fideles, quemadmodum qui non credunt, non ingredientur, vt neque olim illi. Quum enim pertransijssent mare rubrum Hebræi, ac innumera dei erga sese curæ & potentiæ indicia & signa accepissent decreuerunt speculatores mittere, qui terræ naturam ex-

Num. xiij. plorarant, ad quam ingressuri erant. Hic alij quidẽ abeũtes reuersi sunt naturam terræ admirantes, homines isthic inuictos inhabitare asseuerantes, & inexpugnabiles. Populus igitur quum debuisset expendere dei insuperabilem virtutem atque potẽtiam, cõsternati potius sermonibus hisce, murmurabant, atque in Aegyptum reuerti oportere censebant. Indignatus itaque deus, quod adeo celeriter tot admirabilium operum suorum memoriam repulissent, iurauit non ingressuram generationem illam quę murmurasset, in terram promissionis: vnde omnes etiam perierunt in deserto, præter Chaleb

Nũ. xiiij. & Iesum. Quia igitur Dauid post generationem illam loquens, dixit: Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra, ne eadem patiamini quæ maiores vestri, ac B orbemini requie illa: quasi alia quędam sit requies quam debeamus obtinere. hæc dicit: nam reuera fuerunt qui requiem acceperant. Quam ob causam dicit, Hodie ne induretis corda vestra, patrum vestrorum instar, ne, vt isti, non ingrediamini in requiem. Quæ igitur alia est requies pręter regnum cœlorum, cuius imago fuit sabbatum veteris testamenti, atque typice factus ingressus in Palęstinam per incredulæ generationis filios? Tres autem sunt quietes, prior est sabbati, in quo deus quieuit ab operibus quæ

Quietes tres. condiderat, de quo nunc haud videtur dicere Dauid, vt quæ olim sit facta. Altera est ingressus ipse in terram promissionis, in quam ingressi Iudęi cessaturi erant, ac quietem

Gene. ij. habituri a prælijs & errore. Neque de hac nunc dicit. Palæstina enim omnino tum occupabatur ab Hebræis, temporibus Dauidis. quomodo igitur de hac dicturus erat, tanquam relicta? Videtur igitur alia quæpiam requies esse, in quam Iesus filius Naue non potuit introducere populum. Quæ igitur hæc tertia requies alia fuerit, præter eã quæ est in cælis? Date ergo operam, ne ab excidatis propter incredulitatem, perinde ac maiores vestri. Hæc ergo huius loci sententia est, quæ ad multum vsque spacij pro-

Adeo rationẽ exigere nõ debemus: tenditur, inquirenda autem sunt singula speciatim. Noueris autem, a deo non esse exigendam rationem, sed siue præsit aut non præsit, siue tueatur aut non tueatur, credendum ei. Nam & ideo eos accusat, quod tentauerint se, hoc est, haud citra hæsitationẽ in ipsum sperauerint, vt qui omnia possit.

Videte fratres, nequando in quopiam uestrum sit cor prauum ab infidelitate. Terrentis hoc verbum est. Verisimile est enim illic fuisse, qui non crediderint esse vera quæ de permutatione adeoque retributione dixerit; vnde experimentum cupiebant diuinæ F erga se potentiæ atque prouidentiæ in ipsos in tentationibus quibus quatiebantur. Propterea munit eos ad memoriam eis reuocans quæ olim sint passi increduli. Nec enim futura terriculamenta atque pericula plerosque adeo cohibent quantum quæ pęrtierunt, omnibusque iam sint cognita. Obserua etiam hic, ab incredulitate quempiã deuenire vt & praua cogitet, eademque peragat.

Vt deficiant ab deo uiuente. Alias enim non inuenit aditum incredulitas, nisi quispiam deficiat ab deo. Quandiu enim tenuerit deum, atque in ipsum spem suam collocatit, vt in eum qui omnia possit, nihil arbitratur ei impossibile esse.

Verum adhortamini uosipsos per singulos dies, tantisper dum hodie uocatur. Hoc est, ædificate vos mutuo. & confirmate ac fulcite ne cadatis. Sin & quisquam ceciderit emẽdet sese ac corrigat donec vixerit, hoc enim significat quod ait, donec hodie vocatur. Spes enim est melioris vitæ in eo qui cecidit. Potissimum autem non sit prauum in quopiam cor, sin fuerit, ne cadat propterea in desperationem, verum adhortamini ipsum & suscipite.

Vt ne induretur quispiam uestrum ex deceptione peccati. Hoc est, ne ex desperatione in excęcationem veniat, nec admittat curam aliquam vel medicinam. Quemadmodum enim obstinata duraque corpora non cedunt medicorum manibus, hunc admodum induratæ animæ non cedunt verbo dei. Imposturam autem peccatum vocat, vel deceptionem diaboli, nimirum non sperare futuram bonorum & malorum fidei & incredu-

A dulitatis cōpēsationem. Vel ī dolentiam aut dementiam.dicere enim, Peccaui,relapsus sum deinceps in peccatum, quare non habeo spem: impostura est peccati. Decipiens enim peccatum, & ad sese te pertrahens, talia cogitare facit iuxta id quod dictum est: Impius in profunditatem malorum incidens despiciet. Qui autem contemnit, neque credere sustinet, ex peccato igitur incredulitas. Dixerunt enim, Non videbit dominus neque intelliget deus Iacob. & rursus, Dixit in corde suo, non exquiret, & oblitus est deus. & quæcunque sunt huius generis alia. Pro.xviij Psal.ix.

Participes enim facti sumus Christi. Hoc est, vnum facti sumus nos & ipse, & sic participamus ei, vt corpus capiti sociatur. Hic autem spem eis facit, perinde quasi sic dicat: Qui nos adeo dilexit, vt nos suum corpus faceret, haud sinet nos ab se diuelli dilaniarive, si modo nos velimus. Simul autem & illud tacite indicat, quod & alio in loco memoratum, Si sustinuerimus, & conregnabimus. Earumdem enim participes facti, quarum & Christus, afflictionum videlicet, studeamus etiam cum consortes esse gloriæ.

Si modo principiū substantiæ ad finem usque firmum retineamus. Hoc est, fidē per ipsam enim subsistimus, & diuina necnon spirituali essentia fundati sumus, atque regeneratione. Hic ergo firmiter nos ad finem vsque in fide persistere exigit a nobis.

Quum dicit, Hodie si vocem eius audieritis, ne induretis corda uestra, quemadmodum in exacerbatione. Quomodo ad finem vsque dixerit, hic constituit. Hoc significatur

B inquit, per hoc quod ait, hodie semper est, perinde ac supra etiam dixit, Adhortamini alter alterum, tantisper dum est hodie. Vel quod & potius iudicandum, quemadmodū & diuus Iohannes Chrysostomus censet, per hyperbaton dictum est, Quum dicit, hodie si vocem, & quæ deinceps ad eum vsque locum, metuamus nequando relicta promissione, & quæ deinceps sequuntur. Hodie semper.

Quidam enim audientes exacerbarunt. Audita, inquit, promissione dei, nimirum, Dabo vobis terram Chananæorum, non adhibuerunt quidem ei fidem, cæterum exasperarunt deum per incredulitatem suam. Videte igitur ne & vos increduli sitis promissis. Nonenim proderit vobis audire solum, nisi & credideritis, perinde ac neque illis profuit auditus, sed propterea potius iustius interierunt, quoniam dei sermonibus haud crediderunt.

At non omnes qui egressi sunt ex Aegypto per Moysen. Chaleb enim & Iesus non fuerūt increduli, eam ob causam adsequebantur promissionem, ingressique sunt Palstinā.

Quibus autem succensuit quadraginta annos? nonne ijs qui peccauerant, quorum ossa ceciderunt in deserto? Per interrogationem sermonem texit, quod ita clarior sit, minusque contradictionis habeat. interrogationes nanque in confessis atque certis ponuntur. Præponit autem & pœnam. Ceciderunt enim, inquit, tibiæ vel ossa eorum in deserto, hoc est, magna & femorum ossa: id enim κωλα significet. A parte autem tota corpora significauit. Num.xiiij

Quibus autem iurauit non ingressuros in requiem suam, nisi infidelibus? Ac uidemus quod

C *non potuerint ingredi propter incredulitatem.* Paulo ante dixit, ijs qui peccauerant nunc autem ijs qui non crediderunt. Videtur igitur indicare fidelibus ex Hebræis, quod in alia etiam peccata non pauci eorum sint lapsi per hoc quod pusillanimes sint, nec credant futuris. Videmus igitur & aperte cernimus quod inobedientes & infideles non sunt ingressi in requiē, hoc est, ob oculos nobis posita est & incōfesso ipsa peccati pœna:

CAPVT IIII.



Etuamus igitur nequando relicta promissione ingrediēdi in requiē eius. Hic est redditio eius quod supra ait quum dicit, Hodie si vocem eius audieritis, & quæ sequuntur. Metuamus ne & nobis eadem contingant. Igitur autem, ideo positum est, quod longius æquo sit dilata oratio priusquam redditio sequeretur.

Videatur aliquis posterior esse. Hoc est ne quo modo deficiat, ac destituatur ingressu in requiem hanc promissam. Hilariorem autem & gratiorem, quæ minus inuidiæ habeat, orationem faciens, non dixit, ne deficiat, sed ne videatur deficere vel derelinqui. deficere.

Etenim & nobis nunciatum est, perinde ac illis, sed non profuit eis sermo auditionis. Annunciatum est, inquit, perinde nobis de futuris bonis, atque illis, typice, aut in figura de terra: verum id simpliciter nobis non proderit, nisi credamus, omnemque pusillanimitatem deponamus, vt neque illis profuit audijsse. Animaduerte autem quomodo de nobis loquens, rem ipsam εὐαγγελισμὸν, hoc est bonam nunciationem appellauit, tanquam verorum bonorum promissionem, quę veluti a trophęis & victoria detur. Quũ de illis autem loquitur, verbum auditus nominauit A

Non commixtis fidei in ijs qui audierant. Hoc est, non vnitis neque consentientibus de fide earum rerum quas audiuerãt; sed ab ipsis auulsis. Mirabiliter autem non dixit consentientibus, sed non commixtis, vt summam vnionem & coniunctionem significet. Audientes autem hic dicit, qui crediderant, illi enim re vera auditores dici queant. Diuus autem Iohãnes Chrysostomus, nõ commistos, intellexit Chaleb & Iesum, illi.n. extra seditionem permanserunt, neque, inquit, cæteris commixti sunt tumultuantibus neque concitati sunt & corrupti cum alijs seditiosis, & vnam cum omnibus sententiã habentibus. Quibus autem his, audientibus, & nihil adiutis. Hoc quidem iuxta magnam & profundam eius sapientiam diuus ille Iohãnes dixit, mihi autem indigno nõdum dedit dominus intelligere quid hic sibi velit.

Psal. xciij *Ingredimur enim in requiem credentes, perinde ac dixit, Sic iuraui in ira mea, si ingredientur in requiem meam.* Vnde perspicuum est quod ingredientur in requiem credentes (ex eo quia dicit deus non ingressuros eos qui non crediderunt. e contrario enim hoc & oppositione intelligitur, & quemadmodum non credentibus compensationem dedit, ne ingrediantur in requiem ob incredulitatem suam. B

Gene. ij. *Quum opera iam a condito mundo perfecta essent. Dixit enim de die septima sic alicubis Et quieuit deus in die septimo a cunctis operibus suis. & in hoc iterum: Si introibunt in requiem meam.* Videtur oratio hic esse non admodum consequens, sed non est, enimuero hoc dicit, quod non possit aliquis affirmare Dauidem de sabbati requie loqui. Qui enim de hac loqueretur, quum ea iam olim prçterierit, nimirum quum mũdus esset conditus primum. Sed manifestũ est quod de alia quapiam quiete Dauid verba faciat, nempe ingressus in cœlorum regnum, quæ requies & in futurum inclinata est, tanquam deberent nonnulli post hæc ingredi. Ac quemadmodum sabbatum requies

Sabbatũ requies. dicitur in scriptura, nihil etiam vetuit quod minus posthac introitus in terram promissionis diceretur requies: sic hodie nihil prohibet post hanc aliam rursus requiem vocari futuram, regnum videlicet cœlorum, in quod, qui non crediderunt, non ingredientur.

Quia igitur relinquitur quosdam ingredi in eam, & quibus prius nunciata erat, non sunt ingressi propter incredulitatem: rursus quempiam definit diem, hodie in Dauide dicens, post tantum temporis quemadmodum dictum est, Hodie si vocem eius audieritis, ne indueretis corda uestra. Si enim eos Iesus in requiem introduxisset, nõ de alia posthac die loquutus esset. Vniuersum hoc conatur dicere, quod Iesus filius Naue non potuerit ipsos introducere in hanc requiem, de qua Dauidi est sermo, nobisque nunc. Quoniam ergo ille non introduxit, Dauid autẽ rursus post tot annos dicit, Ne induretis corda vestra quemadmodum patres, qui propter incredulitatem non sunt ingressi, datque nobis e contrario intelligere, quod si crediderimus, ingrediemur, illa videlicet requies nobis obuentura est, eaque nos expectat. De Palæstina enim non promittebat Dauid, eam enim tum terram occupabant: sed neque de ferijs aut quiete septimæ diei locutus est, nam ea a constitutione mundi erat. Tertia igitur quies est regnum cœlorum, in quod nos verus introducit Iesus filius dei, adeoque fides in ipsum. C

Exod xx Apo. xxi *Relinquitur igitur sabbatismus populo dei.* Non dixit requies, sed sabbatismus, proprium nomen ponens quo gaudebant, & ad quod accurrebant. Sic autem appellat regnum cœlorum, Quemadmodum enim in sabbato ab omnibus operibus carnalibus & externis abstinere lex iubebat, ac sacerdotes ea sola perficere mandabat, quæ ad cultum dei pertinebant, & quæcunque animæ commodabant: sic tum omnia spiritualia sunt ac diuina, nihil carnale, nihil obstans, vbi aufugit dolor, mœror, atque gemitus. Audi iam quid ipse dicat.

Qui enim ingreditur in requiem eius, & ipse requiem ab operibus suis accipit, perinde ac a proprijs operibus deus. Interpretatur quomodo sabbatismum nominarit requiẽ. Propterea, inquit, cessamus & nos ab operibus nostris, quemadmodum & deus postquam quieuisset ab operibus suis a constitutione mũdi, sabbatũ diẽ appellauit. Hic quidẽ ius-

A dem iustis multum laboris & certaminis imminet, cum propter alia, tum virtutis sudores: illic vero in requie sempiterna, ne virtutis quidem moralis operatio est, sed dei inexplebilis vsus & vsurpatio & bonitas. Quod igitur audire expetebant, videlicet quod liberandi essent ab laboribus huius æui, hoc iam dixit: ad superna eos transferãs, ac totos verbo dei deuinciens.

Demus igitur operam, ut ingrediamur in requiem illam. Quia demonstrauit tertiam quandam esse requiem, deinceps adhortatur eos vt in illam introeant. Pulchre autem dixit, demus operam. non enim fides ipsa per seipsam sufficiens est introducere in illã nisi commoda pariter conuersatio adeoque vita affuerit.

Fides sola ad beatitudinẽ non perducit.

Vt ne in eodem quisquam inobedientiæ exemplo cadat. In eodem cum Israelitis exẽplo Quomodo nanque illi plurimum itineris emensi, & multa sane aduersa perpessi, propter incredulitatem tamen exciderunt: sic & vos videte ne quo modo post tot tantaque quæ sustinuistis certamina, cadatis, quippe qui ad finem vsque non vos viros fortes geratis. hoc enim est reuera cadere.

Viuens enim est sermo dei & efficax, & quouis gladio ancipiti penetrantior. Quemadmodum tum, inquit, non bellum, non ensis eos perdidit, sed dei verbum, sponte enim decidebant: sic nobiscum etiam eueniet. Idem nanque verbi quod eos puniuit, & nos afficiet supplicio. viuit enim semper, & nunquã extinguitur, nec extingui delerive potest. Dixit etiam aliam ob rationem viuens, vt quũ verbum audis, non existimes leue
B basique carens verbum. Viuum enim est hoc est, subsistit & efficax est, & in quam inciderit animam, in ea grauia vulnera efficit. Animaduerte quomodo sese captui nostro attemperet. Nam ensis & sectionis meminit, quæ nobis sunt consueta & cognita, vt ex hisce excellentem eius potentiam bonis demonstret.

Verbi dei efficacia.

Ac pertransiens usque ad diuisionem animæ & spiritus. Horrendum quiddam dicit, vel quia spiritum ab anima diuidit, ac relinquit eam desertam ab sanctificatione huius quam dominus in euangelio dissectionem nominauit. Perinde nãque vt rex principi cuipiam peccanti cingulum adimit, ac priorem dignitatem, tumque punit, hunc ad modum hic spirituali primum dignitate viduatur homo, deinde supplicio afficitur. Nonnulli autem sic acceperunt verbum, sententia certe meo iudicio ab apostolico scopo haud aberrante: Verbum dei simul atque animam ingressum fuerit, diuidit animæ partes, vt ipsa susceptrix & capax fiat mysterij. Aeque enim atque sagitta carnem subit, dum in eam torquetur vt diuidat, sic & verbum, nisi communitas animæ partes dissecuerit, haud certe ingredietur.

Compagumque & medullarum. Ne audientes animæ hic mentionem fieri, torpeant cogitantes obscuram esse pœnam, apponit etiam quæ sunt corporis. Quæ enim manifestiora sunt, magis feriunt.

Dijudicans cogitationes & sententias cordis. Diuinitatem hic verbi innuit, dei enim est diiudicare, hoc est, explorare ac nouisse cogitationes. Scrutans enim, inquit, corda & renes deus.

Psal. vij.

C *Nec est quicquam obscurum coram ipso*. Non solum, inquit, hominum explorat corda & scrutatur, verum etiamsi angelos dicas & archangelos, & Cherubim & Seraphim omnia illic sunt perspicua. Nihil adeo est quod oculum eius latere possit.

Omnia autem sunt nuda & aperta oculis eius. Vt clarius patefaciat quomodo sint oĩa nuda & aperta coram verbo, dictione vsus est per metaphoram ad pecudes quibus sit pellis detracta, pertinẽte. Vt enim illis τραχηλισθέντων, hoc est, cultum per ceruicẽ recipientibus, & mactatis atque iugulatis, detracta dehinc pelle omnia interiora & interanea reuelantur: sic & deo cuncta sunt perspicua. Quidam autem τετραχηλισμένα quæ nuda vertimus cum veteribus metaphorice, ἐκ τοῦ τραχήλου, ἢ μᾶλλον κατὰ τραχήλου κρεμάμενα ἐνόησαν, hoc est, ex collo vel potius de collo pendentia intellexerũt. Alij autẽ τετραχηλισμένα, pro humi seu in terram spectantia, adeoque ceruicem inclinantia acceperunt, eo quod non possent defigere oculos in gloriam atque splendorem iudicis & dei nostri Iesu Christi. Tu vero quod primum est amplectere.

Ad quem nobis ratio. Ipsi, inquit, daturi sumus rationes & pœnas transactarum ab nobis rerum. Animaduertis ad quantam summam rem adduxerit. Ne enim quũ audis dicentem apostolum, In eodem exemplo incredulitatis, arbitreris eandem pœnam esse & nobis & Israelitis, ostẽdit per hæc, nostra longe esse horribiliora.

Habentes igitur pontificem magnum, qui cœlos pertransijt, IESVM filium dei. Cet'

Episto. Z

quodam interrogante, Quomodo igitur non cadamus, neque pusillanimes desperem? quæso da mihi consilium: Poterant, inquit, ea quæ dicta sunt, erudire nos timore, atque D securiores reddere, verumenimuero præter hæc magnus est nobis pontifex, qui nobis
Deutero. xxxi. & xxxiiij. esse auxilio queat, si teneamus confessionem. Non enim est vilis aut vulgaris quispiã homo, cæterum magnus & præclarus, filius enim dei est. Nec talis est, qualis Moses. ille enim neque ipse ingressus est in requiem, neque populum introduxit. Hic autem cœlos pertransiens consider apud patrem, potestque nobis in cœlos ingressum dare, atque promissæ quietis hæredes facere.

Confessio nobis tenenda. *Teneamus confessionem*. Non totum pontifici tribuit. verumetiam nostra inquirit potest quidem ille, sed si nos etiam digni fuerimus. Qualem autem confessionem hic dicit? Quod credamus resurrectiõem & retributionem in extremo die: tum quod innumera sint obuentura nobis, & quod Christus sit deus. Hanc confessionem teneamus neque sinamus ipsam defluere a nobis, verum quæ confessi sumus in principio fidei, hæc firmiter retineamus, tum omnia terribilia abibunt.

Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris. Admonens eas vt confidant, orationi suæ fide conciliat, inquiens: Non est pontifex qui ignoret nostra, quod genus multi sunt pontifices, qui non nouerunt quidnam sit adflictio: quare neque proni sunt succurrere adflictis, verum põtifex noster omnia sustinuit, & postquam tolerasset, ascendit, vt posset nobis compati.

Tentatum uero per omnia iuxta similitudinem absque peccato. Hoc est, persecutionem E passus est, consputus est, calumniam sustinuit, actus est & pulsus, ac tandem crucifixus Omnia hæc sustinuit iuxta similitudinẽ nostrã, hoc est, simili nobiscũ ratiõe, citra quidem peccatum. Neque enim simpliciter peccatum fecit, neque quum hæc pateretur; quicquã fecit vel dixit peccabile, seu peccatũ redolens. Itaque potestis & vos in afflictionibus sine peccato esse. Quomodo igitur soluti ac remissi estis? Nonnulli sine peccato sic itellexerunt, quod hæc passus sit, nõ luẽs peccatorũ (quę nulla in ipso erãt) pœnas.

Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ. Quia peccatis vacante pontificem habemus, qui ipse mundũ debellarit atque diuicerit (Confidite nanque, inquit, ego vici
Iohã. xvi mundum) debemus cum fiducia accedere, hoc est, non prauam habere conscientiam; nec hæsitare, sed enim in pontificem confidere. Et si enim nos peccatum habemus, ipse tam absque peccato est, insuper thronus est gratiæ, non iudicij. Proinde oporret nos cũ
Throni duo. fiducia accedere, nihil dubitantes eum daturum nobis quæ cupiamus. Duo enim throni sunt, alter quidem est gratiæ, ad quem accedentes accipiunt per diuinam gratiam a peccatis suis liberationem: alter autem secundi aduentus thronus est, non gratiæ. Nemo enim tum accipiet remissionem, sed iudicium. Throni autem meminit, vt ne audiens pontificem, existimes eum stare. Nam etiamsi dicatur põtifex ob gratiam erga nos & clementiam, super diuino tamen throno sedet.

Vt accipiamus misericordiam, & gratiam inueniamus ad auxilium opportunum. Nunc enim si accesserimus, misericordiam inueniemus & gratiam, opportune enim accedimus. Si vero tum in extremo iudicio non inueniemus gratiam, quia tum gratiæ tem F
Psal. xciij pus transactũ est, neque thronus porro est gratiæ. Nunc sedet vt rex clemẽs; & gratiã impertiẽs: tum vero excitatur ad iudicium. Exurge enim, inquit, Deus, & iudica terrã.

CAPVT V.



Omnis enim pontifex ex hominibus adsumptus pro hominibus constituitur in diuinis rebus*. Commonstraturus est deinceps nouum testamentum esse longe præstantius veteri. Ac primum orditur cõparare sacerdotia & functiones tum eas quæ sunt veteteris testamenti sacerdotum, tum eam quæ Christi est Interim vero, quia ipsi pleraque aduersabantur, quia multa quæ sacerdotibus adesse debent, Christo non adsunt (neque enim ex tribu sacerdotali erat, neque super terram sacerdos, neque ab hominibus electus in pontificem; neque, vt semel dicam, aliquam corporalem speciem habebat forma sacerdotij eius, veluti nolas, ac frondes, & folia, sed omnia spiritualia erant) primũ igitur recẽset quę sint cõmunia Christo cũ reliquis põtificibus, deinde excellẽtia quędã ponit. Tum enim reuera excellens quispiam ostenditur, quando in alijs quidẽ cõmu

A nicauerit, in aliis vero excellentior fuerit, Ex hominibus itaque assumi, commune est Christo cum reliquis. nam & ipse homo quum esset, factus est pōtifex. Tum quod pro hominibus constituitur in iis quæ ad deum attinent, hoc est, vt pro nobis interpellet, ac mediatorem agat, & isthuc est commune ipsi.

Vt offerat munera & victimas pro peccatis. Interpretatur quid sit ab hominibus constitui in iis quæ sunt ad deum, nempe pro peccatis nostris placare deum. Et hoc igitur commune est Christo cum aliis, enimuero non vniuersum, nam ipse seipsum obtulit, illi vero alia quædam. Munera autem & victimæ quomodo exacta ratione discrepant? In scripturis sane non differunt, vt deinceps disces.

Qui posset moderato affectu esse erga ignorantes & errantes. Hoc est, qui posset condolere, compati & condescendere ac condonare iis qui ex ignorantia peccassent. Animaduerte omne peccatum ex ignorantia & errore nasci. nam etiam si videatur quis nouisse quid malum sit, tēpore tamen transactionis peccati tenebris circunfusus, ignorantia & errore languet, voluptatis liuore ac lubrico præcipitatus. Peccatum omne ex ignorātia

Quoniam & ipse infirmitate circumseptus est Simpliciorem ac veriorem sententiam esse hanc opinor, propterea videlicet condolere ignorantibus pontificem, quod & ipse infirmitate sit amictus, vt qui humanæ imbecillitatis mensuram ex se ipse nouerit: vnde & veniam admetitur, ac largitur. Nonnulli sic acceperunt, quia in hoc seculo discrepat a populo pontifex, quod condonet, quandoquidem ipse æque ac multi alii, infir-
B mitate circunfusus sit.

Ac propter hanc debet, quemadmodum pro populo, sic & pro seipso offerre pro peccatis. Hæc omnia non habet communia Christus cum reliquis, verum in his excellit. Neque enim infirmitatem habebat peccatorum dominus, neque pro se ipse obtulit, sed pro reliquis hominibus.

Nec sibi ipsi accipit aliquis honorem, sed qui uocatur ab deo. Aliud pontificis iudiciū ponit, quod pei æque Christo conuenit, nempe quod non ipse ad pontificatum assiliat, sed vocetur ab deo, vocatus enim accipit. Perstringit autem hic Iudæorum tum temporis pontifices, qui ipsi assiliebant ad honorem, empticium istum possidentes, legemque corrumpentes.

Quemadmodum & Aaron. Etenim Aaron primum ab Deo per Mosen vocatus, sic functus est sacerdotio, neque ipse adsiliit. Ac rursus quando virga floruit, commonstratum est quod diuinitus vocatus sit, & quando ignis deuorauit eos qui sacerdotio se ipsi adiunxerant. I. Pa. xxiij. Leui viij. Nū. xvij.

Sic & Christus non seipsum glorificauit ut fieret pontifex, sed qui loquutus est ad ipsum, Filius meus es tu, ego hodie genui te: perinde ac in alio dicit loco, Tu es sacerdos in æternū secundum ordinem Melchizedec. Quod Christus vbique dixit, Missus sum a patre, & a meipso non veni hoc & paulus nunc indicat quod a deo missus sit, nec ipse glorificauit seipsum, sed qui locutus est ad eum, hoc est, ille glorificauit eum. hoc enim est repetendum. Quia igitur Aaron multa indicia sensibilia habebat quod a deo vocatus Psal. ij. Psal. cix. Iohā. viij
C esset, perinde ac præmemoratū est, Christus autem nihil sensibile huiusmodi vel externum habebat. qui potius qui aduersabantur ei, & occidebant, in precio tum erant omniaque & agebant & ferebant, producit iam maius testimonium ex prophetia, quod refertur eum a deo vocatum. Videtur autem inconueniens esse e secundo psalmo prophetia ad institutum Propositum enim erat vt demonstraretur Christum pontificem esse a deo vocatum & electum, testimonium autem a patre natum asserit. Maxime autē ab deo natū esse, præmunitio & præparatio est ad hoc, vt ab deo etiam eligatur & ordinetur. Insuper & hoc tecū reputa, quod postquā in centesimo nono psalmo dixerit, Ex vtero ante luciferum genui te, deinde paulopost intulit, Tu es sacerdos in æternū secundum ordinem Melchizedec coniunxit hic Paulus, & in vnum redegit, quæ in vtroque psalmo de generatione dicuntur, perinde ac si dicat, Ne existimes de alio quopiam dici, Tu es sacerdos in sempiternum, præterquam de nato ante luciferum. Is porro nō est alius, quam de quo in secūdo psalmo dictum est, Hodie genui te. Quod ante luciferum ait, temporis vacationem indicat & æternitatem. Hodie vero, a principio significat, hoc est quod pater erat. Porro planum est quod secūdus psalmus totus ad Christū pertineat, omniaque ad ipsum referat. De Christo itaque etiam dictum est quod ait, Tu es sacerdos in æternū, Dicant igitur Iudæi nobis, quisnam sit alius sacerdos secundū ordinem Melchizedec, præter Christū? Nonne omnes sub lege fuerunt? nonne omnes Ante luciferum: Hodie.

ſabbatū celebrabāt ,& victimas offerebant? Manifeſtiſſime igitur de Chriſto hoc dictū eſt, ſolus enim ille pane & vino ſacrificium conſecrauit, perinde ac Melchiſedec. Qui D
Gen.xiiij. vero dixit in æternum? Quoniam etiamnum vna cum corpore pro nobis apud deum & patrem intercedit, hoc eſt ,quas pro nobis pertulit afflictiones,magnumque mœrorem,proponit etiam ſine voce ,reipſa nimirum loquens: Pro humana natura filius tuus ego ſuſtinui hæc, miſerere igitur horum ,pro quibus ego pati & mori ſuſtinui. Vel quia quæ in ſingulos dies fit & futura eſt in perpetuū oblatio per dei miniſtros,ipſum habet pōtificē & ſacerdotē dominū,atque adeo ipſum ſacrū,qui ſeipſum pro nobis ſan
I.Co.xij. ctificat,& frangitur,& diſtribuitur. Quoties enim hæc fiunt,mors domini annunciatur

Qui in diebus carnis ſuæ. Per dies carnis ſuæ ,tempus quo hic vixit,vel dies quas invita huius temporis carne corporeque ſuis tranſegit, ſignificat: non quod nunc carnem depoſuerit,nequaquam,retinet enim eam,ſed incorruptibilem ac ſuperiorē carna-
Pſal.cxiiij libus & ineuitabilibus malis & calamitatibus ,nimirum fame ,ſiti,labore ,idque genus talibus. Hunc autem loquendi formulam & locum apoſtolus ab Dauide deſumpſit, vbi dicit pſalmo centeſimo decimoquarto ,Et in diebus meis inuocabo. Totum enim pſalmum ad Chriſtum refert apoſtolus,

Preces enim & ſupplicationes,ad eum qui poſſet eum conſeruare ex morte , cum clamore forti & lachrymis offerens. Hæc de carne dicta ſunt .non enim iam vt deus indigebat. Eſto autem quod indigeret ,non tamen cum clamore & lachrymis; ceterum irrefragabiliter humanæ naturæ vnius Chriſti hæc tribuenda ſunt , partim quidem vt aſſum E
ptæ naturę veritas demonſtretur,partim vero vt & cura ipſius erga nos ac dilectionis excellentia indicetur. Pro nobis enim hæc orabat,quod noſtrum eſt ſibi vindicans, vt
Iohan.ij & x. in ſeipſo naturæ humanæ formidinem qua mortem meruit,abſummeret. Reputa enim tecum,quod nuſquā in euangelijs ſcriptum ſit quod orauerit pro excitatione ac reſurrectione ſui,ſed diuerſum potius inuenitur,nēpe quod ex potentia ſua dixerit aperte: Soluite templum hoc ,& excitabo ipſum: & Poteſtatem habeo recipiendi animā meā.

Et exauditus pro reuerentia ,quia filius eſſet. Hæc etiam propter carnem & auditorum imbecillitatem dixit,nondum enim magnam de eo opinionem habebant. Quod igitur dicit,ad hunc ſeſe modū habet. Tanta ipſius eſt reuerentia, vt eius potius opus eſſet quā dei ,quod exaudiretur ipſe,atque ex hac reuerentia reueritus eſt eum deus ,atque placatus eſt & exornatus ab eo qui filius erat ,cui natiua ad patrem fiducia erat. Ea ſiquidem fiducia cum ingens erat,tum digna pudore ac reuerentia. Ne igitur deſperetis quum dominum habeatis ,qui a patre exaudiatur. Si igitur quicquam ipſum petieri-
Iohā.xiiij & xvi. tis,dabit vobis: quod & ipſe Chriſtus diſcipulis in euāgelio ait, Si diligeretis me gauderetis vtique,quoniā ego ad patrē vado,quoniā pater meus maior me eſt. &, Quęcūque petieritis in nomine meo ,dabit vobis.

Didicit ex quibus paſſus eſt,obedientiam. Didicit , inquit, deo & patri ſuo obedire, ex afflictionibus illud edoctus. Apparet autem ſimpliciter abſurdum quod dicitur. Qui enim didicit obedientiæ ex ijs quæ paſſus eſt ,quum priuſquam pateretur,patri eſſet adeo obediens, vt calamitates illas & afflictiones ex obedientia ſuſciperet? factus F
eſt enim ,inquit, obediens ad mortem vſque. Diſce igitur quod quum iſti viderentur repugnare ex puſillanimitate , hæc abiecta & humilia de filio loquatur deo , vt ex a-
Philip.ij. bundanti perſuadeat eis obtemperare voluntati dei,nec ſtatim ad tribulationum inſultus faſtidire,cæterum ſupernum auxilium expectare. Nam & filius ſuſtinens crucem propter obedientiā exauditus eſt a patre,atque erepta eſt anima ipſius ex morte. Atque hinc perpetuo morem gerere didicit patri ſuo,quippe quia obedientia multum poſſet. Si igitur ille commodum ex calamitatum tolerantia necnon afflictionibus retulit, multo potius vos. Animaduertis itaque qui ob auditorū commoditatem Paulus huc deſcenderit, vt veluti abſurdi quipiam videatur aſſeuerare. Audi vero quę ſequūtur.

Et conſummatus. Conſummatio igitur fit per afflictiones. Quomodo igitur vos
Conſummatio per afflictiones fit. ægro eſtis animo in malis,quæ vos conſummatos reddunt?

Factus eſt obedientibus ipſi, cauſa ſalutis æternæ. Hoc eſt , nedum ipſe ſeruatus eſt, verumetiam alijs ſalutem eſt largitus ,neque eam temporariam,perinde ac ex bellis paratur ,enimuero æternam. Quibus hiſce? obedientibus. Quomodo igitur vos inobedientes eſtis,adeo vt ab ſalute vos excidere periculum ſit? Obſerua itaque vniuerſam hanc orationem ita formatam eſſe propter auditorum imbecillitatm. Attamen hic rurſus faſtigium & ſublimitatem orationis intuere, Autor; inquit, & cauſa ſalutis factus

A est; quod sane diuinitatis est soli⁹. Nemo eni alius salutis esse autor potest præter Deū

Appelatus a deo pontifex secundum ordinem Melchizedec. Quia passus est, propterea appellatus est pontifex, veluti semet ipse offerens. Ac etiamsi sanguinem obtulit, isthuc tamen non fecit iuxta ritus Iudaicos, verum secundum ordinem Melchizedec. Vt enim ille ab homine non est inunctus, sic neque Christus, sed a deo, per eiusdem secūessentię spiritū. Quomodo enim ille nō ex lege sancita sacra vel victimas obtulit, sic neque ille. Porro perinde ac ille rex est, sic & hic, & innumera alia

De quo multus est nobis sermo, explicatuque difficilis, postquam segnes facti estis auribus. Perducturus orationem ad sacerdotij discrimen, prius ipsos obiurgat, indicans quod propter infantiam ipsorum adeo humilia protulerit, atque immoratus sit in oratione de carne & humanitate Christi. Nisi enim infirmi fuissent, iamdudum sublimiorum rerum meminisset. Ob vestrum igitur torporem, inquit, haud facile explicabis est sermo de eo, quomodo Christus sit pontifex secundum ordinem Melchizedec. Et quia non intelligitis vos, propterea non commode interpretari possum. Corinthijs scribens apostolus, quum non posset eis loqui de spiritualibus, vt qui ęmulationes & contētiones inter se fouerent, carnales eos vocat. Hos autem, quia rudes erant, & ex afflictionibus nihil didicerant, non carnales eos, verum segnes & torpidos nominat. Quum ait, facti estis, ostendit ipsos primum bene valuisse, post hæc vero tales factos. I.Cor.iij.

B *Etenim quum deberetis esse doctores propter tempus.* Accusationem encomio miscet, inquiens: Aliorum vos debebatis esse præceptores. Ostendit enim iam olim illos credidisse, arcanaque religionis & euangelij filij dei audisse. Ambo autem hæc laude digna: si modo ad socordiam non essent prolapsi, tempus fortiores potius reddit. Vos autem frustra abusi estis, dissoluti ac deficientes

Rursum opus habetis ut doceamini uos, quæ sint elementa principij oraculorum dei. Elementa, quæ sunt de humanitate Christi, vocat. Vt enim in externis literis prima rudimenta discenda sunt, hūc ad modum hic primum demonstratio est facienda de humanitate Christi, atque humilibus assuescendum: deinde accedendum est ad ea quæ sunt deitatis, quæ solidiore intellectu opus habent. En palam iam didicisti ex Paulo, quā ob causam in humilibus oratione sua demoratus sit. Raro autē sublime quiddam dicit; & quod ob infirmitatem auditorum ista faciat. Ecce igitur & hæc epistola humilibus est referta. Si autem aliquid sublime habet, breuiter hoc & paucis transigitur.

Et facti estis, qui opus habeatis lacte, ac solido alimento. Non dixit opus habetis, sed facti estis, hoc est, vosipsi vosipsos eo perduxistis, vt vestra sponte sitis facti eiusmodi. Lac autem humilem orationem appellat & hic, & in epistola ad Corinthios; solidum vero alimentum, perfectiora & altiora. Non oportebat igitur introducere legalia, & ab his comparationem facere incomparabilis Christi, nimirum quod sit pōtifex, quod sacrum fecerit, quod cum clamore precatus sit, ac supplicationes fecerit; attamen quia vos hisce alumini, præpono hęc. Obserua, quod quę nunc exhibentur, ea tū alebāt illos & quod verū sunt alimentū, oracula dei. Dabo, inquit, famen illis audiendi verbi Dei. I.Cor iij. Amos.viij

C *Omnis enim qui lactis est particeps, ignarus est sermonis iustitiæ: infans enim est.* Iustitiā hic vel exactam viuendi rationem appellat, tantum non hoc dicens, quod imperfectus inexpertus est supernæ philosophiæ, nec potest recipere summam & exactam vitam Quod & Christus exigebat, dicens: Nisi exuberauerit iustitia vestra plus quam scribarū & Pharisęorū. Vel iustitiā, Christū ipsum, hoc dicēs, Qui particeps est humiliū, de Christi īcarnatiōe sublimes ac dignos sermōes nō recipit, ceu īfans qui nō sit horū capax Matt.v.

Perfectorum autem est solidus cibus. Hoc est, sublimes institutiones ac disputationes de diuinitate Christi. Vides infantiam alteram, quæ & in grandæuis & senibus est, mētium videlicet: ac perfectionem, quam & iuuenes habere nihil impedit.

Qui per habitudinem exercitatos habent sensus ad diiudicationem boni & mali. Habitudinem hic consummationem & robur morum nominat. Qui igitur moribus vitaque firma est, is iuxta animæ sensoria habet exercitata in scripturis, ad diiudicationem humilium & sublimiū dogmatū, sanorū itē & corruptorū. Non enim de vita hic loquitur eā enim vnusquisque diiudicat, ac nouit quid sit prauū aut malū, vel bonū aut virtus. Animaduerte autē opus esse exercitatione & meditatione & peritia scripturarū si diiudicaturi simus quis nam sit hæreticus, & quis nō. Nec simpliciter omnibus accommodare aures debemus: guttur ei & isophagus cibū gustat, aīa vero probat sermones.

CAPVT VI.

A le, vt ad desperationem eos iniiciat, ne omnino spere se denuo baptisma posse cõsequi.

Qui gustarunt donum supercaeleste. Hoc est remissionem peccatorum: nemo enim talia dare potest, nisi vnus deus.

Participesque facti sunt spiritus sancti. Post dimissionem peccatorum, tum est participatio spiritus sancti, non enim habitat in corpore obnoxio peccatis, per impositionem autem manuum dabatur, vt & ante memoratum.

Et qui bonum gustarunt dei. Non dixit aperte quid sit hoc; interim tamen nos colligere facit se de omni spirituali doctrina loqui.

Et uirtutes futuri seculi. Vel miracula facere sic appellat, vel angelice viuere, vt nullo praesentium indigeat aliquis, sed ad futura respiciat, ac futurae vitę arram habeat: si praesentem impollutum & spiritualem videlicet ducat.

Si reciderint, rursus renouari ad poenitentiam. Hoc est, per poenitẽtiam. Quid igitur? electa est poenitentia? Haudquaquam, sed per secundũ baptisma renouatio est reiecta. Renouare nanque solius est lauachri, perinde ac propheta dicit. Renouabitur vt aquilae iuuentus tua. poenitentiae autem est, a vetustate liberare, ac firmos fortesque facere. Ad illum igitur splendorem ducere non licet relapsos, vbi praeter gratiam nihil est. Ad poenitentiam igitur inquit, quae est ex baptismate. Primum enim quispiam ducitur poenitentia ob transactam vitam, deinde baptizatur, perinde ac ipse praedixit poenitentiae ab operibus mortuis. Manifestum autem est ex sequentibus, quod baptismatis reiterationem prohibens haec dicit. Psal. ciij.

B

Recrucifigentes sibijpsis filium dei. Baptisma crux est. Simul enim crucifixus est vetus noster homo, ac simul insiti sumus similitudini mortis eius: & rursus Consepulti sumus ipsi per baptisma. Perinde nanque vt mortuus est ille in cruce carni, pari via & nos in baptismate mortui sumus peccato. Qui igitur secunda vice baptizatur, quantũ in se est, rursus cruci Christum affigit. Atqui hoc absurdũ est. semel enim mortuus est, & resurrexit, & mors in eum porro non dominatur. Non igitur est secundum baptisma, quandoquidem neque secunda crux sit. Quid enim prohiberet, si secundum permitteretur, quo minus tertium & quartum concederetur, ad infinitum vsque facto procursu? Non dixit autem recrucifigentes, ac destitit loqui, sed adiecit sibijpsis, vt ostendat quod segniter & ignaue vitam nostram transigamus. Nam sic omnia agimus quasi secundum baptisma presto sit, vanam ita in nobisipsis opinionem constituentes. Rom. vi. Ibidem.

Ac traducentes. Hoc est, triumphãtes, ignominia afficientes. Hoc autem bifariam intelliges, vel quia qui tum crucifixerunt dominum, ad ignominiam eius talẽ mortis rationem excogitarunt maledictam videlicet & contumeliosam, ac sceleratis destinatam. Vel quia Christus semel cruci affixus, immortalis deinceps creditur. Qui igitur recrucifigit ipsum, mendacium hoc facit, quod Christo contumeliam affert, quippe qui post mortem suam quam semel sustinuit, immortalitatem gustauerit. Duabus itaque rationibus rem impossibilem esse dicit, baptismatis nempe reiterationem; altera quidẽ quod indignus est qui tantis bonis donatus sit, ac omnia ea perdiderit, rursus ijsdem frui; altera vero horribiliore multo, quod videlicet impossibile sit filiũ dei recrucifigere.

C

Etenim terra quae biberit super se saepe uenientem imbrem. Terram quidem animam, imbrem vero doctrinam vocat, vt & alio in loco dicit: Mundabo nubibus, inquit deus, ne pluãt ĩbrẽ in vineã. & rursus, Fluui⁹ dei ĩplet⁹ est, aquis, hoc est qui ex deo circa doctrinam donatus est impletus est supernis aquis, siue donis. Indicat autem hic & notat eos qui acceperant atque deuorauerant verbum, ac saepe hoc assecuti erant, neque sic tamen inde fructum aliquem aut commoditatem retulerant; quod & supra dixit: Quum deberetis esse doctores propter tempus. Esa. v. P. lxiiij.

Et gignens herbam commodam Hoc est, vitam virtutibus comptam. Nihil enim adeo est oppositum & commodum, hoc est, conueniens & aptum, vt vitae puritas.

Illis, per quos & colitur. Herbam, inquit, hoc est, bonam cõuersationem illis parit terra, per quos & colitur, agricolis nempe, atque illis, a conueniens est ipsa, nam illi ipsi qui virtutem colunt, fruentur etiam ea. Quidam autem illis, ad doctores retulerunt; etenim per illos optima politia, vita, & conuersatio exercetur, vt qui & ipsi discipulorum suorum virtutis sint consortes.

Accipit benedictionem a deo Hic tacite ferit Graecos, virtuti terrae frugum prouentum adscribentes. Neque enim colonorum manus sunt quę fructus faciant, verum totum deo referendũ est acceptũ, ipse benedicit terrae, ac fertilitatẽ & copiã largitur. Terrę fertilitas deo referenda accepta.

Quæ autem profert spinas & tribulos. Non dixit gignens, vt supra de herba, perinde ac dicat aliquis, ebulliens ac veluti superfluitatem abiciens. Spinæ autem ac tri- D
Psa.xxxi buli sunt solicitudines vitæ, ac impostura diuitiarum, ac simpliciter omne peccatum perinde ac Dauid dicit, Conuersus sum ad ærumnam, dum infigitur mihi spina. Non enim simpliciter accedit vel aduenit, sed infigitur: ac nisi totum eruamus, sed parum quiddam remanserit, cruciat. Opus est autem cura ac diligentia. Insuper tribulus est huiusmodi, vt vbicunque eum attigeris, feriat ac pūgat, & ex omni parte iniucūdus, cum hic ignominiam pariens, tum in futuro seculo potissimum.

Reproba est, & execrationi proxima. Bonę terrę benedici dixit ab deo. infrugiferā autē non dixit simpliciter execratā, cæterum execrationi vicinam, vt ne desperemus. Nā qui prope desperationem est, poterit & longe remoueri.

Cuius finis ad combustionem. Hoc etiam adiecit, vt ne desperemus. Non enim dixit, quæ comburetur, sed cuius finis ad combustionem, hoc est, ad finē vsque in sterilitate perseuerarit. Potest itaque deficere ab sterilitate, atque spinas compescere, Probata item reddi, atque benedictionis consors.

Persuasi autem sumus dilecti de uobis, ut meliora sentiamus ac tenentia salutem, etiamsi sic loquimur. Quum eos abunde satis carpsisset, ac perterrefecisset, rursus curat; vt ne omnino supinos laxosque reddat. Nam qui segnem prorsus ferit ac obiurgat acriter, segniorem reddit. Ait ergo, Non vt ad desperationem vos adigam, hæc dico: non enim quod plenam spinarum conscientiam vestram censeam, sed metuens ne hoc E
fiat. Nec dixit, de vobis expectamus, sed persuasi sumus, id est, certi ac firmati sumus quod non sic habetis, sed melius, & quod vestri ipsorū salutis curā geritis, sicque loquuti sumus per obiurgationem, vt quosdam terreremus. Vel igitur de conuersatione & moribus eorum hæc dicit, quoniam vos non estis huiusmodi spinosi: vel de cōpensatione in extremo iudicio obuentura. Non estis proxime execrationem, neque cōbustioni vicini, sed alia quædam vobis merces est reposita. Expende autē quod sequitur.

Non enim iniustus est deus, ut obliuiscatur operis uestri. Animaduerte quomodo ipsos erexerit & confortarit, vt sperent meliora, reuocans eis ad memoriam priora, ac iustitiam dei. Si enim iustus est deus, non obliuiscetur operis vestri, hoc est misericordiæ, fraternæ dilectionis, sed retribuet vobis. Proinde ne despondeatis animum, nec sitis pusillanimes, cæterum omnino meliora sperate, quandoquidem & omnino deus iustus est. Non igitur de vobis dixi, quæ terrifica & obiurgatoria dixi: noui enim quod vos non sitis digni execratione.

Ac dilectionis quam demonstrastis in nomine eius, quum ministrastis sanctis, & adhuc ministratis. Magna eis tribuit nedum opera, verumetiam opera cum alacritate & animi promptitudine. ministrare namque promptitudinis est indicium. Per dilectionem autem eleemosynam intelligit, quam impertierunt, neque in fratres, sed in nomē dei. Animaduerte maximam consolationem & adhortationem, quod non hominibus sed deo faciamus eleemosynā, perīde ac dominus in euāgelio etiā inquit, Mihi fecistis.
Mat.xxv Qui enim propter nomen dei, fratri egenti prospicit, deo istuc facit. Sanctus, hoc est F
fidelibus. omnis enim fidelis sanctus est, etiamsi in mundo fuerit. Sāctificatus est enim
I.Cor.vij. vir infidelis in vxore, & sanctificata est vxor infidelis in marito. fides igitur hic sanctificationem facit. Ne igitur erga eremitas tantummodo acclinati simus, eosque vt sanctos habeamus & reuereamur, verumetiam erga mundanos. Sancti quidem illi sunt
Mundani etiam quidam sunt, & fide & uita: sancti autem & populares, vel sacris non initiati, populus & vulgus ipsum, fide nimirum, plerique etiam vita. Obserua qualem eis medicinam adhibeat. Non dixit, qui ministrastis, & ita fixit gradum aut quieuit, verum adiecit, & ministrantes, hoc est, eadem hodieque facitis.

Expetimus autem quemlibet uestrum eandem diligentiam ostendere, ad completionem spei adusque finem. Perinde ac si quis dicat Quam ob causam aliam mi Paule hęc dixisti, si noluisti nos ferire & increpare? Hæc dixi, inquit, in eum finē, vt ad futura etiam curratis, non quod peiora & præterita vestra condemnem, verum quod de futuris metuam. Nec dixit volo, quod erat præceptoriæ autoritatis, sed expecto, quod est paterni amoris & affectus. Non enim verbis tantum hoc desidero, sed animus meus pro vobis ardet & æstuat. Tale enim quidam intellige per ἐπιθυμοῦμεν, concupiscimus ardēter, nec simpliciter pro vobis, sed pro quolibet vestrū. Adeo omniū siue maiorū siue minorū cura tāgebatur, omnesque norat. Vt sitis soliciti, īquit, ad certificatio

A nem spei, hoc est, vt plenam & perfectam fidem ostendatis: nec agitemini vel concutiamini in ea. Reputa hic Pauli prudentiam. Non aperte ferit, neque dicit, Desperastis recolligite vos deinceps: verum tantum non hoc dicit, Equidem volo te semper solicitum esse, & vt qualis fuisti antehac, talem etiam in posterum te exhibebis.

Ne segnes efficiamini. Hoc itidem ad curam & medicinam eorum dicit, ad futurum enim tempus hoc ducit. Atqui supra dixit, Postquam segnes facti estis auditu, ad auditum enim vsque segnitiem statuit: iam vero desidero, inquit, ne animũ vestrũ segnities attingat. Vt enim corpus torpor & ocium & immobilitas lædit, sic & animam bonorum feriæ, & a virtute ocium, supinam magis & laxam efficit. Supra. v

Imitatores autem eorum qui per fidem & longanimitatem promissionum hereditatem adeunt. Supra recordatus est ea quæ antea ipsi gesserant, domesticum ipsis exemplum proferens: nunc vero ad patriarcham eos reiicit. Ne existiment enim se nullo esse numero dignos, ac veluti contemptos sese ab deo relictos esse, planum facit iam quod isthuc maxime sit fortium virorum, tentari, quodq; magnis & præclaris viris sic vsus sit deus. Si enim adueniens daret priusquam promisisset, fides eorum haud demonstraretur: vel si quæ promisisset, statim citra dilationem præstitisset, fides eorum nobis haud esset patefacta. Nunc autem moram nectit deus, nec protinus largitur dona sua vt fides ipsorum per patientiam inclarescat. Tum enim planum fit, quempiam credere, ei qui promisit, quando multo temporis lapsu & effluxu non accipiens, credit tamen

Promissa sua quare deus differat.

B se accepturum tandem, nec ideo torpet. Propterea igitur hæc dura & obiurgatoria vobis dico, vt excitem vos, vt connumeremini inter hæredes promissionis per fidem & longanimitatem. Quinam vero sint illi, posthac exponet. Obserua autem qui primo loco fidem collocarit, deinde longanimitatem, quoniam ex fide est longanimitas. Nisi enim credat aliquis omnino daturum eum qui promisit, nunquam erit longanimis.

Abrahamo enim promittens deus, quum per neminem maiorem iurare posset, per semetipsum iurauit dicens. Vere benedicens benedicã tibi, & multiplicans multiplicabo te. Gen. xxij

Quum plærique alij essent, qui per fidem hæreditarint promissiones, alios quidem hic prætermisit, recondens eos tantisper dum alios posthac sit denumeraturus: solius Abrahami autem meminit, ob personæ dignitatem, quod hic præ cæteris promissione donatus, eam etiam consecutus sit. Per hoc pariter indicat non esse desperandum nobis, sed deum potius expectãdum, cui in more est non statim, non celeriter pręstare quæ promisit, sed post multum temporis. Quando autem & quomodo iurauit per ipsũ deus? Vel ipsis verbis quib' ait, Quoniã per meipsũ iuraui. forsã autẽ & particulam ἦ μὴν quispiam dixerit iuramentum dei, quo per se ipse iuret. Nã ἦ μὴν vere iã vel reuera significat. Quod nihil sane est aliud, atque confirmatio quædam veritatis. Veritas autẽ, quisnam alius fuerit præter deum? Sic & in euangelio dominus, Amen, amen dicens, idem iuramentum iurat, quum per seipsum iurat, perinde ac pater. Nõnulli dicunt filium eum cum Abrahamo colloquutum ait enim scriptura, Dixit ad Abraham angelus, Neque enim pater angelus esse poterat, sed filius, magni consilij angelus.

Et sic in longanimitate perdurans, assecutus est promissionem. Qui igitur in fi- Infra. xi.

C ne epistolæ dicit, Illi omnes non retulerunt promissiones, sed eminus eas intuiti sunt & amplexi: hic vero ait Abrahamum consecutum esse promissionem? Nõ de ijsdem hic & illic promissionibus adeoque rebus loquitur, verum hic de ijs quæ in vita ei promissa erant loquitur, quæ Abraham sane est adsecutus longo post tempore: illic autẽ de cœlestibus, quæ nondum erat assecutus. Vtraque autem, & quod consecutus sit, & non consecutus, ad consolationem pusillanimibus inseruit: alterum quidem, quod & nos, si ipsi longanimi perduremus, assequemur: alterum vero, quod si ille non est assecutus, qui ante tot annos consummatus ac deo dilectus vixit, admodum insipientes nos sumus, quum ægre ferimus nos non assequi. Obserua autẽ quomodo dixerit per longanimitatem eum consequutum promissionem, vt ingentem longanimitatis vim, atque potentiam ob oculos ponat, & quod promissio sola totum hoc non effecerit, enimuero & longanimitas. Hic autem terret eos, & in causa est vt intelligamus e contrario promissionẽ nimirũ abscindi per pusillanimitatem. Atque hoc cõtingit populo olim in deserto, qui pusillanimes erã atque hęsitauerant, nulla ratione sunt assecuti promissionem. Dicat igitur quispiam, Ecquo modo sancti qui tamen lõganimes fuerunt, neque quicquam hæsitarunt, non sunt assequuti, perinde ac iuxta finem dicit? At vero assequentur omnino, verum qui ex populo murmurarunt, neque assequuti sunt,

Pusillanimitas promissionẽ abscindit

tuque assequentur.

Homines sane per maiorem iurant, ac totius contradictionis ipsis finis est ad confirmationem iuramentum. Hoc est, ex iuramento soluitur omnis contentionis controuersia. Etenim dicuntur quidem multa & contradicuntur ex altera parte, sed enim iusiurandum postremo accedens, ac stabiles, cuncta dubia soluit.

In quo abundantius volens deus ostendere hæredibus promissionis constantiam consilij sui, interceßit iureiurando. Hoc est, postquam sic habet res, vt hominibus iuramentum omnem fidem afferat, ob eã rem deus etiam iurat, Vel in quo, hoc est, quia iurauit per seipsum deus. Abunde autem monstrauit nobis, ꝙ omnino & impermutabiliter facturus sit quæ nobis promiserit. Erat sane operæpretium vt vel citra iuramẽtum crederetur deo, propter nos tamen demittit sese, nec suam dignitatem contemplatur, verum vt nobis persuadeat, indigna etiam de seipso sustinet dicere. Nos enim

Galat. iij.

fideles, promissionis sumus hæredes, qui in semine eius qui Christus est, benedicti sumus. Animaduerte hic quomodo etiam tum filium dicat mediatorem dei & hominũ factum: per ipsum enim tanquam verbum iurauit deus & pater.

Vt per duas res non transmutabiles. Quales? quod simpliciter diceret ac promitteret, tũ quod iusiurandũ promissis apponeret. Postquã enim apud homines hoc videtur esse firmius, iusiurandũ videlicet, propterea ipse apposuit, In quibus, vel per quas duas res, certissima demonstratur promissio, ac impossibile est mentiri deum. Quemadmodum igitur iurat propter nos (nam indignum erat ipso iurare) sic &, didicit ex quibus passus est, intellige. Etenim homines hunc existimãt eum esse veriorem ac certiorem, qui per experientiam agit. E

Fortem consolationem habeamus, qui confugimus tenere propositam spem. Hoc est, magnam adhortationem & commonitionem, non enim magis propter Abrahamum, quem propter nos, hoc dictũ est, Cõfugientes ad eam, hoc est sperãtes. Vbi autem habemus adhortationem? in eo vt teneamus propositam spem, hoc est, vt ab illis quæ sunt Abrahamo data, de is etiam quæ ad nos pertinent. certiores reddamur, neque quicquam ambigamus de futuris adeoque cœlestibus bonis quę speramus, sed firmiter ac tuto retineamus hanc spem, nec dimittamus ipsam, Etenim quæ Abrahamo facta est promissio, ad nos etiam spectat, ac proprie ad nos qui Christo credimus, vt in superioribus memoratum.

Quam veluti anchoram habemus animæ, tutam ac stabilem. Quam spem habemus veluti anchoram. Nam perinde vt illa naues tempestatis tempore firmas constituit, consimiliter ad rationem spes agitatos & concussos tentationibus, stabiles & patientes esse facit, Non simpliciter autem anchoram dixit, verum tutam ac stabilem. Est etenim & anchora quæ non conseruet scapham inconcussam, si putrida & marcida fuerit, & quando plus æquo leuior. Merito autem non fundamenti meminit, sed anchoræ, eo quod fundamentum in valde solidis ac grauibus ponitur, anchora vero in ijs, quæ tempestate quatiuntur, quales fuerunt qui tentationibus fluctuarunt. F

Et ingredientem in interiora velaminis. In superioribus dixit, Expectate, certo

Ex. xxvi.

enim euenient quæ sperantur, Iam perfectius certos faciens ait, etiamnum ea habemus in spe. Ipsa nanque ingressa in cœlum fecit iam nos esse in promissis bonis, etiamsi adhuc infra in terris simus, etiamsi nondum acceperimus. Tantum inest virium spei, vt terrestres cœlestes etiam faciat. Quamadmodum vero in veteri testamento velamen disiunxit sanctum a reliquo tabernaculo, sic & cœlum nobis velamen est, disiungens inferiora ab diuinioribus & supercœlestibus.

pręcursor noster christus.

Vbi præcursor pro nobis ingreßus est Iesus. Quum spem nostram cœlos ingressam dicit, confirmat quod dictum est, per easdem res hoc stabiliens. Etenim Christus ille ingressus est, nec simpliciter, sed præcursor ingressus est, ceu nostri sit præcursor, quorum intersit etiam ingredi. Præcursor enim quorumdam sequẽtiũ est præcursor, nec omnino multum est medij ac distantiæ inter præcursorem ac sequentes, quemadmodum neque inter Iohãnem & Christum multum temporis interfluxit. Ne igitur ægre feratis si nondum estis ingressi in eum locum, in quo præcursor noster Christus est. Nec contentus fuit dicere præcursor, sed apposuit, pro nobis, ad maiorem confirmationem, perinde quasi hoc dicat: Ipse non habebat opus eo ingredi: quomodo enim quum deus esset? Atenim perinde ac carnem propter nos assumpsit; sic & propter nos interius cœlum subit, vt nobis patefaceret & pararet iter. Necessa-

A rio itaque ingrediemur & ipsi. Vel pro nobis, est pro eo quod est. vt intercedat pro nobis ad patrem, quoniam & pontifex ingrediebatur in sanctum semel in anno, vt pro populo interpellaret.

Secundum ordinem melchisedech, factus pontifex in sempiternum. Hæc maxima etiam nobis est consolatio, ac plurimum nobis leuaminis in quouis casu præbet. Nam pontifex noster est in supernis, multo præstantior ijs qui sunt apud Iudæos, primum secundum modum, non enim iuxta eorum ordinem, sed secundum ordinem Melchisedech: deinde loco & tabernaculo præstat pōtifici Hebræo, supra enim in cœlis est; postea testamento, in melioribus enim & perfectioribus bonis; tum duratione, sempiternus em̄, & non temporarius: postremo persona, filius enim dei est. Proīde ne langueatis animo Hæc aūt oīa propter carnem dicta sunt, secundum hanc enim factus est pontifex.

CAPVT VII.



Ic enim Melchisedech, rex Salem sacerdos dei altissimi: occurrens Abrahamo reuertenti a cæde regum, benedixit ei, cui & decimas ab omnibus partitus est Abrahamus. Gene. 14. Consilium est apostoli commonstrare discrimen veteris & noui testamentorum, atque hoc statim in exordio indicauit, quem diceret, Veteribus loquutus est deus per seruos prophetas, nobis autem qui sumus in nouo testamento, loquutus est per filium. Supra. 1. Quia vero infirmi erant auditores, quippe qui languido essent animo & exiguo in tentationibus, illorum pusillanimitatem refocillauit & erexit. Interea vsque & deinceps, quum abunde eos erexisset, rursus de excellentia noui testamenti, qua vetus exuperat, inducit sermonem. Considera vero hic sapientiam diui Apostoli. Ostendit Melchisedec, qui erat typus Christi, excellētiorē Abrahamo, nisi enim fuisset præstātior, nō benedixisset ei, nec decimas ab eo accepisset. Quoniā vero ab Abrahamo deducebātur sacerdotes legis, & hos itaq; Melchisedec excedit. Sic & ipsis benedicit, ac decimas ab eis recipit, quandoquidem & progenitori eorum benedixerit, ac decimas ab eo sumpserit. Quod si figura Christi Melchisedec, tantum differt ab sacerdotibus legis; quanto potius verus Melchisedec Christus? Hæc quidem est sentētia totius loci huius Concidens autem de Melchisedec narrationem, subinfert contemplationem, mystice & spiritualiter historiam ad allegoriam transferens.

B

Primum quidem, si interpreteris, significat regem iusticiæ. Ponit hic ob oculos quanam ratione Melchisedec sit figura Christi: ac primum quidem ab ipso nomine disce exactam rationem. Melchi enim rex, sedec autem iusticiam valet Quis autem alius est rex, iustitiæ, præter ipsum dominum nostrum Iesum Christum?

Deinde & rex Salem. Ab vrbis nomine id etiam planum est, Salem enim pacem valet, si interpreteris. Quis autem alius pacis rex est præter Christum, qui pacem fecit in cœlis & in terra, vel pacauit ea quę sunt in cœlis, & quæ super terrā? Nulli igitur mortalium conuenit iustitiæ pacisque esse regem, præterquam vni Christo, Collo. 1.

C

Sine patre, sine matre, genealogia carens. Aliam hic similitudinem habes. Quemadmodum enim Melchisedec sine patre est & sine matre, non quod non habuerit patrem aut matrem, habebat enim vt ipse mortalium vnus, sed quia generis eius ratio ac deductio non est contexta apud scripturam, neque introducitur nomen parentum eius: hunc ad modum Christus sine patre est secundum humanam naturam, ex sola nanque diua virgine Maria genitus est, quatenus ad carnem attinet. Citra matrem autem est secundum supernam natiuitatem diuinæ naturæ: ex solo enim patre ante omnia secula ineffabiliter & incōprehensibiliter generatus est. Præterea genealogia etiā vacat, nam generationem eius quis enarrabit? quandoquidem & qui ab æterno genuit eum pater, sit etiā inexplicabilis, atq; adeo ipse modus generatiōis. Porro mater quę in terris eum peperit, sub rationem non cadit secundum modum generationis, nimirum quemodo genuerit virgo, quomodo sine doloribus, ac similia. Christus igitur reuera sine patre ac sine matre est, Melchisedec vero sine patre & sine matre non reuera, fieri enim hoc non potest, sed quatenus haud inserantur scripturæ eius parentes. Itaque Esaie. liij.

quod ait, genealogia vacãs, interpretatur quid ſit ſine patre, ac ſine matre, perinde quaſi apoſtolus aſſeueret. Hanc ad rationẽ Melchiſedech dixi patre ac matre vacare, quod D genealogia eius in ſcriptura non exprimatur, nec mentio generis eius in ſcriptura fiat.

Neque principium dierum, neque vitæ finem habens: aſſimilatus autem filio dei, manet ſacerdos in perpetuum. Hoc etiam perinde intelliges, vt præ memorata. quatenus enim homo erat, habebat Melchiſedech cum principiũ dierum, tũ finem vitæ, verum quod attinet ad noſtrum ſcire vel cognoſcere, neque vnquã genitus eſt, neque vnquã obijt. Quantũ ergo ad noſtrã cognitionẽ, neque principiũ, neque finem habet. Chriſtus itaque reuera, vt deus, neque initium dierum habet, principio enim caret, iuxta principium quod ei eſt ab æterno, etiamſi patrem habeat principium, tanquam cauſam, neque finem, immortalis enim eſt, atque vt ſummatim dicam ſempiternus. Vbi ſunt igitur Arriani? audiant filium principium non habere. Hanc ad rationem Paulus nos inſtituit quomodo ſit diluendum quod quiſpiam etiam dubitare poſſit, quomodo Chriſtus ſacerdos in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedech, quandoquidem Melchiſedech mortuus eſt, nec factus eſt ſacerdos in ſempiternum. Diluemus igitur hinc, aſſeuerantes Chriſtum, quum æternus ſit & immortalis: reuera eſſe ſacerdotem. Et nunc quidẽ vndique ſeipſum pro nobis offerre creditur per miniſtros ſuos, tum appellans potiſſimum pro nobis ad patrem, ac tum quidem perfectiora offerer patri & ſacratiora, ſeipſum nobis in cibum & potum proponens, nouo quodam modo omnem ingenij captũ exuperante. Melchiſedech autem fine carens, adeoque immortale & æternum habere E ſacerdotium dicitur, non quod viuat ſemper, mortem nanque obijt, verum quia non traditur in ſcriptura finis eius, vt inde poſſimus cognoſcere quando ſacerdotium eius ceſſauerit. Quemadmodum igitur in nominibus, in illo ſane ſolæ appellationes fuerũt Melchiſedech, & rex Salem, in Chriſto autem rerum veritas: ſic quod neque principiũ neque finem habuerit, in illo quidem erat, quia ſacris literis non eſſet inſertum, figura enim erat. In Chriſto autem ſecundum veritatem. Si enim vndique futura erat ſimilitudo, non iam figura eſſent ac veritas, verum aut vtraque typus, aut vtraque veritas, Nonne autem & in illius hoc imaginibus cernimus? Etenim hic vmbratilis pictura ad perfectã iam imaginem habet ſimile quiddam, quatenus per lineas obſcure adumbrat & effingit nobis formã. habet etiam diſſimile, quatenus imago per colores magis perſpicuam necnon euidentiorem formam nobis exhibuit, & clariorem demonſtrauit.

Contemplamini autem quantus ſit ille, cui & decimas Abraham dederit ex primitijs patriarcha. Quia figuram veritati adaptauit, vel quæ ſunt Melchiſedechi, Chriſto, confidenter iam demceps demonſtrat, typum ipſum, hoc eſt Melchiſedechum, ipſis apud Iudæos veris ſacerdotibus ſplendidiorem eſſe, nec ipſis ſolis, verumetiam patriarcha ipſo. Si autem typus illis eſt præſtantior, quanto potius verus pontifex Chriſtus iſtis erit præſtantior? Cui dono offerebat, non vulgaris certe homo, ſed Abraham talis tantusque patriarcha, non enim citra rationem patriarcha appoſuit; verum vt attolleret perſonam: & ex primitijs, hoc eſt ex ſpolijs regum & honoratiorum. Nec dici poteſt, quod veluti ei qui vna bellum geſſerit cum eo, ac auxiliatus ſit ei, diuiſerit compenſa F tionem laboris, ſed domi reſidenti. Eam enim ob rem & ſupra prædixit quod occurrerit Abrahamo reuertenti a cæde regum. Si autem patriarcha maior eſt, quod ipſa decimarum datio ſane indicat, quanto magis ſacerdotibus legis?

Porro alij quidem ex filijs Leui ſacerdotium accipientes, mandatum habent ut decimas accipiant a populo ſecundum legem, hoc eſt, a fratribus ſuis, qui egreſſi erant ex lumbis Abrahami. Cui autem ex illis genealogia non texitur, decimas accepit ab Abrahamo.

Confirmat iam & oſtendit quomodo ſit maior Melchiſedechus Abrahamo, inquiens, Qui ex Leuitica tribu ſacerdotio fungebantur, decimabant populum. Hinc planũ eſt, quod cum præſtantiores, tum honeſtiores & honoratiores erant propter ſacerdotij dignitatem. Cuius enim rei gratia ex populo defeſſi ac afflicti, ſacerdotibus non laborantibus, neque agrum colentibus decimas offerunt ex omni genere? nonne veluti omnino diuinioribus, maiorique operi vacantibus? Tanta eſt ſacerdotij dignitas, adeoque qui eo funguntur, altiores ſunt proprijs fratribus, atque ijs qui ex eodem lumbo ſint egreſſi. Melchiſedech igitur poſtquam decimauit Abrahamum, quum tamen ex eo nõ denumeraretur ei genealogia, id eſt, quum non eſſet ex eius genere, alienigena enim erat, potior ipſo eſt & altior. Quomõ enim extero & alienigenæ dediſſet decimas Abrahamus, ni multo honore ac dignitate floruiſſet? Quod ſi Melchiſedech figura, Aba-

A hamus, ni multo honore ac dignitate floruiſſet? Quod ſi Melchiſedech figura, Abraha
mo ſecundum hanc eſt præſtantior, multo magis Chriſtus verus pontifex excellet ſa-
cerdotes legis.

Et habenti benedictiones, benedixit. Quia ſupra & infra erat quod magnifaceret Gene. xiij.
Abrahamum, hoc eſt, in cœlo ac terra, ꝙ promiſſiones ab deo accepiſſet, apponit hoc xv. xvij.
nunc, quoniam tãtum ac talẽ, qui diuino colloquio dignus fuiſſet habitus, tum qui ha &. xxij.
beret debitorem deum. hunc, inquam, figura Chriſti benedixit.

Citra omnem autem contradictionem. quod minus eſt, a potiori benedicitur.
Abraham ab Melchiſedeco benedictũ eſſe affirmauit. Omnes autem palã & irrefra
gabiliter ſcimus ꝙ benedicens maior eſt ac præſtantior benedicto, vel eo cui benedi-
citur, potior itaque eſt Melchiſedec Chriſtum præfigurans, ipſo patriarcha.

*Et hic quidem decimas homines morientes accipiunt, illic autem teſtimonium habens
quod viuat.* Aliud eſt argumentum, quo demonſtrat maiorem ſacerdotibus legis
Melchiſedecum. Hic enim, hoc eſt in lege, decimas accipientes moriuntur: illic autem,
hoc eſt in cauſa ſecundum Melchiſedecum, decimas accepit, cui teſtimonium ſcriptu- Pſal. cix.
ra dicit quod viuat, Tu enim, inquit, ſacerdos ſecundũ ordinẽ Melchiſedec. Viuere au
tem ſemper Melchiſedecum, ſic intellige perinde ac ſupra memoratũ eſt, hoc eſt ꝙ ſcri
ptura non faciat mentionem obitus eius. Nonnulli vero more Leuitas, & viuere Mel-
chiſedecũ ſic intelligitur, quod modus Leuitarum ſacerdotĩ, mortalis erat, abolitũ eſt
B enim: ratio autem ſacerdotĩ Melchiſedeci, ſeu vitæ ſecundum Chriſtum, viuit & ma-
net, ſemperque durabit.

*Atque ut uno uerbo dicam, per Abrahamum & Leui decimas accipiens; decimatus
eſt.* Ne dicere queant legales ſacerdotes, Ecquid nos ſi Abrahamus decimatus eſt
Quoniam per Abrahamum, vt medium, Leui etiam decimas dedit. Princeps porro
ſacerdotĩ apud nos eſt, qui decimas accipit. Nũ igitur & Leui Melchiſedecus eſt me-
lior, ab ipſo etiã decimas accipere viſus per intermediatorẽ Abrahamum? Quod au-
tem ait, ὡς ἔπος εἰπεῖν, vel hoc ſignificat, vt breuiter dicã vel vt ſic dicam. Quia enim
audacia videbatur affirmare, ꝙ priuſquam in mundum productus eſſet per natiuitatẽ,
decimas dederit Melchiſedeco, correxit hoc.

Adhuc enim in lumbis patris erat, quando occurrit ei Melchiſedech. Quanam ra-
tione Leui decimatus ſit, aſtruit. Quum enim progenitor eius decimatus eſſet, ipſe
potentia pariter decimatus eſt, quipe qui tum in lumbis Abrahami erat, ac ex ſemine
eius naſciturus, & in mundum proditurus, etſi nundum natus eſſet. Nec dixit Leuitę
ſed Leui, vt excellentiam oſtendat. Papæ, quantum auſus eſt? reiecit plane Iudaica,
eamque ob rem in ſuperioribus prædixit, Segnes facti eſtis, quia talia dicturus erat,
ne reſilirent. Præparatis igitur ipſis atque pręmunitis vt volebat, ſic iã dicit quæ vult.
Non enim quemadmodum terra recepto ſemine auget ac creſcere illud facit, ſic ani-
ma verbum continet, & alit, & fouet. Iſthic enim natura eſt quæ ſtabilitatem ac robur Supra. v.
habet: hic autem volũtas, res innumeris modis varia, & facile alterabilis. Quare opor-
C tet doctorem aut præceptorem multum circunſpectum eſſe.

*Si igitur perfectio per Leuiticum ſacerdotium erat (populo enim ad ipſam lex ſan-
cita erat) quid adhuc opus erat ſecundum ordinem Melchiſedech alium exurgere ſa-
cerdotem, & non ſecundum ordinem Aaronis dici?* Iam ante abunde ſatis Melchi-
ſedecum longe præſtantiorem in ordine Leui factum oſtendit, nunc rurſus aliud ar-
gumentum adducit, confirmans quod ſacerdotium ſecundum Chriſtum longe ſit ex-
cellentius Leuitis, & quod Chriſti ſit perfectum, illorum autem ſacerdotium imper-
fectum. Nam ſi perfectum erat ſacerdotium legis, ſecundum ordinem Aaronis pre-
cium erat operę exurgere ſacerdotem. nam Aaron ex tribu Leuitica erat. Atqui non
ſecundum ordinem Aaronis, verum ſecundum ordinem Melchiſedeci dicitur exurge
re ſacerdos. Reliquum eſt igitur, vt veluti imperfecto illo, aliud quoddam introduca
tur. Particula adhuc, magnam ſignificantiam habet. propemodum enim hoc dicit: Si
Chriſtus ſecundum ordinem Melchiſedeci fuit antea, ac deinde lex eſt ſancita, non
immerito quis dixerit ꝙ veluti imperfecto ſacerdotio ſecundũ Melchiſedech, datum
ſit ſacerdotium ſecundum legem, Aaronis nimirum. Nunc autem poſterior eſt Chri-
ſtus, Aaronem nempe ſequutus, & aliam ſacerdotĩ formam accepit. Perſpicuum eſt
igitur ꝙ veluti imperfectiore exiſtente ſacerdotio Aaronis, aliud introducitur. Quid
autem eſt, ſuper ipſo populo lex ſancita erat? hoc eſt; non poteſt quiſpiam dicere

quod perfectum sit sacerdotium secundum Aaronem, alijs autem datum est, non He D
bręis quibusdam, sed enim oĩo populo datũ est, atque ad ipsum sacerdotiũ populo lex est lata, hoc est finitum est, vt vteretur ipso, atque huc, ad sacerdotium nimirum, iret, atque per ipsum omnia ageret. Quur igitur eiectum est? quod nimirum inualidũ erat.

Translato nanque sacerdotio, necessario etiam legis translatio fit. Ostendit iam legem abolitã esse, ac necessario aliud testamẽtum surrogatum. Si enim sacerdotium trãslatũ est, necesse est legẽ etiam aliã esse. sacerdos nãque absque testamento & legibus & praeceptis non est. Translatum est autem sacerdotium non solũmodo & ceremonijs, vt nõ sit porro secundum ordinem Aaronis, sed secundum ordinem Melchisedeci, verũetiã secundum tribum & gentem. Etenim ab tribu sacerdotali Aaronis ad regiã tribum Iuda est transpositum. Cõsidera hic mysterium Primum erat regia, sicque facta est sacerdotalis, perinde ac Christus semper est rex. Postremo autem pontifex factus est, quando carnem accepit, quãdo victimam sese obtulit.

Ad quẽ enim dicuntur hęc, alterius tribus consors est. Quomodo sacerdotiũ quo ad tribũ translatum sit, monstrat. Christus, inquiens, ad quem, hoc est, de quo dicuntur hęc, & ad quem perueniunt, alterius est tribus, nempe Iuda.

Ex qua nemo attendit altari. Ex qua tribu Iuda, nullus attendit, hoc est astitit altari, curamque gessit sacerdotalium operum.

Perspicuum enim quod ex Iuda ortus est dominus noster. Grauis & insignis dictio est, ortus est, ex Balaam prophetia desumpta, dicentis, Orietur stella ex Iacob: & ex Mala- E
nu.xxiiij. chia, solem iustitiae appellante ipsum. Per quae ostenditur ad illustrationem mundi ad-
Mala. iiij. uentum domini factum esse.

Ad quem tribum nihil de sacerdotio Moses loquutus est; Omnia enim quae ad sacerdotium pertinebant, ad Leuiticam tribum retulit: ad tribum vero Iuda, quę rei bellicae imperium spectabant.

Abundantius adhuc perspicuum est si secundum similitudinem Melchisedeci exurgit sacerdos alius. Quid est perspicuum? medium vtriusque sacerdotij, vel differentia, vel alteratio sacerdotij ac testamenti. Non solum ex hoc indicatur, quod ex alia tribu sit qui exurgat sacerdos, & non ex Leuitica, verumetiam ex hoc quod dicemus, fusius demõstratur. Siquidem iuxta ordinem Melchisedec, & quae sequuntur, hoc est, quandoquidem secundum ordinem Melchisedec exurgit sacerdos.

Qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum potentiam uitae indissolubilis. Qui Melchisedech non legalium sacerdotũ instar factus est, illi enim accipiebant sacerdotium ab lege carnalia mandata habente. Circuncide enim carnem, inquit, & ablue carnem, & ornare carne, consequeris que bona carnalia. Melchisedecus autem non sic, sed diuina virtute factus est sacerdos, vt viuat semper, ac indissolubile sit ei sacerdotium. Viuere autem, vt supra memoratum, intellige, nimirum quod non sit cognita ei⁹ mors, vel relatiuũ (qui) de sacerdote accipe. peride quasi dicat, qui sacerdos alius, hoc est Christ⁹, non iuxta legale mandatũ, carnale accepit sacerdotiũ, sed per potentiam patris, vel propriam suam, ac indissolubile isthuc sacerdotium retinet. Confessarium igitur erat, post carnale spirituale subsequi ac introduci. Quomodo igitur intulit, secundum potentiam vitae indissolubilis, ac nullis vnquam seculis finiendae: hoc est, propria virture ac potentia viuit Christus. F

Testimonium nanque ei dicitur, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedeci. Explanat qui dixerit, indissolubilis vitae, quoniam scriptura dicit, in sempiternum eũ fore sacerdotem. Quidam vero non hoc eum efficere intellexerunt, caeterum qui nõ sit factus secundum legem mandati carnalis. Nam si secundum legem factus esset, operae precium erat eum secundum ordinem Aaronis dici sacerdotem. Nunc vero postquã secundum ordinem Melchisedec scriptum est, planum est quod non secundum legem sed secundum aliam diuiniorem quandam rationem factus sit.

Reiectio enim fit praecedentis mandati, propter imbecillitatem & incommoditatem. neminẽ enim lex perfecit. Legis translationem factam esse dixit, quo demonstrato inquirit deinceps causam. Homines enim nos tum tandem quiescimus, quum causam di-
xerimus. Ac dicit per ipsum factam esse reiectionem, hoc est alterationem & eiectionem praecedentis mandati, hoc est prioris testamenti, eo quod inuentum sit inutile, &
Legis im imbecille. Quid igitur? Nemini commodauit lex? commodauit: verum vt perfectos
becillitas facerer, non commodauit. Infert igitur, Neminem cõsummauit. Quomodo autem erat

A infirma? Quod solis denunciaret literis, hoc fac, isthuc prætermitte, nihil autem virium subministrabat, quibus mandata perficerentur: quod nunc contingit nobis per spiritum paracletum. At vero insultant hic legem calumniantes hæretici: Ecce, asserantes, diuus etiam Paulus legem reprehendit. Atenim non dixit eam prauam, o insipientes, verum & inutilem & infirmam ad consummandum videlicet. Quemadmodum enim lac vtile est infantibus pro ea ætate, adultis autem & perfectis inutile: haud secus lex imperfectis Iudæis est vtilis, abducens eos ab idolis, & vero deo adducens, conuenientiaque mandata eis tradens. Perfectiorum autem indigis non porro commodat. carnales enim præcipiebat cum victimas tum purificationes, quibus spirituales profecto non indigent: propterea nunc reprobata est. Reiectio autem est regnantiũ reiectio. Lex itaque regnabat olim quum tempus ei relictum esset,

Subintroductio autem melioris spei, per quam appropinquamus deo. Reiecta & Iudæorũ antiquata est lex, superinducta vero est spes, non qualis erat Iudaica. sperabant enim spes, & illi sese deo placentes obtenturos promissam terram, hostibus item superiores sefuturos, adeoque omnino corporalia bona sperabant. Nostra vero spes non est eiusmodi, sed multo potior. coelum enim speramus, ac vicinos nos esse deo atque assistere ac Supra.vi ministrare ei vno cum angelis. In superioribus, sane dixit ingredientem in interiora velaminis. nunc autem, per quam appropinquamus deo. Spes enim nos ducit ad ipsum diuum thronum, atque ad Cherubim collocat atque transfert.

B *Et inquantum non est sine iureiurando.* En aliud discrimen noui sacerdotis & veterum, & vtriusque testamenti. Non enim simpliciter promissum est Christi sacerdotium, sed cum iureiurando: vt abunde satis verbum dei ratum & firmum redderetur, Ibidem: quod & supra dixit, Iurauit deus Abrahamo, ob maiorem certitudinem.

Alij enim sine iureiurando sunt facti sacerdotes, hic uero cum iureiurando, per eum Psal.cxix *qui dicit ad ipsum, Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in sempiternum secundum ordinem Melchisedech.* Sacerdotes, inquit, legis absque iureiurando constituuntur, de nullo enim inuentus est iurare deus, Tu eris sacerdos secundum legem: Christus autem facto iureiurando per deum, qui ait ad eum; Tu es sacerdos nouo quodam modo. Non enim secundum Aaronem, sed secundum Melchisedech Christus est sacerdos.

Ac tanto melioris testamenti factus est sponsor Iesus. Hoc est, quatenus iurauit semper ipsum fore sacerdotem. non enim iurasset, nisi maior esset. Proinde nouum testamentum veteri est præstantius. Quid autem est ἔγγυος sponsor? fideiussor; mediator.

Ac plures quidem illi facti sunt sacerdotes, quandoquidem per mortem permanere uetabantur. Hic uero quia manet in sempiternum, nunquam præteriturum sacerdotium habet. Excellentiam hic indicat quam Christus habet supra legis pontifices: Illic, inquiens, multi sunt, eo quod mortales sunt: hic vero vnus est, eo quod sit immortalis. Habet igitur sacerdotium quod non prætereat, hoc est, quod non præcidatur, nec successionem recipiat. Animaduertis, tanto maiorem esse Christum, quanto immortale præstantius est mortali.

C *Vnde & seruare potest perfecte, accedentes per ipsum ad eum.* Quia, inquit, immortalis est, potest omnibus præesse ac seruare ad perfectum, hoc est, non temporariam salutem impertiri. sed enim perfectam, tam hic quam in futura vita. Siquidem in veteri testamento pontifex etiamsi præclarus & omnibus admirationi esset, illo tamen solummodo tempore offerebat, quo pontifex erat, velut Samuel, & illiusmodi: posthac autem non item. morte nanque impediebantur. Hic autem sempiternus; ac nun- i.Reg.vij. quam non viuens est pontifex: igitur perfecte etiam seruare æternum potest acceden- & ix & 16 tes per ipsum, hoc est per fidem in ipsum. Nam qui in filium credit, omnino ad patrem accedit. nam ipse est via ad patrem, quam qui apprehenderit, ad patrem diuertit. Iohã.xiiij

Semper uiuens, ut intercedat pro ipsis. Propter carnem adeo humiliter hoc dictum est: secundum carnem enim pontifex est sane, quatenus autem pontifex est, eatenus intercedere dicitur. Porro mortuos excitans & viuificãs instar patris. quõ iam vbi cõseruare eũ conuenit, interpellat? Qui omne iudicium habet quomodo intercedit? Qui emã- Iohan.v. dat angelos, vt hos quidem in caminum iniciant, illos vero conseruent? Propter hu- Matt.xiij manam igitur naturam hoc dictum est, quod intercedat. Cõdescẽdẽs enim atq; attemperans sese auditoribus Paulus; Ne metuatis, inquit, neque dicatis, Næ amat quidem nos, & fiduciam habet ad patrem, sed non semper potest curam gerere nostri, ne hoc

dicatis. Viuit enim: & semper pontificium opus pro nobis perficere potest. Quãdo autem humanitatem dixero, non segrego ipsam ab diuinitate. vna enim vtriusque est persona vel subiectum. Do vero auditoribus, vt quæ vtramuis naturam deceant, intelligant. Præterea quod Christus carnem ferens patri assidet, intercessio est pro nobis tã quam caro pro nobis exoret patrem, vt quæ ob hoc ipsum omnino sit assumpta, nimirum ob nostram salutem. C

Talem enim decebat nos habere pontificem; qui esset sanctus, & uitij expers. Perspicuum est ex his, ꝙ & hęc de carne loquatur, & quę ante hac dixit. Quis enim de deo talia dixerit, & non erubescat incomprehensibili illi naturæ hæc apponere? Sanctus igitur & pius est, vt qui nihil prætermittat quæ eius intersunt ἄκακος autẽ, hoc est dolo & malo carens. Non enim inuentus est, inquit, in ore eius, dolus.

Immaculatus. Neque has quispiam dixerit dei esse laudes: naturam enim habet vt non coinquinetur. Atqui perspicuum est quod de humanitate vnius Christi hæc dicat.

Segregatus a peccatoribus, & altior cælis factus. Pontifices legales, inquit etiamsi cætera fuerint sancti, vt homines tamen aliquid vitij attrahunt, nec omnino seiuncti sunt a peccatoribus. Qui enim hoc fieri possit, quũ & ipsi peccatis sint obnoxij? Præterea nemo ipsorum in cœlis fuit, noster vero hic pontifex, præterquam ꝙ plenus sit omnis virtutis, & a peccatoribus segregatus, altior etiam ipsis cœlis factus est, super paterno solio sedens. B Quum factus ait, rursus planum fit ꝙ de Christo loquatur secundum carnem, Vt dei enim verbum, semper est cœlis altior.

Qui non habet quotidie necesse, perinde ac pontifices, primum pro proprijs peccatis uistimas offerre, deinde & pro populi. Nostrum pontificem a peccatoribus seiunctum esse quum dixisset, dilatat nunc & fusius isthuc commonstrat. Adeo liber est a peccatis, inquit, vt & victimam vel sacrum offerens proprium corpus, non pro semet ipso hoc obtulerit: quomodo enim, qui peccatum non fecerat? sed pro nobis: Insuper & hoc inde colligitur. Legis Mosaicæ pontifices quotidie obtulerunt, vt qui non possent semel purificare. Noster autem põtifex huiusmodi obtulit sacrificiũ, quod adeo præclara potuerit, vt semel per ipsum vniuersum mundum purgarit. Quare & in hoc excellit illos Christus.

Hoc enim fecit semel seipsum offerens. Quale hoc? vt offerret pro populi sane peccatis non pro semetipso. semel, inquit, sacrũ fecit. post hac vero vt dominus sedet. Ne enim quum audis eum esse sacerdotem, existimes eum perpetuo stare, ac ministrũ esse osten dit quod diuina prouidentia factus est sacerdos, dispensatione autẽ transacta propriũ rursus decus & fastigium recepit.

Lex enim homines constituit pontifices, infirmitatem habentes. Ne intelligas quod semel quidem obtulerit, enimuero pro semetipso, ostendit nunc ꝙ non pro proprijs obtulerit victimam peccatis: lex enim exiguos homines pontifices facit, infirmitati obnoxios, hoc est, qui non possint obsistere peccato, sed qui ceu infirmi impingant, & in errores & peccata ruant. Hic vero qui adeo potens est vt filius, quomodo F peccatum habeat? peccato autem non infectus, quur offerret pro seipso? Sed ne pro alijs quidem sæpe sacrum fecit, sed semel tantum, Quum enim potens esset, sufficiebat per oblationem quæ semel fieret, adducere patri vniuersum orbem, & perficere accedentes. Per infirmitatem autem, ipsum pariter peccatum intelliges. perinde

Roma. v. ac sæpenumero Paulus hic dicit, vel ipsam adeo mortem Nam quum mortales essent

Cori. viij. legales pontifices & infirmi, neque ipsi peccatis caruerunt, neque alios ab ijs mundare potuerunt. Noster vero immortalis est & fortis. Audi vero reliqua.

Verbum autem iurisiurandi quod est post legem, filium in sempiternum consummatum. Obserua contraria. Isthic lex: hic sermo vero iurisiurãdi, hoc est, certissimus, verissimus: isthic homines serui omnino, hic vero filius, dominus videlicet: isthic infirmi, hoc est, impingentes, peccatis infecti, morti obnoxij, hic vero in sempiternum consummatus, hoc est, potens, sempiternus, non nunc solummodo impeccabilis, sed semper. Si igitur perfectus est. si nunquam peccat, si semper viuit, quomodo igitur pro se ipso obtulit, & non pro alijs potius semel sacrum fecit?

CAPVT VIII

A 
Aput autem eorum quae dicuntur, est, Talem habemus pontificem, qui sedet i dextera throni maiestatis in coelis. Caput semper quod maximum est, & summa rei dicitur, & siquando quisquam quod praecipuum est, se breui comprehensurum dicit, in capite vel summa sese verbũ facturum dicit. Vt enim caput, licet paruum sit, pręcipua tamen corporis pars est, hunc ad modum apostolus, Caput, inquit, eorum quae dicta sunt vel dicũtur, hoc est, vt dicam quod maximum est & praecipuum, breuibus, deum habemus pontificem, sedere enim in dextera, nullius est alterius, quam dei. Obserua autem quod quũ alia multa humilia dixisset, quod genus sunt, pontifex, intercedere ad patrẽ, & quaecunque humanitatis sunt, in altum condescendit, tum quod deitatis est sedese. Facit autem hoc semper, perinde ac praeceptor eius in euangelio, vt per abiecta huiusmodi perducat auditorem vt verbum recipiat, alias enim non assequitur auditor, nisi paulatim ascendat. & vt per sublimia doceat humilia ista fuisse ex indulgentia, & cõformatione nostri, vt nobis se acclinatũ ostederet aeternus ille filius dei. Thronum autem maiestatẽ patriũ dicit, vel quod pater etiam ipsa miestas dicatur, vel quod simpliciter thronus maiestatis, sit thronus maximus.

B *Sanctorum minister.* Aeque ac legis terreni põtifices ingrediẽtes in sancta sanctorũ ministrabant ac sacrum faciebant, hunc ad modum ille reuera sanctorum, ac verorum adytorum, supercoelestium nimirum, est minister. Videtur autẽ sibi ipse hic aduersari Paulus. in primordijs enim epistolae dixit, Ad quem angelorum dixit, sede? &, Nonne omnes administratorij spiritus sunt? quasi videlicet administer sedere non deberet. Hic vero posteaquam asseruisset eum sedere in dextera throni, rursus inducit eum ministrum. Qui igitur isthuc fit? Aut vt omnino indulgeat auditoribus, atque humilia sum mis permisceat, hęc dicit. Vel vt nonnulli intellexerunt, minister sanctorum, pro sanctificatorum ab ipso hominum. Noster enim, inquit, põtifex est. Supra.i.

Ac tabernaculi ueri quod fixit dominus, & non homo. Hic excitat eos qui ex Iudaeis crediderant. Quia enim verisimile erat eos dubitare, Tabernaculum huiusmodi non habemus: En maius, inquit, tabernaculum hic & verum, coelum ipsum. Vetus nanque tabernaculum figura erat huius, & illud quidem homo fixit, vel Beseleel, vel Melchisedec, hoc autem deus. Hinc obserua secundũ diuum Iohannem Chrysostmũ, quod coelum neque moueatur, neque rotundum sit. vtraque enim tollit quod ait fixit. Exod.iiij

Omnis enim pontifex ad offerendum dona & uictimas constituitur, unde necessarium est habere aliquid & hunc quod offerat. Quia dixerat eum sedere, ne imposturam arbitreris dicere eum sacerdotem esse, Etiamsi, inquit, sedeat, propterea tamen non amisit quod non sit pontifex. omnia nanque quae sunt pontificum, habet, ac quemadmodum illi offerunt, sic & ipse obtulit semetipsum. Sedere nãque dignitatis est: pontificatu autem fungi, multę magnęque est clementię. Maxime vero quur mortem subisset, si filius

C dei ac sempiternus erat, quum ita inquirerent nonnulli, diluit hoc, inquiens: Postquam sacerdos erat, sacerdos autem sine hostia non est, necessarium erat habere quiddam & hunc quod offerat. Hoc autẽ nihil erat pręter ipsius corpus. necessario itaque mortuus est. Doni autem & victimę, exacta quadam ratione est discrimen. θυσίαι victimae vel hostiae sunt, per sanguinẽ & carnem oblationes: vel quod exactius est ac certius, omnia quę per ignẽ sacrificantur. θυσία enim, id est victima, proprię est a, verbo θύειν, quod est. θυμιᾶσθαι, hoc est ardere, vel suffitum edere. Dona autem sunt vt fructus, & quęcunque alia exanguia & igni carentia. Interim tamen & indiscriminatim in scriptura vsurpata inueniuntur, vt, Respexit deus in Abel, & dona vel munera eius. fuerant autem ex primogenitis & ex ouibus. Ad Cain autem & victimas eius non attendit. atqui a fructibus terrę erant. Sin quisquã adęquare conetur hoc frigidis dilutionibus, quas ne ipsi quidem ignoramus, seipsum tamen nescio quomodo absoluet, ne insimuletur indiligẽtis scripturarum lectionis. Saepe nanque alias indiscriminatim haec sunt posita. Possem autem innumeros locos innumeris cõferre & apponere, nisi ineptiarum hoc videretur negocium: attamen sufficiet nobis Apostolus, qui simpliciter quaecunque offeruntur, sic appellare consueuit in sequentibus, quae audi. Gene.iiij.

Nam si super terram esset sacerdos, quum sint sacerdotes qui offerant secundum legem munera. Adhuc illud confirmat, Etiamsi non sit infra super terram

ſed ſupra in cœlis, non prohibetur tamen quo minus ſit ſacerdos. Animaduerte autẽ hic ſapientiam. Ex quo enim magis quiſpiam colligeret eum non eſſe ſacerdotem, nimirum quod non habeat locum ſuper terram, in quo pontificatus munere fungatur, ex hoc ipſe potius confirmat quod ſit ſacerdos. Propter hoc ipſum; inquit, ſacerdos eſt quod in terris locum ſit nactus. Si enim ſuper terram eſſet, ſacerdos non eſſet. fuiſſet enim alij in terris ſacerdotes, & quædam hinc diſſenſio naſci videretur. iam vero cœlũ habens locum, & illuc corpus ſuum trãsferens, illic ſimul interpellat pro nobis ad patrem. Itaque quia in ſupernis eſt, propterea magis eſt ſacerdos. D

Qui exemplari & figuræ ſeruiunt cœleſtium. Hic excellentiam oſtendit terreni ſacerdotij: vetus enim teſtamentum, exemplar & vmbram, noſtra vero in nouo teſtamento ſuper cœleſtia. Quando enim nihil terreſtre, ſed omnia ſint ſpiritualia quę in myſteriis transfiguntur & ſacramẽtis, vbi hymni angelici, vbi claues, peccatorumque remiſſio, & rurſus nexus & ligatio, quando noſtra cõuerſatio in cœlis eſt quomodo nõ ſupercœleſtia, quæ ſunt in teſtamento noſtro? Horum igitur iſti figuræ fuerunt & exemplaria, hoc eſt, obſcuræ picturæ, quæ in veteri teſtamento ſubmonſtratæ ſunt Moſæ.

Ex.xxviij *Perinde ac reſponſum eſt Moſi conſummaturo tarbernaculum. Vide enim, iquit, ut facias omnia iuxta exemplar monſtratum tibi in monte.* Poſtquam ea quæ oculis noſtris cernuntur, magis deprehẽdimus, quam quæ per auditum diſcimus, propterea deus Moſi monſtrauit omnia, non ſolum conſtitutionem tabernaculi, verumetiam quæ ad ſacrificia & aliam culturam pertinerent. E

Nunc autẽ excellentius aſſecutus eſt miniſteriũ. Ab illa ſententia hæc depẽdẽt, nimirũ Si enim ſuper terram eſſet, non eſſet ſacerdos. Iam vero quum ſuper terram non ſit, ſed cœlum habeat ſacerdotio ſuo locum, excelentius aſſecutus eſt miniſterium, hoc eſt, nõ eſt ei miniſterium tale, quale eſt pontificum ſuper terram, ſed cœleſte, tanquam locum habens proprij ſacri cœium.

Supra. ix *Quanto melioris teſtamenti eſt mediator.* Quum extuliſſet Chriſti ſacerdotium a loco, a ſacerdote & victima, teſtamenti iuxta diſcrimen poſuit. Næ & antea dixit imbecille eſſe & inutile vetus teſtamentum, propter infantiam auditorum, ſed protinus ab ea diſceſſit diſputatione. Nunc autẽ immoratur orationi de hac re cõmõſtratque nouũ teſtamentum eſſe pręſtantius veteri, hoc eſt euangelium, cuius & mediator ac dator eſt Chriſtus. Ipſe namque nobis Euangelij miniſter factus eſt, ſerui forma accepta, quemadmodum legis mediator erat Moyſes.

Quod & ſuper melioribus promiſſionibus ſancitum eſt. Quod potiſſimum eos qui ex

De xxviij Iudæis crediderant fideles refrigerauit, hoc ponit, nẽpe quod teſtamẽti noſtri meliores ſint & pręſtantiores promiſſiones. Non enim terræ bona proliſque fœcunditas, & liberorum abundantia, ſed cœlorum regnum Euangelium ſeruantibus promiſſum eſt. Ne igitur ſitis puſillanimes, excellentiores ſunt euangelij promiſſiones ſtultum eſt autem potiora habentes defatigari.

Si enim primum illud erat irreprehenſibile, non ſecundo quæreretur locus. Conſidera ordinem. Dixit melius eſſe teſtamentum ſecundum Chriſtum; veteri, Vnde hoc planum ſit? quoniam, iuquit, in melioribus promiſſionibus ſancitum eſt. Nam ſi potiores ſunt promiſſiones, & mercedes, perſpicuum eſt quod melius ſit etiam teſtamentum ac promiſſa diuiniora. Vnde autem liquet quod pręſtantiores promiſſiões? Quia illud quidẽ reiectum & abrogatum eſt, inquit, hoc vero ſurrogatum. Propterea namque nouum teſtamentum regnat, & primatum obtinet, quia melius & perfectius. etenim ſi illud eſſet irreprehenſibile, hoc eſt, ſi immaculatos faceret, non alterum introduceretur. Vel perinde ac peculiariter conſueuimus dicere, Non eſt immaculata domus, pro eo quod eſt, defectum habet vel putredinem: ſic & vetus non dicit eſſe immaculatum, nõ quod prauum ſit, verum quod non poſſit conſummare, vt quod infantibus traditum ſit. F

Accuſans enim eos dicit. Non dixit, accuſans ipſum, videlicet teſtamentum, ſed eos hoc eſt, Iudæos, qui non potuerunt conſummari per legis præcepta.

Hi.xxxi. *Ecce dies uenient, dicit dominus, & perficiam ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum.* Apertius hic demonſtrat vetus teſtamentum eſſe antiquatum & abrogatum. Deum enim per Hieremiam inducit loquentem. Quoniam aliud nouũ fœdus feriam, hoc eſt, nouum teſtamentum non quemadmodũ intelligunt Hebræi,

Eſdras. quod Eſdras renouari ſcripturam. non enim per eum noua facta eſt ſcriptura, ſed rurſus vetus remanſit, etiamſi ab illo recollecta ſit.

A *Non secundum testamentum quod pepigi cum patribus ipsorum, in diebus quibus apprehendi eos manu sua, ut educerem eos ex Aegypto.* Ne quis suspicetur foedus ac testamentum illud eiectum esse, quod pepigerit dominus cum Abrahamo, adiecit, in die qua apprehendi eos manibus suis. Foedus enim, inquit, quod est in Exodo, eijcere volo, quod datum est in mōte Sina aduersum patres vestros quivitulum fecerant. Testamentum enim seu foedus ad Abrahamū factum, in Christo consummatū est. In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes. In semine tuo, qui est Christus. Ex.xxxij Gen.xxij Galat.iij.

Quia ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos dicit dominus. Videri primum ab nobis mala initium ducere: Ipsi, inquit, non permanserunt, propterea & neglexi eos. Bona quidem & beneficia ab ipso ordiuntur & originem ducunt. Quasi ergo se defendat, causam ponit ob quā dereliquat eos, propter ipsorū, īquit, īcōstātiā.

Quoniam hoc est foedus quod feriam domui Israel post dies illos, dicit dominus. Post dies illos, quales? Nonnulli dicunt exitus, in quibus data est lex Mosaica. Mihi autem videtur de illis diebus loqui, de quibus pauloante dixit, Ecce dies veniunt. Quum ergo venerint dies illae, huiusmodi foedus feriam, quale deinceps audies.

Dans leges meas in mentem ipsorum, & in corda eorum inscribam illas. Ostendat hic quaeso Iudaeus quando testimonium hoc non scriptum assumpserit. Etenim post reditum e captiuitate Babylonica, literis mandatum est ab Esdra. Apostoli vero nihil scriptum acceperunt, enimuero in cordibus suis acceperū legem spiritus. Hinc Christus dixit, Paracletus vbi venerit, ad memoriā reuocabit vobis ōnia, ac docebit vos omnia. ij.Es.viij. B Act.ij. Ioha.xiiij

Et ero ipsis in deum, & ipsi erunt mihi in populum. Hoc transactum est per euāgeliū. Qui enim ātea idola colebāt nunc verū Deū agnoscentes, populus eius facti sunt.

Et non docebunt unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum dicēs, Cognosce dominum: quoniam omnes scient me a paruo ipsorum usque ad magnū ipsorum. Doctrinam hic laboriosiorem institutionem dicit. Ecce enim palam cernimus quod non multis verbis apud mentis compotes indigeamus vt persuadeamus eis vt Christo fidem adhibeant. Iudaicaa enim legislatio in vnum angulum conclusa erat, paucique hanc norant, Apostolorum autem sonus in omnem plane terram est egressus. Insuper Christo in terris per carnem agente naturamque nostram per assumptionem diuinam faciente; resplenduit in caelum animis verae cognitionis dei lumen, ac veluti quaedam aptitudo insita est humano ingenio per gratiam, vt vere agnosceret deum.

Quoniam propitius ero sceleribus eorum, & peccatis eorum, & iniquitatem eorum non reminiscar amplius. Per baptisma abluens nos a sordibus praeteritorū peccatorū non amplius meminit eorum quae antea fuere abluta.

Quum dicit nouum, antiquauit primum. Interpretatur propheticum vocabulum, inquiens, Quia hoc ipsum quod nouū nominauit, omnino indicat primum vetus videri.

Quod autem antiquatur & consenescit est prope exterminationem. Accepta a propheta libertate & fiducia, deinceps legem taxat, ostendens nostra nunc florere. Ex prophetico autem dicto vetustatis vocabulum adeptus est, ab se ipso autem senectutis adiecit ac deinceps necessario intulit obscuratiōnem quae debeatur legi, perinde quasi dicat: Non importune nouum vetus repulit, seu ab nouo vetus abrogatum & abolitum est propter ipsum senium enim & vetustatem eius hoc factū est; quia imbecillis & incommoda esset, perinde ac alio in loco dicit: Impossibile legis, in quo infirmabatur per carnem. C Rom.viij

CAPVT IX.



Habebat quidem prius iustificationem culturae. A pontifice, a sacerdotio, testamento commonstrauit veterem legem adeo que testamentum finem habitura: iam & ab ipsius tabernaculi forma idem commonstrat. Tres enim fuerūt loci, exterior sane; & Iudaeis & Grecis segregatus: deinde & velamen, intra quod ingrediebantur sacerdotes quotidie sacrū facientes. Hic autem locus appellabatur Sancta: quae typus fuerūt veteris testamēti victimarū videlicet & oblationū, quae per sanguinē peragebātur. Sancta vero sanctorū nostri sacramenti figura fuerunt, nostraeque religionis, quę nobis est erga Christum. Habebat igitur primum, hoc est vetus testamentum, iustificationes, hoc est, symbola, signa, leges, ritus. Atqui tū habebat, nunc vero nō habet, cessauit enī.

Sanctum ipsum mundanum. Mundanum vel seculare appellabat quia omnibus ad id patebat aditus, eratque locus conspicu⁹ & apertus in ea domo, vbi Iudæi, Nazaræi, D Proselyti, Græci. Quia igitur & Græci huc ascendebant, seculare appellat.

Exo.xiiij *Tabernaculum enim extructum est primum, in quo fuerunt candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur sancta.* Primũ appellat hoc, respectu eius loci qui dicitur Sancta sanctorum, quia medium erat hoc. Ante ipsum autem erat æreum altare holocaustum sub dio constitutum, deinde velamine extenso, imo vero attractorio potius, medius erat tabernaculi locus, in quo erant candelabra, & mensa, & panum propositio.

Post secũdum autem uelamen, tabernaculum quod dicitur sanctã sanctorũ. Animaduertis hic primum fuisse velamen, quod ἐπίσπαστρον, hoc est attractorium scriptura appellat, veluti quod conuolueretur & attraheretur, quod disseruit aulam in aquam ingrediebantur omnes communiter, in qua & sacrificabant super æreo altari, a tabernaculo vndique capiente sacerdotes sacra ministeria perficientes. Hanc vbi transisses, erat rursus alterum velamen, & intra hoc tabernaculum quod dicitur Sanctum sanctorum, in quod nemo

Exo.xiij. alius introibat præter solum pontificẽ, idque semel in anno. Tabernaculum autem vndique vocat, quod isthic moraretur ac veluti castra locaret Deus.

Aurum habens thuribulum, & arcam testamenti contectam undique auro. Arcam testamenti seu fœderis appellat, vt quæ tabulas haberet quæ legem complectebantur.

In qua urna aurea habens manna, & uirga Aaronis quæ fronduerat, ac tabulæ fœderis. Hæc omnia Iudaicæ ingratitudinis & monumenta & recordationes erant. Vrna qui- E

Exo.xvi. dem habens manna, eo quod murmurarint aduersus isthuc, quum nouo isto cibo diuinitus ac cœlitus alerentur adeo vt & in posteros memoria dei benignitatis, & illorum amarulentiæ trãsmitteretur. Virga autem Aaronis, quæ propter contradictionem illi

Nu.xvij. florebat Tabulæ vero testamenti, quandoquidem primas confregerent per idololatri

Ex.xxxij am. Quæras hic, Qui ergo in libris Regum scriptum sit quod non erat aliud quiddam ĩ

iij.Re.viij arcula præter tabulas, nunc vero & vrnam apostolus, & virgam Aaronis huc repositã asserit? Fortasse qui optime instituť⁹ in rebus Iudaicis ab Gamaliele, ex traditione hoc

Act.xxij habebat, postquam hodieque Pharisæorum sectam ex Hebræis tuentes adsentiuntur rem ita sese habere. Veruntamen primum non fuit, cæterum quando erat occultanda arca temporibus Hieremiæ, forsan, inquiũt, reposita sunt & hæc in arcam.

Supra ipsam autem. Videlicet arcam.

Cherubim gloriæ. Vel quod celebres essent Cherubim, vel quod ministrarent deo, ad gloriam eius pertinentes. Hæc autem studiose attollit, vt ostendat maiora esse quæ sunt circum nos, & nostrum nouum testamentum.

Obumbrantia propitiatorium. Propitiatorium dicebatur operculum arcę, vt ex ipsa

Propitiatorium. scriptura exactius disces: nec decipiaris quorundam verbis, vt aliud quiddam esse putes. Significabat autem Christum, qui placatio factus est pro peccatis nostris.

Rom.ix. Obsignauit autem omnia quę erant in veteri testamento, atque communiuit Christus.

De quibus nunc non est dicendi per singula locus. Indicat hic non fuisse sola hæc quæ cernerentur, sed ænigmata quædam fuisse, quorum consideratio & explicatio longiori cum tempore tempore tum spacio indigent. F

His autem sic apparatis, in primum tabernaculum semper ingrediuntur sacerdotes ministeria perficientes. Erant quidem hæc, sed non receperunt ea Iudęi, præ dissociante vel dissiparante eos velamine. Nobis autẽ seruabantur hæc, quibus præfigurabantur.

In secundum autem, in anno solus pontifex. Obseruas figuras cum præcessisse, tum etiam esse iam abolitas. Ne enim dicant, Semel tantum per Christum facta est hostia, & quomodo õnes sanctificauit? cõmõstrat hoc diuinũ plane ac cœleste esse quãdoquidẽ sanctior erat magisque tremẽda in veteri etiã testamẽto semel põtifice oblata victima.

Non sine sanguine. Quia hostiam appellauit crucem, neque ignem habentem, neque ligna, quæ nec sæpe etiam offerretur, indicat veteris testamenti victimam vel oblationem etiam talem fuisse, semel enim in sanguine offerebatur. Quæsierunt autem non-

Exo.xiij. nulli, quomodo in Exodo scriptum sit. Quoniam faciet suffitum aurea acerra (quæ videlicet in sanctis sanctorum erat) Aaron, ex incenso confectionis subtilis mane: mane quando apparauerit lucernas, faciet suffitum super ipso: & quãdo tetigerint Aaron lucernas ad vesperem, accendet, & vaporem faciet ex thymiamate perfectionis. Proinde quolibet die bis ingrediebatur, inquiunt, pontifex in sancta sanctorum, vt faceret suffitum aurea acerra. Quomodo igitur apostolus hic dicit semel in anno ingressum? Di-

A luunt autem hoc, nempe quod cum sanguine quotannis semel ingrederetur, cum thymiamate vero bis in die; Noueris tamen quod perperam dubitarunt & insetenter, non enim aureo thuribulo bis in die vaporem & bonā fragrantiam faciebat Aaron, sed super aureo altari: hoc vero non erat in sanctis sanctorum, verum in medio tabernaculo, in quo erant candelabra & mensa: quandoquidē cum aurea acerra semel ingrediebatur in anno in sancta sanctorum. aliud enim thuribulum, alia acerra erat. Apposui autem dubitationem, vt ne ab alijs audiens qui hæc nostra legerit, in errorē inducatur existimans eam dubitationem esse sanam.

Quem offert pro sese, adeoque populi ignorantijs Rursus pro seipso, inquit. Pontifex enim legalis pro seipso offerebat, Christus autem non pro seipso: quomodo enim, qui segregatus erat a peccatoribus? Itaque magnum est discrimen inter vtrisque sacerdotium & pontificatum. Ignorantijs autem dixit, non peccatis, in maiorem metum conijciens & veteres Iudæos & omnes, ac dimittens fastum & superbiam. Etiamsi voluntarius non peccasti, ignorans tamen commisisti flagitium, a qua ignorantia sane nemo est mundus. Quidam existimarunt quod hinc discrimen ostendens sacrificii Christi & legis oblationum, sic dixerit: Legis oblationes & sacra, ex ignorantia admissa delicta concedebant: Christi autem sacrificium, peccata quæ sciuntur, dimittit & condonat.

Peccam° etiā ignorantes,

Hoc significante spiritu sancto, nondum manifestatam esse sanctorum uiam, primo tabernaculo adhuc habente statum. Orditur deinceps intimiue ac diuiniori quadam ratio
B ne contemplari quæ de tabernaculis dicuntur; Quia, inquit, sancta sanctorū inaccessa erant reliquis sacerdotibus, quæ figura sunt coeli. Nam primum tabernaculum, hoc est quod erat post exteriorem æream aram, primo statim occurem, perpetuo ipsis quidem patebat, symbolum videlicet cultus & rituum legalium, qui per hoc symbolice significabantur. Nam quādiu cōsistit lex, hoc est tantisper dum lex floret & regnat, perficitur etiam secundum eam culturæ & sacra, nec sanctorum via dum est peruia seu permeabilis ac stabilis, hoc est, in coelum ingressus talia sacra perficientibus verum obscura est hisce & occlusa: soli autem vni pontifici Christo segregata est hæc via.

Quæ est similitudo ad tempus præsens, in quo munera & uictimæ offeruntur, quæ non possunt secundum conscientiam consummare cultorem. Quod præmemoraui, illud nunc apostolus ait, Tabernaculum illud in quod semper ingrediebantur sacerdotes, erat similitudo, id est figura & vmbra secundum legem instantis temporis ante aduētū Christi Quo tempore eiusmodi sacrificia offeruntur adeo imbecillia, vt non possint secundum conscientiam, hoc est, interiorem hominem, consummare talia offerentes. corporum enim sordes, non animarum purgabant. non enim adulterium aut sacrilegium remittere potuerūt.

Tantummodo in cibis & potibus, baptismis & iustificationibus carnis, ad tempus usque correctionis imposita. Tantummodo, inquit, imposita hominibus qui tum viuebant, & iniuncta de cibis & potu. Hoc enim, inquit, vescere, hoc vero ne vescaris. Quomodo autem dixit potu? Atqui de potuum differentia nihil tradidit lex. Vel igitur
C hoc dicit, quod sacerdos non debuerit bibere vinum quando ingressurus esset in sancta vel deprecationes vel vota facientibus vt a vino abstineant, perinde ac Nazaræi: vel vt simpliciter vilescere faciat huiusmodi ordinationes & ritus, atque vt eos perstringat hoc dixit. Varij autem baptismi apud eos erant. nam si mortuum attigisset quispiam vel leprosum, & si semine fluxisset aliquis, in aquam mergebatur & abluebatur, eaque ratione videbatur mundus reddi. Hę autem iustificationes fuerunt carnis, hoc est, mādata carnalia carnem purgantia, adeoque carnaliter iustificantia eos qui secundum carnē impuri censebantur. Non tamen ad finem vsque talia mandata ceruicibus eorum imminere debebant, cæterum ad tempus correctionis, hoc est ad Christi vsque aduentum qui hæc emendaturus erat, ac verum & spiritualem dei cultum introducturus. Quia vero lex graue iugum erat, merito dixit imposita, perinde ac in rebus gestis apostolorum memoriæ proditum est, Quid tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres vestri baiulare potuerunt?

Leui.x. & xi.

Nū.xix. Iudęorū baptismi varij.

Act.xv.

Christus autem ubi aduenisset pontifex futurorum bonorum. Veteris, inquit, testamenti cultus non introijt in coelum; Christus autem aduentu suo in carnē factus pontifex, semel ingressus est in sancta. ad eum enim, vsque locum, redditur sententia. Non dixit autem, factus, sed vbi aduenisset pontifex, hoc est, in hoc ipsum veniens, quum antehac non ita fuisset presto: deinde quum hoc ita contingeret, factus

est pontifex. Scopus porro quur in terram veniret, pontificatus erat. Non dixit autem
corum quæ mactantur & sacrificantur pontifex, sed enim futurorum bonorum: tanquã D
non possit verbum exhibere vniuersum exacte, simpliciter & indefinite bona vocauit
quæ nobis conferuntur. Futura vero dixit respectu legis temporis. Vt enim illud in-
stans vocauit, sic Christi aduentus tempus futurum appellauit, ad comparationem il-
lius, vel reuelandorum etiam nobis in futuro seculo mysteriorum.

Per maius & perfectius tabernaculum. Carnem dicit hic maius esse, perinde ac deus
verbũ, & omnis spiritꝰ operatio demoratur in ipso terbernaculo. Nõ enim ex mensura
impertit deus spiritum. Perfectius autem tanquam perfectiora transigens.

Non manufactum, id est, non huius creationis. Hic insultant hæretici, dicentes cœleste
esse corpus & æthereum. Atqui si cœleste putasset apostolus & ęthereũ, quomodo di-
xisset non huius esse creationis? nõ enim extra creaturas cœlũ est. Quid igitur est quod
dicit? Quoniam vetus tabernaculũ manus Beseleeli artificis fecerunt, Dei autem verbi
Exo. tabernaculũ spiritꝰ cõstituit: propterea dixit ipsum nõ esse huiꝰ creationis, id est harũ
xxxvi. creaturarum, cæterum spirituale & diuinum. Creaturarũ enim nulla habet in sese deũ
Luc.i. verbũ secũdũ substãtiã, caro autẽ Christi secũdũ substãtiã vnita & cõiũcta erat verbo.
Secundum materiã igitur corpus domini nostro erat simile, & eiusdẽ nobiscũ essentiæ,
nempe ex immaculatis sanguinibus diuę virginis cõpactum: secundum modum vero
constitutionis supra nos fuit. Et quia secũdũ substantiã vnitũ fuit deo verbo, vel quia
Exod. materia veteris tabernaculi ligna & pelles fuerũt, & aurũ argẽtũ, & æs, ac texturę quæ E
xxxvi. dam, ad hæc respiciens dixit apostolus quod non sit huius conditionis, qua indigue-
rit tabernaculum vetus. Omnino enim per comparationem effert orationem, Christi ex
cellentiam demõstrans. Vocat autem corpus domini & tabernaculum, veluti hic quod
commoretur in eo vnigenitus dei filius: & velamentum, eo quod contegat diuinitatẽ.
Vocat & cœlum q̃dem his nominibus, tabernaculum, quod illic sit pontifex; velamẽ
autem, veluti sanctis per ipsum communitis ac defensis.

Neque per sanguinem hircorum aut uitulorum, sed per proprium sanguinem. En omnia
sunt diuersa. Quanta vero est excellentia sanguinis diuini ad sanguinem animalium cũ
quibus pontifex ingrediebatur?

Ingressus est semel in sancta, æterna redemptione inuenta. In sancta, id est, in cœlos. Ae-
terna redemptione, non tẽporaria, vt illi inueniebant, sed æterna, libertate videlicet
animarum a peccatis. Vel quia semel ingressus per vnum introitum, æternum nobis
beneficium contulit. Vide autem quod ait, inuẽta. Ceu præter expectationem facta re;
sic hac dictione vsus est. libertas enim nobis dubia erat, verum ipse nobis hanc inuenit.

Leui. xvi *Si enim sanguis taurorum & hircorum, cinisque uitulæ sparsus, prophanatos sanctificat
quo ad carnis puritatem.* Quia verisimile erat fortasse plerisque, per oblationem
vnam & sanguinem vnius, redemptionem æternam exhibere, confirmat hoc, indicans
persuaderi & ostendi hoc posse ex opinione quæ est apud Iudæos. Si enim vos, inquit,
crederetis mundari cõspersos sanguine vitulę, ac rursus cinere aqua mixto (seruabatur
enim cinis ad purificationẽ prophanatis ac pollutis) quomodo Christi sanguis nõ pur-
gabit animas? Animaduerte prudentiã. Non dixit ꝙ purgarit sanguis hircorũ, sed san F
ctificarit, non quod legalia glorificet, enimuero vt persequatur quæ velit. Si enim san
guis hirinus pręstitit sanctificationẽ vt credidis, multo potiꝰ persuadebitur vobis, ac fi
dẽ adhibebitis, sanguinẽ ea Christi pręstare. Quod.n. hęc nõ dixerit vt Iudaica extollat
vide qũo apposuerit, ad carnis puritatẽ sanctũ.n. erat, non ꝙ aĩas purgaret, sed carnẽ.

Multo magis sanguis Christi, qui per spiritum æternum seipsum obtulit immaculatũ deo.
Non pontifex quispiã obtulit Christum, sed ipse seipsum, & nõ per ignem, vt vitulę;
sed per spiritum æternum, vt iam & gratia & redemptio sint æterna. Et immaculatũ
Nũ. xix. hoc est, peccati expertem. Porro & in veteri testamento vitula exigebatur quæ næuo
careret omni & macula.

Mundabit cõscientiam nostram ab operibus mortuis. Isthic sane dixit sanctificare, adĳ
ciendo tamen, quo ad puritatem carnis. hic vero mundabit, inquiens, protinus excellẽ-
tiam oculis subiecit. Adducit enim quod conscientiam mundabit, hoc est, interiorem
hominem, quę conscientia nimirum isthic non erat. Et illic quidem qui attigisset mor-
tuum, mundabatur: hic vero puritas docetur ab mortuis operibus, quæ vere coinqui
nare possunt, & ab deo abducere.

Ad seruiendum deo uiuenti & uero. Proinde quia mortua opera attingit, non seruit

A deo viuenti & vero, sed opera quæ secum instituit, peragit. Sic belluo & gastrimargus ex ventre suo deum facit, sic auarus idolorum cultor est. Huiusmodi autem nedum ab sempiterna vita aliena sunt, verũetiã in ipsa transactione sui, vel dum peraguntur, execrabilia sunt, atque adeo vana & mendacia, inescantia, suauia apparentia quum minime sint tamen.

Ac propterea noui testamenti mediator est. Quod non paucos imbecilliorum turbabat mors videlicet Christi: Si enim mortuus est, inquiunt quomodo dabit quod promisit: huic iam Paulus medicinam adhibens, ostendit propter hoc ipsum ratum & firmum esse testamentum, quia mortuus est Christus. in viuentibus enim testamentum non dicitur. Eam ob rem, inquit, mortuus est, vt nos mundaret ac in testamento reliquit nobis condonationem noxę, & vsum paternorum bonorum, mediator factus patris nostri. Pater enim noluit dimittere nobis hæreditatem, sed irascebatur vt filiis reiicientibus ipsam, & abalienatis. Christus itaque mediator factus, reconciliauit nobis ipsum. Quomodo? Quod nos oportebat pati (mori enim debuissemus) hoc ipse pro nobis sustinuit, nosque dignos testamento reddidit, atque deinceps testamentum stabile redditum est per mortem filii, vt quod non ad indignos hæreditatem transmittat. Etenim testamentum hæredes habet. Audi itaque testamentum Christi, Volo vt vbi ego sum & illi sint. Alios autem exhæredes asserit, qui non credunt. Non pro omnibus vero rogo, inquit, sed pro iis qui per verbum ipsorum credunt in me. Testamentum porro B testes habet. Testatur autẽ de me, qui misit me ac paracletus testimonium mihi dicet, & vos testes mei estis. Iohã. xvii Iohan. v. & xv.

Vt morte facta ad redemptionem, quæ erant in priori testamento, transgressionum. Animaduertis Christi mortem ob nostram redemptionem factam esse? quomodo igitur eam imbecillitatis esse dicis, quum adeo potens fuerit, vt & in lege pręuaricationes sanarit? Quomodo igitur legi adhuc assentiris, quæ adeo est infirma & impotens, vt neque præuaricationes quæ in ipsa fiunt, corrigere emendareve possit? Non quia praua erat, sed quia infirma.

Promissionem accipiant uocati æternæ uitæ & hæreditatis. Nisi enim mors Christi liberaret nos a peccatis quibus aduersus patrem pugnauimus, atque hostem eum nobis fecimus, quomodo accepissemus cœlestem hæreditatem? Vocati autem hoc significat quod primũ quidẽ erga nos, vt pater erga filios, deus affectus erat, vocatique eramus ad sempiternam hæreditatem: ipsi autẽ nosipsos per peccata indignos nos fecimus illa.

Vbi nanque testamentum mortem necesse est sequi testatoris. testamentum enim in mortuis firmum est. Ne igitur turbet vos mors Christi: nisi enim mortuus esset, ne testamentum quidem condidisset, vt nos hæredes essemus. Est enim extra omnem controuersiam, testamentum post mortem esse ratum: neque omnino digni eramus hęreditate si inimicitia nondum esset soluta.

Quandoquidem nunquid ualeat, quum uiuat qui testatus est? Per interrogationem hoc lege & intellige.

C *Vnde neque primum sine sanguine dedicatum est*. Nedum a communi consuetudine firmauit quod dixit, verumetiam ab iis quę in veteri testamento contigerunt, quod vehementius Hebræos submittebat. Vnde, inquit, hoc est, quia necessarium est mortem pręcedere testamentum, propterea primum testamentum non citra sanguinem dedicatum est. Sanguis autem mortis est indicium. Sed illic quidem agni sanguis, typus enim erat, hic vero veritate refulgente, filius dei secundum carnem mortuus est pro nobis. Quid autẽ est ἐγκεκαίνισται, hoc est, innouatum est? hoc est, principiũ cõstitutionis & confirmationis accepit. Non enim alias principium accepisset operandi, & vt esset efficax, nisi sanguinis effusio præcessisset. Ex. xxiiii

Quum enim pronunciatum esset uniuersum mandatum secundum legem ab Moyse omni populo. Secundum legem, id est, perinde ac dominus legem sanxerat, vt mandata eius pronunciarentur ad aures vniuersi populi: vel vniuersum mandatum quod lege continebatur, vel lege cautum fuerat.

Accepto sanguine uitulorum cum aqua & lana coccinea, & hyssopo, ipsum librum & omnem populũ cõspersit. Quãobrẽ liber spargebatur & populus? Vel vt preciosus Christi sanguis præfiguraretur, quo nos conspersi sumus, & corda nostra. ipsa enim, corda dico, sunt libri, perinde ac supra memorauit, Dans legem meam in corda ipsorũ. Supra. viii
Aqua autem, baptismatis symbolum fuit. Hic autẽ assumũtur sanguis & aqua, partim

quod ex latere Christi profluxerit sanguis & aqua, parti vero quod baptisma, cui⁹ aqua
Iohan. i symbolum est, mortem domini annunciet, cuius sanguis est indicium. Hyssopum autẽ D
Esa. liij. assumebatur ob vim retinendi propter densitatem. Lana vero similiter. Vel quia agn⁹
esset Christus: ac propterea coccinea vel purpurea lana erat, vt ipso colore sanguis
præ sese formam ferret.

Dicens, Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad vos deus. Christus vero ait: Hic est sanguis noui testamenti in remissionem peccatorum: illic autem neque nouum est neque remissio peccatorum. Obserua igitur qui sanguinem testamentum nominauerit, vt adeo necessario mors intelligatur, vbi testamentum dicitur.

Terbernaculum porro & omnia vasa ministerij, sanguine similiter conspersit. Et hęc sane
Le. xxvi. figura fuerunt. nos enim sumus tentorium, iuxta illud: Inhabitabo in ipsis & inambu-
ij. Tim. ij. labo. Et vasa magnę domus dei, alia quidem aurea, alio vero argentea. Conspersi itaq;
Rom. vi. sumus vero sanguine Christi, sanctificatique sumus in mortem ipsius baptizati.

Ac propemodum in sanguine omnia mundantur secundum legem, & citra sanguinis effusio nem non fit remissio. Quur propemodum apposuit? Quia illa non erant perfecta mundatio, neque perfecta remissio: quomodo enim, quum peccata non remitterentur

Necesse est igitur exemplaria cœlestium his mundari, Cœlestia nostra dicit, adeoque ecclesiæ bona & res. Dictum est autem in superioribus, quomodo cœlum sit ecclesia: Horũ igitur submõstrationes & figurę fuerũt res Iudaicę. Hic & purgabãtur sanguine vitulorũ ac cinere iuuencæ, alijsque id genus vilibus. E

Ipsa autem supercœlestia. Hoc est, ecclesiam, & nos ipsos fideles.

Melioribus sacrificijs præ his. Nã meliora sunt nostra Iudaicis, quantum terra cœlũ est altius & pręstantius. Etenim illi bona terrestria expectabant, nostra vero hæreditas cœlum est. non immerito igitur & præstantiori & magnificentiori sacrificio digni habebantur, sanguinis nimirum filij dei qui mundauit nos perfectius. Mors igitur Christi non solum facta est stabiliret testamentum, verumetiam vt veram purificationem efficeret, animæ videlicet. Hanc ob causam & mortis beneficiorum meminit, eo quod multis ignominiosissima videbatur, maxime vero mors in cruce tolerata.

Non enim manufacta sancta ingressus est Christus, exemplaria verorum sed in ipsum cœlũ ut nunc appareat vultui dei pro nobis. Admodum superbiebãt templi nomine Iudęi.
Tẽpli Solomonis pręstãtia. neque enim huiusmodi delubrum in alijs terris erat, quod vel pulchritudinis nomine vel sumptum magnitudine cum hoc adæquari posset. Quia enim corporalibus trahebantur Iudæi, pręcepit deus magnificentissime isthuc apparari: vnde & a finibus orbis terrarum ad illud veniebant; Quid igitur Paulus? Itidem vt in oblationibus fecit diruens eas & auferens, surrogata in eorum locum morte Christi, sic hoc loci, templi vice cœlum statuens, discrimen ob oculos ponit. Alij quidem pontifices in manufacta sancta ingrediebantur, quæ fuerunt exemplaria verorũ, hoc est, cœlis figura fuerunt, illud enim vera sancta est: Christus autẽ in ipsum cœlum introijt, & omnia implet, & vndique adest. Atqui propter humanam naturam hæc dicit. Non solum autem per hoc differentiam in apricum statuit, verumetiam pontificem nostrum deo viciniorem redditum ostendit. Veteres pontifices per symbola quædam cernebant deum, Christus autem F
ipsum deum videt facie sua illi apparens. Atque hoc per indulgentiam humani captus dictum est, & propter humanam naturam. Quid autem est quod ait, pro nobis? Cum oblatione, inquit, ingressus est, quæ posset placare quidem patrem, imo & angelis nos reconciliare. siquidem & ipsi infensi nobis erant ceu domini sui hostibus. Nunc igitur pro nobis apparet, hoc enim indicat nunc, quod ingressus est veluti pontifex, propter nostram enim reconciliationem est ingressus.

Neque ut sæpe offerat semetipsum. Neque introijt cœlum, vt & alias posthac ingrediatur, seque ipsum sæpius offerat.

Quemadmodum pontifex ingreditur in sancta quotannis. Animaduerte Christi excellentiam. Legis pontifex quotannis ingreditur, Christus vero semel,

In sanguine alieno. Et hoc ad excellentiam pertinet. Ille, inquit, in sanguine alieno taurorum & hircorum, Christus autem in proprio.

Alioqui oportebat eũ sæpius pati a constitutione mũdi. Quia, inquit, si sæpe oblaturus erat seipsum, oportebat eum sæpius mori, vt proprium sanguinem offerret.

Nunc autem semel in consummatione seculorum ad reprobationem peccati per victimam suipsius manifestatus est. Hic & arcani quiddam reuelat, quur in consum

matione feculorum poft multa peccata reuelatus fit. Si enim principio mortem fubijsset, quando peccatum non perinde effufum fuiffet, nemo deinde credidiffet, nec oportuiffet eum denuo mori, atque hoc pacto omnia ftulta fuiffent. Iam vero poftquam extremis temporibus ingens peccatorum copia erat, merito manifeftatus eft deo in confummatione feculorum, vt demoliatur, hoc eft, deijciat peccatum, eique poteftatem adimat per fuipfius hoftiam & oblationem, hoc eft per mortem carnis fuæ. Tale quidem & alio in loco dixit: Vbi exuberauit delictum, fuperexuberauit gratia, Quomodo autem libertate & poteftate orbatum eft peccatum? Eo quod ifthuc qui cõmiferant, impunes fint dimiffi. peccati enim libertas eft fupplicium adducere. Dubitauit autem Gregorius Nyffenus in Sermone catechetico, & in concione de natalitio Chrifti, de hoc ipfo, quur nam in confummatione feculorum incarnatus fit filius, ac in hunc modum diluit: Quo modo infiniti medici, intus adhuc febri corpus fubpurgante, quum per morbum facientes caufas adhuc accenditur, nullum adhibent ægroto ex cibis auxilium, expectantes tantifper dum malum hoc ad fummum increuerit: fic & nobifcum actum eft. Expectauit animarum medicus, donec vniuerfa malitiæ ægritudo panderetur, vt nihil iam abditorum incuratum maneret, medico folummodo quod patet vifui, curante. Fufius autem difces quæ dicat diuinus vir, fi tibi contingat cupienti in eius Conciones incidere. Chriftus cur i fine feculorũ paffus.

Et quatenus definatum eft hominibus femel mori, deinde iudicium. Caufam iam nunc B exprimit, quare Chriftus femel fuit mortuus, quod vnius mortis factus fit precium, decretum enim erat hominibus femel mori. Semel itaque mortuus eft pro vniuerfis. Quid igitur? nunc ergo non morimur? Næ, fed non ita morte detinemur, vt antehac, fed per fpem refurrectionis, cuius dux & princeps factus eft, qui pro nobis mortem fubijt Chriftus. Sed ne mors quidem eft mors illa, verum fuper. Quia igitur mors omnes detentura erat, propterea mortuus eft, vt nos liberaret. Vel non hoc nunc voluit indicare apoftolus, quod mortẽ quæ debebatur nobis in fuppliciũ, ipfe perfoluerit verum quia vere homo erat Chriftus præter hoc ꝙ deus effet, & perinde ac homines femel moriuntur, deinde iudicium, hanc ad rationem ipfe femel eft mortuus. femel cur mortuus, Chriftus.

Sic & Chriftus femel oblatus. A quo? ipfe a feipfo. Etiamfi enim pontifex, eft tamen fimul & incenfum vel fuffitus, & victima.

Vt multorum offerret peccata. Quemadmodum in facro minifterio offerimus peccata, dicentes, Siue inuiti fiue voluntarij peccauimus, condona, hoc eft, meminimus eorum primum, ac deinde condonationem petimus: haud fecus & ipfe loquutus eft patri pro ipfis, Ego fanctifico meipfum. Vel obtulit peccata, hoc eft, abftulit ea ab hominibus, & obtulit patri, vt ipfa dimittat. Quur autem dixit multorum, & non omnium? Quoniam non omnes crediderant. Mors enim eius fuit æquilibrium, adeoq; remedium omnium interitus, ac quantum in ipfo eft, pro omnibus mortuus eft. Non omnium autem peccata obtulit eo quod noluerint ipfi: proinde inuidẽ fibi ipfi filij dei mortem fecerunt, quæ res eft fane horrenda. Hæc diui Iohannis Chryfoftomi eft fententia. Reperi autem apud eum Euangelij locum, Vt animam fuam redẽptionis preciũ C daret pro multis, annotationem quorumdam, qui intelligerent multis pro omnibus. omnes enim etiam multi funt.

Secundo deinceps fine peccato uidebitur expectantibus ipfum ad falutem. Obijt, inquit, baiulãs peccata noftra, & offerẽs patri, vt ea obliteraret, pro quibus & mortuus eft. Eum enim qui non norat peccatum, peccatum fecit, inquit, pater, vt qui noftra fibi vindicaret. Apparebit autẽ & uidebitur deinceps in aduentu fuo fecũdo haud pro peccata afferens, neque fecunde mortis propterea indigus, verum vt iudex ad falutem expectantibus ipfum, hoc eft, credentibus in Ipfum & fperantibus eius aduentum. Perfpicuum autem eft quod & digne aduentu Ipfo viuentibus veniet. Atqui nõ fimpliciter veniet, verumetiam ad fupplicium infidelium & peccatorum aderit, attamen quod minus trifte eft, dixit.

CAPVT X

Vmbram enim habens lex futurorum bonorum. Hoc eft, quum fit typus bonorum noui teftamenti, quæ Chriftus accepturis ifthuc communicaturus eft.

Non ipfam imaginem rerum Hoc eft, non ipfam veritatem. Rerũ autem, qualiũ? facrificij, remiffionis. Vmbratili nãque picturæ fimiles erant vete ris teftamenti res, vt quæ plane obfcuræ effent: nouivero imagini adæquantur, tanquã fplendide clareq; fubfiftentes, ac perfecte confummatæ. Hunc admodũ di-

uus Io.Chrysosto, intelligit. Haud ab re aūt fuerit in medium afferre quæ Theologus D
Greg. Nazianzenus in hunc locū tradit, quod quidē & in alijs locis, præcipue tñ in cō
cione de paschate memoriæ prodidit, nimirū quod pascha legis Mosaicæ typus fuerit
obscurior. Dat itaq; itelligere, vmbrā quidē legem dici apud Apo. imaginē vero, quę
nunc in ecclesia sacra perficiuntur, quæ sane aliorū perfectiorū bonorū significationes
in futuro seculo dignis impartiendorū, quæ & res Apo. nunc vocat. Perinde igitur vt
imago habet nonnihil rei a primo exemplari: consimilem ad modū hodierna mysteria
nonnihil habent in futuro æuo perfectiorū bonorū credentibus impertiendorū. Quē-
admodū porro vmbratilis pictura vel prima delineatio est inferior imagine viua, hūc
admodum lex testamento nouo est inferior.

Quotannis ijsdem sacrificijs offerunt perpetuo, nunquam possunt accedentes consummare.
Huius loci sententia est hmōi. Si robur habuissent victimæ legales, non perpetuo neq;
assiduo offerrentur. semel.n. oblatæ, emolumento & fructu prolato quieuissent: iā ve
ro quia quotānis assiduo & continuo offerebantur, planū est quod inferiores essent, q̃
vt possent quenquā perfectū reddere. Atque hanc ob causam post primā victimā vel
oblationem alia quædā offerebantur, quēadmodū fortiora pharmaca semel ēt imposi-
ta, curant: quæ aūt sæpius reiterantur & imponuntur, hoc ipso ōnduntur esse min⁹ for
tia. Suboritur hic quæstio, Num & nos victimas exangues & incruentas offeramus?
Cui rñdemus, oīo: cæterum memoriā facimus mortis dñi, estque vnum sacrificiū, non E
Christia- multa. qñquidem semel oblatus est. Ipsum quidē semper offerimus, imo potius mēo-
norū sacri riam illius oblationis facimus. qua se ipse obtulit, ceu iānunc facta sit. Proinde vnū est
ficiū vnū sacrificium. Nā quod ad quæstionē attinet, postquā multis in locis offertur, multi igi
est. tur Christi erunt? Non bene colligitur, nequaquā.n. multi sunt, sed vnus est vbique, &
hic plenus, & isthic plenus & perfectus, vnūque corpus. Quēadmodū.n. in multis locis
oblatus Christus vnū corpus est, & non multa corpora, sic & vnum sacrificiū. Nā illā
hostiam offerimus, quæ tum est oblata. illic aūt alius erat qui heri oblatus erat, agnus
fortasse, ab victima quæ hodie offertur, nec veluti recordatio erat hesternæ oblatiōis
victima hodierna: sed ipse per seipsum sacrificium consummauit sacerdos. Qūo igitur
hic ait Apo. ijsdem sacrificijs? Eadē sacrificia fuerunt, qñquidem eædem species offere
bantur, veluti agnus hodie, & in crastinum agnus. Alia aūt numero offerebantur. Nō
nulli easdē has victimas esse dixerunt modo oblationis: hoc est, quod vel per cædē vel
cremationē fieri iuberētur: specie vero diuersas, vt oues, boues, turtures, colūbas. Por
ro etiā si exēplaria quædā δύνανται scribant cū ν, vt sit pluralis numeri, possunt: inueni
tamen adnotationem, verbum isthuc sine ν scribendum. vt sit δύναται, potest: in nūero
singulari, censentem, vt sit snīa. Vmbrā.n. habens lex futurorū bonorū, nunquam pōt
accedentes consummare. Ac vere quidē, quatenus iuxta grāmaticę rōnem sic oporteat
hunc locū habere, ne solœcismus emergat. Quia vero nō perinde magna est cura scrip
turæ artiū subtilitatis, sic etiam isthuc intelligamus. atque atque exemplaria habent.
Nunquam enim possunt, offerentes videlicet, consummare accedentes.

Quoniam, nonne cessassent quæ offeruntur, quandoquidem nullam porro habeant conscien F
tiam peccatorum cultores semel purgati? Per interrogationem lege. Si enim peccata
remouissent, nonne cessassent etiā res offerendæ? quippe abunde satis adiutis, qui earū
commoditate indigerent, neque vllam porro peccati conscientiam habentibus, hoc est,
nihil conscijs alicuius rei quæ cura opus habeat, propterea q̧ sint curati, purgati semel.

Sed in ipsis recordatio est peccatorum per annum. Nihil aliud, inquit, transigunt vi-
ctimæ & oblationes, quam quod solummodo peccatorum recordationem faciant, hoc
est, indicium & reprehensionem. Non enim remissionem præstant, verum enim per
Victima- assiduam istam oblationem demonstrant indissolubilia esse populi peccata. Si enim re-
rum vsus. missa essent peccata, quid opus erat sacrificijs? Insuper quum dixit recordationem, de
dit tibi intelligere quod victimæ istæ & sacra nō ob futura insequētiave peccata per-
ficiebantur, verum ob præterita, vt quæ non essent condonata videlicet. Age nanque
per annum dic offerebatur pro populo sanguis vituli: igitur quasi eadē peccata essent
idem sacrum offerebatur. Nondum autem sequentia peccata eadem erant cum præce-
dentibus. Atqui perspicuum est quod præterita scelera, insolubilia permanebant, tā-
que ob causam idem semper sacrificium: quemadmodum & pharmacum quod sem-
per admouetur idem, significat eandem nempe ægritudinem interturbare laborantē

Impossibile est enim sanguinem hircorum uel taurorum aufere peccata. Firmiorem ac.

stabiliorem facit rationem suam, a vilitate rerum quae offeruntur, & a magnitudine morbi, Quamadmodum si quis peritus ratis suae medicus, videns laboranti elephanti asi adhiberi linozostin, quę ita appellatur herbam, dicat, Fieri non potest vt ab elephātiasi liberet linozostis.

Propterea ingrediens in mundum dicit. Christus in mundum ingrediens in corpore, dicit per Dauidem. Scopus autem apostolo hic est huiusmodi. Quia demonstrauit ifirmas & inutiles esse victimas & oblationes, ne quis dicat, Qui ergo ea Iudaei perficiunt? tum enim lex eis adhuc stabat, omniaq; legitima perficiebantur. Quomodo vero non cessarunt? hec tam indicat, inquiens: Cessarunt quidem ac desierunt legitima hodie, quantum ad dei voluntatem pertinet: Iudaei vero vt contentiosi, qui nunquam non spiritui sancto repugnant, adhuc hodie legalibus occupantur. Ostendit praeterea quod ante etiam domini incarnationem, huiusmodi legis sacra & victimae reiectae fuerit apud deū. Cōsidera id apostolū hic velle. Nō.n. dixit ingressus, sed ingrediēs in mundū, vt ostendat quod priusquā ingrederetur in terrarū orbem, ea carpserit.

Sacrificium & oblationem non voluisti. Per legē videlicet mādata. Oblatio hic a sacrificio differt. & aliud quiddā hic significat, opinor per hic vocis significari exāguia sacra P.xxxix.

Corpus autem aptasti mihi. Hoc est, corpus meum consummatum & perfectum sacrificium fieri decreuisti.

Holocautomata pro peccato non placuerunt tibi. Neque holocautomata proba
B sti, hoc est voluisti, accepta putasti, neque ea quae pro peccatis offeruntur. Varia autē fuerunt nomina sacrificiorum, iuxta varias nimirum causas. alia enim pro peccato, alia pro delicto alia salutaris, alia propitiationis, alia votorum, alia purificationis, Omnia igitur sublata sunt, postquam sacrificium & oblationem nolueris. Leuit.ij. &.iiij.

Tunc dixi, Ecce venio: in capite libri scriptum est de me; ut faciam deus voluntatem tuam. Animaduertis hic legis ista varia sacra ante Christi etiā incarnationē esse reiecta: Quum enim repulisset deus ista sacrificia, tum dixit ego Christus, Ecce venio propterea, vt faciam o deus voluntatem tuam. Voluntas autem dei patris est, vt filius pro mundo mactetur & offeratur, vt ita iustificet homines, non in sacris legis, sed in morte filij sui. Annunciaui enim, inquit, iustitiam tuam in ecclesia magna deinde quibusdam interpositis sequitur, In capite libri scriptum est de me sic enim hic syntaxis est ordinanda. Caput autem libri, legis volumen dicit, seu veteris testamenti librum, In ea igitur scriptura proditum est memoriae de meo aduentu, & quomodo sim pro mundo sacrificandus. Vel caput libri, principium veteris testamenti librorum dicit. Etenim in primo Mosis volumine, in Genesi, quum dicit, Faciamus hominem iuxta imaginem nostram, cognitionem diuinitatis Christi statim praedicit ac reuelat. Supra inquiens, Quoniam sacrificium & oblationem & holocautomata pro peccato noluisti, nec oblectatus es eis quae secundum legem offeruntur, tum dixit, Ecce venio, vt faciam deus voluntatem tuam, ipse Paulus interpretatur Dauidicum dictum. Ambigere hic possis, ac querere, Quid igitur? sacrificia secundum legem, non fuerunt voluntas domini? Voluntas quidem fuerunt. etenim duplex est voluntatis significatio. dei patris voluntas
C Vult enim aliqui praecellenter & in primis, vt quum Paulus, Volo inquit, omnes homines esse vt meipsum, hoc est, extra matrimonium. Vult etiam quispiam quiddam per permissum, vt quum Paulus inquit, Volo iuniores viduas nubere. Hęc est voluntas permissoria & indulgens, vt ne enim libidinentur aduersus Christum, propter ea permisit eis. Hunc admodum deus primo & unico scopo non voluit nidores holocaustorum & sanguines: quia vero videbat Hebraeos daemonibus sacrum offerre, atq; eorum sacrificijs supra modum occupari, permisit eis vt in suum honorem sacrificia & victimas istas sibi offerant. Quā vero ob causam diuus Paulus hoc testimonij protulit, quum haberet innumeros alios locos? propter impudentiam Iudaeorum. Nam & illi veterem rem publicam & conuersationem dicebant esse abolitam, non propter imperfectionem eius, sed propter peccata eorum qui offerrent sacrificia: ac proferebant in medium q; & Esaias peccata ipsorum reprehendat, dicens, Manus vestrę sanguine plenae sunt. tum Dauid ipse quum dixisset, Nō accipiam ex domo tua vitulos, ac reliqua quae isthic sequuntur, infert, Peccatori dixit deus. Quum igitur haec loquerentur contentiosiores Hebraeorum, producit testimonium Paulus, in quo ipsa per se se vetus politia, reiectitia apud deum reputatur propter imperfectionem eius, non pec catorū causa, quibus populus infectus erat. Nusquā.n. in quadragesimonono psal. ex

quo testimonium isthuc depromptum est, peccatorum populi mentionē fecit propheta. D
Quod enim ea de causa memorato testimonio sit vsus, ex eo psalmo planū fit.

Aufert primum, vt secundum statuat. Quale est primum? hoc sacrificiū. Quale secūdū? voluntas patris, hoc est, per crucem corporis Christi sacrificiū. Eijciūtur .n. illa, vt stabiliatur & cōfirmetur per Christi cædē oblatio quā voluit pater. Quocirca nō ob pctā offerētiū reiecta sūt veteris sacrificia, sed ꝓpter sui ipsorū imperfectionē.

In qua voluntate sanctificati sumus, qui per oblationem corporis Christi semel. In qua voluntate patris sanctificati sumus, qui per oblationem corporis Christi semel factam sanctificati sumus. hoc enim subaudiendum est. Credentes enim sanctificati, per oblationem vnigeniti, in voluntate patris sanctificati sumus. Proinde haud legalia sunt voluntas dei, sed oblatio secundum Christum, & per hanc sanctificatio.

Sedere. Stare. *Et omnis quidem sacerdos stat quotidie ministrans, & eadem sæpe offerens sacrificia, quæ nunquam possunt auferre peccata.* Stare igitur, signum est seruitutis & ministerij: sedere autem, perinde vt Christus, signū dominatus, cui ministeriū exhibeatur.

Ipse autem vna pro peccatis oblata victima in perpetuum. Ipse autem Christus vnam obtulit hostiam, corpus suum, pro peccatis nostris, in perpetuum nobis sufficiens, vt non alio sacrificio neque secundo indigeamus.

Sedet in dextera patris, in posterum expectans dum ponantur hostes eius subter pedes Psal. cix. *ipsius.* Itaque non est tantum pontifex, sed deus etiam. Completo namque opere propter quod & pontifex diuina quadam prouidentia est appellatus, sedit E deinceps vt deus, & expectat interea vsquedū ponātur hostes eius subter pedes eius. Hostes autem huius sunt & omnes infideles, & dæmones, qui & ipsi subijcientur hoc est, inefficax eorum malitia manebit, inextinguibili igni traditorū. Interim autē Paulus hostes dicit excellenter infideles Hebræos, consolationem præbens ijs qui ex Iudæis Christo nomen dederant, innumera mala & pericula ab ipsis perpessi. Ne sitis pusillanimes, inquit. Subijcientur, imo quod maius est: pedibus protereutur, qui nunc insurgunt aduersum vos. Atque hoc inde liquet, quod Christus a dextris patris sui sederit. Postquam enim hoc factum est, & illud continget, secundum quod in psalmis dictum est. Quomodo igitur non statim positi sunt sub pedes, hoc est sublati ex medio? propter eos qui ex ipsis emersuri essent fideles.

Vna enim oblatione perfecit in perpetuum sanctificatos. Perfecte, inquit, peccatis liberauit sanctificatos, & sanguine ipsius perunctos, quod baptizati sint in mortem eius. Omnes enī qui baptizātur, simul sunt insiti similitudini mortis eius. Perspicuū Rom. vi. ergo quod in sanguine ipsius sanctificantur.

Testatur autem & nobis spiritus sanctus. Quid testatur? Quod perfecte nos liberauerit a peccatis per vnam oblationem, vt non habeant opus secunda.

Quum enim dixisset, Hoc est fœdus quod feriam cum illis post dies illos, dicit dominus hie. xxxi *dans leges meas in corda ipsorum, & in mentes eorum inscribam eas, & peccatorum eorum & iniquitatum eorum non recordabor amplius.* Obseruas testari spiritum, quod deus peccatorum remissionem dederit. Tunc autem dedit, quando nouum testa F Sup. viij. mentum ac fœdus instituit. Nouum autem testamentum per mortem filij sui cum dedit, cum stabiliuit, perinde ac antea præmonstratum est.

Vbi autem horum est remissio, non est porro oblatio pro peccato. Si enim peccatorum remissio data est per unum sacrificium, quid post hac opus est altera hostia? Demōstratum est itaque quod per vnam oblationem Christi consummati simus, peccatorum remissione accepta, neque porro indigeamus alio sacrificio. Superuacaneæ itaque sunt Iudaicæ, cum quæ per contentionem perficiuntur oblationes, iam olim ob incommoditatem suam condemnatæ ac deprehensæ.

Habentes igitur fratres fiduciam. Monstrata pontificis nostri excellentia, qua veteres exuperat, ac testamenti a testamento, oblationis oblatione discrimine assignato, maxime vero Christi sacrificio cum legalibus comparato, quod per isthuc a peccatis liberati simus, desisti iam ab institutoria huiusmodi oratione, respirationem dans auscultatori. Ad moralem autem transit admodum opportune. Quum enim attentæ mentionem fecisset remissionis peccatorum, adhortatur deinceps ne in eadem relabamur, inquiens, Habentes igitur fiduciā ex hoc quod nobis dimissa sint peccata. Vt enim scelus admissum, pudorem & verecundiam incutit, ac seruilem timidumque animum adeoque metum, sic dimisso noxæ confidere facit,

Ad introitum sanctorum. Etenim dimissis nobis sceleribus, fiduciam habemus vt
A introeamus in sancta, hoc est in coelum.

In sanguine Iesu, Hoc est per sanguinem. Per crucem enim & sanguinem Christi noxae condonatione donati, confidentiam accepimus.

Quam innouauit nobis uiam recentem & uiuentem. Quem ingressum ad sancta, ipse nobis viam nouauit, hoc est, nouam fecit, vt qui hanc primus orsus sit & confecerit, adeoque primus iuerit. Recentem porro pro noua dixit, quippe quae nostris temporibus apparuerit. Haec autem nobis gloriationis ansam praebent haud exiguae. nam quibus ne Abraham quidem donatus est. nos donati dignatique sumus, nuncque nobis coelum est apertum. Viuens autem, quod prima via letalis & mortifera erat, ad sancta videlicet legis ducens, quę porro locum non habet. nam suscipientibus ipsam mortis causa extitit. Haec autem adeo ad vitā ducit, vt & ipsa viuat, & aeterna sit. Viuentē deinde perinde intellige atque recentem, pro viua & florente, ad discrimen introitus ad vetera sancta. mortuus enim ille ac plane extinctus erat.

Per uelamen, hoc est, carnem suam. Instaurauit nobis viam hanc ad coelos ducentem, per carnem suam. quando in crucem caro sublata est, & in coelum recepta, tum reuelauit nobis coelestia. Hinc & opportune velamen eam appellauit. illud enim proprium est velamenti, vt quum remotum fuerit, reuelet quae sint interna.

Et sacerdotem magnum ad domum dei. Habentes videlicet sacerdotem Christum. Do
B mum, vel nos fideles, iuxta illud: Inhabitabo in ipsis, & obambulabo in eis, vel quod reor esse potius, coelum: illud enim sancta appellat, & in eo pontificem ministrare dicit pro nobis videlicet intercedendo.

Accedamus. Ad quid? ad fidē & spiritualē cultū, vel ad coelū, vbi noster est pōtifex

Cum uero corde. Hoc est, experte doli, non fucato erga fratres, vel nihil haesitante, nihil ambigente, neque quicquam vacillante de futuris, ac propterea in pusillanimitatem recidente, Infert igitur,

In certitudine fidei. Docet nos quo pacto non simus desponsuri animum; nempe si fidei certitudinem habuerimus, hoc est, fidem consummatam & perfectam. Nam fieri potest vt quisquam credat, citra tamen certitudinem, perinde ac nonnulli dicunt quorundam futuram resurrectionem, quosdam vero non resurrecturos. Haec sane nō est plena neque citra fides, sed imperfecta; In plenitudine igitur fidei accedamus. Quandoquidem enim nihil oculis nostris subiectum est, neque templum ipsum coelum neque pontifex Christus, sed abdita sunt, aeque ac in veteri testamento pontifex ingressus in sancta occulebatur: propterea opus est fide perfecta & indubitata.

Conspersi corda a conscientia praua. Quum de fide loquutus esset, planum facit hic, non solam fidem, verumetiam vitam virtutibus redimitam inquiri. Ne Iudęi corpore conspergebantur, nos vero corde, vt nihil mali nobis conscij simus. Conspergemur autem & ipsa virtute & gratia spiritus, qui remisit nobis in baptismate peccata, & confortauit nos, vt si animum aduerterimus, non porro in ea residamus.

Et abluti corpus aqua pura. Pura, vel quod puros faciat, vel quod non habeat admixtū Nu.xix.
C sanguinem vt vetus illa. Et si enim gratia in baptismate animas purget visibile tamē hic visibili Paulus coniunxit. Siquidem in ipso vsu baptismatis, corporis causa aqua assumitur. quum enim gemini simus, gemina etiam purificatio est.

Contineamus spei confessionem inflexilem. Hoc est, confessam & manifestatam nobis spem retineamus stabilem. Sperauimus enim in principio fidei, quod & ipsi coelum ingressuri simus, & confessi sumus, quando foedus fidei feriebamus, resurrectionē mortuorum nos credere, & vitam aeternam. hanc igitur confessionem retineamus.

Fidelis est qui promisit, quoniam dat robur. Quomodo retinebimus spem firmam? Si intellexerimus dignitatem eius & veritatem qui promisit. Fidelis est, hoc est, verus ipse Christus, dicens: Vbi ego sum, & minister meus erit.

Et consideremus nos mutuo ad prouocationem charitatis bonorumque operum. Consummationem adijcit iam, charitatem. Consideremus, inquit, alter alterū, hoc est, cōtemplemur, si quis virtute insignis, vt hunc imitemur, non vt inuideamus ei, sed potius vt incitemur, vt eadē cū ipso opera perficiamus. Prouocatio haec & incitatio charitatis est, non inuidiae. Vt enim ferrum ferro exacuitur, sic anima animae commorans, ad eadem ipsam incitat, verumtamen in charitate. Vel quia conuiuitis inter vos, calefcatis & accendamini ad dilectionem mutuam, vt cum diligatis, tum diligamini.

Non preter mittentes conuentum uestri ipsorum. Compertum habet conuentum, mutuum dilectionem generare, hinc commonefacit eos ne intermittant inter sese con- D gregari, neque separationes & conciliabula praua moliri. Vbi enim sunt duo vel tres collecti in nomine meo, illic sum in medio eorum. Quinetiam ecclesiæ oratio Petrum a vinculis resoluit, eque carcere liberauit.

Ma.xviij
Actu. xij

Quemadmodum solent quidam. Hic accusat secessum & sectas facientes.

Sed consolentes uosipsos. Hoc est, animũ addẽtes, alter alteri, & adhortantes vos vicissim, ac docentes, & consolentes, ac leuamen malorum impartientes. frater enim, a fratre adiutus, instar vrbis est munitæ.

Ac tanto magis, quanto uidetis appropinquantem diem. Consummationis nimirũ, Quatenus enim nondum separamur ab mundo hoc, quid est ꝙ nos ipsos alter ab altero dissepatemus dissociemus que? Id vero consolationi eis erat, a tentationibus nẽpe defatigatis, perinde ac alio in loco dicit: Dominus prope est, nihil sitis soliciti.

Philip.iiij

Voluntarie enim peccantibus nobis. Adhortatus est a commodioribus, ꝙ fiduciã habeamus, ꝙ peccatorũ condonatione donati simus: nunc a tristioribus terret. Obserua hic quomodo veniæ locum relinquat, Voluntario enim, inquit peccantibus, hoc est, permanentibus in peccato citra pœnitentiam: quemadmodum si non permaneamus, sed vitæ in melius permutatę specimen exhibuerimus, veniæ certe locus est. Vbi sunt igitur qui hic pœnitentiam tolli clamant?

Post acceptam agnitionem ueritatis. Christi, vel omnium dogmatum. E

Non porro relinquitur sacrificium pro peccato. Haud pœnitentiam auferens hæc dicit, vt quidem intellexerunt & suspicati sunt, sed ostendit non esse locum secundo baptismati, quandoquidem neque secunda vel alia sit mors Christi futura. Sacrificium enim eam appellat, vt posthac videbimus. vno enim sacrificio consummauit in perpetuum. Baptisma nostrum sane mortem Christi effigiat. Vt igitur mors Christi vna, sic & baptisma vnũ. Quid igitur adeo intrepide peccas, quũ non sit spes ãplius te per baptisma denuo feliciter delere posse admissa crimina? Bona igitur opera tibi vẽdica.

Baptisma nostrum, mortis Christi figura.

Terribilis autem est expectatio iudicii, & ignis zelus, exesurus aduersarios. Terrificum iudicium & ignis æmulationem aduersum nos assumit. Animaduerte autẽ quo modo animauerit ignem, atq; vitã & vires ei tribuerit. Perinde enim vt bellua exacerbata non desistit tantisper dum apprehenderit quendam, quo deuorato exaturet cupiditatem suam, sic & ille ignis pro transgressione mandatorum sæuiens, ac propter illa efferatus, quem apprehenderit, deuorat semper. Non enim dixit manducaturus; sed exesurus, in sempiternum videlicet. Aduersarios autem non solos infideles, verũ ipsos etiam fideles, indigna tamen mandatis dei opera patrantes:

Siquis repulisset legem Mose. A minori argumentans, ostendit iure nec citra meritum futurum supplicium, vt plus fidei orationi suæ conciliet. Legem autem Mosis dicit, quandoquidem multa eis ipse iniunxerit.

Citra miserationes, apud duos aut treis testes moritur. Constructio est: Siquis legem Mosę reiecisset, coram duobus aut tribus testibus moritur, hoc est, si confessum & probatum fuerit a duobus tribusve testibus quod præuaricatus sit legem. F

Deu.xvij

Quanto putatis peiore dignum iudicatum iri supplicio, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti prophanauerit. Ipsis iudicium permittit, quod in valde apertis facere solemus, vt adeo auditores iudices & arbitros faciamus. Quid autẽ est qui conculcauerit? hoc est, qui contempserit. Vt enim conculcatorum nullam rationem testamenti prophanarit, hoc est, nihil ab alio cruore differre putarit. Testamenti autem, quod per ipsum stabilitum sit erga nos testamentum, quod bonorum nobis hæreditatem impertit, vt supra memorauimus. Hæc etiam de sacramento cœnæ dominicæ dicta sunt. Quando enim assumentes impollutum corpus & sanguinem Christi, cœno ac luto corporalis impuritatis assumentem carnem nostram inuoluimus, nonne filium dei conculcamus? Lutum terræ non adeo indignum est corpore diuino, quẽ indigna est carnis tuæ impuritas. Veteris hoc loco aduersus etiã Nestorianos. nã illi exiguum hominem existimantes Christum, sanguinem eius communem, id est, prophanum censuerunt, neque quicquam a reliquis habere discriminis.

Supra.ix.
Eucharistã idigne sumentes

In quo sanctificatus est. Ruditatem & ingratitudinem hic ostendit, Oportebat enim sanctificationem amplecti, qua donati sumus i sanguine.

A *Et qui spiritui gratiae contumeliã affecerit.* Qui enim collatam in se beneficentiam dei non recte administrarit, iniuria afficit eum qui contulit. Fecit te filium dei, tu vero seruus effeceris affectum. Venit vt in te habitaret, tu vero superinducis tibi diabolum. Haeccine contumelia est spiritus?

Noui enim eum qui dixit, Mihi uindicta, ego rependam, dicit dominus. Et rursus: Dominus iudicabit populum suum. Terribile est incidere in manus dei uiuentis. Hec dixit ex consequenti, vt ostendat dominum vltionem sumpturum de peccatis. Nam id per prophetam dixit. Animat autem pusillanimes, qui ab Iudęis afflictiones & tentationes perpetiebantur propemodum enim hęc dicit, Ne despõdeatis animũ habetis qui vos sit vĩdicaturus, ac compensaturus vestros labores, viuentẽ quẽ nulla ratione effugiẽt affligẽtes vos. Vos quidẽ ĩ illorũ manus icidistis, qui sũt homines, & morti obnoxij:isti vero ĩ manus dei icidẽt sẽper viuẽtis quẽ propterea effugere haud poterunt. De xxxij Psal. cxxxiiij.

Recordamini autem priores dies. Non sane frustra est quod dicimus, Mihi vindictã, etenim hoc clanculum: ad consolationem eorum inducit. Ecce enim clarius nunc illis dissérit, adhortans eos ne deficiant a patientia. Proinde ne alios, inquit, imitemini, sed ipsi vos ipsos. Principio enim fidei vestrae certastis hoc certamen: quod semper vobiscum expendite, ne ea quae primum recte certãdo & fortiter assecuti estis, per socordiam & torporẽ amittatis. Cõtẽplare aũt, hic spiritualẽ sapiẽtiã. Quũ antea cõcussisset illorum mentes per gehẽnae cõmemorationẽ nunc per encomia lenit, non adulãs

B eis, sed per haec ipsa eos cõmonefaciens. Plus ei fidei adhibetur, & plus autoritatis habet qui cuipiam consulit vt seipsum imitetur, & quae antea perfecit opera.

In quibus illuminati, multum certamen sustinuistis afflictionum. Vel de baptismate dicit illuminati, vel de cognitione simpliciter fidei Christi, ac de excepturis fideles bonis. illuminat enim cognitione futurorum bonorum sic sustinuistis. Non dixit autem tentationes, sed certationem, quod ingenuitatis & fortitudinis est indicium Sustinuistis certationem inquit, eamque multam.

Partim quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti. Obserua encomia. Generosa profecto anima menteque eget, opprobria perferre, aeque ac propheta testatur: Factae sunt mihi lacrhymae meae, cũ diceretur mihi, vbinã est deus tuus? Et si hostis cõuitiatus esset mihi, sustinuissem equidẽ: &, Opprobrium insipienti dedisti me. Quin etiã diuus Iob aegro ferebat animo opprobrium, caetera adamãtis istar fortis & cõstãs. Quod si apperte palam, adeo que corã omnibus cõuitium & cõtumelia fiat, eo magis opus est ingenua tolerãtique mente, Quod & hic denunciauit, spectaculũ facti inquiens hoc est, veluti in theatro spectatũ producti. Obserua hic quã fuerint magni isti, qui cũ gloria tũ opes propter Christum despexerint, iniuriam passi a vilibus fortasse, & nullius mometi hominibus, idque animo forti, malorum toleranti. Psal. liij & viij. & xxxv. Iob. ix.

Partim uero socij facti eorum qui sic conuersantur. Nedum, inquit, vestras afflictiones, quae inuitis vobis videbantur adduci, sustinuistis, sed adeo strenui fuistis, vt & socij facti sitis apostolorum, qui sic vixerunt, hoc est, in calamitatibus & approbrijs, & vestra sponte subiecistis vos ipsis, vt vna cum illis aduersa sustineatis, ac consortes

C afflictionum eorum efficiamini. Non dixit autem, socij facti estis mei solius, sed communiter omnium, vt encomion eorum eo sit amplius & manifiecentius.

Etenim uinculis meis compassi estis. Non solum in vestris calamitatibus non indiguistis cõsolatione, verũetiã alijs facti estis leuamẽ mali, cui rei testimoniũ ego dico.

Et rapinam bonorum uestrorum cum laeticia accepistis. Speciatim dixit quomodo alios participarint nunc rursus dicit quomodo angustias erga se ipsi tolerauerint. Nam bonis exui, & spoliari facultatibus, nę res est ardua. Quia enim credidistis; ideo spoliati estis, At qui potuissetis omnino a fide alieni permanere, Quod aũt recepistis, voluntariam eorum patientiam significat, & quod libenter acceperint, Porro quod laetitia accepistis, id vero apostolis vos adaequat qui reuersi sunt gaudentes quod pro nomine Christi contumelia affecti essent. Actuũ.v

Cognoscentes habere uos meliorem substantiam & permanentem. Et hoc inquit; faciebatis cum iudicio, deliberatione, ac fide. Agnoscebatis enim quo meliorẽ substantiam & manentem habeatis, quae non possec vel admi, vel dirripi vt haec.

Ne reijciatis igitur libertatem uestram; Quum dicit, ne reijciatis, ostendit quod nondum exciderant, opus enim haberent confirmatione & munitione. Fiduciam autem & in loquendo libertatem dixit, quod huiusmodi cum patientia ob dei gloriam ferentes magnam habeant confidentiam ac libertatem.

Quæ habet retributionem mercedis magnam. Vos enim testes estis vobis ipsi, qui D
agnouistis præstantiora vos bona habere in coelis.

Patientia enim opus habetis. Nulla te porro indigetis alia; præter quam sola patiē
tia: cætera habetis omnia. neque opus est vos quicquam apponere.

Vt uoluntatem dei facientes, feratis promissionem. Voluntas dei est ad finem vsq;
Matth.ix sustinere. Qui enim, inquit, perseuerauerit ad vsque finem, hic conseruabitur. Adhor-
tatur autem hisce eos apostolus, perinde ac siquis cernat athletam, qui omnes aduer-
sarios debellauerit, ac certando vicerit, nec possit deinde expectare Helleno dicas, qui
coronas victoriæ protrahant ac remorentur, atq; eam ob rem aufugere velit, quando-
quidem nō possit diutius ferre sitim & æstum. Cōpellat ergo his virū dictis: Qui oīa
gnauuet transegisti, expecta parum, ac referes coronas. Certa etiam aduersus ipsā coro
natū dilationē & cunctationē, vince & hanc forti toleranti q; animo.

Adhuc enim modicū momēti restat, & qui uēturus est ueniet, & nō tardabit. Producit p-
Habac.ij. phetam Habacuc dicentē q ppe sit iudex, qui redditurus est cuique mercedē Quod si
Habacuc hoc dixit, Parū quātū, & qui vēturus est veniet: nūc videlicet est vicinior.
Quod vero ait μικρὸν ὅσον ὅσον, valet, parū quantū quātū, valde parū significat

Iustus autē ex fide uiuet. Quod si subtraxerit sese, non oblectatur anima mea in ipso.
Oportet igitur nos credere, si iusti futuri simus. Sin autem subtraxerit se iustus, id est
ambiguitatem quandam patiatur vel hęsitationem, vel subtraxerit, id est a tentationi- E
Esa i. bus succubuerit, non habet oblectationem in eo anima mea. Cuius autem anima? Dei,
iuxta modum loquendi scripturæ: vt in eo, Ferias vestras odit anima mea. Vel Christi
Vos autem non estis subtractionis ad interitum, sed fidei ad acquisitionem animæ. Quia perter
refecerat eos quum diceret, Anima mea nō habet oblectationem in ipso: adserit iam
eos non esse ex ijs qui pereant propter subtractionē, aut propter acediā vel hęsitationē
sed ex ijs qui in fide persistant stabiles, vt acquirant suas ipsorū animas, hoc est posside
ant, custodiant, & seruent. Acquisitio enim est possessio & occupatio.

CAPVT XI



ST autē, fides corū quæ sperantur, subsistentia. Describit nobis
post hac fidem, inquiens: Fides est essentia eorum quæ nō
sunt, subsistentia eorum quæ nondum subsistunt, vt resur
rectio nondum subsistit, sed fides statuit eam, obque oculos
nobis ponit.

Rerum argumentum quæ non uidentur. Argumentum, hoc
est demonstratio & manifestatio rerum quæ non sunt cōspi
cuæ facit enim fides, vt ista mente nostra cernamus haud se-
Habac.ij. cus ac si pręsentia essent. Si igitur talia tantaque potest fi-
des, quid cupitis ea bona corporaliter & re ipsa sensibili vi
dere, vt excidatis ab fide? Quod sane nihil est aliud quē excidere a iustitia, ne sitis iusti F
Iustus enim ex fide viuet

In ipsa enim testimonium assequuti sunt maiores. Hoc est, in ipsa fide testimonium
assequuti sunt omnes veteres, ac probati sunt quod deū prę oculis habuerint.

*Fide intellgimus condita esse secula uerbo dei, ut ex non apparentibus fierent quæ
uidentur*. Postquā fides reprehēditur apud non intelligentes virtutem ipsius, qui as
seuerant eam esse rem, indemonstrabilē, adeoq; manifestam imposturam, ostēdit q ma
xima quęq; per fidem trāsigatur, & nō per rationē, aut cōsilia humana, Nā q deus ver
bo, quę sunt, ex ijs quę non sunt, creauit, quæ demōstratio nobis exhibuit? nulla sane;
sed sola fides. Fide igitur intelligimus cōsummata esse secula, hoc est facta esse verbo
dei. Quur fide? quia quod ex inuisibilibus, ex ijs quæ non videntur, facta sint quę vidē
tur, fide opus habeat, Vel sic intelligas licebit. Verbo dei, quo factū est vt pducerē
tur ex ijs quæ non sunt, ex nihilo ea quę sunt, omnes creaturę nimirū. Quū audis secu
la, ea simul intellige quæ istis continentur secularibus: videlicet tempora, adeoq; cun-
cta temporaria, inusitatiore loquēdi modo seculis etiam tempora significātibus. Nam
Gene.cij. proprie seculum aliud quiddam q tempus est, vnum non sunt multa.

Fide excellentius sacrificium obtulit Abel Deo quam Cain. Quia magna fides in-
genua indiget anima, Hebræi autem fide elanguerant, ac primum quidem fidem de-

A monſtrarunt,deinceps vero ob afflictionum frequentiam & continuationem puſillani-
mes redebantur, ac tantum non deſpondebant animum adhortatus eſt & conſolatus
eos ab rebus per eos geſtis,& a ſcriptura confirmãte ꝙ iuſtus ex fide ſit victurus,& ab Habac.ij.
ratiocinationibus, inquiens:Fides eſt eorũ quę ſperãtur,ſubſiſtẽtia. Nunc vero a ma-
gnis & priſcis viris etiã argumenta profert. Quũ hõ inuenerit participes aduerſitatũ,
ſedatus reſpirat. Producit igitur Abelum, Fide obtulit victimã maiorẽ,hoc eſt, precio
ſiorẽ,quã frater. Quẽ.n.ſciebat alium ante ſeſe?patrẽne aut matrẽ?at illi impegerãt ad
uerſus deum. At fratrem?verũ& is Deũ nõ coluerat candide. Fide ergo ſola perductus
eſt vt offerret deo ex melioribus quæ habebat,credens ſe mercedem accepturum.

Per quã declaratus eſt eſſe iuſtus,teſtimoniũ dicẽte deo ſuper donis eius. Quũ n.ad Cainũ
dixiſſet de⁹.Nõ recte offers,nec recte diducis:teſtimoniũ perhibuit Abelo, ꝙ & recte
obtulerit,quaten⁹ datori deo obtulit quę ex illo habebat:ac recte ſeparauit. Fertur etiã
ꝙ ignis e cœlis deſcẽdẽs abſumpſerit ſacrificiũ,atq; inde agnouit Cain ſibi antelatũ eſſe
abelũ. Vnde.n.alias habuiſſet cõpertũ?Hinc & quiſpiã eorũ qũi Hebræa in Græcã lin
guã tranſtulerunt,ſic vertit:Intuitus eſt in victimas Abeli dominus,& incendit.

Et per ipſam mortuus adhuc loquitur. Hoc eſt,per fidẽ adhuc loquitur,id eſt,fides ſe
cit eũ hodieq; viuere,ac doctorẽ oĩb⁹ cõſtitui,loquẽtẽ tãtũ nõ, Imitamini me mortales,
ac beneplacere deo per fidẽ iuſtificati. Loquitur igitur,hoc eſt quũ glorificatur,prędica
B tur,quũ memoria ei⁹ iſtauratur,loquitur,perĩde ac cœlũ loquitur quũ a nobis ſolũmõ
cernitur. Nõ n.tãtũ ſermo perficit,quãtũ illi⁹ afflictio. Hoc aũt dixit,vt oſtẽdat ĩfirmis
ꝙ iuſt⁹ quadãten⁹ etiã hic fruatur honore,ęq; ac vos fruemini. Quędã exẽplaria λαλεῖ-
ται habẽt,nõ recte,opinor. Quod tamẽ verbũ ſi paſſiue accipiatur,dicitur valebit:ſin in
media cõiugatione,tũ retinet eãdẽ ſignificationẽ cũ λαλεῖ actiuo, id eſt loquitur. Gene.v.

*Fide Enoch tranſlatus eſt, ne uideret mortem, & non inueniebatur,eo quod trãſtulerit eũ
deus.ante trãſlationẽ.n.eius teſtimoniũ habuit quod placuerit deo.* Hic maiorẽ fidẽ quã
Abel demonſtrauit. Nã quæ Abelo cõtigerũt,potuerũt ipſum offẽdere. Iuſtus.n.quũ
eſſet,permiſſus eſt occidi ab fratre. Quid.n.prodeſt punitũ eſſe occiſorẽ?quid ĩde cõmo
ditatis retulit Abel,quũ iã ãtea e medio eſſet ſublat⁹?Magnã itaq; fidẽ demõſtrauit E- Enoch.
noch,credẽs deũ retributorẽ noſtrũ fore ĩ futuro ſeculo,perq; eã fidẽ placuit deo,ac be-
neplacẽs trãſlat⁹ eſt. Fide igitur tranſlat⁹ eſt hoc eſt fides ĩ cauſa fuit cur ĩ cœlũ trãſfer
retur,per quã placuerat deo. Animaduerte hic qũo per Abelũ mortis ſñiam demonſtra
uerit de⁹ eſſe verã & certã per Enoch autẽ ĩdicauit tẽporariã eã ſentẽtiã,nec ĩ ſempiter
nũ duraturã,cæterũ abolẽdã olĩ mortẽ. Proĩde ꝙ viuens trãſlat⁹ ſit & ꝙ viuat,ſcimus
vbi autẽ,& qũo,incertũ,ſcriptura hoc nõ patefaciente.

Sine fide autem impoſſibile eſt beneplacere. Niſi enĩ crediderit quiſpiã cõpẽſationẽ
eſſe bonorũ & malorũ,nõ bñplacebit deo. Quõ ei laborioſum virtutis iter ingrediatur
non perſuaſus in futuro ſeculo multiplices ac ſtabiles diuturnasque permutationes eẽ.

Credere enĩ oportet accedentẽ, quod ſit & quod exquirẽtibus ipſum retributor ſit. Deũ
eſſe,ac retributorẽ fieri per fidẽ tenemus. Quidã a caſu eſſe omnes res cenſent:quid vero
C ſit deus ſecundũ ſubſtantiam, incomprehẽſibile prorſus & intentatũ fuit ſapientibus.
Quid vero eſt exquirẽtib⁹ ipſum?hoc eſt,vita beneplacere ei nauãtib⁹ operã,nõ curio
ſis humana ſua ſapiẽtia. Cõſidera Pauli ſapiẽtiã,qũo ſubterſerat vndiq; deũ eſſe retri-
butorẽ,ob vacillantes fideles Hebræos.

*Fide Noe reſponſo accepto,de iis quæ nondũ uidebantur metuẽs conſtruxit arcã ĩ ſalutẽ
domus ſuæ.* Noe,ĩquit,ab deo reſpõſum accepit,hoc eſt, edoct⁹ eſt de reb⁹ nõdũ Gene. vi.
præſentib⁹,adeoq; incertis,& nõ fuit ĩcredul⁹. Quietiã quũ eſſet ſerenitas,& oẽs volu-
ptatib⁹ ac deliciis indulgerẽt neq; periculũ expectarent (neq;.n.vllũ tale cernebatur)at
tamẽ ille credẽs Deo,metuit inũdationẽ vel diluuium,cõtruxitq; arcã,qua cõſeruauit
oẽs qui ex ſua domo erãt. Obſerua hic,ꝙ oraculũ edat Deus,& oraculũ edat ſpiritus
ſanct⁹,perinde ac ſcriptũ eſt de Simone,Reſpõſũ acceperat a ſpiritu. De⁹ igitur ſpirit⁹. Luc.ij.

Per quã cõdẽnauit mũdũ, Hoc eſt,cõdẽnõſtrauit eos dignos eſſe ſupplicio,qui cũ vide
rẽt tamẽ extrui ab Noe arcã,neq; ſic tñ adduci potuerũt vt crederẽt futurũ cataclyſmũ

Ac iuſtitiæ,quæ eſt per fidẽ,factus eſt heres. Hoc eſt,lucrat⁹ eſt ſeu nact⁹ eſt vt iuſt⁹ vi-
deretur apud deũ ꝙ iuſtitiæ nomẽ:fides ei largita eſt. *Fide uocatus Abrahã,obediuit e-
gredi ĩ locũ quẽ accepturus erat ĩ hereditatẽ.* Poſtquã & ad hũc & reliquos patriarchas defi
gerẽt oculos Hebręi fideles,vt qui bona a deo acceperint,oſtẽſus⁹ eſt ꝙ null⁹ quicquã
mercedis retulerit. Fide Abrahã obſecutus eſt,iuſſus relinquere patriã. Quẽ ille cõſpe
xerat quẽ imitaretur?Pater ei idololatra erat. ꝓphetas nõ audiuerat. Proĩde fidei erãt
obedire ceu vera loquẽti deo de iis quæ pollicebatur, ac relĩquere ea quę ĩ manib⁹ erãt

Et egressus est non sciens quo ueniret. Atque etiamsi sciuisset, quisnam cogebat eum
vt omissis paratis, & quæ in propriu erant, ea persequeretur quæ nō essent in promptu? D
Enimuero nec sciebat quidem omnino quænam esset terra illa in quam vocaretur.

Fide fuit accola in terra promissionis, ceu in aliena. Terram, inquit, illam quā promi-
Gene.xv. serat deus sese daturum illi & semini eius incoluit tāquā alienā. Quomodo alienā? Nam
& Sarrhæ sepulchrum emit, neque tamen dubitauit, neque mentitus est deus, sed credi-
Gen.xxiij dit quod haud dubie daturus esset hanc, quam dixisset.

In tabernaculis commorans. Adeo tanquam in aliena terra habitabat, vt ne propriā
quidem domum haberet, sed in tētorijs habitaret, quod peregrinorum est alias ad alios
fines transeuntium, quandoquidem nihil proprij possideant.

Ge.xxvi. xxxij. & xxxiij. *Cum Isaac & Iacob cohæredibus promissionis eiusdem.* Isaac, inquit, & Iacob perinde
incoluerunt eam, vt alienam. Nam Isaaco inuidebant Philistæi adeo, vt puteos ei au-
ferret Abimelech & coniugē, qui & subinde ad alium atque alium transire locum adi-
gebatur. Iacob autem non solum a fratre Esau persecutionem patiens sibi metuebat,
verumetiam ex Mesopotamia reuersus, emit locum in quo fixit attegias. Et iam quidē
in Bethel, iam vero in Ephrata transibat, nullo loco certus manens, instar aduenæ & in
quilini. Interim tamen & ipsi promissionis hæredes fuerunt, vt pater. Tibi enim dabo
inquit, & semini tuo. Attamen non fuit incredulus.

Expectabat enim fundamenta habentem urbem. Eam ob rem, inquit, erant aduenæ, &
commorabantur in tabernaculis fundamentum non habentibus, quod expectarent cœ E
lestem vrbem, quæ vera fundamenta habeat, quæ semper consistant, neque vnquā mar
cida reddātur. Propterea & de⁹ aīaduertēs eos adspernari terrenas ꝓmissiones, distulit
eas maiores ipsis præparans, quibus illi digni erant, & nō terrestribus. Insuper illi ꝓmi
ssionem terrestrium accipientes non ita magni faciebant, sed cœlum expetebant. Vos
autem o fideles, cœlesti promissione accepta, terrā expetitis: ecqui non eius vos pudet.

Cuius artifex & autor deus. Papæ, quantum est vrbis istius encomion, fabrum &
architectonem habere deum?

Fide & ipsa Sarrha, sterilis quum esset. Ruborem isthuc nonnihil elicit quod ait, &
ipsa Sarrha, perinde ac dicat; fœmina credidit, & vos non erubescitis si muliere inferio-
Gen. xvij res deprehendamini? Qui vero credidit quæ risit profecto credidit, etiāsi riserit. posthac
& xviij enim reprehensa perterrefacta est, quod fidei erat indicium. Planum enim est quod ma-
gnū istū arbitraretur, adeoq; supra hominis esse naturam eum qui secū loqueretur.

Virtutem ad deiectionem seminis accepit. Hoc est, confortata est vt reciperet ac con-
tineret deiectum in ipsam semen Abrahami. Vel quia affirmant naturę īdagatores phi
losophi & medici, mulierem etiam veluti semē quoddā ab sese conferre, forsan sic acci-
piēdū est, ad deiectionem seminis, pro eo quod est, vt & ipsa deijceret semen.

Ac præter ætatis tempus peperit. Paulo ante eam sterilem dixit: nunc adijcit quod &
præter tempus ætatis pepererit. itaque duplicem habebat defectum naturalem, nēpe
quod sterilis erat: tum senectutis, quia nimium consenuerat.

Quia fidelem putauit eum qui promiserat. Fidelem, id est verum. promiserat enim, F
Circa illud temporis veniam, & erit Sarrhæ filius.

*Propterea & ex uno facti sunt, eoque emortuo, tanquam astra cœli multitudine, ac uelu-
ti arena quæ est iuxta labium maris innumerabilis.* Nō hoc tātū effecit fides vt nascerē
tur, verūetiā vt tot nascerentur, quot ne ab fœcundis quidē mulierib⁹. Itaque duo hic
sunt miracula. Quomodo autē fuerunt innumerabiles? Nam haud raro eos numero cō
Num.xiij prehēdim⁹. Siue igitur hoc hyperbolice dictū est, iuxta scripturę cōsuetudinē vt illud,
Vidim⁹ vrbes ad cœlū vsq; eductas: siue ꝙ semper nascātur alij, ideo propter istam
posteritatis īnumerū nō cadētis successionē cōtinuā & propagationē, īnumerabile dixit

Per fidem mortui sunt illi omnes non accipientes promissiones. Duo hic quæruntur,
Quomodo quum de Enoch memorasset, Translatus est ne videret mortem, nunc dicat,
Mortui sunt illi omnes? Ac rursus qui dixerit nunc eos non accepisse promissiones,
quum Abelum tamen hodieque loqui adfirmarit, quandoquidem apud cunctos
Gene. v; celebretur? Deinde in cœlum esse sublatum Enoch. Noe vero mercedem recepisse
vt conseruaretur ipse cum tota pariter domo sua, & iustum vocatum esse Abrahamū
etiam liberos procreasse ex Sarrha. Proinde quod ait, Mortui sunt illi omnes, in-
tellige, Mortui quidem sunt excepto eo qui mortem non vidit. Enimuero quod non
acceperint promissiones, vere de omnibus dictum est. Non enim per hæc tantum ma-

gnifica

A gnifica donans deus, persoluit magnorum fidei laborum mercedes Abelo quidē per
gloriam & celebritatem apud homines, Enoch vero per translationem, tum Noe ipsi
per conseruationem ex diluuio, deinde Abrahæ per filij procreationem: verum perspi
cuum est hæc esse veluti gustus quosdam & arrhab nes verarum promissionum, pro
pter pusillanimes & īfirmos nos prodita memoriç, & primū cōmunicata, vt ab his edo
cti, de illis etiam in fide firmemur, nihil pendentes animi. Alia porro quædam ingentia
quç in cor hominis non conscenderunt, parata sunt eis, quç nondum acceperūt, perinde
ac dominus dixit in euangelio, eum qui sese ab mundo seiunxerit, ac sibi Christo nimirū
adhæserit, centupliciter recepturum in hoc seculo, & vitā æternā in futuro possessurū. Matt.xix

Sed procul eas intuentes ac salutantes. Hic clam indicat, eos de regno cœlorum, &
resurrectione & ineffabilibus bonis mysteria adeoque arcana cū vidisset tum salutasse
hoc est sensisse. Sumpta metaphora ab nauigantibus & procul cernentibus vrbes desi-
deratas, quas priusquā ingrediantur in eas, præuenientes familiariter saluāt, sibiq; cō-
pellatione vindicant. Vel Abrahamum cum sua sobole intelligit, nā ipsi non accepe
runt promissiones de terra, a longe autem aspexerunt eas, & prçuiderunt ante quatuor
generationes. Nam posteri eorum ex Aegypto ascendentes hçreditatem eius terræ ad Gene.xv
ibunt. Hæc autē enarratio vel hic locus non sequitur ad prædicta, nempe ad hoc quod
ait, Illi omnes, tanquam soli Abrahamo eiusque nepotibus conueniant.

Et confessi quod peregrini sint & aduenæ super terram. Non solum super promissam
B verumetiam super vniuersam. Propterea autem nō indignabantur eū accipere, non enī
terrestribus digni fuerunt patres illi, sed cœlo. Posteri autem eorum acceperunt eam;
nam illi ea, fuerunt digni. Peregrinum autem & aduenam se esse Abrahamus apud Che Ge.xxv.
tæos palam est confessus, verumtamen omnes tales fuerunt, perinde ac Dauid testatur
Aduena ego sum, dicens, æque ac omnes patres mei. Psal.

Talia enim dicētes indicant quod patriam inquirant. Ac si illius quidem meminissent à qua .xxxviij
sunt egressi, habebant opportunitatem reflectendi. Nunc autem meliorem expetunt, hoc est,
supercœlestem. Confitentes, inquit, seipsos hospites indicant se patriam inquirere
Videamus igitur qualem patriam inquirāt terrestremne quam reliquerant, vt Abra
ham Mesopotamiam? Atqui licebat ei reuerti ad eam. Quoniam vero reuersus non
est, manifestum est quod neque hanc sit recordatus, neque hæc fuerit patria eius, cçterū
aliam expetebbat meliorem, supercœlestē, in quā nōdum opportunū erat ei cōscēdere.

Propterea non pudet deum eorum, quod uocatur eorum deus. Ob huiusmodi, inquit, eo
rum virtutem deus adeo eos magnifacit, vt quū sit totius mundi deus, hoc est visibilis,
& eius qui sub visum nostrum non cadit, non erubescat peculiariter vocari eorū deus;
perinde quasi ipsi omnes creaturas æquiparent. Visibilis autem machinæ mundi po-
tius deus dicitur, vt conditor ac dominus: qua ratione Græcorum etiam deus est, horū
autem veluti amicus, quod maius est.

Parauit enim ipsis urbem. Adeo non pudet eum, deum se illorum vocari, atque fa
miliariter eos sibi iunctos habere, vt & vrbē quā i cœlis desiderauerit, parauerit eis. Gen.xxij
C *Fide obtulit Abram Isaacum, quum tentaretur.* Maior omnibus in fide est Abraham⁹
hic enim non sola natura pugnabat, sed, verbum dei cum mandato diuino. Is enim qui Gene.xv.
dixerat, Tibi & semini tuo dabo terram, is imperat, Macta filium tuum. Propterea di-
citur tentari Abrahamus, non quod deus opus haberet discere vel experiri eius vir-
tutem, verū vt nos experientia ipsa & operibus discamus virtutem eius. Obserua hic
adeo esse cōmodas tentionesvt nedum ab alijs deus permittat eas superinducifidelibus
verum ipseetiam tentet, vt probatiores ostendat.

Et unigenitum offerebat, qui promissiones acceperat, ad quem dictum erat, In Isaac uoca-
bitur tibi semen, cogitans quod etiam ex mortuis excitare potens sit deus. Hoc sane longe &.xvij.
est mirabilissimum, quod quum aleum non haberet filium, per quem promissionem
felicem euentum habituram speraret & expectaret, sed hunc solum, & eum tamen obtu
lerit. Vnd hoc ex multa & ingenti fide. Credidit enim quod possit deus post cædem, ex
mortuis ipso suscitato complere promissionem, ac per ipsum, simulac reuixisset, multi-
plicare semen. Quomodo autem vnigenitus erat Isaac, quum & Ismaelem haberet? At
quatenus ad promissionem pertinet, vnigenitus erat: ille nanque proprie semen erat;
nam in Isaac vocabitur tibi semen, inquit scriptura.

Vnde & ipsum in similitudine tulit. Quid est quod ait, in similitudine? id est, in figu
ra, ad demonstrationem mysterij quod in Christo erat. Vt enim tum Isaac dimiss

A *Maiores diuitias existimans thesauro Aegyptiorum improperium Christi.* Non enim cælestia bona dixit, sed vt Mosi aperiret virtutẽ, quod & Iudæos sæuitia eximisset, Christi improperium dixit. Nam quemadmodum longe post Christo, qui fuissent ab se beneficijs multis affecti, cõuiciabantur, & tandẽ patibulo suffixere: Sic olim illi & Mosi obmurmurabant, de quibus fuisset is optime meritus. Nam & Hebræus ille, qui reus fuerat, ab se ex Ægyptij manibus erutis in crastinum sibi & paulopost in faciem iurgatus est, inquiens: Quis enim principem te & iudicem nostrum constituit? Num vis & me e medio tollere, vt heri & Ægyptium sustulisti? constat itaque quodcunque vel a domesticis ipsis, nostro quouis beneficio obstrictis, nobis infertur in Christi cedere contumeliã. Et quæuis etiam fuerit bene merenti illata iniuria siue insultus, Christo videtur inferri. Quippe qui & maledictis afflictabatur & contumelijs. Nam & publicanorũ illi amicitia obijciebatur, vtpote quibus & conuesceretur: quod tamen illorum salutis gratia faciebat, non sibi. Vt itaque peccatores ocium semper & prosperitas consociatur: sic Christi opprobrium iustos persequitur, vtcunque fuerit illatum. Ait igitur: Cum enim & vobis molestos se præbeant vestri generis homines, si Mosen hunc clarissimum virum aduerteritis, vel quo magis est, Christum, cum vobis, cum cæteris illatæ iniuriæ ascribuntur, æquo animo iure censebitis.

Exod. ij.

Luc. v.

Prosperitas & ocium peccatores consociat, iustos opprobrium.

Aspiciebat enim in remunerationem. Fidei scilicet oculos in hanc intendebatis.

Fide reliquit Aegyptum, non ueritus iram regis, inuisibilem enim tanquam uidens sustinuit. Quid B ais, inquiet aliquis: Nõne in Exodo scriptũ est? Timuit Moses, quia vulgatum esset iam verbũ. Secessit hic quidẽ, quia regis iram extimuit: sed rursum post facinus illud patratũ in Ægyptũ se contulit, prouinciamq; illam suscepit, educendi ex Ægypto Hebræos. Timiditatis quidem argueretur, si nec reditũ in Ægyptum tentasset, nec exequi perseuerasset, quæ ante acceperat. Quod vero iterato redierit argumento est, deo se credidisse. Verum quo pacto non in Ægypto permansit, sed inde longe abscessit, si nulla (vt Paulus astruit) formidine tenebatur? Quia hisce quæ in promptu sunt offerre periculis; dicereq; saluũ me facturus est deus, tentantis est deũ, non confidentis, & dæmoniacum opus, nec plane absimile diaboli verbis, Christo persuadentis, vt se deorsum præcipitaret. Vel nihil veritus iram regis, ita intellige. Perinde, idcirco sit ille affectus formidine, quia nõ desperasset se euasurum. Nec sane ira percitus rex hunc est insectatus, vel si insectatus fuisset in spem venerat is, nunquam se posse comprehendi. Quod vtique vel illud maxime arguit, quia non lõge ille secesserat, sed propinquis in locis sibi duxerat diuersandũ. Quod sane fidei erat præcipuum argumentum.

Exod. ij.

Nõ est tẽtãdus deus.

Mat. iiij.

Fide celebrauit & pascha & sanguinis effusionem, ne qui uastabat primogenita tangeret eos; Vbique Paulus aliquod interserit sacramentum, vti hoc loco, vbi sub quodam hos consolandi prætextu paschatis mysterium explicat. Nam sanguis illius effusio, hoc est, liminum & valuarum inunctio, Christi effusum sanguinem præfigurat. Quo ipsi obliti, declinamus in vitæ huius tenebris primigenitorum exterminatorem: qui hoc non sunt sanguine obsignati. Moses itaque credidisset, seruaturam omnino primogenita sanguinis vn C ctionem: populo vt ritum hunc perpetuo obseruaret, mandauit. Tametsi agni esset hic sanguis: alioquin quia Christi sanguinem præferebat, tutandi Hebræos vim habuit. Vos autem qui vero estis sanguine delibuti, nonne confiditis hoc ipso sanguine communiri? Ita quidem. Et pascha, inquit, celebrauit hoc est agni & azymorum & lactucarum agrestium esum, & credidit ex Ægypto egrediẽtem populum saluum fore. Erat nimirum cœnæ illius modus, de migrantibus accommodatus & congruens.

Exod. iiij.

Fides oĩa reddidit facilia q̃ alioqui difficillima.

Fide transierunt mare rubrum tanquam per aridam terram. Ne forsan his dictis illi occurrant, quid enim viros producis in medium, nobis non imitabiles? Populum detulit vt esset exemplo. Hunc, inquiens imitamini, qui tãta multitudine credidit, haudquaquam se se iri fluctibus interclusum. Vnde & hi tam multi ausi sunt incredibile facinus: vt mare medium ad vnum omnes trajcerent pedibus deo confisi, nec secus quam terra, iter se fluctibus habituros. Sic fides ipsa facta cuncta reddidit facilia, quæ fieri natura nihil posse videntur. Nec vobis itaque est diffidendum, quin fide certiore tenendum, euasurros vos tandem hæc mala.

Miracula circa Hebræos facta calumniari non posse.

Quod experti Aegyptij deuorati sunt. Neque eñ quis obijcere poterit perstigijs illud nõnullis fuisse effectum, vel aquas illas nequaquam fuisse. Nam & illud pelagus fuisse & mare Ægyptij sunt testimonio, qui llud transnare conati, absorpti mox sunt coeuntibus

aquis,q̃ pauloãte traĩciẽtibus Hebræis in muri speciẽ constitissent.Quẽadmodũ & flam
Danl iij ma tribus pueris iniecta flagrantissima fuisse arguitur,quia sit Babylonios illas depasta. D
Iosue.vi Itemque & Danielis leones, feri fuisse sunt crediti,quia calumniatores illos vorassent;
Fide muri *Fide muri Hiericho ceciderunt circuitu dierũ septem.* Deo eñ iubente disiunctiua sunt Hie
Hiericho richo mœnia,cum Iesus Naue,& populus dixere. Quid illud?Nũ tubarũ clãgor distur-
corruunt bare lapides valet,& munimenta? Credidere tamẽ sic fore & pro ipsorũ peractũ est fide,

Fide Raab meretrix non periit cũ incredulis, excipiens exploratores cũ pace. Ecce quod superius dixeram, nullis prorsus affectam honoribus personã producit,vt illos cogat vel ex eo pudere,si hac meretricula appareant inferiores.Simul etiã vt dei vim patefaciat, quæ proculdubio ingens sit : quandoquidem in his quæ ab hominibus improbantur talia cõficit. Fidem itaque & illa tũ præ se tulit,cũ viros,quos explorandi gratia venisse hauddubie credebatur,diligentissime conquisitos occultauit. Nec sane hos occuluisset , nisi certior effecta,crederet fore vt ciuitas diriperetur,in qua habitaret . Sic enim illa effata est, Scio capturos vos ciuitatem, audiuimus enim opera vestra. Vnde quæ audiuit hæc vti que credidit.Qui vero nullam dei mirificis factis fidem adhibuere,perditi sunt.

Et quid adhuc dicam? Cum in meretrice de fide differendi finẽ fecisset, satisque esset a personæ conditione hos consolatus, demum compendij gratia & breuitatis , priuatim nihil edisserit,ne forsitan in dicendo videretur effusior. Attamen ne prorsus hæc silentio præterit.Et cũ videtur pleraque intermisisse,nihil omisit. Hoc pacto nec auditori parit fastidium:& alioqui confirmat multis quod animo inest. E

Deficiet enim me enarrantem tempus. Quod tempus? Vel omne tẽpus.Quod & nos vsurpare consueuimus,cum rei magnitudinẽ volumus,qua dedicturi sumus, exprimere. Vel tempus dicit se defecturum,quod conscribendæ epistolæ sat videatur.

De Gede *De Gedeon, Barac, Sanson, Iepte, Dauid quoque, & Samuele, & alijs prophetis.* Quærunt non
on Iud.vi nulli:Cur Iepte,Sanson,& Barac inducit hoc loco?Quid vero id quærunt. Qui enim me
vij. viij. retricem induxit,nonne & istos adijceret? Non enim horum nunc differenda est vita,sed
Barac Iu vtrum fide claruerint necne cogitandum. Fidei nanque, non vitæ argumẽta disquiri hoc
dic. iiij v. loco apostolus.
Sãson Iu- *Qui per fidem uicerunt regna.* Hi scilicet qui sub Gedeone duce militiam exercuerant.
dic.xiiij. *Operati sunt iustitiam.* Quinam sunt isti? Nimirũ Sanson & cæteri,quos dixerat supra;
xv. xvi. Hi nanque sui generis, & propinquorum vindicarunt iniurias, quos haberent infensos: Et erga iustos clementiores sunt visi,iniustis vero & hostibus obuiam se obtulere.Illud enim æquitatis est proprium,vnicuique pro meritis bona malaque impartiri.

Adepti sunt repromissiones. Qualis & Dauid fuit. Iurauit enim dominus , Dauid inquit. De semine ventris tui ponam super thronum.Quod vtiq; habuit sensibiliter in Salomone euentum spiritaliter vero in Iesu domino. Qui vere Salomon est & pacificus erit , & pax in eo versabitur.Salomon nanque pacificus interpretatur.

Obturauerunt ora leonum. Quemadmodum Daniel & Sanson ille.

Eze. xxx *Extinxerunt impetum ignis.* Quales tres pueri illi fuere.Nec ignem dicit hos extinxisse,
& vij. sed ignis impetũ, quod plane difficilius est.Ignis enim ille , etsi flagrãtissimus erat,haud
iiij.re.xx. tamen his potuit quoquam pacto officere. F
iij.re.xvij *Effugauerunt aciem gladij.* Vti Iezauel ille & Dauid, qui Saulis defugerant gladios.
iiij.re.iiij. *Conualuerunt de infirmitate.* Vt qui ex Babylone redierant.Nihil enim (vt in Ezechle
Mar. vi. le legitur)a demortuis ossibus differebant . Ezechias tamen in languorem incidens vitæ
Actu. xij accessionem accepit.
i.Thes.iiij *Fortes facti sunt in bello, castra uerterunt exterorum.* Hæc eadem vel ipsis ex Babylone redeuntibus congruunt Hi nanque,cũ proximæ nationes sibi inuideret,atque his insultarent,dei virtute per fidem confisi , hostes importunissimos debellarunt . Possunt hæc & Sansonis gestis accommodari.

Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Vt Saratia illa per Heliam & Sunamitis per Helisæum.

Alij autem distenti sunt. Id est præcisi capitibus, quemadmodum Ioannes & Iacobus Zebedæi Nonnulli vero distentos dixere fustibus cæsos.

Non suscipientes redemptionem. Poterant quidem hi abstinere, ne alios castigarent sermonibus,& hunc in modum ab illatis supplicijs erui,haud tamen id voluere.

Vt meliorem inuenirent resurrectionem. Meliorem quã cæteri homines. Nã sancti claritate

splendicantes in nubes attollentur, quam alio in loco ἐξανάστασιν, id est, exurrectionem dicit:& alibi, Quoniam in vitam aeternam. Reliqui autem infra manebunt ad supplicium aeternum, quae est eorum resurrectio. i. Thes.iiij
A

Praeterea illusionum. Quemadmodum Elisaeus illusus a pueris, vel Sampson ab alienigenis, quum effodissent ei oculos. iiij. Reg.ij Iud.xvi.

Et flagrorũ experimẽtũ acceperũt. Et multi prophetarũ,& Petr⁹ deiceps,& Iohãnes.

Insuper uincula & carcerem. Vt Ieremias, Michaeas,& apostoli posthac. Act.iiij.v

Lapidibus sunt obruti. Vt Nabuthe, ac Stephanus dehinc. Hie xx

Secti sunt. Vt Esaias ab Manasse, quem & lignea serra aiunt serratum (vt ita dicã) esse, vt eo tristius ac dolorosius esset supplicium: quum ita supra modũ cruciaretur. iij.Re.xxi iiij Re.xxi

In caede gladij mortui sunt. Vt Michaeas,& Zacharias,& Iacobus,& Iohannes. Animaduerte autẽ quomodo hi quidem per fidẽ ora gladij euaserint, alij vero in occisione gladij obierĩt mortẽ. Huiusmodi enim est fides est, quę & magna perficiat,& magna pati atur,& nihil tñ pati ęstimatur. Qui igitur vos nihil dũ tale passi, moeretis, ac tristes estis. Actuũ.vij ij.Par.24. Actuũ.xij

Circumierunt in ouium & caprarum exuuijs. Vt Elias,& qui cum eo erant. Quia enĩ nondum talem de apostolis opinionem conceperant, post recordationem eorum ad inclytum prophetam in coelos assumptum venit. Circumierunt autẽ, eos persecutionem esse passos indicat,& in vno non potuisse firmos morari loco: adeo nihil facultatum possederunt. Melote autem, pecudis vel ouis est pellis. Mat.xiiij.
B

Penuria laborantes. Vt ille ipse Elias & Elisaeus. Mulierculae enim eos alebant,

Afflicti aduersitatibus detẽti. Haud parũ enĩ Eliã iezabel persecutione sua afflixit

Quibus dignus non erat mundus. Non potestis dicere, inquit, quod peccatores quũ essent, haec sint passi, verum tales fuerunt, vt & ipso mundo honoratiores & praestãtiores essent. Mundum autem,& multitudinem creaturarum,& creationem ipsam scriptura appellat. Vtraque autem hic accipiuntur. Si vniuersam, inquit, creaturarum copiã cũ ipsis hominibus opponas hisce, nõ iuenies tamẽ quod illis dignitate respõdeat Hic autem excitat eorum corda, vt nihil quaerant eorum quae sunt in mundo: siquidẽ mundus est indignus sanctis. Iniuria enĩ tua est, si hic acceperis mercedẽ. Monstrasti te ipsum nullius esse precij, quũ mũdana spiras, quũ dignus eras coelestibus, quũ coelestia anhelares. Si igitur vniuersus mundus non est dignus vno sancto, quid pariẽ queritas? iij.R.xvij iiij.Re.iiij ij.Re.xix

In solitudinibus errantes, & montibus & speluncis, & cauernis terrae. Vt Elias,& qui clanculum prophetae ab Abdia in spelunca alebantur. Neque solicitudinẽ, inquit, immorari citra pauorem permittebãtur, verũ inde etiam metu abigebantur,& alias alibi errabãt. Attamẽ credebãt sese cõsolationẽ ęternã accepturos ab Deo,& sufferebãt hęc. ij. R.xviij

Et illi omnes testimonio accepto per fidem, non retulerunt promissionem. Quid, inquit, pusillanimes est, quod quum in certamine sitis, nondum acceperitis praemium,& laboris compẽsationem? Praememorati omnes sancti etiamsi testimonium haberent quod placerent deo, nondum tamen assequuti sunt coelestium bonorum promissiones. Inferas quidem adeoque terrestres nonnulli promissiones adepti sunt, verum hoc non quęrebatur, peride ac Dauid terrena assequebatur: cęterũ coelestia reuera sunt ꝑmissiões.
C

Deo de nobis melius quiddam prospiciente, ut ne sine nobis consummarentur. Melius quiddam, hoc est, ad honorem nostrum. Ne videantur enim nobis esse praestãtiores si primi coronentur, vnum omnibus coronarum tempus statuit. Nec dixit, vt non coronentur, caeterum vt ne consummentur. Proinde tum perfecti videbuntur, qui iam nunc arrabonem & pignus honoris habent. Vnde alias eis potestas esset, vt succurrere queant inuocantibus se? vnde ipsis quod fiduciã habent intercedẽdi? Perfectionẽ autẽ tum accipiẽt. Nonne igitur iniustus est illis deus, si nos anteuerterint laboribus, in coronis autem nos expectent? Minime, nam & illis hoc amplectendum venit, vt cum fratribus coronentur. Corpus vnum omnes sumus. Maiorem igitur corpori voluptatem praebet, si communiter secundum omnia membra sua coronetur. Pater amoris affectu exuberans erga sua pignora liberosue, varios sane filios habet, quorum alij quidem rediderunt ex agris celerius opera sua perficientes, alij vero expectant istic operantes. Dedit igitur ijs qui primum laborarunt, praegustationẽ quandam, dicens ac mandans eis, vt ad perfectum vsque conuiuium fratres expectẽt; qui humani quum sint, ięti expectant, vt in commune exhilarentur.

CAPVT XII.



Abentes igitur & nos circunfusam nobis testium nubem. Non dixit sublatā vel pēdentem circum nos, sed circumpositam, hoc est, vndique nos continē- D
tem. Testes autem non eos tantum vocat qui sunt in nouo testamento, sed qui in veteri etiam. Nam & ipsi testimonium præbuerunt dei magnificentiæ, perinde ac tres pueri, Daniel, & omnes prophetæ. Non dixit autem multitudinem, sed nubem, proprio maxime vsus vocabulo ad præsens argumentum. Postquam enim ipsi afflictionum æstu premebātur, instar nubeculæ cuiuspiā memoria testimonium refocillabit vos. ex omni vos patre cingens & complectens.

Omni itaque tumore deposito. Hoc est, terrestriū negociorū & rerū grauamine, atq; cura ī ipsas nihil. n. aliud sunt prętér tumorem vanū. Quid ęgre fertis ab hac liberari?

Ac bene circunstante nos peccato. Vel quod facile nos circunstet, vel quod facile circūstātiā ferre possit. facile enī est, si modo velimus, vīcere peccatū. Vel propter ꝙ facile quisquā in circunstantia & pericula incidit. nihil enim adeo periculosum, vt peccatum.

Per patientiam curramus propositum nobis certamen. Non dixit pugilatum exerceamus aut luctemur, sed quod omniū facillimū erat; decursus videlicet in mediū deprōpsit. Neque dixit; apponamur cursui, verum in illo ipso sustineamus ac patientes simus. Alij sane per continentiam, alij per eleemosinam, alij per aliam virtutem currere debēt, vos autē per patientiā: huius enim vobis est necessitas, vt iā antea memoratū est.

Defigentes oculos in fidei principem ac consummatorem Iesum. Hoc est, si velimus discere quomodo per patientiam sit currendum, ad Christum respiciamus quem admo- E
Mat. xi. dum qui artes discunt præceptores suos intuentur. Quod ipsius etiam dixit Respicite
Mat. x. in me. & rursus, Quod patremfamilias Beelzebul appellarunt, quanto potius vos do-
Iohā. xvi mesticos ipsius? &, Non est discipulus supra magistrum. Quid autem est quod ait, ducem & consummatorem? hoc est, ipse fidem etiam nobis primum imposuit. Non enim vos me, inquit, elegistis, sed ego vos elegi: ac finem etiam & consummationem ipse apponet, vt vos eam perfectissimam sitis habituri.

Qui pro proposita sibi letitia sustinuit crucem, ignominia despicatui habita. Licebat ipsi a morte alieno esse, & oporteat non pati. Quum enim peccati omnis inanis esset, morti subiacebat: quod & ipse ait, Venit mundi princeps, & in me non habet quicquā. Si igitur noluisset, non esset crucifixus: quod & ipse dixit, Potestatem habeo ponen-
Iohā. xiiij di animam meam. Attamen crucem sustinuit, hoc est, non simpliciter mortem sed con
Iohan. x. tumeliosam & opprobrijs obnoxiam, aspernatusque est ignominiam inde prouenientem. Non dixit autem tristitiam adspernatus, neque enim cum tristitia ista ferebat.

In dextera throni dei consedit. Animaduerte hic, finem patientiæ, de qua & alio in
Philip. ij. loco ait, Propterea deus etiam superexaltauit eū. de carne loquens, vt possit vobis mercedem rependere pro afflictionibus suo nomine toleratis. Cathedra enim & sedes ad dextram, æqualitatem cum patre significat

Reputate enim eū quid talē sustinuit a peccatoribus aduersum se contradictionē. Quod si quispiam conseruorum suorum reputet afflictione, abunde consolationum recipit; quanto magis si domini aduersa sui, tantam contradictionem pertulit, secum expendat hoc est, risus, subsannationes conuitia, in faciem verbera, in quantum contradicebant F
doctrinæ eius, clamores apud Pontium Pilatum, postremo crucem ipsam. Plena enim significantiæ est dictio, talem, hoc est, ad mortem vsque perducentē, cui latrones simul adiudicati erant, idque a peccatoribus, ethnicis videlicet, ipsique Iudęis.

Vt ne defatigemini animabus vestris deficientes. Christū enim ante conspectū vestrū statui, mentibusque vestris præfigi, cōfortabit animas vestras, & morti dedet, nec sinet tamen deficere, ac recusare afflictiones.

Nondum ad sanguinem usque restitistis peccato. Duæ sunt adhortationis species, altera, si quis ad quempiam dicat, Magna equidem patior, memento illorum. altera vero, si dicat, Nihil dum ardui passus sum. Hisce duabus etiamnum speciebus vtitur Paulus ad Hebræos. Quum enim supra dixisset, Multum certamen sustinuistis passio-
Supra. ix. num, adhortatusque esset vt seipsos imitarentur: nunc diuersum ostendit, eos nondum quicquam ratione dignum sustinuisse, vt ne extollantur. Obserua hic sapientiam. Quū meminisset priscorum sanctorum, qui magna sustinuerant, atque adeo domini ipsius ostendit iam eorum afflictiones nullas esse. Nondum enim ad mortem, inquit, peruenistis, sed ad persecutiones vsq;, & vsq; ad rapinas, Christ⁹ aūt vsq; ad mortē venit. Porro quum restitistis ostēdit peccatum vehemēs quiddā spirare, esseq; eis oppositū ipsos aūt stātes & cōtranitētes, nōdū tñ ī opportūioribꝰ, verū ī leuioribꝰ adeoq; facilioribꝰ

Et obliti estis adhortationis. Adeo inquit, remissi estis ac defecistis, vt & adhortationum vos ad fortitudinem sermonum sitis obliti, atqui nondum magni quicquam passi estis. Ingentes enim ac digna ratione aliqua afflictiones, obliuionem sæpenumero incutiunt rerum necessariarū.

Quæ uobis ut filijs loquitur: Fili mi ne uilipendas disciplinam domini. Non enim propijs filijs loquebatur Solomon, sed omnibus qui audire poterant, & vobis in primis: propterea particula ὡσ, tanquam, est apposita. Proue. iij

Neque deficias ab ipso, dum castigaris & reprehenderis. A deo igitur tentationes adducuntur: quod si a deo, ad commoditatem omnino nobis cedent. Ipse nanque primo scopo nos tentare videtur, eique sic placet, ad depositionem & reiectionem peccatorū: vel ad probationē & examinationē fidei, plures etiā coronas cum tribuit, tū permittit.

Quem diligit dominus, erudit; flagellat autem omnem filium quem recipit. Fieri non potest vt quispiam inueniatur dilectus deo citra afflictiones. Nonne igitur latrones & fures flagris cæduntur? filijne & illi sunt minime gentiū: non enim dixit, Quisquis flagellatur, est filius, sed omnis filius flagris tractatur. Latrones igitur non filiorum instar flagellātur, verum vt scelerati puniuntur. Hic autem quum prius dixisset castigat, intulit postea flagellat, vt non veluti sceleris vltionem, sed veluti eruditionem & institutionem intelligas flagellationem filij quem recipit, quem admittit, hoc est, quem excipit, quem præ cæteris sibi vendicat, assumit & vsurpat.

B *Si castigationem sustinetis, tanquam filijs offertur uobis deus. Quis enim est filius quem nō castigat pater? Si autem sine institutione uel castigatione estis, cuius participes facti sunt omnes, estis igitur nothi, & non filij.* Ex quibus illi putabant sese ab deo derelictos, ex iis ostendit eis quod fuerint curæ deo. Si, inquit, afflictionibus caruissetis, nothi fuissetis, illegitimique filij, & non genuini. Cui enim parentū, nothorum institutio & ornatus curæ est? Quia vero affligimini, ex his super est vobis ornate atque eleganter viuere, perinde ac omnes præmemorati, videlicet iusti, qui & filij dei vocati sunt. Planū est autē & irrefragabile quod vobis vt filijs offeratur deus, atque vestri curam gerat, vt ne vacantes institutione abeatis, atque hinc vos hæreditate abdicet.

Deinde carnis nostræ patres habuimus institutores, & reuebamur: non multo magis patri spirituū obediemus, & uiuemus? Ex rebus eorum demōstrat rursus quod oporteat eos patientes esse. Si enim quum carnales patres nos castigabant, non audebamus resistere, sed pudore suffundebamur, & patienter expectabamus quæcunque nobis afferebāt quanto potius nunc patientes erimus deo nos castigante & erudiente? Animaduerte autem. Non dixit, quanto magis sufferemus, sed obtemperabimus, ostendens quod sit contranitentis & aduersantis deo, nō sustinere afflictionem. Patrem autem spirituum vel donorum, vel incorporearum virtutum dixit, vel quod magis proprium est animarum. Ad discrimen enim carnalium parentum, spiritualem posuit. Viuemus adiecit, vt submonstret inobedientem non viuere. ab deo enim defecit, qui est vita.

Illi enim ad paucos dies Neque enī possunt omnino nos erudire, vt perfectos reddant. Aut enim obitus patris, vel ætas virilis & duricies filij sistit institutionem. Deus
C autem semper perfectos potest efficere.

Secundum quod uidebatur ipsis instituebant. Nō autem omnino quod patri videtur commodat etiam filio. plerique enim turpes etiam addocent filios arteis.

Hic uero ad utilitatem, ut participetis sanctitatem eius. Deus ad commoditatem nobis adducit institutionem, non vt quicquam ab nobis accipiat, verum vt impertiat nobis potius sanctitatem, hoc est puritatem suam, vt simus, inquit nos capaces bonorum eius. Igitur eruditio, acceptio sanctitatis est, & non immerito. conuertit enim animam ad deum sanctum, nō sinens eam ad humanum quiddam torqueri deuoluive.

Omnis autē institutio ad præsens nō uidetur esse gaudij, sed mœroris. Rursus a vulgari opinione, adhortationis occasionem accepit, & ait: Omnis institutio, tam diuina quam humana, non videtur esse gaudij, sed mœroris. Pulchre autem videtur ait. non enim vere est mœroris: quomodo enim proprie fuerit mœroris, quum sit lætitiæ mater? Sed nostri respectu, qui ægre ferimus disciplinam, & castigationem, videtur dictum est.

Postea uero fructum pacificum exercitatis per ipsam reddit iustitiæ. Quid est pacificum hoc est, turba vacuam, læuem, suauem. Qui enim contristatur, conturbatur: qui vero lætatur, læuorem quendam habet, facilitatem, adeoque tranquillitatem. Fructus autem ille iustitiæ est, quandoquidem iustus est deus, qui in hoc seculo turbatos, isthic, in

futuro nimirum, refocillat. Obserua autem, quod exercitationem vocet institutionem quippe quę confortet fideles, ac velut quosdā athletas & robustiores faciat. Quid igi- D tur auersamini confortantem animas vestras institutionem?

Propterea remißas manus ac dissoluta genua erigite. Veluti ad pugiles quosdam & certatores disserit. Ex Esaia hunc sibi desumpsit locum, indicans ex translatione pręcipuarum partium corporis, quod toti sint soluti animo. Manus enim operationis, pedes vero motionis sunt symbolum. Mœrentis autem ac animum despōdentis animæ instrumenta potissimum, deinde & corporis ex consequenti sunt remissa, ac viribus destituta, vt non possint facere officium suum.

Et cursus rectos facit pedibus vestris, ut ne quod claudū est euertatur, sanetur autē potius. Hic veluti ad cursores disserit, perinde ac in superioribus dictum: Per patientiam curramus. Ait ergo, facite τρoχιὰς rectas. τρoχιὰ vero est vel vestigiū rotæ currus, quod terræ imprimitur (orbitam Latine appellamus) vel subiectus locus currentium pedib9. Sint igitur orbitæ vel viæ vestræ læues, hoc est, planæ & æquales, hoc est, nihil asperum vel triste vel inæquale sit in animabus vestris, verum æqualiter & plane & citra mœrorem currite, vt ne sitis claudi, hoc est, natura pusillanimes & inualidi, Iudæorum in morem. huiusmodi enim gens est Hebræa. Vel claudicantes circa fidem futurorum adhuc verberemini & illidatis, inuertāturque pedes vestri, hoc est, omnino inuersi fiāt. Qui enim naturali, ac quę principio ei accidit, pusillanimitati se submittit, non cohibēs seipsum sed dedens potius erat & impingit omnino, excidens in desperationis profun- E dıtatem ac præcipitium, adeo vt inde sit irreuocabilis. Date autem potius operam, vt quod in vobis claudum est curetur, hoc est, etiamsi hactenus incredulitatis nonnihil habuistis, corrigite potius. in patiente enim incredulitas non est. Animaduerte autem quomodo manifeste inducat pœnitentiam, atque id obserua propter Nouatianos.

Pacem persequimini cum omnibus. Quod supra dixit, Non pretermittentes collectionem vestri, id nunc etiam agit, ad dilectionem congregans, nec solum erga amicos ac

Supra. x

familiares, verumetiam erga hostes pacem habere ac sectari commonefaciens. Cum omnibus enim, inquit, & Grecis, & Iudęis & hostibus. Quantum, inquit, in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habere. Si huiusmodi propositū habueritis, nō desperabitis neç eritis pusillanimes in afflictione. Reputa etiam quod dixit persequimini, hoc est, pacem remotam, ac quæ procul est, studere comprehendere, ad vos ipsos attrahentes.

Et sanctificationem. Hoc est puritatem. siquidem innuptus quispiam est, custodiēs virginitatem: si autem matrimonio quispiam iunctus est, huic per sanctificationem temperantia hic denunciatur: non quod nuptiæ sint sanctificatio, sed quia seruant sancti-

Matrimonıū pciosa res.

ficationem ex baptismate, nec tenciant, per legitimā mixtionem. Preciosa res est matrimonium seu nuptiæ, non autem sancta, sed sanctificationis custos.

Sine qua nemo videbit dominum. Neque enim fornicatores, neque mœchi, neque molles neque masculorum concubitores regnum dei hęreditabunt. Ac dominus in euā-

i. Cor. vi. Matth. v

gelio. Beati, inquit, puri corde, quoniam ipsi deum videbunt.

Considerantes, ne quis relinquatur a gratia dei. Perinde quasi lōgum iter sint emensi F quidam cum multo comitatu, dicit, Videte ne quis remāserit vel relictus sit. Non enim hoc quæro solum vt vos assitis, enimuero vt & alios inuisatis; & contemplemini, hoc est, visiteris, apprehendatis, addiscatis, quod est de īfirmis, & si vel vnus tantummodo posterior fuerit, ne hunc quidem neglexeritis. Gratiam autem dei fidem dicit, & optimam vitæ rationem, adeoque futura bona. hæc omnia sunt dei gratiæ.

Ne qua radix amarulentiæ sursum germinans interturbet. Hoc in Deuteronomio habetur. Est autem metaphora a plantis sumpta. Quod vero alio in loco scribit, Modicum

De. xxix.

fermenti totam massam fermentat, isthuc & hic dicit, Ne quis prauus ad plurium perniciem relinquatur. Excinde, inquit, amarulentiæ radicem, hoc est peccati, vt ne aspa-

i. Cori. v.

ragos & germina proferat, hoc est ne alios tales faciat. Quod autem amarum sit peccatum, imo vero nihil ipso amarulentius, nouerunt qui post commissum flagitium con-

Peccatū amarū est

scientia macerantur. Obserua hic quod non dixerit radicem esse amaram, sed amarulentiæ radicem. potest enim amara radix bonos fructus proferre. Amarulentiæ autem radicem hoc est, fontem & fundamentum, non est possibile dulcem proferre fructum.

Et per hanc coinquinātur multi. Qui enim petulantes videns, ad æmulationem eorum incitantur, & veniunt segniores.

Et coinquinent animas. Excindātur igitur huiusmodi radices.

Ne quis fornicator, aut prophanus ut Esau, qui pro uno cibo uendidit primogenita,
A *sua.* Non hoc dicit, quod fornicator Esau fuerit, sed eo usque sige pedem & siste ne Gen.xxv
quis fornicator in vobis sit. Indicat autem obscure, tales apud eos quosdã fuisse. Neque
sane defendere vult, animum ve inducit eos, verũ excusat ac defendit ignorantiã, ceu
sese emendaturi sint. Deinde ab alio principio dic, neque prophanus vt Esau, hoc est,
gastrimagus, helluo, vorax, mundanus, spiritualia prophanans & conculcans. Datum
enim a deo honorem primogenitorum vendidit, idque pro vna esca. Haec vero est pro-
phanatio, contemptus nimirum diuinarum rerum. Hic autem demonstrat ipsis quã-
tum sit mali torpor, segnicies, quoniam prior factus est posterior animo deficiens, nec
quicquam aduersus peccati cupiditatem resistens. Genesis

Nouistis enim, quod quum post haec uoluisset hereditare benedictionem reprobatus sit. xxvii.
Reprobatus est a patre dicente ei, si ipsum dominum tuum feci, tibi vero quid faciam
fili? Quidam autem reprobatus est a deo, dixerunt. Primum igitur ab deo reprobatus
est. Deus enim in causa fuit quur deceptus Isaac Iacob benedixerit. Quod vero post-
hac quum benedictionem quaereret, reiectus sit, de patre est intelligendũ. Vel tũ etiã
ab vtrisque. planum est enim quod & pater secundum deum, ipsum reprobarit.

Poenitentiae nanque locum non inuenit, etiamsi cum lachrymis inquisierit ipsam.
Nunquid igitur reijcit hic poenitentiam Paulus? Haudquaquã. Quõ igitur dicit quod poeni
tentiae locum non inuenerit, etiamsi cum lachrymis ipsam inquisierit? Primum igitur
B hoc accipe, quod ipsam, non poenitentiam oportere intelligere, sed benedictionem: deinde
veluti per medium, poenitentiae enim locum non inuenit. Postea & poenitentiam quae
fuit quidem, non tamẽ vt oportet. Quõ enim poenitẽtis est dicere, Appropinquabũt
dies luctus patris mei, & occidam fratrẽ meum, Itaque propter hoc non inuenit poeni-
tentiam, postquã non vt oportuit eam quaesiuit. Etiamsi enim lachrymas habuisset, nõ
fuere tamen poenitentiae lachrymę, sed inuidiae & amarulentiae eius, qui nõ sustineret
neque amplecteretur amanter reprobationem. Queadmodum neque moeror Caini poe
nitentiae moeror erat, sed inuidiae, & indicauit etiam caedes fratris eandem. Aut igitur
hoc est quod ait, vel sapientissime Paulus eos qui nõdum exciderunt, perterrefacit,
inquiens magnis peccatis non esse relictum poenitentiae locum, ex industria hoc faciẽs
perinde quasi metu conseruet eos vt ne cadãt. Quũ autẽ nõnullos cecidisse conspexe-
rit, iterum eos reuocat, vt ne desperẽt, aeque atque ad Galatas, Filioli mei, inquit, quos
rursus parturio, tantisper dum formetur Christus in vobis. Non igitur reijcit hic poe-
nitentiam Paulus, sed munit ex Hebraeis fideles, ve ne cadant.

Non enim accessistis ad montem attrectabilem, & incensum igni & caligine, tenebris & procella, tubaeque sonitu. Ob oculos ponit eos maioribus esse obnoxios
malis si non sustinuerint seu nõ crediderint ei qui promisit, quem veteris testamẽti pa
tres & incredulos. Expende vero qua ratione comparationem faciat. Simul atque ex
habuit excellentiam noui testamenti a vetere multis nominibus, vt hactenus est co-
gnitum, ardua profecto & longe clarissima apud patres veteris testamenti facta po-
nit, & admiranda, quae in monte Sina contigerunt, atque ostendit ea esse exigua, nec
C habere rationem vel pondus quo adaequari nouo queant, Isthic enim multa spectra
& visiones erant ad externationem stolidi istius populi. Ignis enim, vt significaretur
punitio quam illaturus erat legislator, adiectus est. Ac terrifica fiat in vita caligo, nec
non tenebrae, significabant adumbrationem & opacum ipsum, veteris instrumenti.
Quũ enim figura esset vetus illud, quousque aduenisset veritas obscuri sane typi ex
titerunt, quum non agnoscerentur quidnam portenderent aut significarent, Inuisibi-
le autem dei indicabatur per haec. Caligo enim, inquit, sub pedibus eius. Socordes au-
tem Hebraei quum essent, procella excitauit, vt attenderent. Tubae autem veluti prę- Psal. xvij
sentis sunt regis, id enim & in secundo Christi aduentu aderit.

Et uoci uerborum, quam audientes petiuerunt ne adijceret ipsis sermonem. Deus enim audiebatur loquens. Vt authoritas & fides legislationi concilietur, neque exi-
stiment Mosis esse verba, omnino dei vox terrifica erat, Mosis vero exilis. Vnde refu
gerunt illi deum, rogantes Mosem, Loquere ad nos, & ne loquatur nobis deus.

Non ferebant enim quod allegabatur Hoc est quod ab deo dicebatur, non potue
runt auribus suis ferre, adeo terribile horendumque erat. Proinde ipsi fuerunt i causa
quur deus per carnem & externa illis visus sit apparueritque, vt possent eum capere

Et si bellua quaedam attigerit montem, lapidibus obruetur, uel traijcietur. Ac adeo horri

bile erat quod spectabatur. Per hoc pariter noui testamenti excellentiam indicat. D
Vetus enim etsi nihil adeo magnum haberet vt nouum, terribile erat, neque belluam montem attingere licebat, hoc est, iumentum aliquod quod populo erat. Nouũ autem omnia perfecta habens, nihil indicat terrificum, sed omnia blanda.

Moses dixit Metuo & contremisco. Si Moses nubem ingressus, adeo magnus & mirificus pietate, metu perculsus est, quanto potius populus?

Sed accessistis. Illi non accesserunt, sed procul steterunt: vos vero accessistis. Vides excellentiam?

Ad montem Sion, ac urbem dei uiuentis, Hierusalem supercælestem. Pro Sina habemus Sion, montem spiritualem, & vrbem spiritualem Hierusalem, hoc est ipsũ cœlum, non solitudinem, illorum instar.

Et ad innumerum angelorum conuentum. Pro populo, inquit, habemus nos angelorum myriadas, adeoque pro pauore gaudium. hoc enim per conuẽtum significatur. Vbi enim panegyris, hoc est, solennis cœtus populi conuentus est, ibi est lætitia. Panegyris igitur ipsa in myriadibus angelorum consistit.

Primogeniti. *Et ad ecclesiam primogenitorum descriptorum in cœlis.* Primogenitos appellat fideles, consecratos deo ac sanctificatos, quorum nomina sunt in libro vitæ, perinde

Lucæ. x. ac dominus etiã dixit: Vestra autẽ nomina scripta sũt in cœlis. Post quã autẽ cõmunis est pater omnium deus (omnes enim homines sunt filij eius commuuiter) primogeniti horum sunt fideles, adeoque digni adoptione filiorũ, quæ est secundũ volũtatẽ. Vel omnes plane credẽtes filij sunt: primogeniti autẽ, qui deo bene placẽt, qui digni apud deũ iudicati sunt legationis cœlestis verbo, & vita cœlesti per euangelium illis parta. E

Et iudicem deum omnium. Hic etiam perterrefacit eos. Omnium enim, non Iudæorum tantum, cæterum & fidelium iudex est: metuite autem hunc. Ostendit autẽ quomodo & veteribus excellentiores sunt. Siquidem illi ne tenuia quidem verba sustinebant, neque audebant appropinquare monti, vos autem ipsum iudicem adijstis Christum. Pater enim non iudicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio.

Et ad spiritus iustorum perfectorum. Hoc est, ad animas eorum qui vos probarunt qui perfecti sunt visi apud deum, per fidem videlicet, quibus etiam adiungendi estis, si modo illos fueritis imitati.

Ac testamenti noui mediatorem Iesum. Non seruum Moysen adijstis, sed enim Iesum dominum nostrum.

Et sanguinem conspersionis. Hoc est, purificationis. Sanguis enim Christi conspersus super nos, purgauit etiam nos & sanctificauit.

Gene. iiij. *Melius loquẽtẽq; quã Abeli.* Sãguis igitur Abeli loquut⁹ est, eo quod Vox, n. inquit sãguinis fratris tui clamat ad me. Vel quod & antehac p̃memoratum est, loquitur nũc, quũ celebratur & cãtatur apud omneis mortales. At Christi sanguis splẽdidiorẽ vocẽ edit & significãtiorẽ, & clariorẽ, per res ipsas clamãs, quoniã omneis sãctificauit: p̃sertim etiã isthic loquitur, vbi inuenerit mẽtẽ syncerã. excitat enim eã, & facit loqui. Spiritus enĩ loquitur gemitib⁹ inenarrabilib⁹, Diuus aũt Cyrillus sic intellexerit, q̃ sãguis abeli F clamauerit aduersus occisorem, Christi autẽ sanguis pro nobis loquitur ad eũdẽ patrẽ.

Videte ne auersemini loquentem. Quõ, nõ creditis eius p̃missionibus, sed desperatis. Quis autem est qui loquiturẽ nonne Christus? Quod si sanguis eius loquitur, multo potius etiam viuit.

Si enim illi non effugerunt, in terra diuitantes edentem oraculum. Quid non effugerit? supplicium, perniciem. In terris autem responsa ementem, Moysen intelligit, vel deũ. e cœlis enim descẽderat, super terrã tamẽ oraculũ edebat per Mosẽ In mõte nãq; Sina ἐχρημάτιζεν hoc est, cõuersatus est, loquutus est, disseruit, ordinauit.

Multo potius nos, qui eum qui de cœlis est, auersamur. Hoc est, Christum a cœlis loquentem, id est, qui post assumptionem suam in cœlos, legem nobis dedit per spiritum. Nõ autem veluti alia sit nunc, alia vero tunc, hoc dixit; cæterum modus legislationis differt. Tum enim super terram agens, & res ordinans, legem sanciuit, nũc vero in cœlũ assumptus vt terribilior esse possit, Quod enim haud alia fuerit tunc, alia vero nunc; audi qui sequuntur.

Cuius uox terram tunc concussit. Animaduertis eum tũ fuisse quod loqueretur, qui hodieq; e cœlis nobis respõsa edit; Vox enim ei⁹ tũ legislationis tẽpore terrã cõcussit.

Aggei. ij. *Nunc autem promisit dicens, Adhuc semel, & ego concutio non solum cælum, uerum*

etiam terram, Duos motus aut concussiones ex scriptura tenemus factos Prior erat ter Exo.xix.
A ræ commotio, quum in monte Sina lex sanciretur. Terra enim, inquit Dauid, mota est. &.xx.
Alter est motus quum in carnem Christus venisset. Mota est enim, inquit, vniuersa psa lxxv
Hierusalem. &, Concutientur idola manufacta Aegypti. Concussa sunt enim, hoc est, a Matth. ij.
statu colentium ea emota sunt, ac deiectum est robur ipsorum. Quod ergo ait, adhuc Esa. xix.
semel, tertiam concussionem significat, quę post secundam est euentura: vel eam quæ
in mundi innouatione futura est, nouitatem, quando cuncta immutabuntur, a corrupti
bilitate ad incorruptionem alteranda. Aggæi autem prophetę hoc dictum est.

Quod autem ait semel, indicat concussorum translationem, quippe quæ facta sint. Hoc
est, coruptibilis creaturæ transmutationem, cui natura est vt moueatur, vt quæ facta
sit, id est, principium acceperit essentiæ, ac necessario finem habeat. Omne enim quod
factum est, exordium habuit: vnde quatenus ad naturam eius attinet, finem etiam ha
bebit. Nam angeli secundum naturam quidem nō carent fine, quandoquidem nec prin angelorū
cipio quidem vacent. gratia autem diuina, quod non moriatur, & fine careant, sintq; natura.
immortales, acceperunt.

Vt maneant quæ non concutiuntur Hoc est, futura bona, Quum enim mutata fue
rint hæc corruptibilia, omnia tum iustis euētura erūt incorruptibilia & inconcussa, nul
li seu translationi seu permutationi obnoxia.

Quocirca regnum, quod concuti non possit, accipientes, gratiam habeamus. Simul atq;
talibus ornandi simus bonis, quæ non permutentur nimirum, nec recipiant alteratio-
nem, ac tale tantumque regnum accipimus, hinc iam aram & pignus eius sumentes,
spiritualia nempe charismata, habeamus gratiam, hoc est, non doleamus, neque decida
mus animo, sed grati simus ei qui talia cum dedit, tum daturus est posthac.

Per quam seruimus, ac bene placemus deo. Per quam gratiarum actionem, inquit.
Si enim grati fuerimus, tum & ita deum colimus, eique inseruimus, vt bene ei placea-
mus, ac veluti scientes qualem quantumque dominum habeamus. Nisi enim gratias
egerimus & pro remissionibus, aut quiete & transquillitate, tum pro afflictionibus ne
que eum etiam colimus, vt placeamus, vel vt ei gratum sit. Quis enim seruus, qui mur
murret aduersum dominum? Murmurat enim qui ei nō vt decorum est seruit, qui ei i.corin. x.
seruit vt placeat, is nō murmurat, Hinc & ille ipse alio in loco dicit, Nolite murmu Philip. ij.
rare. & iterū, Oīa facite citra murmuratiōes Israelitę vero ceciderūt, vt murmuratores num. xvi

Cum pudore ac reuerentia. Hoc est, nihil impudens loquamur, nihil inuerecun-
dum, quinetiam exterior habitus & forma pudorem habeant erga homines, atque re-
uerentiam erga deum.

CAPVT XIII



Etenim deus noster ignis consumens est. Simul atque veteris te
stamenti res horrificas ostendit, noui vero nihil huiusmodi Deut.iiij.
habere, vt ne despicatui habeant mansuetudinem, cum pu-
C dore & reuerentia, ait, vel gratias agamus deo. animus enim
in afflictionibus non est pudens, desperans. Vel quia serui
tus nostra cum timore ac reuerentia fieri solet: nam deus no
ster ignis est, ac oportet metuentes esse nos, ne consumamur
perinde ac contemptores, & qui iuxta habent, siue deuereri
siue de nouo disputetur. Reuerentes enim, inquit, facite fili
os Israel. Porro isthuc consolationem eis præbet, siquidem
eiusmodi habeamus deum, qui possit aduersarios nostros consumere.

Dilectio fratrum permaneat, hospitalitatis ne obliuiscamini. Non dixit, possidete
fratrum dilectionem & hospitalitatem, habebant enim has, vt videtur: verū quia ob-
continuas ac frequentes afflictiones periculum erat ne circa has virtutes languerent,
& conflaccescerent, Charitas, inquit, fratrum permaneat, stabilis consistat, ne sinatis eā
effugere vos. Ac date operam, ne hospitalitatis obliuiscamini. tanquam enim spoliati
facultatibus suis, fortasse parcius se erga fratres gerebant. Vel in futurum eos munit.

Per hanc enim latuerunt quidam angelis hospitio receptis, Adeo ingens & præcla Ge.xviij.
ra res est hospitalitas, quosuis simpliciter suscipere, nec de tribu vel familia, ex qua qui &.xix.
spiam sit, iudicare. Proinde Abrahamo & Lot ea fuit occasio vt angelos exceperint

hospitio. Latuerunt autẽ eſt ꝑ ignorauerunt: neſciuerunt enim angelos eſſe, quos hoſpitio receperant, attamen amanter & honorifice eos tractarunt, Quæ res magnos eos facit, tanquam ſi ſciuiſſent, nihil magni feciſſent. D

Mementote uinctorum, ut ſimul uincti. Qui enim cupiam connexus eſt, etiamſi obliuiſci velit, haud poteſt.

Aduerſis detentorum, perinde ac uos ſitis in corpore. Aduerſis detentorum, vel carcere, vel fame, vel alia quapiam calamitate. Qui enim ſecum reputat ſe veſtitum eſſe corpore eiſdem afflictionibus obnoxio, illos defendet, tum per compatientiam, tum quia metuit ne & ipſe in ſimilia mala incidere permittatur propter inhumanitatem ſuam.

Honeſtum eſt matrimonium in omnibus, ac thorus immaculatus. Expende quanta ſit ei ratio temperantiæ, & continentiæ. Nam ſupra ſanctificationem recordatus dei; hac dixit, ac rurſus poſt hæc de fornicatoribus & mœchis dicet. In omnibus igitur, nõ in ſolis prouectioris ætatis hominibus, in iuuenibus autem non item, verum in omnibus, vt in omnibus modis ac temporibus: non in afflictione quidem, in relaxatione autem non item: non in hac quidem parte precioſum eſt & honoratum, in illa vero ſecus, ſed totum per omnia precioſum ſit, Hic rubor elicitur hæreticis, qui matrimoniũ calumniantur. Ecce enim precioſas nuptias, honoratum matrimonium nominat, quod in temperantia hominem conſeruet.

Fornicatores autem & mœchos iudicabit deus: Hic cum adiuncta mulcta fornicationis eſt prohibitio. Iudicabit enim deus, hoc eſt condemnabit. Nec immerito, ſi enim nuptiæ adeoq; matrimoniũ eſt permiſſũ, iure fornicator & mœchus puniũtur. E

Mores ueſtri ſint ab auaritia alieni. Non dixit, nihil poſſideatis, ſed ſi habueritis facultates, ne redigamini earum in ſeruitutem, ſed recte eas habere, vt ſi quãdo contingat vobis ex ijs excidere, non ægro animo feratis, quod & ſupra dixit: Rapinam poſſeſſionum veſtrarũ cum lætitia excepiſtis. Deinde quia haud pauci poſtquã res ſuas amiſerint, eas recuperare moliuntur prætextu egeſtatis, qua ad mendicitatem redigãtur: Vita veſtra, inquit, & mores careant auaritiæ affectu. Propterea etiam infert:

Contenti præſentibus. Modum depromit quo confieri poſſit vt non ſimus amantes argenti, inaneſq; auaritiæ. Si nihil videlicet præter neceſſaria & indigna nobis inquiramus, Qui enim plura ꝙ habet quærit, planum eſt eum auaritiæ affectu laborare.

Ioſue.i. *Ipſe enim dixit, Haud te deſeram, neque te derelinquam*. Quia veriſimile erat nonnullos dicturos, At quid faciemus, ſi neceſſaria nobis non ſuppetant? Nihil, inquit,

Eſaię.xli. hoc, nihil profecto eſt, deus enim per Eſaiam dicit, quoniam te haud deſeram; neque quicquam mentitur. Vel illos ipſos etiam ex Hebræis fideles veriſimile erat dicere, Et qualibus præſentibus contenti ſtabimus, exuti bonis rebuſque noſtris, adeo vt nihil nobis ſuperſit? Non poteſtis igitur relictis vobis quantumuis pauca fuerint, contenti eſſe? Deus enim dixit, Non te deſeram, hoc eſt non te ſinam, Ac etiamſi apoſtolus fortaſſe de ad victum & alimentum neceſſarijs rebus acceperit, de omni tamen cauſa atque negocio accipies dei dictum iſthuc.

pſ. cxvij. *Vt confidentes adeo dicamus, Dominus mihi adiutor, non metuam quid faciat mihi homo*. Simul atque hęc deus dixit certa omnino ſunt. Deinceps igitur confidẽtes dicimus ꝙ diripientes bona noſtra, nos haud in anguſtias protrudens. F

Mementote præeuntium uobis, qui locuti ſunt uobis uerbum dei. Ad hoc Theſſaloni

i.Theſſ.v cenſes quoque adhortabatur, vt eos largo honore afficerent. Ac quemadmodum illi verbum impertiunt, ſic illi rurſum ſuccurrant eis in externis corporis neceſſitatibus Hoc enim latenter indicat per hoc quod ait, mementote, Vel ad mutationem eorum, hos inungit.

Quorum conuerſationis contem plantes exitum, imitamini fidem. Hoc eſt, exactius conſiderantes. Ac quemadmodum diſcipuli picturas ad primum exemplar conferunt ſic & vos nunquam non defigentes oculos ad exitum, hoc eſt ad finem ipſorum conuerſationis, id eſt morum & vitæ, quod bonũ finem nactas ſit vita, imitamini ipſorũ fidem. Ex fide enim vita pura naſcitur. Si enim futuris fidem non adhiberent, ſed dubitarent, nõ ſuſcepiſſent immaculatam viuẽdi rationem. Rurſus autem puſillanimitatem eorum curat, vel fidem dogmatum dicit. Infert igitur:

Ieſus Chriſtus heri & hodie idem & in ſecula. Apparet nonnullos extitiſſe qui fidem ſuffoderint, ac labefactarint, dicentes: Alius veniet, quem hodie vſque expectãt Iudæi. Ait igitur, Idem eſt Chriſtus heri, id eſt, omni præterito tempore, & hodie, hoc

A est præsenti tempore, & in seculo futuro, adeoque infinita: nec veniet alius. ne ergo, igitur, Vel quemadmodum præcedentes vos non deseruit, sed in omnibus suscepit, & adiuuat eos, hunc admodum vos suscipiet. idem enim est.

Doctrinis uarijs & peregrinis ne circumferamini. Varijs, id est alias alijs, & ab alijs & aliorum, quæ sunt peregrinæ atque adeo alienæ ab recta doctrina. Potest enim varia esse doctrina, quæ tamen non sit peregrina, ac propterea ne reijcienda quidem. Quado autem & variæ fuerint, hoc est, vt ab hoc illud doceatur, & ab illo aliud: & peregrinę hoc est alienæ ab veritate, tum necessum est vt præcaueamus nobis. Veritas enim simplex & vnius est formæ, & ad vnum respicit, Obscura autem circumferamini, ceu de quibusdam leuibus, & hic & illic facile mobilibus.

Bonum est enim gratia stabiliri cor. non escis, per quas non sunt adiuti qui in ijs obambularunt. Hæ sunt peregrinæ doctrinæ. Latenter autem carpit eos qui Iudaicam obseruationem ciborum introducebant. Ait igitur, Gratia, hoc est fide, stabiliri nos oportet, ac certos reddi: quoniam nihil est immundum, sed omnia credenti sunt munda, fide igitur, non ciborum opus est obseruatione. In cibis enim obambulantes, hoc est in ciborum obseruatione versantes semper animæ suæ nihil cōmodarunt, quippe quia fides absit, ipsique legi inutili inseruiant. Quid enim emolumenti habeant ex ciborum obseruatione, quandoquidem adeo polluti fuerint, vt ne participes quidem esse potuerint sacrificiorum

B *Habemus altare, ex quo non habent edendi potestatem, qui tabernaculo seruiunt.* Simul atque dixerat non esse obseruandos cibos, ne videantur nostra despicatui habenda, quod obseruatione careant: Nos, inquit, obseruationem habemus, verum haud eā quę fit in huiusmodi cibis, sed superaltari, siue impollura & immaculata hostia viuifica corporis Hanc enim ne legis quidem pontifices participare licet, tantisper dum tabernaculo seruiunt, hoc est, legalibus vmbris & figuris quę transeunt ac dissoluūtur. tale quiddam enim tabernaculum erat: vel mundo huic, perinde ac legalium victimarum & sacrificiorum vulgus vt indignum haud erat particeps.

Quorum enim animalium sanguis infertur pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora comburuntur extra castra. Propterea & Iesus, ut sanctificet per proprium sanguinem populum, extra portam passus est. Ob oculos ponit, ea quæ præclara apud Iudæos fuerunt, nostri testamenti figuras extitisse, nullius afferens precij fuisse ea sacra, quorum non potuerit esse consors populus, adeoque ipsa multitudo. At nostri sacrificij ne legis quidē pontifices consortes esse posse. siquidē nostri sacri, illę oblationes typi erant. Vt enim animalium quæ pro populi peccatis offerebantur, sanguinem quidem intulit in sancta sacerdos, corpora vero extra castra cremabantur: hunc ad modum Christus pro mūdi peccatis passus, sanguinem suum in sancta intulit patri tanquam pontifex, corpus autem palo affixum est extra castra. Memoriam itaque illius hostiæ aut sacrificij perficientes nostri pontifices, sanguinem domini in nostra sancta ad aram tanquam in cœlum ferunt. Hanc ob eam legis pontificibus non licet ex Nu. xix.

C hac ara edere, tanquam alienigenis, & qui supra mundum hunc non sapiant, nos autem alio sumus spiritu imbuti.

Proinde egrediamur ad ipsum extra castra, contumeliam eius ferentes. Quia extra portam Christus passus est, egrediamur & nos extra portam ad ipsum, hoc est, extra mundum, opprobrium eius ferentes, hoc est, eadem cum ipso patientes. Ipse instar condemnati ac latronis, cruci est affixus extra vrbem. ne igitur & nos pudeat mundum egredi eiusque splendida & præclara. Ac si ignominia hęc videatur, adhortatur eos rursus, ferrę quæ ab Iudæis inferuntur ipsis, etiamsi vel iniuriæ vel rapinæ fuerint.

Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Confirmat & ostendit hic necessarium esse vt egrediamur extra portam, hoc est, mundum non habemus enim participationem quandam in mundo, quandoquidem neque maneat. Debemus igitur fugere extra hunc, & ad futuram vrbem accurrere, hoc est, ad cœlum.

Per ipsum igitur offerimus sacrificium laudis, semper deo, hoc est, fructus labiorum confitentium nomen eius. Per ipsum ceu pontificem, secundum carnem, offerimus patri sacrificium laudis, hoc est gratiarum actionem. Gratias enim agimus patri, quia filium suum dederit pro sanctificatione nostra, hoc autem propter infirmos. Nam quod filij sit gratia, planum est ex eo quod sit æqualis ei cum patre honos. Vt enim omēs, inquit, filium honorant, perinde atque honorant patrem. Ipsa igitur gratiarum actio,

fructus est labiorum confitentium, hoc est, laudantium nomen eius. Itaque neq; huius D sacrificij possunt esse participes legis sacerdotes atque pontifices. non possunt enim gratias agere pro sanguine Christi, qui neque omnino per ipsum sanctificati sunt, q permaneant in incredulitate: Animaduerte hic, qui rursus eos ad gratiarum actionem compellat, doceatque vt neque murmurant, neque asperum quiddam ac temerarium loquantur præ pusillanimitate aut desperatione.

Beneficentiæ uero & communicationis ne obliuiscamini; Vbi sunt qui prætexentes egestatem, eius nomine nihil impertiri volunt? Audiant hic, q pauperrimos; quibus facultates direptæ erant, adhortetur Paulus ne eleemosynæ obliuiscantur. Hanc autem communicationem nominat, cuius causa haud pauca diximus.

Eiusmodi nanque sacrificijs oblectatur deus. Gratiarum actionis, & beneficentiæ. Qui enim gratus est, adeoque gratias agit, planum est eum ad impertiendum propensum esse, vt qui sciat quantis bonis sit donatus,

Obedite præsidibus uestris. Episcoporum mentionem facit, eosque hic intelligit, Nam quum prius eos laudibus euexisset fideles eos appellando, ac dignos quos imitarentur qui eos contemplarentur, & ob oculos ponerent infert, Obedite. Quid igitur? cuiuis ne principi obtemperandum, etiamsi prauus & sceleratus fuerit? quomodo dicis malum? Si in fidei & religionis Christianæ confessione prauus fuerit, teque in suā opinionem aut sectam cogere voluerit, fuge eum. etiamsi angelus de cœlo extiterit. Si autem in moribus malus & vita peruersus esse videatur, obtempera ei. Omnia enim E

mat. xxiij quæcunque dixerint vobis facere, facite, secundum autem opera eorum nolite facere. Doctrinis, inquit, in fide corruptorum varijs & peregrinis nolite circumagi. Quid ita? Nam male agens, haud alijs consulet nec docebit male viuere, nam & ipse talia perpetrans, rubore suffūditur, & pudet eum suorum scelerum: quod vel inde liquet, quia conatur omni ratione abdere quod perpetrat. Qui vero in fide peruersus fuerit populo etiam suam opinionem & virus promulgare ac denunciare consueuit.

Ac morem gerite. Intensam hic obedientiam per verbū ὑπείκετε indicat, vt si operibus etiam eis seruiendum sit, non detrectent.

Ipsi enim excubias canunt pro animabus uestris rationem reddituri. Audiant hic præsides. Perinde nanque vt populum morigerum esse conuenit, ac necessarium est; sic pontificem esse excubitorem pro populo, vt qui rationem sit pro peccatis eius redditurus.

Vt cum gaudio hoc faciant, & non ingemiscentes, hoc enim uobis non prodest. Si cesseris, inquit, & morem gesseris vel præsidi vel principi tuo, onus quod ex cura tui ille gerit, ei leue reddis ac facile, vt qui gaudeat propter obedientiam tuam Sin impudens sis & inobediens, ipse quidem excubias canet pro anima tua, veruntamen nisi correxeris inobedientiam tuam, ingemiscit aduersus eam ad deum, quod sane tibi inutile futurum est. Reputa hic tecum quod præsuli & episcopo non aliam vindictam permittat quem gemitum. Quæ res mansuetudinem in eo sane conciliat: si vero qui in inobediētia sua perdurat, neque vitæ suæ impuræ mores in melius alterat, maiorem pœnæ certe ac supplicij pyram accēdit, seuiorem vindicem & punitorem deum permouēs. Quocirca ne asperneris, etiamsi solum gemitum habeat episcopus tuo nomine aduersus peccatum inobedientiæ tuum, tu qui præsidi haud obtemperas: quin potius metue te deo per eum tradi.

Orate pro nobis, confidimus enim quod pulchram conscientiam habeamus in omnibus Calumniabantur nonnulli apostolum, quod defectionem ab lege doceret; eam obrem haud pauci qui ex Hebræis Christo nomen dederant, non perinde obtemperabant ei & ab eo abalienabantur. Hanc ob rem ne nomen quidem suum in epistolæ huius principio posuit, quandoquidem eum ferre haud possent, neque audire. Defendens ergo sese & excusans apud eos, primum quidem rogat vt ipsi pro sese ad deum preces fundant, quod ab amantibus nostri solemus efflagitare: deinde se pariter in omnibus innocentem monstrat. In omnibus, inquit, non solum apud gentes, sed ne apud vos quidem quicquam per simulationem aut fucum egimus, sed conscientia nostra pura est. Nec sumus conscij nobis quod insidias vobis struxerimus, aut mali quiddam aduersum vos designarimus, aut vos calumniati simus.

Bene uolentes conuersari. Hoc est, cupientes citra offendiculū vitam ducere, citraque scandalum. Etenim hoc ipsum quod dixit legem abrogatam, non est inimici vestri, neque hostis

que hostia, etenim completionem potius legis vobis demonstro, adeoque vmbram A istam consummationem iam tandem accepisse. Quomodo igitur defectionem hanc dicetis? ecqui non potius ego benefactor vester iudicor, ad perfectionem vos omnes ducens; ac omnino transferens vos ab vmbra & infantili affectu?

19. *Abundantius autem obsecro uos hoc facere ut celerius restituar uobis.* Hoc valde amantis est ipsos, qui ita ardenter & ex animo pro sese orari cupiat, & cum omni diligentia, vt celerius restituatur ipsis. Simul autem ostendit sese conscientiæ suæ fidere, ac eam ob rem ad eos accurrere, quod sane haud fecisset, si quiddam conscientia sua fuisset praui.

Deus uero pacis Quum primum ab ipsis petisset orationes & intercessionem apud deum, eosque hac in re honore effecisset, pro ipsis etiam deinceps hoc modo preces ad deum fundit, votumque facit. Quia vero deus pacis est, non oportet vos diffidere a me, idque ex tenui famæ aurula.

Qui reduxit ex mortuis pastorem ouium magnum. De resurrectione ipsis verbum & prædicationem confirmat ac stabilem reddit, ex Esaiæ vaticinio locum adducens. Qua Esaiæ. 63. si vero & alij pastores sint & opiliones, enimuero parui, magnum dixit. Multi nanque & 16. prophetæ doctores sunt, sed vnus præceptor omnium Christus.

In sanguine testamenti æterni. Hoc est, excitauit ipsum ex mortuis vita defunctũ, Matth. 26 qui sanguinem etiã suum effuderat, vt daret nobis testamentum haud vllis seculis dissoluendum, neque sic abolendum, vt legale dissolutum est & abolitum, verum quod B in sempiternũ duret. Vel hunc ad modum intelligas: Excitauit ipsum ex mortuis cum sanguine testamenti æterni. excitato enim ipso, sanguis eius nobis donatus est in testamentum adeoque fœdus. Ni si enim excitatus esset, sanguis eius in testamentum haud obtigisset nobis.

Perficiat uos in omni opere bono. Innuit quod opera quidem bona sint exorsi, opus autem habeant in ipsis consummari, quod & optat votis ipsis euenire. Hic expẽde primum oportere nos ordiri, deinde consummationem ab deo ipsam petere.

Vt faciatis uoluntatem eius. Nã in omni opere bono consummatus, ille facit voluntatem dei, non qui ex dimidiata parte quiddam tentarit.

Faciens in nobis quod gratum est in conspectu suo, per Iesum Christum. Itaque quando fecerimus quod bonum est, deus facit hoc in nobis per Iesum Christum, hoc est, vtitur illo mediatore pro operatore. Qui enim principio nobis salutem est operatus, quod mirum si in operatione etiam virtutum mediator efficiatur, ac paternam suam in nobis voluntatem repleat, ipse nos confortans, & robur inspirans ad h[illegible] operum [illegible] actiones? Porro quum diceret gratum, vel beneplacitum, adiecit, in conspectu, vel ante Psal. xvij conspectum suum. Tum enim reuera ei placemus, quum coram deo boni apparemus Esaiæ. 1. ac reddimur, non quando ab hominibus tales iudicamur. Quod & propheta Dauid inquit: Secundum puritatem manuum mearum coram oculis eius. & Esaias, Auferte malum a conspectu oculorum meorum.

Cui gloria in secula. Amen Obsecro autem uos fratres, sustinete uerbum consolationis. C Animaduertis? quod nemini dum scripsit, isthuc his iam nunc scribit. Non dicit autem adhortationis, sed consolationis, hoc est, animationis, adque patientiam commonefactis quandoquidem afflictos ac tentationibus tantum non quassatos ei sermo sit.

Etenim pauci scripsi uobis. Quum tot tantaque ac tam varia in hac epistola dixisset, breuia tamen & pauca dicit, respectu eorum quæ dicere cupiuit. Propemodum autem hoc eis dicit: Etsi, inquit, pusillo & afflicto animo estis, sustinete me. non enim quisquam de prolixitate dictorum conqueri potest, quod in despondentibus animum conferri cernimus. Talium enim est haud sufferre prolixos sermones.

Cognoscite fratrem Timotheum absolutum. Erga Timotheum non erant infenso animo, propterea ipsum primum produxit. Absolutum autem, vnde? Vel ex carcere in quo erat, ac dimissus est: vel Athenis dimittebatur, isthic enim erat.

D *Cum quo, si celerius uenerit, uidebo uos* [illegible] quo desistãt ab odio, vel hostili aduersus ipsum animo, siqui[illegible] paratus est venire cum discipulo forsan verisimile est hoc ita contigisse. Potuit enĩ proficisci in Iudæ[illegible] Roma. Absolutus est autem [illegible] defensione sui apud Neronem Cæsarem, perinde ac in huius epi- Actu. 28. stolæ præfatione diximus, [illegible] argumento. ij. Tim. iiij

Salutate omnes præsides uestros & sanctos: Expende hic quanto eos honore afficiat. Siquidem per ipsos, præsides etiam salutat, quum tamen præsidibus potius & epi

A # Theophylacti Bulgariae

ARCHIEPISCOPI, IN HABACVC IONAM NAHVM & OSEE Prophetas Enarrationes, iam primum in lucem aeditae: interprete [redacted].

VITAE PVRITATE, ERVDITIONISQVE PRAESTANTIA THEOlogo, *Ludouico Harlen, parocho Prancobergensi, domino & amico suo* [redacted]

[redacted]

QVIA LVMEN IN MORTIS VMBRA DEMOrantibus Verbum Dei, scriptura testimonium [illegible] tenre, haud [redacted]minis praeconijs euehendi sunt vete[illegible] theologi, qui sacrosanctam illam nobis lucem, suo dono di[illegible]nitus illis tradito accēderūt. Inter quos Theophylactus ([illegible] alios interim Graecos theologos omittam) [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fuire cum [illegible] gans tum [illegible] pius fuit, id quod abunde [illegible] diuinum nouum in [illegible] stamen[illegible] commentaria [illegible] lius ob oculos po[illegible]unt: deinde praesen[illegible] in Habacuc, Ionam, Nahum & Osee varie compendiariae enarrationes. Hunc Bul[illegible] regiōis Archiepiscopum exti[illegible]sse, princ[illegible]peque [illegible] floruisse po[illegible]s, pe[illegible]oratio ex[illegible] in Nahum prophetam arguit, vbi par[illegible]nesu[illegible]rincipes con[illegible]; in se ipse ce[illegible] princi[illegible] [illegible]sfert, vt eo [illegible] loco uidere lic[illegible], l[illegible] tanquam alle[illegible] plurimū Origeni[illegible] mor[illegible], oblectationi tamen eam p[illegible] nausea, [illegible]igionis cu[illegible] ment[illegible] quum [illegible] ristum resipiat) esse conuenit. S[illegible] H[illegible] linguae no[illegible] illam co[illegible] tionem h[illegible] buisse, nihil propemodum in Theophyla[illegible] siderari, vel fi[illegible], vel diligentiis posset. Hinc [illegible] quędam vt ab alijs accepit, Hebraea [illegible] pretatur. Graeca Biblia [illegible] cutus, obscura [illegible] plerisque in locis, mirum quanta dex[illegible] itate illustret. Nec [illegible] reijciendi sunt Gra[illegible] theologi, quod vetus testamentum non adeo pure in co[illegible]t transfusum linguam, dum modo huiusmodi sensum excludant, qui a syncera religione sit alienus. Caeterum eo f[illegible]uentius linguarum studijs incumbendum erat Christianis, [redacted] Hūc porro autorem iamprimum latinitate donatum tibi dedicare placuit, vt aliquod beneuolentiae in te meę Mnemosynon apud te relinquerem. Digni profecto sunt Typographi suae tantae virtutis sanc[illegible]ique conatuum (quibus & bonis & pijs autoribus diuulgādis operam impendunt) [illegible]mio. Atque hoc in [illegible] Ioannes Bebelius adm[illegible]ndae industriae vir, vna cū Mich[illegible] Isingrinio, candido [illegible] nero suo, [illegible] postr[illegible] obtinet, cui nunquam vel apud [illegible]teros, vt veteres [illegible] obatos ua[illegible] linguis [illegible]tores, quos in publicam commodi[illegible] promat, indagare cessat. Cu[illegible] non mu[illegible] perinde temporis frater Angelus [illegible]ucensis, [illegible] Antonij vicarius [illegible] λοφύλα[illegible] praeclarissima Veneta bibliotheca Theophyla[illegible] in quatuor hosce [illegible] ante com[illegible]memoratos prophetas [illegible] descri[illegible] das de[illegible], descriptasque cu[illegible] chetypo c[illegible]tulit. Qua in re [illegible] eximius [illegible] didi Angeli illius ca[illegible], egregiaque hu[illegible]nitas liquido apparet, qui ta[illegible] pronu[illegible] & facilis in prouehendis pietat[illegible] studijs fu[illegible]it. Quot enim reperias [illegible] [illegible] auidos & amusos, qu[illegible] na nocte [illegible] tumulis b[illegible] genij tumulari [illegible] libros, quam comm[illegible] [illegible] tati tradere? Proinde g[illegible]ti erunt angeli h[illegible] ang[illegible] menti, qui aliquam saltem [illegible] lucubrationibus, an[illegible]orum suorum voluptatem capient. Quod ad meam operam attinet, fideliter σὺν θεῷ has exegeses reddidimus. Illud vero merito aegre patiēdum est, [redacted]st. Tu vero humanissime Ludouice, hunc Theophylactum nostrum amici sinu amplectere, & [illegible] vale.

Francofordiae, M. D. XXXIIII.

B

C

Theophylacti Bulgariæ D

ARCHIEPISCOPI COMPENDIARIA IN *Habacuc Prophetam Enarratio.*

SVNT qui dolenter admodum ferant, quum sceleribus obnoxios, & inique agentes, felicem transigere vitam conspicētur. Et alij quidem ambigunt, cum humanarum rerum cura tangatur [redacted] est reperire, qui credant quidem esse prouidentiam, ac interim tamen addubitent, num eam ad rationem cunctas res, omniaque negotia Deus, summus ille Vniuersi conditor, dispenset. Posteriorum itaque personam assumens propheta Habacuc, hęsitat sane, veluti causam, cur omnia sic contingant, discere gestiens. Dilutionem ergo infert, quam diuini spiritus ei suppeditauit gratia. Non enim vt nonnulli suspicati sunt, ipse vates hoc in sese affectu laborauit, elanguitve, cęterum ab alijs cum cogitationum dicta in medium promit, atque quæsitis ac dubijs institutionem adfert. Quod ipsum dei spiritu imbutus Dauid etiam egit: siquidem & ille personam induit indignatione æstuantem ob secundiores impiorum hominum fortunas, dicens, Mei, inquit, fere pedes concussi sunt, ac gressus mei pene sunt effusi. Nam excandui plane aduersum sceleratos, dum pacem ista peccatorum ac scelerosorū cernam, ac talia pleraque aspiciens. Quæstionū huiusmodi solutionem subministrauit, dum subdit: hoc enim est labor coram me, id me valde angit, atque dum fuero ingressus in sanctuarium Dei, & ab ipsis remotissime habitauero. Porro institutus a spiritus gratia, simul intulit: Veruntamen propter imposturas ipsorum, deposuisti eis mala, & quę deinceps sequuntur. Postea docens nos haudquaquam curiosos diuinæ dispensationis indagatores esse debere, verum enim simpliciter eam animo revereri ac sequi: Factus sum, inquit, instar pecoris apud te, egoque semper tecum. Quemadmodum enim iumentum sese ducentem sequitur anxie inquirens quonam vadat: sic & me tuos comitari sermones conuenit. quod si fecero, nunquam non tecum ero. Quod vero huiusmodi Dauid quæstiones posuerit, nō [redacted] fuerit, sed quod aliorum eum ad modum ratio- [redacted] us, ijs qui recto sunt corde. Iam qui deum bonum esse confitetur, simul eum bonorū datorem fateatur necessum est. id genus non pauca vel in alijs Psalmis, & apud alios prophetas inueniemus. Quibus equidem haud dissimile est diuini Habacuc vaticinium. Videtur enim pendere animi qui fiat, quod prosperiore fortunæ aura, temerarij & arrogātes, sibique placentes homines, adfluentes, quam mansuetudine & probitate conspicui: Eoque e vestigio supplicium non sequatur sceleratos, vt hac ratione hęsitans, deinde ad eam solutionem adducens hunc ad modum ægrotantib⁹, diuinæque prouidētiæ obmurmurantibus, medicinam adhibeat. Quidam per aliam quandam rationem, verba hęc facere prophetam voluerunt. Quum enim prophetas horrenda semper vaticinari, Israelitæ grauate ferrent, vt qui perpetuo afflictiones & calamitates a vatibus sibi suis imminere audirent: breuiter eis ostendit propheta, quod digni sint talia pati, qualia prophetę prænunciēnt, quandoquidem varijs modis flagitia designent. Quare inducit seseipsum succensentem Deo, ob tantam vitiorum copiam, quærentemque vltionem vti demonstret adeo esse praua ipsorum opera (etiamsi illi non persentiscant) vt & Deus ab eo vinceretur, quod non celerem propter hæc vindictam adducat. Præterea postquam satis ea ægro animo tulisset, prædicit quod contemptores verbi dei, non sint euasuri diuinā [redacted] Oden pandit, cui & diapsalmata insunt, perinde ac, [redacted] ad eum locum profecti, demonstrabimus.

Psalmus lxxij.

E

F

A CAPITIS PRIMI VATICINII HABACVC PER THEOPHYLACTVM EXPOSITIO.



Emma quod uidit Habacuc propheta. Lemma, id est captio, ipsa
prophetia nominatur, siue quod accipitur ex Deo tradita
siue propter propheticę mentis acceptionem, ac propter ab
humanis ad diuinas reuelationes translationem. Quod si
igitur non humanitus loquitur, sed a spiritu captus vatici-
natur, satis perspicuum fit, ipsum vatem de prouidētia dei
nihil dubitare, cęterum ambigentes hunc curare velle, aut
Israelitis persuadere, quod non iniuria patiantur quæ sa-
cti prophetæ eis pronuncient. Vbi etiam dolenter fert pla
ne, quod non celerius deus vindictam eis adducat adeo de
linquentibus. Quod si Habacuc patrem excitationis sonat, si quis interpretetur: quis
quęso alius ille pater fuerit, atque princeps vitę nostræ, primogenitus ex mortuis, &
primitiæ eorum qui dormierunt, & pater futuri seculi, qui per excitationem & resur
rectionem hæreditatem suam accepit, & sortem partitus est? Hic secundum humanita
tem accipiens a deo patre suo sancti spiritus gloriam & honorem, ex persona humanæ
B naturę luget iniuriam, qua ipsa a dæmonibus diuexata afficitur, Vide iam & vocu
lam Propheta, hoc est ille a Mose pręnunciatus, qui dixit, Prophetam vobis excita
bit dominus deus, ipsum audite. Perinde atque Iohannem Pharisæi interrogabant: deu. xviij
Prophetane tu es? Proinde quicunque, non ipse tantum excitatus a causa peccati, ve-
rumetiam alius in tali excitatione erudire potest. quę videt, non humana cogitatione
videt, sed a deo illa accipit, vt cum diuo Paulo dicere queat, Non ego, verum gratia i. cor. xv.
dei quę mecum est. & iterum, Per quem accepimus & gratiam, & muneris apostolici Roma. i.
functionem. &, sufficientia nostra ex deo, ij. cori. iij.

Quousque domine uociferabor, & non audies. Personam circunuenti fingit
propheta, & inquit, Sepænumero ad te clamaui, precans vt nequitiam sceleraque ex-
stirpes, & non sum exauditus. Quamdiu ergo longanimis eris? Hoc autem dictum est
vt ostēdat Israelitis deum accusantibus quod eis semper pœnam interminetur, deum
propterea patientem esse ac longanimem, vt prauorum osores, nimirum pios ad in-
dignationem permoueat vt ęgre ferant quod nō celerius vltionē & supplicia adducat.

*Quur ostendisti mihi labores & defatigationes, ut intuear in calamitatem & impie
tatem.* Miserationis affectu permoti, atque adeo compatientes existētes sancti, pro-
pter vtrosque lugēt, cū lęsos iniuria ve pressos & afflictos, tū lædētes & ad calamitatē
perducentes. Et fortasse propter iniurios maiori mœrore conficiuntur: quanto magis
ad animam, preciosissimam rem, noxa pertinet. Dicit igitur: Quur mihi ostendisti la-
bores ac defatigationes iniuste oppressorum hominum, vt intuear in ærumnam ipso
rum, & impietatem iniuste agentium cum eis? Quo pacto vero deum asseuerat hęc ei
C commonstrare? An quia veluti secedat deus, propter longanimitatem eius talia fiunt
nec excinduntur? Anne quia ceu vitam eius prorogat, vt huiusmodi videat? Nam san
cti animis exacerbati, resolutionem percupiunt, vt Ionas: Et nunc accipe, inquit; ani-
mam meam a me. Dixerit autem quispiam, quod ipsa iniuria, defatigatio & labor sit
potius iniuste agentium: & īpietas atque calamitas, impia patrantium. Nihil enim sce Ionæ. iiij.
lere laboriosius, & nihil impietate imbecillius. Proīde obserua quomodo impietatem
vocat ipsam iniusticiam, vel toruum inspiciendo iniuste agentes, vel terrendo etiam
ob sermonis amarulentiam. Ac verisimilem fortasse hic sensus rationem habere queat
Etenim si qui minimum fratrem non reficit epulis, Deum non refici (in quantū enim Mat. xxv.
non fecistis vni ex minimis hisce, neque mihi fecistis? consequitur (ne pluribus agam)
quod qui inopi iniurius est, deo vim inferat. Iam iniuria in deum, ipsa, vt opinor, est ī
pietas. Prętereа humana natura ob mandati transgressionem in sudore faciei viuere
condemnata, & in mœroribus parare liberos, hęc luget. quęrens liberationem, quam
filius dei donaturus ei erat. Ad hæc accepta gratia vt excitet peccatores, deū rogat va
tes, ne sibi porro ostendat in operibus iniquitatis occupatos, & in hoc ipsum incūben Hebræ. x
tes, vt impij sint in deum. tales enim filiū dei proculcant, & sanguinē testamēti prophа-
nant, per quem tamē sanctificati sunt, & spiritum gratiæ cōtumelia & iniuria afficiūt

Iudicium aduersus me statuitur, & iudex accipit. Innuit hic propheta, ꝙ nō super sese
ipse, verum ob diuini mandati contemptum, ac ꝓ fratribus iniqua passis doleat. Aspi D
Deu.xvi. ciente me, inquit, iudex munera accepit, legemq; transgressus est, dicentē: Nō accipi
es personam in iudicio, Nam iudicium dei est.

*Propterea dispersa est lex, & non perducitur ad finem iudicium, quoniam impius vim fa
cit iusto, & aduersus eum potens est, eam ob rē egredietur iudicium peruersum.* Quia inquit, iu-
dices munera accipiunt, & quia iniustus potentior est eo qui iusticiam āplectitur dis
persa est lex, id est reiecta est, cōfusa, est genuinam naturā nō seruat, neq; cōuentēs iudi
cium rebus adhibetur. Enimuero sępe, etiamsi cœperit iudex rectū iudiciū facere, nō
educet hoc ad finē vsq;, a muneribus alio abductus. Qui quidē & eam ob causā forta
sse īcipit iudicare iuste, vt vbi potētem cōsternauerit, ceu sit eū cōdēnaturus, plura ab
eo munera capiat, Propter hoc igitur, quia potētia clarus est īiustus, iustoq;, superior
est iudiciū prauū egreditur. Hunc ad modū iudiciū etiā eorū qui dominū nostrū cruci
affixerunt, peractū est aduersus ipsū. Etenim in re ipsius iusticiæ vera, iudiciū isthuc
iniustū aduersus Christum erat. Et iudex ipse Pilatus gloriā hominū accepit, quā ve-
hementius dilexit, ꝙ gloriā dei. Eā ob rem impius populus vi suppressit iustū, & exit
iudiciū aduersus eū plane peruersum. pro eo ꝙ debebant eū ceu benefactorem suum
præconijs & laudibus vehere, turpi morte condēnarunt eū. Reprehēdebat autē domi
nus Iudæos & alias ꝙ nō recte iudicarent, quando ipsum, quia paralyticum curasset ī
sabbato, increparent. Dicebat enim: *Si circuncisionem accipit homo ī sabbato, quur* E
mihi indignamini ꝙ totum hominem in sabbato sanaui? Ne iudicate secundum faciē
Fit etiam peruersum iudicium in humano iudiciario foro, nēpe cuiusq; suo, quando
Iohā. vij. mens nostra veluti munus ipsam e passibilibus sensibus voluptatem capiens, sensibi-
libus vincentem calculum adiecerit. tū & hostis noster vere impius, tanq; deserto dei
rationem nostram vi deijcit, quę iusticiam secum per verbum dei habet, Est autē iustū
visibilia & sensibilia ab inuisibilibus & intelligibilibus vinci. Nā quæ vidētur, tēpo
raria sunt: quæ non videntur, æternum durant.

Videte contemptores & intuemini, & admiramini mirabilia & obscuramini, Enar-
rans quæ de transgredientibus legem in Hierusalē explicuit (nā qui in Samaria erant
iam tum captiui abducti, Babylonē habitabant) succensantis personæ præpositis ser-
monibus, responsum ceu a deo acceptum edit: medelam ita admouens prouidētiæ di
uinæ obmurmurantibus, perinde quasi lento admodū gressu procedat. Ad hęc Israeli
tis pariter subiudicat, ꝙ quæ ipsis mala deus adducet, iure adducet tāquā preuaricato
ribus, contemptoribus ve sui. citra trepidationem enim delinquebant, non solum le-
gi non obtēperantes, verum ne prophetis quidem animum aduertētes, qui frequētius
eis interminabantur. Ad hos iam oculos defigere præcipit, hoc est iubet vt aduertant
animis quæ dicantur, inque ea intueantur, id est vt considerent cum instantia & so-
brietate: tum vt obstupescant & formident minas. Admiranda enim quædā, inquit,
facturus sum vobiscum. Etenim gentem sanctam, primogenitum meum filium nimi-
rum vos, traditurus sum hostibus, vt nulla non dira duraq; ab eis patiantur. Quid ve-
ro est obscuramini? pro cōtegimini, occultamini timore & pudore percussi. Aut obscu F
ramini, seu mali nunc este, vt boni efficiamini. Domino enim malus est obtectus, do-
nec bonus esse, si sese exerat, cœperit: quemadmodum quanto exterior homo corrū-
pitur, tanto interior renouatur, Quia vero omnis qui aspernatur deum, non videt, nec
enim tantum bonū aspernaretur: ꝓpterea contēptricibus in peccante cogitationibus,
neq; nō ratiocinationibus, in mādatis dat cernere ꝙ vere bonum deus sit, ac in ipsum
dirigere lumina nostra, oculosq; flectere; nec decepi falaci rerū que videntur pulchri-
tudine, ne ve demirentur quæ nullā admirationē mereātur in hoc vitæ nostræ cursu.
Etenim quę vere admirāda, sunt nēpe cœlestia, Et obscuramini, īquit, ab hūana anima
vos contēptricia consilia, vt econtra subingrediantur omnia subtimescentes cogita-
tiones per reuerentiam, metuentesque eū qui possit & corpus & animam tradere ge-
hennæ, eamque ob rem a malo declinantes.

*Nā rem ego arduā perficiam in diebus uestris, cui haud quaquem adhibebitis fidē, si quis
recenseat.* Nō longo post tēpore, īquit, sed in diebus vestris tradā vos præuaricatos ho
stibus. Ea est res, hoc opus quod persequar. Ac noui quidē ꝙ cōtēptores vos minime
credetis, si quis annunciet vobis. Ante rerum nāq; experientiam & euentum, intermi
nationes vos pauci ducitis, ceu vanas existētes; attamē quid mea intersit faciēs, vt bo-
nus &

nus & iust⁹, citra prꝺ̄sciẽtiam iudicare vos nõ sustineo. Sed enim incredulis futuris prę
A dictiones & vaticinia affero, ac iuxta medicinã: quæ quod nõ accipiũt, eis pœnas & sup
plicia certe apporto. Hic fortasse & vnigenitus dei filius intelligi queat dicere ad hu-
manę naturę oppressores, deiq; cõptẽtores dæmones, Quoniã opus ingens operabor,
rẽ arduã persequar, nimirũ carnẽ assumẽdo, idque ĩ diebus, hoc est in tẽpore felicitatis
ipsorum. nã & scriptura diẽ felicitatẽ appellat, vt eo ĩ loco, Ab altitudine diei nõ terre psalm.lv.
bũ. &, Diẽ hominis nõ desideraui. Quãdo igitur scelᵉ⁹ vestrũ orbẽ terrarũ occupauerit
vt adeo corrũpantur omnes, & in exitiũ vergant, vt ne vnus quidẽ iustus relict⁹ sit, tũ Hie.xvij.
carnẽ ego accipiã, faciãq; admiranda, cũ alia, tũ ea quæ de me paiã pphetæ vaticinati
sunt, eijciens vos ab hominibus. Videte igitur hæc, & obscuramini, non amplius po-
testatem vestram in aere exercendo gloriantes, sed sub terram subeuntes.

*Propterea ecce ego excito Chaldæos gentem amaram & celerem, proficiscentem su-
per latitudines terræ, ut hæreditatem adeat habitaculorum quæ non sunt eius.* Quum
dixisset, quia in diebus vestris: quũ & hoc latitudinem habeat, adijcit, Quoniã ecce, in-
quit, non tardabo, sed en ego, qui omnia possum, excitabo, ego inquam, qui neminem
metuo. Terrificus profecto sermo, Quis enim sufferre queat a deo excitatũ? At natu-
ra etiam acerbi sunt, & hoc ad intentionem & exaggeratiõem facit. Præterea celeres
sunt Chaldæi. equites enim sunt, vt ne tantillum vobis tẽporis permittant quo vestras
in eos copias armare possitis, vosve ad fugã parare. Ad hęc assueti sunt bellis, & in ijs
B educati. nam proficiscuntur super latitudines terræ, hoc est super vniuersam terrã, nõ
Palęstinam tantũ: atq; hoc est ipsis opus exequendum. Nec enim dixit gentẽ profectã
sed proficiscentẽ, Nec alienas tantum regiones diripiũt, ac deinde reuertuntur, vt ĩ spẽ
veniatis vos patriã vestram denuo recepturos, verũ hic eis scopus, hæc mens est, vt hę
reditario terras occupẽt, vtque inhabitẽt sedes antehac non suas. Porro dominus in-
carnatus Magos excitauit Chaldæos, qui amari antea existẽtes & crudi, & veloces ad
effundendũ sanguinẽ, ac per latã iter facientes, ceu voluptatũ aurique amãtes, venerũt
ad Christũ vt adorarẽt ipsum, & cœlestia habitacula hæreditarent, quæ ãtea ad ipsos
non pertinebant. Imo & vniuersas gentes, quæ per Chaldęos accipiũtur, ad finẽ exci-
tauit incarnatus dominus, magnũ isthuc opus operatus. Aperte palam enim magnũ
est pietatis mysterium, deũ manifestatũ esse in carne. Proinde isti amari ceu venenum
serpentis habentes, propter & impietatem & alia peccata, veloces ad resipiscentiam
translati sunt animi sui sententia permutata: & profecti sunt per latos scripturæ di-
uinę campos, vel ecclesię, nõ ad vnã tantũ personam cultum dei anxie torquẽtes, verũ
ad tres homousias, hoc est eiusdẽ substãtię participes, dilatãtes, nõ iuxta literã solum
modo verũ & secundum spiritum scripturas intelligentes, vt tripliciter iuxta prouer pro.xxij.
bij mandatum describantur, & ita cum legem tum prophetas in hęreditatem acciperẽt
in quibus gratia spiritus recubabat, quæ antea ad eos non pertinebant. solis enim iu-
dæis tradita fuere. Manifestauit enim inquit, iustificationes & iudicia sua Israeli: non fe ps.cxlvij.
cit sic omni genti, & legem suam non aperuit eis. Alias vero, gens amara & atrox est
ipse satanas, & qui sub ipso sunt dæmones: quos excitat deus per eum qui iuxta Pau-
C lum peccantes tradit hisce ad internicionem carnis, vt spiritus seruetur. Qui vbi inue
nerint angustum iter, & constrictam portam, non eo proficiscũtur neque ingrediũtur:
vbi vero reperiunt mortuæ prudentię viãq; remissæ & apertę latitudinem, illuc eũt
& hæreditate veluti occupant habitacula & corpora hominum, quæ, ceu figmenta &
opera dei, ipsorum non erant.

Terribilis & conspicuus est. Quisnam ille? Omnino fortasse rex Chaldęorum Na
buchodonosor, qui Israelem cepit & incendit. Is igitur vel operib⁹ ipsis terribilis erat
atq; conspicuus, hoc est, illustris, celebris, gloriosus & insignis, adeo vt vel sola fama
perterrefaceret omnes qui audire possent.

Ex ipso iudicium eius est. Hoc est, non legibus innititur, vt secũdum illas senten
tiam ferat, hoc nempe amplectendum, illud vero reijciendum esse: cęterum secundum
quod quicquam ei visum est iudicat, & quod cogitauerit, isthuc ei legis vice fungitur

Et lemma eius ex ipso egreditur. Chaldęis in more erat ante bella cõsilium ex
vatibus petere, & magos arte tentare, vt prædicerent prælij euentum. Ait ergo quod
lemma eius, hoc est prædictio & vaticinium de bello, non ex alienis vatibus ei obue-
niet ex longinquo accitis, sed ex ipso, hoc est ex indigenis & suę patrię magis, qui prę
cæteris gentibus de futurarum rerum prędictione gloriantur. Hunc ad modum Balaã

a Mesopotamia accersitus est a Balac. Vel sic accipi etiam poterit, quod iudicium vo D cet vltionem, quam contra Israeliticum populum Deus decreuit. vnde infit, quod iudicium ipsius, hoc est, Israelitici populi pœna, sed quem condemnatus est, propterea quod concitauerat ad iram Deum: & lemma eius, id est, prædicta aduersus ipsum sententia, ex ipso egredietur, Babyloniorum videlicet rege, hoc est, finem accipiet, & efficaciter consummabitur. Quinetiam gentium populus terribilis est & conspicuus in posterum dæmonibus, seu signatus lumine faciei dei. Et quum neque legem neque prophetas adiissent, per sese domi iudicarūt quod bonum esset, & fide accurrerunt. Et lemma, seu consilium quo a Christo capti sunt, accepti in eius ecclesiam, eorum voluntatis erat. Quinetiam satanas assumptis peccatoribus ad castigationem, terribilis est & horrendus, & conspicuam propriam malitiam ostendit, adeo abutens diuino figmento seu creatura, per hoc suam animi erga conditorem iracundiam & inimicitias prodens. Ex hoc igitur ipso condemnatio ipsius est: & homo, quem ad castigationem suscipit, ex ipso egredietur, hoc est, non porro ei subiicietur. Castigatur enim omnino, vt ab operibus eius desistat, & spiritu feruetur. Sic hostis virtutis, & vltor virtute præditi, satanas constituitur.

Equi ipsorum, pardos saltu vincent, eruntque celeriores lupis Arabiæ. Quum dixisset celerē esse gentē Chaldæorū, docet iam quō sint celeres, idque per equorū velocitatē, quos & pardes saltu exuperare confirmat. Qm̄ autem pardi saltus non ita in longum perueniunt, adiecit & alteram comparationē, inquiens, equos Babyloniorū celeriores esse Arabiæ lupis. Fertur n. lupos Arabicos celerrime, quod forte occurrerit, corripere, ac dū persequatur eos quispiam, capi non posse, id quod in pardis non contingit. E

Et equites eius accingentur equitatu suo itineri, & accelerabunt cum impetu a longinquo, & volabunt instar aquilæ expetentis cibum. Per hæc robur iuxta ac celeritatem ob oculos ponit, quodque ex altioribus in ipsos deferentur. Vt enim aquila inter volatilia & fortis est & velox, præsertim quum famelica expetiuerit alimoniam, exque altioribus locis delata, cum impetu suo irruens, intolerabilis fit, sic & Chaldæorum equites nedum potentes sunt & robusti, sed veloces etiam propter equos, alacresque & cupidi ad depopulandū, deuorādū & absumendū vrbes, ex alto nimirū ingruētes. Ego enim inquit, excitabo ipsos. Insuper equestris antea populi gentium disciplina, superbusq; fastus, exiliet ex errore, saltuque suo vincet Iudæorū principes, qui pardi & lupi Arabiæ vocati sunt veluti efferi, & sanguine gaudentes. Præterea equites talis populi apostoli sunt, qui sederunt super irrationali ipsorum fremitu fastuve, ipsūque sibi subiugarūt. Vehemēti impetu current, & accelerabūt a longe. ab Israel enim ad gentes secesserūt & volabūt instar aquilæ, qui Christus est, cuius cibus est salus hominū. Sed & peccātiū & eorū qui erudiūtur, equi, hoc est, mulierosæ & væsanæ ratiocinationes, excilicēt a tali affectione, vt etiā spirituales pardos, dæmones ipsos, saltus celeritate exuperēt. nec ab ipsis porro cōprehēdātur. Equites taliū equorū sunt mens & ratio, qui ascēderūt cō cupiscibilem partem, longe remouebuntue a prioribus affectionibꝰ, ac tēperātiæ & castitatis alis leuigati ac in sublime leuati, in cœlos vsque, vbi Christus est, volabūt, vt superna tantum cupientes, cūque illo agentes, alacriter ferantur ad ligni vitæ esum. F

Consummatio ad impios perueniet, resistentes faciebus suis ex aduerso. Talibus, inquit, Chaldæis existentibus, quales eos hactenus descripsit, consummatio ad impios, qui in Hierusalem deo resistunt, & in faciem impudēter ei aduersantur, perueniet. siue quod Chaldæi illis proderunt, qui ipsis in faciem belligerando reluctabuntur. vltro enim accedētes & transfugas, ac suapte sponte seruitutem sub illis subeuntes, vita donabunt, quod & ab Ieremia discimus. Præterea & super Iudæos consummatio & finis peruenit, qui impii extiterunt in vnigenitum dei filium, cestiteruntque ipsi, non quidem clam, sed aperte palam magna loquendi fiducia & libertate, vt a deo dicerent: Tolle tolle crucifige ipsum. Ad hæc, in singulos dies peccantibus delinquentibusque eatenus parcit deus, quatenus partius etiam vitia & flagitia perpetrauerint. Quando vero perfregerint, & ad scelera adeo proruperint, vt libere, cunque fiducia impie agāt tum demum adducit eis deus finem, & perdit eos.

Et colliget veluti arenā captiuitatē. Postquā Israelitæ posthabito deo eiusq; auxilio, propria multitudine confiderēt, ait: Et si tātæ copiæ vestræ torque fuerint, vt vel arenæ numerum adæquetis, Babylonis tamē ille rex captiuos vos ducet. Quinetiā gētium populus, in Christo consummati, & alter alterius doctores facti, non paucos capient

pient ad obedientiam Christi.

A *Et ipse in regibus deliciabitur, tyrãnique ludicra ipsius erunt: & cuicunque munitioni illudet, & aggere congesto obtinebit eum.* Quia Israelitæ proprijs regibus fidebant, ac finitimis etiam accurrebãt, siue reges essent, hoc est, iustis legibus reipublicę pręessent: siue tyrãni, hoc est inique & violenter præter ius & fas sceptris potirentur, eorumque viribus & socialibus armis innitereñtur, neque quicquam auxilio Dei: subiungit quod omnium illorum dominabitur Nabuchodonosor, omnibus superior erit, omniumque victor, cunctisque facile pręstabit, delicias arbitrabitur, citra sanguinem etiam quo ad suas copias, cunctos superabit. Hunc enim ad modũ Iechoniã vinctum abduxit, & Sedeciam oculis orbauit, Aegyptoque admodum molestus fuit. Quamuis autem ciuitates munitæ fuerint, & propugnacula quæ non facile capi expugnarique possint, hæc tamẽ obtinebit, ludus magis quam serio agens. Nam aggerem tantum vocat, quem contra mœnia excitet, quod ad opus ne bellicosis quidem viris eget, sed enim armigeris, & pro mercede operam suam alijs seruilẽ elocare suetis. Sic iam Tyrum Babylonius ille cepit. Hęc & de diabolo intelligi quidem possunt, qui Israelitas, arenam existentes & domos, in salso huius vitæ salo, ceu diligentes gloriam hominum magis quam gloriam Dei, cepit captiuos: & illusit primoribus sacerdotibus, & reliquis eorum principibus, qui regibus æquiparati, quod legitimum tenerent imperium, tyrãni tamen moribus suis vixerunt. Horum munitionibus illusit satanas, persuadens eis vt scripturas perperam

B intelligant: siquidem scripturarum cognitio ipsis est munitio. At illi tulerunt clauem cognitionis, nec ipsi ingrediebantur, alios tamen ingredi volentes arcebant. Proinde hęc munimẽta, egesto aggere satanas deiecit, aggere inquã hoc est, abiecta, terrestri, inq; imo iacẽte falsa interpretatione, quę nihil sublime neq; cœleste spiret. bonorũ nãq; terrestriũ solũmodo fructũ, & corporales pœnas, & oĩa id genus alia sacerdotes intelligunt. Reges etiam & tyranni sunt, qui dominantur affectibus, propterea quod regnant & cogant naturam. Postquam enim violentum est regnum cœlorum, & violenti rapiunt illud: omnes virtutem amplexi, reges dici queant & tyranni: partim quod hic regnantes, illic etiam regnaturi sint perfectius, quando Christus manifestatus fuerit, vita nostra: partim quod veluti tyranni deprimant vimque faciant naturæ. Quando igitur virtute armatus semper pugnam committens, aliquem animi motum prosternere valuerit, delicias in hoc habet, eique illudit: epulæ enim eius tales sunt lautæ & electæ: ac maxime huiusmodi animi perturbationes ad desperationem adigit, perĩde atq; infelicẽ Iudã: õneque munimẽtũ occupat seducto aggere. Etenim aggerẽ terrestrium curarum iaciens & excitans, egerensve, obsidet humanam mentem, & capit: quæ mens a Deo conditum est munimentum.

Tunc permutabit spiritum, & pertransibit, & egredietur. Quando, inquit, hæc omnia demonstrauerit Babylonius, & omnia videbitur vicisse, tum permutabit Deus spiritum, hoc est, vehementem indignationem, qua flagrabat aduersum impios & perget seu pertransibit, hoc est, eminus remouebitur ab ijs qui puniuntur, non porro ipsis ad-

C stans, & obseruans ipsorum opera, pœnamque exigens: & propiti⁹ eis erit. Hoc autem dixit non quod deus retrogradus sit; vt qui facile permutetur: enimuero quod decente pœna exacta ac ægrotis alternãtibus & sufficientibus pharmacis adhibitis, in posterum cesset a medica disciplina. Præterea Israelitas, quum viderit a diabolo captiuos factos, non repellet deus, populum nempe suum quem pręsciuit: cęterum placatus erit Iudæis meliorem mentem induentibus, baptizatisque in nomen domini Iesu. Hæc aũt maxime ex Actis disces. Tria millia.n. videbis & quinque millia, & multas myriades, quas Paulo Iacobus monstrat. Porro hoc ipsum frequenter contingit. Nemo enim a diabolo victus despondeat animum. Quando enim ad extremum malitiæ perductus fuerit, tum spiritum in eis prauum deus permutabit in bonum, & pertrãsibit seruantẽ viam, abducentemque a vitio ad virtutem, & a terra in cœlum, & egredietur ad deũ per resipiscentiam, qua præsciti a deo imbuuntur. Non enim implacabilis est deus, sed miserator est, & propitius erit peccatis, & non perdet.

Ipse est fortitudo deo meo. Demiratus propheta dei benignitatem, exclamat: Quoniam talis virtus sic castigandi, ac rursum miserandi, conuertendique punitionem in oleum, nemini alij quam tibi deo meo conuenit. Tu enim es qui mortificas & viuificas. Hæc etiam iuxta electionis tõ filium dicere queas, demirans quomodo quos 1.Reg.2
repulit, rursum suscepit: & propter eos qui ab extrema malitia gradũ retroflectũt, quã-

do videris eos ad cacumen virtutis recurrere. Nec enim humanę vires talia possunt, cæterum diuinæ sunt hæc re vera virtutis & gratiæ, humanam voluntatem accipientis. D
Loquente nanque te dicet, Ecce adsum. tacēte vero te, Aperi, inquit, os tuum, & implebo illud, Tu primum aperi, deinde ego implebo.

Nonne tu ab initio dominus deus sanctus? & ne moriamur. Etsi enim nos præuaricati sumur, tu multis tamen retro seculis, & a pricipio, patrum nostrorum dominus eras deus sanctus, qui nihil immundum recipis, & propterea nos ceu immundos repulisti. Postquam igitur te priscum dominum nostrum habemus, ne quęso moriamur, hoc est, ne obsecro penitus excindamur, neque interitum funditus sustineamus. Vide autem quo modo veteris deum proprietatis suæ commonefaciat, quod & Paulus de Israelitis affirmat: quoniam hostes, inquit, propter euangelium, dilecti autem propter patres. Hæc etiā ad Sermonē & Deū i pricipio & a pricipio existētē, trāsferri queāt. Qui sāct⁹ me⁹ factus est, hoc est, pro me sanctificationem & oblationem sese ipse obulit, morti corpus tradens, perinde ac etiam dixit: Et pro ipsis meipsum ego sanctifico. Propterea & nos mortui sumus morte quæ est in Adam. Nam ipse vnus pro omnibus mortē obijt, vt a morte nos liberaret. Propterea quia virtute excidens, ad ipsam fueris reuersus, dicet: Nonne tu ab initio eras dominus meus? Quare recurro ad veterē herū sanctū meū
Iohā.xvij relicto immundo tyrāno, ne moriar veluti desperans.

Domine, ad iudicium ordinasti eum. Quem eum? Vel Babylonium; vt iudicet & castiget Israelem: vel populum Hierosolymis constituisti ad condemnationem, qui etiā E
Iohan.ix. dominum Iesum in iudicium ordinauit, vt ipse ait: In iudicium ego in mundum veni, vt non videntes videant, & videntes cæci fiant. Hominem etiam constituit deus vt bonum a malo dijudicaret atque secerneret, & ne promiscuo vetitoque ligno vesceretur, quod est voluptas, pulchra quidem & bona apparens, re vera autem mala existens.

Et finxit me deus, ut arguam institutionem. Commemoratā, inquit, pœnā decreuit cōtra Israelem, me autem prophetā finxit, id est posuit & segregauit, vt arguerē hoc est indicarem pœnam hanc contra ipsos decretam. Dominus itidē Iesus dicere queat: Quoniam formauit me deus pater, finxitve in virginis matrice, vt arguam legem, & demō-
Matth.v. strem eam esse imperfectam. Eam obrem etiam aiebat: Dictum est veteribus, Non mœchaberis: ego vero dico vobis, Qui ītutus fuerit mulierem vt appetat illam, & quę sequūtur. Lex enim erat institutio qua vtebatur deus, ac disciplina tradita imperfectis,
Matt.xix quibus in ea habitus etiam dum imperfectus erat. Hinc & dominus: Moses, inquit ob duritiam cordis vestri de diuortio legem scripsit. Arguit igitur legem, æque atque sol
ij.Cor.iij. fulgore suo lucernam. Neque enim glorificatum est, quod glorificatum est; propter
ij.Per.i. excellentem gloriam. Ac magnus ille Petrus de prophetico sermone ait: Cui bene facitis attendentes tanquam lucernæ ardenti in squalido loco, vsquedum dies irradiet
Lucæ,ij. & lucifer oriatur ī cordib⁹ vestris. Insuper scribę & Pharisęi īstitutio erāt populi, quos arguēs dicebat, Vę vobis scribæ & Pharisęi hypocritæ, quoniā hęc & hęc cōmittitis.

Purus est oculus tuus, ne cernat mala, & intueri in labores non poterit. Vt quid intueris in contemptores? In quibus supra dubitauit, eorum soluta est etiam dubitatio: F
Iam nunc vero propter Chaldæos pendet animi. Neque hoc fit perinde quasi ipse vates dilutionis indigeat. Qui enim indigeret qui alijs vt indicet & instituat, formatus est? Atenim quia animaduertit apud plerosque de hisce nascituram quæstionem, ideo adducit. Ambigent enim, quam ob causam Chaldæis longe nequioribus, Israelitas minus impie agētes Deus tradiderit. huius rei gratia hæret eius animus, & ad Deum, Noui, inquit, quod purus est oculus tuus, vt qui nolit intueri in praua opera, nec possit inspicere labores quibus scelerati, vitiis perditi, & flagitia designantes, simpliciores & imbecilliores affligunt. Ecquur igitur contemptores, hoc est, arrogantes, ostentatores, & legum tuarum despectores, Chaldæos intueris? Quur mitiore & mansuetiore in eos affectu imbueris? Quur lætos dies illos trāsigere sinis.

Conticesces interim dum impius deuorat iustum. Deuorat, inquit, impius Babylonius iustum Israelitam, tuque interim siles. Quare hoc fit? Iustum autem dicit Israelitā respectu Babilonij, quasi dicat, iustitiorem. Peccauerunt quidem Israelitæ, cæterum in comparatione ad Babylonios sunt iusti.

Et facies homines tanquam pisces maris, & reptilia quæ duce carent: Ex longanimitate hac, inquit, & ex hoc quod sceleratissimi quique pro suo merito non puniūtur, sed ipsis potius minus mali in pœnam abs te traduntur, nihil discrepare facies mor

tales a piscibus, quibus neque leges sunt, neque iudices, cæterum cibi loco potentiori-
A bus imbecilliores obruuntur. Propterea reptibilibus seu venenatis serpentium generi
bus similes reddis, quæ ob naturæ suæ amaritiem, neque duces habent, ceu exortia mi
xturæ & societatis, & mutuo inter sese odio sæuientia. Nam animantia sub duce consti
tuta mansuetiora sunt, quum contubernij & societatis amantem, tum gregis & armenti
sequacem naturam & indolem per hoc indicantia. Porro rõ temptores etiam in superio
ribus dicti sunt dæmones, ad quos conticescens deus, temporibus nondum dispensati
euangelij, faciebat homines prorsum piscium instar viuere, ab omni ratione alienissi-
mos, maxime brutos, & omni voce destitutos, ac plane mutos. neque enim in eis pie-
tatis erat sermo, neque honorificentię vox ad deum, mutua inter se cęde alius erga aliũ
grassantes, & in turbido salsove vitę mari sese multiplicantes progenerantesque. Atq;
hæc eorum vitę ratio amarulenta erat, vt diceretur venenum aspidum sub labijs eorũ
esse, ac animę eis per similitudinem serpentis.

*Consummationem in hamo euulsit, traxitque ipsum in reti, & congregauit ipsum in sage-
nis suis.* Quũ dixisset quod deuoret impius iustum, quodque homines assimilẽtur
marinis piscibus, demonstrat iam quo de hæc pronunciet, nimirum de Babylonio. Is
enim tantã habet vim, vt omnes gentes (id enim indicat cõsummatio) extrahat, euellat,
veluti hamo quodam, hoc est proprio robore, trahatque ipsum, pro ipsam consumma-
tionem (Hebraica enim consuetudo masculinis pro fœminis vtitur) in reti suo, hoc est;
B duris compendijs & studijs. Et collegit in sagenis, hoc est, bellicis viribus. Porro
diabolus totum etiam venatus est hominem, & attraxit eum inobedientiæ hamo ad
gustus illecebras, ipsa dei æqualitate proposita: collegitque ipsum, & proprijssimum
sibi fecit in sagenis multiplicium & variarum voluptatum. Sic hodieque facit. Primũ
mentem venenatur, auellens ipsam a domino cui agglutinata erat, hamo voluptuosæ
cupiditatis. Deinde trahit ipsam reti confœderationis & assensus, vtrinque ipsam
ipsam tenẽs, cum cogitãdo & cupiendo malum, tũ assentiendo & confœderando. Postea
congregat ipsam, & veluti in sinum recipit, sagenis operum. Vbi enim semel ei persua
serit facere malum, tum proprium ipsi etiam satanas exequitur, perducens eam illo, vt
abutatur proprijs cupiditatibus suis, ad desperationem iuxta compellens, ceu iam a
deo repulsa sit.

Propterea exhilarabitur & gaudebit cor eius. Babylonij cor summas delicias, maxi-
mam voluptatem capiet ex gentium pernicie: harumque interitum lætitiam & oble-
ctationem putabit esse. Diaboli etiam cor super mortalium internecione gaudio refi-
citur, ceu multos acquirat lapsus sui a deo consortes.

*Eam ob rem sacrum faciet sagenæ suæ, & suffitum incendet reti suo, quoniam per ipsa pin
guem reddidit partem suam, & epulas suas electas.* Ampla enim & locupletia regna
sibi subiecit. Quam eius ostentationem & fastum Danielus etiam ante conspectum no-
bis statuit, dum inquit: Qui erexit imaginem auream, quam adorare, & cui diuinum
exhibere honorem præcepit omneis sibi obedientes, & principes & subditos, & opti-
C mates, & inferioris sortis vniuersos. De hoc ipso diuinus vates Esaias inquit: Ascen- Daniel.iij.
dam super nubes, super astra ponam thronum meum, relinquam terram seu nidum,
& veluti relicta oua tollam. Deinde supplicium etiam quo afficietur, adfert: Subter te
sternent putredinem, & reliquiæ tuæ vermis. Quinetiam diabolus non tantam hamo
gratiam habet, hoc est, cogitationis voluptatem inescationis vice obijcienti, quãtam
reti, hoc est assensui & sagenæ effectus. Reti ergo suffitum, ceu magis apparẽtem, nem Esa.xiiij.
pe assensum cupiditatis respectu, ac subtiliorem, effectus respectu: sagenæ vero attri-
buit sacrificium, ceu malus quippiam. Effectus enim & opus mali plus corpori
& spissitudinis habet æque atque sacrificium lucidius quippiã est ipso suffitu. Postea-
quam autem plerosque sanctorum & electorum dei, dirus hic, vehemens & vafer hõ-
stis irretit sagena sua, falsi turbidique huius maris piscator, merito dictum est cibos
eius esse lautos electosque. Tales enim in primis venari studet. Hunc ad modum Iudã
quidem elegit dominus: ipse vero satanas, sagena auaritiæ multa congreganti, eum si-
bi vendicans, ac sui iuris plane faciens, ibique subque subdens, cibum suum fecit.
Perinde enim vt hominum cibus est salus a deo parta, sic epulę satanę, hominum est in De.xxxij.
teritus. Quinetiam Israelitas, qui pars dei erant (pars enim domini, populus eius Iacob
funis hæreditatis eius Israel) adeoque portio præclara, sibi subdidit: ac eos qui electi
dei erãt, permutauit in deicidas, & occisores dei.

Propterea rete suum circumcirca eijciet, & omnino gentes interficere non parcet. Quum D
paulo ante dixisset quod splendidas lautasve partes colligat, electaque fercula, quod
que orsus sui prosperos successus, voluntati eius nemine aduersante, experiatur: subdi
git eum etiam gentes inuasurum, neque quicquam cessaturum, quo minus propria sua
potentia tāquam reti vtatur. Quemadmodum neque diabolus pepercit omnes gentes
per peccatum īterimere, vbi semel agnouit stimulum mortis & animorum & corporū
peccatum esse,

CAPVT II.



*Super custodiam meam stabo, & ascendam super petrā: & contē-
plabor ut uideam quid loquatur in me, & quid respondeam ad
redargutionem mei.* Consuetudo tenet apud sanctos dei, si
quid ex deo discere cupiant, omni custodia seruare cor suū
a mundanis solicitudinibus, & ad solum deum intētos esse
ascendereque veluti super rupem quādam mentis, hoc est
ad a terrenis rebus exaltationem. Nam sublimia corda quę
rit deus. Itidem vt Dauid inquit: Fortes dei a terra admo-
dum subleuati sunt, Et iterum: Pulli vulturis ad alta volāt
Psal. x. Consimilem ad modum vates Habacuc, dubius animi, & in
iam commemoratis hæsitans veluti ex persona talia inquirentium, allaturus horum di E
lutionem, non ex humanis argumentis, cæterum veluti a deo eam sese prolaturum
ait. Propterea etiam dicit: Super prophetiæ meæ excubias stabo, & spiritualis contem
plationis, intellectum meum & mentem a mundanis curis impermixtam custodiens &
incontaminatam: Sistamque me super petram solidam & inconcussam, altum videlicet
ad deum recursum, supra quem & Mosen deus collocauit. Vt enim excubitores ex-
celsum quempiam locum scandētes ita speculantur, non dissimiliter & ego speculabor
quid loquatur in me deus de iis rebus ob quas propter Babylonios dubitauit qui fiat
quod non pœnam luant ob commissa sua, vt possim scire quid respondeam volentibus
me super hisce interrogare, ac discere diuinæ administrationis consilium, redargutionē
enim hic interrogationem nominat. Obserua hic quomodo non dixerit quid loquatur
extra me, sed quid loquatur in me, vt indicet deum non forinsecus verba facere ipsi, vt
neque aliis prophetis, sed intrinsecus mente eius contacta. Sic dicitur loqui deus in Pro
phetis. Humanus sermo ab extra primum aures circunstrepens, dein ad mentem per-
uenit, diuinum vero colloquium intus fit, mentisque auriculas ferit attingitque. Per
petram ipsam fidem intelliges. Quid enim credit deum nihil in omnibus suis operi-
bus citra causam perficere, ille solus inconcussus persistit, non turbatus ab inæqualita-
te euentuum.

*Et respondit mihi dominus & dixit: Scribe uisionem aperte in buxum, ut persequatur legēs
ipsam. Nam uisio ad tempus usque suum durabit & perficietur tandem, & non erit uana.*
Imperat dominus Prophetæ scribere visionem, hoc est reuelationem quam reuelauit ei F
super iis quibus deambigebat. Quę vero sit reuelatio, paulum modo progressus dicet.
Interim vero literis mandare hanc visionē præcipit neque id obscure iuxta propheticā
& opacam plane rationē, sed enim perspicue, vt plana sit & clara. Nec in chartam scri-
bere iubet, verum in buxum, hoc est, in tabellam ex buxo, vt sic eo permanentior scri-
ptura: vt nedum hodie spiritum ducentes in hac terra eam legant, sed & in posterum
legens persequatur, hoc est, inquirat finem reuelationis, quo sint complenda hæc. Vi-
sio enim illa iam non perficitur, sed indiga est temporis. Tu vero caue hæsites, etiam
si eam nunc nō euenire cernas. Eueniet enim omnino tandem, & non erit vacua, neque
vana maxime deo eam reuelante, qui est ipse verus & plenus. Qui ergo mendacium &
vacuum seu vanum hic locum habere queat?

*Si moram nexuerit, præstolare ipsum, quoniam ueniens ueniet, & haudquaquam æquo
tardior erit.* Hæc est reuelatio, quam mystice prophetæ reuelauit deus. eam ob rem
nominatim non demonstrauit quisnam ille sit quem expectari conueniat, etiamsi mo-
ram nexuerit, atque tardauerit. Dicat ergo quispiam quod ad deum hæc pertineant:
Quum enī conquereretur Habacuc quod nō statim post peccata etiam pœnas adducat
deus, neque Babylonios celeri supplicio afflixerit, eius dubii nunc dilutionem adiicit,
dicens quod veniet quidem omnino deus, quem ceu lentum accusauerat, veruntamen
suo tēpore: quare si morā trahat, tardiorque plus æquo videatur, sustine, expecta. Quo

rundam est opinio, quod hęc de Cyro dicat aduersus Babylonem venturo. Nam ille ve
A niet, & Babylonem viribus suis exuet, iniuriamque perpessos vindicabit, liberabit, ve
rum non tam nunc. Quomodo vero quum dixisset, si moram nexuerit, subintulit mox.
non tardabit? Proinde moram nexuerit, ad pusillanimitatem: non tardabit vero, ad pa
tientiam refert. Ac si dicat: Si ex pusillanimitate sua videtur tibi lētior esse, patiens esto
expecta. siquidem patientia tibi persuadebit ne causeris quod tardus fuerit. Vere.n. vt
pusillanimitas nostra veluti intolerabilia & plane difficilia videtur efficere, quæ tamē
& tolerabilia & facilia sunt: sic & quæ celeria sunt lenta nobis facit. E diuerso magnani-
mitas difficilia factu, facilia: & tarda, velocia reddit.

Si trepidauerit, non oblectatur anima mea in ipso. Iustus autem meus ex fide uiuet. Supra
dixit, scribe visionem, vt legens eam persequatur, hoc est, inquirat quid sibi velit ea
visio, tanquam sperans hoc euenturum. nunc ait, quod si trepidauerit ille lector, hoc
est, in diuersa raptus hæsitauerit, & non adhibuerit fidem, non placebit mihi neque ani
ma mea sese ipso oblectabit, non quiescet super ipso. Quemadmodum autem dormire
dicitur deus & vigilare, & manus habere & pedes humano more, sic & anima iam illi
tribuitur. Est igitur anima verbi dei, quod ad nos in terram descendit, & caro factum
est. Super incredulo ergo & formidante vt nominet ipsum filium dei, verumque deum
non capiet voluptatem. Qui vero trepidationis exors est, citra hęsitationem ipsum cō
fitens, iustus fact9 ex fide, habet vitam, siue futuram, siue illam ipsam iustitiam. Ex ope
B ribus enim legis nulla iustificatur caro. lex enim iram operatur, si quis eam trāsgressus
fuerit, & interimit præuaricantes. fides autem per gratiam soluens delicta, iustificat.
Eam ob rem etiam dictum est, vt quædam exemplaria habent. Iustus autem meus, hoc
est per gratiam meam iustus factus. Buxus vel tabella buxea, est omnis anima fortis,
robusta, & leuigata, polita ve, hoc est mansueta, nihil habens asperitatis, nihil ruditatis,
propheticas de Christo reuelationes in sese recipiens, ac firmiter custodiens promissio-
nes, cum de priore eius aduentu, tū de posteriore. Quare dum videt iustitiā lāguētem,
& iniustitiam valentem ac robustam, ægro ipsi huc animo fert, at interim expectat occa
sionem, hoc est cōmodum & opportunum tempus exacti iudicij, ac compensationem
persolutionemque operum quæ quisque per sese in hac vita gessit: Ac iustus quū sit, Psal.
a iustitia non desistit, cæterū præsentem vitā prouehit ex fide in futura bona, imper- xxxvi.
mutabilis perseuerans: & in Christo viuens, iusti iudicij dei spebus exhilaratur. Talis
erat qui dixit: Vidi impiū valde exaltatum & subleuatum, & præterij, & ecce non ade-
rat. Sequitē in hac vita ad finem fortasse felicem rerū cursum obtinet. Idem propheta
cum hoc loco consonat, dum ait: Nequiter agentes & scelerate, subito seu fœnū exaresf Rom.xiij
cent. Præterea in futuro seculo conuenientem pœnā luet, & non erit, qui sic exciderit Roma.iiij
ab eo qui vere est. Iuxta Paulum enī in deo sumus. Sic & alio in loco ait de deo: Qui
vocat ea quæ nō sunt: tanquam sint: hoc est, eos qui extra ipsum sunt, & propterea nō
existentes, faciens in ipsis vt ipsius sint, & eam ob rem sint.

A fastu inflatus, contemptor & ostentator, nihil plane perficiet. Quum prædixis-
C set venturum eum qui tristia ac dura solueret, liberaretque contritos ab omni calami
tate, meminit post hac Babylonij Nabuchodonosor, inquiens quod fastus & arrogātiæ
spiritu refertus, contemnensque dei, nihil perficiet, hoc est, non ad finem vsque felicita-
tem inconcussam assequetur, etiamsi principio inflatus fuerit id quod & ab Daniele di
scimus. Etenim priusquam Cyrus armaret copias suas, excidit e regno væsania corre-
ptus, ac veluti malo spiritu agitatus rus cucumbat deserta, foris demorans, aeris varie
tati expositus, & omni ope destitutus, vt adeo corporis etiam sui formam, ferina fero-
ce & effera quadam specie alterāret. Habes igitur dilutionum eorum in quibus dubita
sti, præcipue vero qui de diuinæ prouidentiæ ratione hæsitasti. Ecce enim vidisti finem
impij, hæc & hæc facientis.

*Qui ampliauit tanquam infernus animam suam, & ipse ueluti mors, quæ non impleri
potest. Congregabit ad sese omneis gentes, & accipiet ad seipsum omnes populos.* Quod
supra dixit Propheta, quod cōsummationem hamo attraxit, & quod penitus occidere
gentes non parcet, veluti sigillo nunc obfirmat deus, malitiam & vere Nabuchodono-
sor, & eius qui mente concipitur, hoc est spiritualis, magis ac magis exhibens. Nam
propheta sagenæ, reti, & hamo, mores eius & potentiam comparauit, at Deus
illum nullatenus saturari ait, vt qui instar inferi Plutonis animas accipiat, & non
impleatur, quique mortis in mortem corpora suscipiat, & non exatietur: omneis præ

terea mortales sibiĳ subĳciat, suique iuris faciat, nec sibi a sua cupiditate tamen tem-
peret. Proprie autem turgidus ille fastu & contemptu, patet est superbiæ: qui etsi hu- D
manam naturam occiderit per peccatum per Adam perpetratum, ac dilatauerit seu late
aperuerit animam suam, non tantum contra peccatores procedens verumetiam contra
iustos adeoque infantes (regnauit enim mors super eos qui non peccauerant) tamen in
Roma.v. finem vsque non perducet. Christus enim pro nobis impeccabiles & sine peccato appa-
ruit, ac dissoluit peccatum in nos per Adam transfusum. Propterea & iniuste mortu-
us, & excitatus ex mortuis, eo quod non erat possibile teneri a morte principē vitę,
simul etiam nos excitauit, & sedere fecit in supercœlestibus. Et ille quidem per idolorū
cultum, & alia praua opera cunctos sibi subiecit: Christus vero mundauit nos ab operi-
bus mortuis, vt seruiremus deo viuenti & vero.

Nonne hi omnes de ipso similitudinem sument, & propositionem quam ei denarrēt. Prudē-
tes, inquit, similitudinem edent, hoc est, oden vel canticum: & problema, id est sermo-
nem popularem, qui omnibus passim sit in ore, vt pro omni alia narratione de ipso ver
ba faciant Vel parabolam dicens, hoc significat, quod quoties mentionem sint facturi
alicuius ceu infortunati, hanc sibi sumant similitudinem, dicentes: Aeque infortunio
succubuit, atque Babylonius.

*Ac dicēt, Væ qui multiplicat sibi quæ sua non sint. Quousque? & solide ponderosum reddens
colli sui ornamentum.* Hæc, inquit, canent lamentantes Babylonium: Væ qui ni-
hil se decentibus manum inĳcit, & colli sui ornamentum, siue onus imperĳ sui, graui- E
us constituit subditis suis, quod grauia tributa & vectigalia imponat. In medio au-
tem exclamauit luctu: Quousque? inexplebilem eius & insatiabilem cupiditatem eius
demonstrans, vt quę finem non nouerit, quæ tamen non diu duratura sit, sed enim pro
pediem cessatura, quātum nunquam antea. Graue autem & onerosum reddidit collare
suum, eo quod grauius sibi supplicium ex deo ipse parauit: quandoquidem in malitia
semper sua perrexit. Porro calumnians spiritus, etiam quæ sua non sunt colligit, nimi-
rum homines dei existentes, ab eo nihil differentes, nimirum ad imaginē eius creatos, si-
bi mancipans, quos tamen deus virtute Euangelĳ Christi liberat. Vnde & grauius sibi
collare, hoc est maiorem pœnam quidem apparat, qui ne in aduentu quidem Christi a
malitia destitit. Atqui consideras hic commodissimam potentiam.

*Quoniam repente exurgent mordentes ipsum & expergiscentur insidiatores tui, erisque
in direptionem ipsis.* Iam antea dixit, Quousque? veluti ægreferens & commo-
tus: pro eo quod est, quandiu hoc facies? Deinde veluti interroganti cuidam, quomo-
do hoc intelligis? Quoniam, inquit, inuitus ab iniuria & iniustitia desistet. Nā veluti
e somno exurgent subito, & ex improuiso lancinantes seu mordentes ipsum ceu denti-
bus, belli nimirum insultibus, exedentesque vires eius bellicas & absumentes, nempe
sub Cyro Persæ Medi & Elamitæ: ac veluti ex ebrietate, ac alta in soporem delatione
expergefacti, sobriam mentem, & liberam ratiocinationem recipientes, non porro fe-
rent tantam tuam degrauationem, verum omnibus modis insidiabuntur tibi, diripi-
entque regnum tuum. Insurrexerunt etiam aduersus Satanam apostoli & martyres: F
qui docentes & confitentes ore Christum, mordebant corpus eius, siue eos qui quæ Sa-
tanæ sunt sapiunt. Vt enim corpus Christi sunt fideles, sic corpus diaboli sunt infide-
les. Et qui antehac idololatræ fuerunt, insidiatores eius constituentur, abolituri ipsius
opera. Euigilarunt enim, & lignum viderunt, lignum inquam & aliam materiam, qua-
lis esset, quam antea ceu temulenti colebant. Porro qui a peccato deflectit, itidem exur-
git. iacens enim reflecti non posset: & confitens mordet diabolum ore suo, quo con-
fitetur. Et expergefactus ex alta in soporem delatione, qua detinebatur a voluptate,
insidiatur iam per ieiunium, corporis humi cubantis castigationem, precationem: diri-
piens ipsum, & alios ad salutem ducens & verbo & exemplari quod in sese exhibet.

*Quia deprædatus es gentes multas, deprædabuntur te omnes relicti populi, propter sangui-
nem hominum, & impietatem terræ & ciuitatis, & omnium inhabitantium ipsam.*
Multos, inquit, tu deprædatus, veruntamen a paucis extra tyrannidem tuam relictis
destrueris, quos neque sperabas tibi renisuros. Adeo diuinitus plaga tibi infligetur,
vt qui abs te contempti fuerint, te excellant, veluti deo prorsum illos confortante, in-
denteque robur. Patieris autem hæc propter victimas & cædem quam edidisti
hominum, & propter impietatem & flagitia quæ commisisti, omnem terram omnemq;
ciuitatem vastans, ac suis habitatoribus orbans. Proinde a Cyro hæc passus est Baby-

lonius,siue imperuim eius. A A sanctis vero satanas,qui spolians homines per seducentem voluptatem,per illos rursum spoliatus est, aque Christo ingresso in domum eius; siue In mundũ in quo habebat robur,diripienteque vasa eius,quibus vtebatur ad oẽm propriam efficatiam suam & operationem Spoliatus est etiam per apostolos, qui ex reliquijs electorum Israelitarum existentes, omnes satanæ subiectos liberabant.

Væ qui auide possidet facultate malas domui suæ, ut ponat in altitudinem nidum suum, ut contegatur manu malorum. Indignatur Babylonio tanquam auaro & circunscriptori. Dicere autem queas,quod & lugeat ipsum. etenim vere miser est,& luctu dignus; qui plura appetit. Proinde & ille auide expetebat facultates malas domui suæ:vel auarus auaritia mala domus suæ hoc est, propter imperium suum & regnum vt hoc eximium,altũ & prępotens constitueret,vt nullo tentari malo posset:vel vt domum suam regiam splendidam faceret,& auro pręclaram,vtque sublimem ipsam extrueret vt ita vndique tutus & insidiarum exors fieret. Dixit autem nidum ex metaphora auium nidos suos in alto collocantium,vt ne facile pulli earum intercipi queant per insidiaros. Subindicat iuxta mentis eius sublimitatẽ & elationem: Est etiam bona excellentia,seu plura habendi cupiditas,quando in virtute quispiam superior esse voluerit,& quãdo pauca huc impenderit,plura inde recipere cupiat.

Consuluisti in ignominiam domi tuæ. Altitudo,inquit,hæc quam adeptus es ex auaritia domui tuæ,regnoque tuo,ad maiorem ignominiam vertetur tibi. Quo enim pręclarior es,hoc in maiorem tibi contumeliã cedit,quia a tanto talique splendore excidas. B Hæc ad omneis quidem auaros dicta sunt, & circuenientes alios. Atque vtinam hæc audiant,& commoditatem ex eis capiant. Hęc etiam dicta sunt de spiritu desertore,qui deo maior esse gestit,ac humanam sibi subdidit naturam. Qui posuit quidem in altitudinem domum suam,& nidum,hoc est peccatum. in ipso enim quiescit. Nidum vero instar auis habere dicitur, propter principatum & potestatem quæ ei est in aere,ac propterea quod ostentationem,fastum,& ardua spiret. Atqui huiusmodi domui suę cõtumeliam decreuit & acquisiuit. Quando enim peccatum ad fastigium perduxit, ac ad summam malitiã peruenire persuasit, nimirum alios homines ad nullam non peccati speciem impellens. ac Israelitas vt complerent mensuram patrum suorum, & eorum qui & prophetas & Christum occiderãt,tum ignominia est affectus,& pudore suffusus

Consrcisti populos multos,& deliquit anima tua. Hoc est,consummasti, vel funditus cum summa pernicie perdidisti:quod supra dixit,consummationem in hamo extraxisti. Neque destitisti a peccando. verum hodie delinquit anima tua,ad maiorem plura habendi cupiditatem progrediens. Vel quod post confectionem populorum multorũ; superbia languisti, vt vel contra deum rabidus esses,id quod vere est animæ peccatum Præterea vani doctores circunueniunt circunuentione mala,auellentes a sana doctrina discipulos post sese, vt ædes suas & non dei(quas ecclesias vocant)altiores & præclariores reddant,eo quod turgida loquantur:quibus tamẽ sibi ignominiã struunt,ecclesia,quæ reuera est domus dei, fortiorem sese monstrante, quando & conficiunt tales C populos multos,ecclesię anathemati ipsos obnoxios constituentes,qui est finis & exitus omnis hæretici, nimirum separatio a deo;

Hanc ob causam lapis ex parietr clamabit, & cantharus ligneus uociferabitur. Consueuit scriptura inanimis & sensu vacantibus & ratione,vocem attribuere,nõ quod sonare verba queant,verum quod veluti per ipsas res tantum non clament. Hanc ad rationem Esaias ait: Erubesce Sidon,dixit mare. &,Cœli narrant. Et quod pręsenti loco magis est accommodum, Esaiæ.23 Dominus dixit Iudæis quum pueri eum commendarent: Amẽ Psal.18. dico vobis,si conticuerint illi,lapides clamaunt. Proinde ad Babylonium ait: Nedum Lucæ.19 sermonis participes,verum & inanimi lapides,& irrationalia;vt canthari,vociferabũtur aduersus tuam dementiam & insaniam, Et qui hoc fiat,dicemus Nabuchodonosor Iudęę domos & vrbes vastabat,diruebat incendebatque. necessario igitur lapides decidebant & ligna,scarabæos paruos (nam illi κάνθαροι vocantur) vel tineas habentia vel teredines,ex quibus & ædium & ciuitatum vetustas constabat. Hæc igitur suffosa, ignique succensa,propheta vociferatura dicit aduersus eius credulitatem. Animaduertẽdum quod pro voce cantharus,Symmachus connexionem lignorum posuerit. Fortasse igitur veteres;trabium complexũ culmina sustinentium, cantharos nominabant; quia sibi superpositum tectum ferrent, Ad hæc omnis lapis ex Iudaico tem-

interpretes pro ſpelæis nudationem reddiderunt, vt intueatur in nuditatem ipſorum
A Præterea diabolus hominibus qui proximi eius ſunt quantum attinet ad rationalem
naturam, propinauit permixtionem turbidam, conturbans mentem ipſorum, & per-
uertens atque cõmiſcens notitiam, quam eis a natura deus indidit, boni & honeſti:
inebriansque voluptatibus, vt corda ipſorum veluti ſpeluncæ iſtius latronis facta, eũ
pro ephoro & obſeruatore ſuo habeant, attendentem ſedulo & obſeruantem ne qua
ratione bona cogitatio vel ratiocinatio ingrediatur. At poſtquam aqua cognitionis
dei ſuper terram exuberauit, ac torrens deliciarum, nempe Chriſtus, prædo iſte abũde
ignominiarum retulit, ſatisque contumelia deturpatus eſt. Siquidem ex omni potẽtia
ſua excidit, vt nullus vſque idolorũ cultus remaneat, nec amplius iſte latro, ceu numẽ
malis feriat, perinde atque Eſaias ait: Ablegabit dominus ad honorem tuũ ignominiã
Hæreſiarchæ item potionem miſcent appropinquantibus ſibi diſcipulis, turbidam
nimirum inuerſionem, inuertentes genuinum ſcripturarum intellectum, vt in ſpelun
cas ſuas ſiue ſynagogas vel conuentus intueantur. Iam & corda ipſorum ſpelæa dici
queant, Euangelij Chriſti cognitionis lucẽ non accipientia, qui ſol eſt iuſticiæ, vt quæ
ſerpentibus & reptilibus refertã ſint, hoc eſt prauis & venenatis cogitationibus.

Et tu cor concutere, atque mouere. Cordi Babylonij hęc loquitur. Quoniã ãtea per te
multi cõſternati ſũt nũc igitur tu qui nũquã ſperaſti vt aliquo terrore tẽtareris vt vę a
felicitate tanta excideres, quam perpetuo inuiolabilẽ arbitrare, ac ꝓpterea induratus
B eras: nũc inquam corde concutiare, hoc eſt, intellige quod felicitas tibi tua exciderit, ac
ſenſum aliquẽ accipiens eorum quę aduerſum te euenẽrĩt, ab arrogantię ſtatu cõcutere
ac trepida tremore quodam, & mœrorem aſſumens, & animi in meliorem ſtatum per-
mutationem. Quod vero minime pauci in felicitate rerumque copia conſtituti, nul-
lo vnquam tempore ſeſe quaſſandos & commouendos exiſtiment, Dauid teſtimoniũ psal. ccix
profert, inquiens: Ego autem dixi in exuberantia mea, haudquaquã cõcutiar vllo vn-
quam tempore. Nec reputaui mecũ quod tu decorem meum & ſplendorem confor-
taſſes, ac ſtabilem hactenus eſſe feceris, non ꝙ ego dignus forem, cæterum quia tu vo-
lueris. Domine, inquit, iuxta voluntatem tuam præbuiſti ſplendori meo vires. Auer-
tiſti autem faciem tuam, & factus ſum conturbatus, Proinde hortatur Babylonium vt
turbationem perferat, ac felicem illum, qui dum a deo flagellatur, turbatur & concu-
titur a malitia: nec dicit, fortis ego ſum, iſta non curo.

Gyrum duxit ſuper te poculum dextræ domini. Eapropter, inquit, moneo te vt con
mouearis trepides, quod iuſta dei vindicta ſuper te venerit. hũc enim calicem diuinæ
dextræ nominat. Sæpe autem alias multis in locis pœna calix dicitur, aut poculum.
Iam qui biberit, & perſuſus temeto fuerit, cõcutitur. Quid vero eſt, gyrum duxit? hoc
eſt, circuntulit, vel circũlatum eſt a dextra, vt effugere illud nõ poſſis. Vel quod æque
atque cyathus in ſympoſio ad omnes compotores per circuitum tranſit. ſic diuina
ſeſe vltio gerat. Antea nanque alia regna pertranſit, puniens illa & inebrians dextra
illa calamitatibus: circulo autem perfecto, ad te vſque etiam tandem peruenit, vt te iã
ebibere oporteat hoc poculum, quod dextra tibi domini propinat. Nec fieri poteſt vt
C hic præterfugias. manum enim eius excelſam quis auerſabitur?

Et collecta eſt ignominia ad gloriam tuam. Quemadmodum quando felix eras,
vndiquaque gloria tibi cumulabatur, & a diuitijs, & a fortitudine & intellectu, & mul
titudine ſubditorum, ac id genus conſimilibus: ſic nunc ignominia colligetur tibi, a
paupertate, a metu, ab ignorantia, a defectione ſubditorum, ac talibus omnino ſim-
pliciter. A quibꝰ enim celebris & magni æſtimatus eſt, ab ijs nũc dehoneſtatur ab illis
deſtitutus. Quia vero dominus in corde terræ triduum apud inferos demoratus eſt,
ad hoc ipſum cor ait. Cõcutere & commouere: primum quidem motu facto, dum exha
laret animam, quando & monumenta ſunt aperta: deinde quod veluti totus inferni
principatus ſit concuſſus, ac æreæ contritæ portæ. aduenit enim captiuis prædicare
dimiſſionem. Affert igitur: Quoniam circundedit te poculum mortis, quod bibit de-
xtra domini, ipſe videlicet Chriſtus Ieſus. Quare quos dum tibi integræ vires ſtarent,
deuoraſti, rurſum expuiſti, & factus iuxta inglorius, per gloriam Chriſti, qua humanã
naturam retinuit conſeruauitque. Deſtructus eſt nanque extremus hoſtis, gloria mali
& iactatio malitiæ, iuxta illud: Quid gloriaris in malitia? Quando vero indigne tule- psalm. li.
rit malitię & vitio ſe obnoxium, collegeritq; ſeſe, tum ignominiã putat priorẽ gloriã.

Nam impietas Libani cooperiet te. Libanus mõs Phœnicæ ſyluoſus & odorus præ-

ciosis arboribus exuberans. Assimilat igitur scriptura monti huic vrbem Hierosoly- D
ma, ceu maximam, & eam quæ cunctis anteferatur, ac multa bona fragrantia; propter
sanctos homines refertã, perinde ac Dauid ait, Cedri Libani quas plantasti, illic passer
culi nidulabuntur. Quilibet enim sanctorum cedro similis est, eo quod in altum tolla-
pſalm. ciij tur, eoque suscipiat, qui ab eo instituí volunt, vtque fiat protectio. Quia ergo Hie-
rusalem incendit vna cum diuino templo Babylonius, impietas inquit, in Libano, quę
est Hierusalem, commissa, contegret te.

Et calamitas bestiarum perterrefaciet te. Bestias, Cyri copias & exercitus vocat, feri
num in morem sese gerentes, ac bestiarum instar sæuientes. Proinde afflictio calamitas
que quam Cyrus adducet tibi, trepidationem tibi inijciet, hoc est, humilem, timidum
& inaudacem reddet. Olim etiam recurra multa erat in Libano impietas, idola propter,
quorum illic vigebat cultus. Altiora enim montium iuga scandebant dæmonibus ad
dicti, vt illic facilius dæmonibus conuersarentur. Eius cultus causa diabolus coope-
tus est abysso, adeoque inferno traditus, ac quæ sub ipso sunt bestiæ & venenata, hoc
est mali spiritus, afflicti sunt, flagellati videlicet Christi nomine.

Propter sanguinem hominum, & impietatem terræ, & ciuitatis, omniumque in ipsa commorantium. Rursus iure vltionem adómino imminere oculis subijcit, quodque
haud citra rationem aut iniuste hæc patiatur, verum propter sanguines, inquit, & im-
pietates quas faciebat, omnẽ terrã & ciuitatem ciuibus & incolis exuẽs. Hæc etiã do- E
mini interemptoribus conueniunt, sanctorumque hominum, qui ignominia affecti
sunt, & calicem iræ dei biberunt, & ad ærumnam a bestis, Romanis nimirum milita-
ribus copijs redacti sunt, propter sanguinem cum prophetarum, cum domini, eiusque
disipulorum. Siquidem isti interemptores impij. fuerunt in Libanum, bene fragrantẽ
nimirum ecclesiam, quæ terra dei est & ciuitas.

Quid prodest sculptile ei qui sculpsit ipsum? Finxerunt sibi conflatum quippiam, nimirum apparentiam uanam. Confidit in fictili suo qui finxit illud, dum facit idola muta. Babylonij, Cyro aduersum illos belligerante, ad idola & pręstigia & incãta
tiones cõuersi sunt. eam ob rem deridet eorum propheta dementiam: quandoquidem
veri dei templum flammis tradiderant. Confidebant autem idolis, quę ipsos ab hoste
vindicare non poterant. Idolorum autem, quę ex metallica materie parata erant, quę-
dam sculpta fuere, quædam fusa & ducta, omnia tamen per conflationem ignis. Etsi
sculptilia peculiarem quandam formam haberent, cuncta tamen in sese plena & soli-
da extiterunt, nihil in sese vacui admittentia. Fictilia vero sunt commissa & connexa;
intrinsecus alia materie referta, vt pice, vel terra, vel luto. Fiebant & sculptilia lignea,
& lapidea, & consuta. Sunt & quæ pictorum manus coloribus informabant. Quum
igitur speciatim sculptilium & ductilium mentionem fecisset, generatim iuxta intulit,
vt faciat idola muta. Per dictionem enim facere, omnia comprehendit quomodo-
cunque & ex qualicunque materie facta. Fortasse autem finxit & fictile, hoc significat
veluti si dicamus: Fecit deus terram: & rursum: Aridam manus eius finxerunt. Est au
tem sententia huiusmodi: Fiduciam collocat qui finxit; in fictile suum: ac propterea; F
imagines faciunt, quo plures fecerint, hoc se maiorem commoditatem allaturos spe
rantes. Dicens phantasian, hoc est imaginem quæ apparet, apposuit vanam, eo quod & ve
ra sit apparitio: siue quando quæ visa sunt alicui, denuo prodeant & oriantur apud
ipsum qualia fuerint antea: vel quod scriptura apparitionem splendorem appellet etiam.
Quum igitur multi splendores subsistant, vt qui sint rerum existentium, ipse idolorũ
splendor nõ subsistit, vt qui sit rerum nõ existentium: propterea imaginem seu appari
tionem mendacem dixit.

Væ qui dicit ligno, Euigila & excitare, & lapidi, Exaltare, quum sit apparitio tantum. Luget eos propheta, qui in extremis calamitatibus non ad eum qui serua-
re queat, confugiunt, sed ad ligneas & lapideas imagines currunt, precanturque vt
veluti sopitæ expergefiant & exurgant aduersũ hostes. vires suas eximias & inuictas
demonstrantes. Obserua hic vt non dixerit ligneum vel lapideum idolum, verum sim
pliciter lignũ & lapidẽ, ad maiorem contumeliam. Quanquã enim speciem gerat ho-
minis, attamen lignum manet & lapis: species autem seu figura quam præ se fert, no-
ua est apparitio, vt pauloante commemorauit. Nec enim opus erat repetere

Hoc autem est ductile auri uel argenti. Obscurum videtur hoc. Quum enim dixisset
lapidem & lignum, subintulit, Hoc uero est ductile ex auro & argento. Proinde lapis

A & lignum, ductile est auri & argenti? Haud quaquam, sed enim hunc ad modum intellige. Aliæ quidem imagines sunt ligneę & lapideę hoc vero est ductile, pro aliud vero est ductile. seu idolum ductum ex auro & argento, vel fusum.

Et omnis spiritus non est in ipso. Pro nullus spiritus est in ipso, neque naturalis neque sensibilis, neque rationalis.

Dominus autem in templo sancto suo, metuat sibi a facie eius uniuersa terra. Imagines, inquit, mutæ sunt & ibecilles, neminem iuuare possunt: dominus autem veluti templum quoddā habet ipsum cœlum, & in illo commoratur, ceu sanctus in sancto. Demoratur. etiam in templo Hierusalem vrbis, quod qui in idola sua spem locat, incē dit, pro quo maleficio pœnam luet. Quod si in cœlis habitat, omnis terra vereatur faciem eius, hoc est, præsentiam eius, & considerationem nostrorum operum, & nemo sit contemptor dei neq; arroganter agat, ad ea quæ Babylonio contigerunt, defigens oculos. Templum domini etiam corpus est. quod e sancta virgine sibi ipse compaginauit, quod etiamnū templum immoratur. Omnes igitur terrena spirātes, metuāt sibi a facie ipsius secundi opinor aduentus, quando terribilius quam antehac, veniet visitare opera nostra, non in rectum transferre, non emandare.

Præcatio Habacuc Prophetæ cum cantico. CAPVT III

B D*Omine audiui auditum tuum, & conterritus sum, intellexi opera tua, & obstupui.* Transformans & figuris illustrans admirandus vates sermonis sui characterem, nempe interrogatione & responsione, ac quęrens quur non puniat deus contemptores: vbi didicit quod pœna non sit perpetuo defutura, neque semper differenda, enimuero Iudęos quidem per Babylonios, Babylonios vero castigandos esse per Persas: ad laudem cum cantico sermonem transfert, precans simul & celebrans & admirans dei iusticiam, inenarrabilesq; dei ordinationes. Orationis autē & precationis habitu interim futura etiam vaticinatur. Ait ergo: Audiens ego quę dixisti de transgressoribus in Hierusalem, q Babylonio tyranno tradentur, ac de illo ipso impio quod Persis dedetur perterrefactus sum, quod adeo peccatores ad interitum funditus tradas. Nihil eorum quę abs te fiūt domine, citra rationem fit. Obstupesco considerans iudicij tui iusticiam Poterunt etiam hęc de Christi mysterio dici. Postquam enim meminit Babyloniorū abolitionis, quā Cyrus efficiens Israelitas liberauit, deinceps ad generaliorem & secretiorem (quam dominus noster Iesus Christus nobis peperit) libertatem & liberationē recurrit, liberās nos a satanæ potestate. Tum ita vates ad patrē verba facit, Audiui pater, domine mi, te reuelantem mihi incarnationem vnigeniti filij tui, & perterritus sum & admiratus Quomodo terra capiet illud, quod nusquā capitur? Porro reputans

C apud me intimius & exactius opera tua quæ facturus es, corpus ipsi effingēdo ex virgine per spiritum sanctum, & signa, & id genus alia, quæ ipse per tuum nomē faciet, obstupui. Ad hæc, ad filium ita dicere queat: Quoniā audiui de te famam quādā supra enim dixit: Audiam omnino quid loquatur in me spiritus (& intellexi opera per quæ operaberis salutem humanæ naturæ, pręterea & crucē & mortem, & resurrectionem & assumptionem. Et obstupui plane, demiratusque sum, quomodo contraria conuenire possint, nempe corpus cum incorporeo, mors cum vita, cum morte resurrectio, quomodo corpus in cœlis collocabitur: hæc enim omnia prorsum plena sunt stuporis admirationisque.

In medio duarum uitarum cognosceris. Duæ vitæ sunt, & pręsens & futura; quarum medius ipse deus iustus iudex demonstratur, alios quidem hic puniens, vel etiā glorificans, alios vero meris supplicijs in futuro seculo venturis, vel quietudinibus etiam recondens atque destinans. Quidam hic non vitas; sed animalia per prophetam, dici intellexerunt, Cherubim videlicet gloriæ, quæ obumbrabant propitiatorium, alterum quidem a dextris, alterum a sinistris: e quorum medio diuina vox egressa, prīcipi sacerdotum dei voluntatem indicabat quādo in penetrale ingrederetur. Est autem & dominus Iesus assumpta humanitate propitiatorium nostrum factus, vt Apostolus testatur, tanquam animam suā pro nobis ponens, nosque deo patri reconciliās. Quia

vero deus sub Cherubin stipatus manet, ideo dicit: O domine, tu vere nostrum propitiatorium eris. Te enim præsignificabat in medio duorum Cherubin stãs legale illud propitiatorium. D Alij per duo animalia, Babylonios & Iudæos intellexerunt, quorum in medio iusticiam facere cognitus est. Nouimus & alias allusiones, a quibus ob saturitatem abstinebimus.

Dum appropinquauerint anni, agnosceris, cum aderit tempus, demonstraberis. Et omnibus demonstraberis, quod iustus sis & verax. Hæc de domino nostro Iesu Christo etiam dicit. Appropinquant anni consummationis, ac prædefinitum incarnationis tuę tempus iam adest: quod tum erat, quum vitia ad summum fastigiũ peruenissẽt & nihil intentatum satanas reliquisset. Verum quum omnes peccassent, & egerent gloria dei, & ne vnus quidem iustus relictus esset, tum agnosceris ac demonstraberis, qui nunc in umbris & figuris prædiceris.

Dum turbatur anima mea ira, misericordiam recordaberis. Humanæ naturæ personam induẽs propheta, Quum turbata, inquit, fuerit anima hominis per iram tuam castigari, tum misericordiam denuo recordaris, perinde ac Israelitarum Babylonis tra ditorum rursum es misertus. Humana natura turbationem etiam passa est, dum ob prę uaricationem mandati & inobedientiã ei succenseret deus, adeo vt mortalitati subn-
psalm. ciij ceretur, sicuti Dauides etiam ait: Auertẽte te faciem tuã turbabũtur, & in ipsum reuer tẽtur puluerem. Atqui rursum es misertus eius, & incorruptibilem in te & immortalẽ E
Ibidem. demonstrasti, quemadmodum idem rursus ait: Emittes spiritum tuũ, & creabuntur, & renouabis faciem terrę.

Deus a Theman ueniet, & sanctus a monte umbroso & aspero. Thæman alij quidem austrum, alij vero Africum interpretati sunt. Vaticinatur autem propheta quod ex Bethleem veniet Christus, quæ ad australem & Africam plagam respectu Hierosolymorum sita est. Montem vero opacum seu vmbrosum, ipsam eandem Hierusalem appellat. Asperum seu hirsutum ac incõsitũ ideo, quod velut diuinis donis & virtutib⁹ sanctorum in ipsa recubantium spirantiumque floreat; opacum vel vmbrosum, quod veluti nebula, ac iuxta diuina gratia super eam & in ea vmbram faciat, illã ceu vmbra circundet, ac tanquam in protectiõe cœli commoretur. Porro deipara virgo mons est etiã asper, ut in quam ferrum cogitationis sordidum virus habentis non ascenderit, neque humanæ manus vel operationis vt virginitatẽ eius resecet. Opacus & vmbrosus mõs illa ipsa etiam vocatur, quod spiritus sanctus descenderit super ipsam, & virtus altissimi eam obumbrauerit.

Diapsalma. Diapsalma vox est, quam Græci interpretes reddiderunt pro Hebræa dictione Sela. Significat autem, vt peritioribus Hebræis placet, quandam peculiarem obseruationem eius rei quę illic per spiritum propheticum dicitur, quasi dicat: Res nõ est parua, quare intus eam sensibus reponite. Et quia hęc est prophetia de incarnatione filij dei, pulchre apponitur Sela, græce diapsalma.

Operuit cœlos uirtus eius, & laudis eius plena est terra. Et si factus est homo vnigenitus dei filius, & per hoc angelis minor visus & inferior, attamen virtus eius, hoc est, F gloria & maiestas, supra cœlos est, hoc est supra angelos, qui in cœlis sunt. Ad quem enim horum dixit: Filius meus es tu, sede a dextris meis? Vel quod splendidior ipso cœlesti est lumine. Præterea vniuersa terra tum vberius agnouit eum dominum & he rum, quando est incarnatus, euehitque ipsum præconijs ceu vnigenitum, & eiusdẽ cũ patre essentiæ filium. Deinde quando cum carne supra nubes conscendit, operuit cœlos obtexitque, tumque ipsum vberius terra deum cognouit.

Et splendor eius tanquam lumen erit. Splendor, inquit, quẽ demonstrabit nobis Christus (cognitionem dei & vitam deo placentem intelligens) ceu lumen erit, hoc est, non obscurum, neque imbecillum, vt Mosaicum, illud enim vmbram habebat, sed merum lumen & immixtum. Propterea & propheta dixit, Illuminare Hierusalem, venit enim
Esaiæ. vi lumen tuum. &, Populus sedens in tenebris, vidit lumen magnum. Præterea carnis ipsius fulgor, tanquam diuinitatis lumen erit in monte Thabor: siquidem in carne deitas effulgebit.

Cornua in manibus ipsius, & posuit dilectionem fortem roboris sui. Non solum, inquit, lumine doctrinæ visus, veritatem demonstrauit, & vita sua & institutione, verumetiã plurimas vires, admiranda multa faciens, exhibuit. Cornu autẽ omnino, potentia multis in locis dicitur. Cornua enim animantibus sunt armorum & scuti vice. Tandem pro

A nobis etiam mortem obijt, quod maximæ eius potentię signum est: quoniam per mortem, mortem aboleuit. Vtraque hæc fecit, vt suam erga nos dilectionem & fortem & magnum ostenderet. Maiorem enim hac dilectionem nemo habuit, quam vt animam suam impendat pro amicis suis. Quia vero cornua & de rege accipiuntur, vt eo in loco: Exaltabit cornu Christi siue vncti sui: ac de fastu, vt quum ait scriptura: Ne leuate in altum cornu vestrum: adseuerant quidam vatem hic dicere, quod regna dæmonum & superbiæ in manibus eius sint, hoc est, in potestate eius, perinde ac in eo loco manus pro potestate accipitur, vbi scriptura inquit: In manibus tuis sortes meę: pro eo quod est, in potestate tua. Quoniam autem dæmones subuertit & subiugauit iam tũ quum diceret: Iudicium est mundi, nunc princeps mundi ejicietur foras: impendens animam suam pro nobis, fortem suam erga nos dilectionem monstrauit. Porro dilectio ipsa non imbecillitatis, sed roboris erat. Non enim ceu imbecillis passus est, sed voluntarius, qui in crucem etiam sublatus, propriam ostendit potentiam, solem obscurans, terram concutiens, monumenta aperiens.

Ante faciem eius proficiscetur sermo. Non carebit, inquit, testibus, verum stabilẽ testem habebit propheticum sermonem. Ante enim incarnatam eius dispensationem propheticus ipsum sermo prædicabat. Iohannis item prædicatio dum inquit: Veniet fortior me post me. Dein quũ natus esset, venerunt magi, & multa de eo fama vulgata est. Posthac exijt nomen eius in vniuersam Syriam. Tum ad omnes domino subdi-
B tos sermo progreditur, & nihil est absque sermone & verbo dei. Quia vero & facies domini terribilis eius præsentia dicitur, vt ille: Facies domini super facientes mala: intelliges & considerabis, quod antea testificatur nobis, & prius quænam sint agenda subindicat, deinde præsto est cuilibet, iuxta laborem persoluens. Nisi enim venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent.

Et egreditur pedibus suis ad institutionem. Postquam præmisit verbum ad eruditionem & institutionem hominum, ipse tandem etiam venit, pedibus prophetici sermonis. Vel quod erudiat & castiget tandem nos, qui ijs quæ per verbum suum nobis antea prędixit, & testificatus est, non obtemperauimus. Alij sic legerunt: Egredientur in campos pedes ipsorum, voculam πεδία per ε tenue scribentes & ι, intelligentes omnia esse peruia tanda incarnato deo, veluti arua tam supina, quã ea per quæ equi aguntur, & campos, nihilque ipsi impossibile esse. Poterunt autem & humiles corde, arua intelligi, qui ex cœlis semen accipientes, fructum ferunt ad centum, sexaginta, & triginta, de quibus Dauid ait: Arua tua implebuntur pinguedine, & valles abundabũt frumento. Deinde ostendens quod de rationis consortibus campis & vallibus verba faciat, ait: Vociferabuntur & laudabunt.

πεδία Campi, παιδεία, Institutio Eruditio; psal. lxiiij

Stetit, & mota est tellus, aspexit, & liquefactæ sunt gentes; confracti sunt montes vi; liquati sunt colles perpetui, profectiones eius perpetuas pro defatigationibus viderunt. Omnipotentiam dei ostendit, vt quæ nemini sufferanda sit. Simul enim stetit & concussa est terra: intuetur, & simul liquefiunt ceræ instar omnes gentes, & montes
C franguntur a vi potentię eius: & colles æterni, hoc est, iam inde ab initio prædicati ob altitudinem & magnitudinem suam: & profectiones eius & vias quas ab ęterno facit, vndecunque in hostes suos motus, videntes, tolerabiles viderunt, cęterum plane laboriosas & afflictionis plenas, adeo terribiles erant. Considerabis etiam, quod steterit in cruce, & mota quidem sit terra, montes autem veluti petrę confracti sunt: liquefactę sunt autem gentes aut copiæ dæmonum, & colles idololatriam accipientes dissoluti sunt. Has profectiones eius & motus & operationes, quas ab ęterno prædefiniuit propter labores quos, in cruce sustinuit, factas, viderunt crucifigentes ipsum. Laborauit enim vere, & defatigatus est pro nobis cruci adfixus, & languit propter iniquitates nostras. Sed & terra, siue terram inhabitans natura hominũ stetit in eodẽ, & cõcussa est. A magnitudine quidẽ passionũ cõcussa prius, stetit veluti in posterũ nõ cõcutiẽda. Cõmota est autẽ veluti trãslata e statu vitiositatis, & infractę quidẽ sũt oppositę vires dutæ & superbæ. liquefacti sũt aũt colles, hoc est primorũ pricipũ & scribarũ & pharisęorũ dignitates a seculo celebratæ, quod profectiones domini, quas faciebat in Iudęa, ęternas & perpetuas existẽtes: hoc est ad seculi vsque cõsũmationẽ memorãdas: vel mãdata quæ dabat ęterna existẽtia, & indissolubilia (profectionis enĩ seu itinera mãdata sũt, iuxta illud, Viam mandatorum tuorum cucurri) pro labore inspexerunt, hoc est, onerosa omnino & intolerabilia existimarũt, quum tamen ille dixerit: Tollite iugum meum super vos,

iugum enim meũ commodum est,& onus meũ leue. Et agite adeste,& ego refocillabo D
vos defatigatos ac depressos duris legis sermonibus,cuius iugum neque patres eorum baiulare potuerunt.

Tentoria Aethiopum terrebuntur, & attegia terræ Madiam. Post salutares afflictiones,tentoria Aethiopum,non eorum qui re vera Aethiopes,sed qui mente concipiuntur,caliginosam deliberationem habentium: mortalium dico animæ, in quibus tenebrarum tentoriis morabantur, perterrefactæ sunt,& submissæ sunt verbo euangelii:& attegiæ terræ Madiam, amantes videlicet fornicationis & voluptatis affectus. Israel enim Madianiticis puellis fornicatus est, quando fremit Phinees: & placatus est dominus, & cessauit quassatio. Porro Madianæus valet,si interpreteris,condemnatum. Pulchre autem tentoria & attegias dixit, nam animæ mortalium temporaria dæmonum habitacula fuere. Præterea voluptatis effectus & operationes facile dissoluuntur & transeunt, vti tentoria. Insuper apostoli etiam vere Aethiopiam viderunt,& Madianiticam regionem visitarunt, diuinum anunciantes verbum.

Numquid in fluminibus irasceris,uel in amnibus indignatio tua,uel in mari profectio tua Quoniam ascendes super equos tuos, & equitatus tuus salutem adfert. Intendens intendes arcum tuum super sceptra. Postquam supra dixisset,quod in cruce stans; montes conterit,& gentes liquefacit,nunc ait quod non hominibus succensens hæc facias domine,neque vt perniciem ipsis adducas,& funditus perdas. siquidem amnes & mare,mortalium congregationes & varias gentes appellauit. Quin potius communi saluti prospiciens,has passiones seu afflictiones demonstrauit. Etenim appostolis quasi quibusdam equis vectus,per vniuersam terram equitabis,non vt punias,sed vt serues Non enim venisti vt iudices mundum,sed vt mundus seruetur per te. Atqui credentibus equitatio tua cedet in salutem. Quod vero ait: Arcum tuũ fortiter & indubitanter intendes,ad tribus Israeliticas,quæ non crediderunt, pertinet. eas enim sceptra nominauit. Quod vero equi portantes Christum sint apostoli, perspicuum fit ex eo quod
Actu.ix. Paulus ipse a deo audiuerit dicente: Quoniam vas electionis mihi est, vt ferat nomen meum coram gentibus & regibus,& filiis Israel. Illud vero, Intendens intendes arcum
psal.xliiij tuum,non est dissimile his quæ Dauid habet, Intende,inquit,& prosperum successum nanciscere. &, Sagittæ tuæ acutæ in corde inimicorum regis. Quidam, Nonne in fluminibus irasceris? sic intellexerunt: Scopus,inquiunt,prophetæ est,ostendere quæ in nouo testamento contigerint, quę sunt longe diuiniora & magnificentiora iis quæ in veteri sunt gesta. Propterea etiam ait,non vt in veteri testamento, Amneis in sanguinẽ cõuertisti,aut mare exiccasti,vt liberares populum tuum ab sensibilibus inimicis tuis sic nunc facies,sed conscendes super equos ipsos nimirum apostolos,vt sceptra dęmonum destruas atque comminuas.

Fluminibus rumpetur terra. Quemadmodum coloni in fossas & subterraneos meatus,& euripos,diuidunt aquas, irrigationem terræ ita instituentes, sic tu, inquit, domine, terram præparabis ad susceptionem intellectualium fluuiorum, qui sunt apostoli, vt sit quod dicitur: Propter flumina scindetur terra. Sunt qui iuxta rerum, terram fluuiorum ipsam Mesopotamiam acceperint, mediam inter duo ingentia flumina, Euphratem & Tigretem, Mystice ipsum peccatum est,quod medium est inter vdam & remissam vitam. Mesopotamia itaque rumpetur, hoc est, deicietur,cadet,ceu murus existens Babyloniorum roboris. Peccatum quoque rumpetur, scindetur que ense,quẽ venit dominus iacere super terrã. Fluuiorum tellus, ipsa etiã est Hierusalem,quæ multos iã tum sctõs continebat,quos amnes nominauit, Vt enim verum existens lumen, dominus ipse, per participationem apostolos fecit, lumen mundi, sic & sctí dicuntur,
Iohan. v. pariter flumina. Proinde ait,quod terra iã olim fluuios habens quibus irrigetur, nũc rũpetur,ac veluti sitibũda satiscet, vt quæ non susceperit propheticum sermonem, neque crediderit Christo Nã si credidissetis,inquit, Mosi,credidissetis etiã mihi,

Videbunt te, & veluti in partu mærebunt populi. Hoc duplicem intellectum habet. Aut enim hoc accipies,quod qui crediderunt populi, videbunt tuum lumen, & velut in partu dolebunt,hoc est cupiditatem & desiderium vehemens habebunt,vt videant regnum tuum,& parturient tuum timorem,vt spiritum salutis pariant. Vel quod infideles populi intuebuntur gloriam tui præconij,& mœrore,necnon labore conficientur præ inuidia,quales fuerunt qui dixere: En mundus sequitur eum.

Spargens aquas itineris. Aquæ itineris sunt spũalis & euangelici verbi gratiæ. Nã

aqua profectionis,qua ad nos vsq; vnigenit⁹ dei filius perrexit, spiritus est,quē dedit credētibus in se;Postquā igitur varij sunt spūalis doctrinæ modi, vna aqua multę fiūt quæ dispergitur ac diuiditur cuilibet pro sua habitudine. Nam diuisionē esse donorū discimus, eundē autem spiritum, Deinde proficiscens in vicos & ciuitates dominus, aquā doctrinæ sparsit, illis profecto ad quos dicebat: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat Multi habent aquas sermonis,sed non sunt profectionis,sed status, spirantes virosum odorem & inuidiam. in se ipsis enim isti bonum habent, ipsum non in alios diffundentes,qui & assimilantur ei qui talentum defoderat. Porro qui bonum habet,& ī alios effundit,is aquas profectionis habet, & similis est ei qui nummularijs talētū suū locat,quiq; opulentiorem dominum suum facit. Iohan.vij

Abyssus dedit uocem suam in altitudine apparitionis suæ, Permāsit in assumpto tropo,sensumq; cōsecutionem obseruauit. flumina enim sacrosanctos apostolos appellās mare gentes nominat,incredulitatis amarulentiā retinētes. Perinde ergo vt fluuiorum in pelagus ingruentiū,exonerantiūve,ingens sonitus & strepitus editur, marinis fluctibus cohibētibus arcentibusq; influxū & influxū:hunc ad modū diuinis apostolis gentes circumeūtibus,salutareq; euāgelij Christi præconium afferentibus, turbæ aduersū ipsos mouebantur & seditiones ab infidelibus ipsis contradicentibus, extinguereque tentantibus istam promulgationem:quemadmodum Ephesi argentarius Demetrius fecit,Corinthi vero alij,& Hierosolymis Iudæi,quando & Romanis Paulum tradiderunt. Proinde abyssus turbationis gentium,dabat altitudinem apparitionis & eleuationis fluctuum eius, Quidam hic per abyssum, multitudinem credentium acceperunt,e fluminibus & aquis supra dictis consistentē. Ipsa igitur abyssus,& altitudo apparitionis eius,hoc est alti in ipsa,& diuitiarum & gloriæ & authoritatis aspectū habētes dederunt vocem confitentes dominum Iesum Christum ore suo.

Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo ad lumen. Sol iustitiæ in altum sublatus est in cruce,& nox facta est, in aqua luna ordinem suum obtinet vt luceat:siue q̄ domino crucifixo ex gētibus ecclesia refulsit,& stetit in ordine suo ad lumen, hoc est proxime lucens apparuit seruās ordinem proprij orbis. Sic centurio gentilis existens filium dei confessus est crucifixum,& qui cum ipso erant. Iam & dominus ipse dixit: Quando exaltatus fuero,omneis traham ad meipsum. Sin autem sol est euangelium, vide quando sublimatum est euangelium,& radij eius extensi sunt, tum & luna,hoc est lex stetit ad lumen. Tū enim apparuit spiritualis lex, quādo spiritus ipsam interpretatus est Sic & per allegoricum intellectum apparuerūt Agar & Sarra, Sic & illud Non colligabis os boui trituranti, de doctoribus ecclesię apparuit in lege scriptum & latum esse. Eum ad modum cordis circūcisio demonstrata est, non corporalis quidem particulę, Hanc sane ordinationē & antea quidē habebat lex cęterū occultabatur, ceu vmbra circa ipsam foret. Quādo vero venit, lumē mūdi, tū stetit & ipsa in ordine suo. Iohan.xij

Iacula tua proficiscentur ad splendorem fulguris armorum tuorum. Duos apostolos iacula vel sagittas appellat,quæ pfectę sunt veluti a forti quapiā & potēti manu, missę,vt figerentur in corde inimicorū regis,dęmonum videlicet, æque ac Dauid ait: Tanquā sagittæ in manu potētis,sic & filij excussorum. Excussi sūt quidē & proiecti a facie dei, ipsi iudęi. Horum filij sagittę fuerunt potentis Christi, qui est virtus dei. Illi porro ad splendorem fulguris verborum, hoc est armorum Christi pfecti sunt. Arma vero Christi sunt,quibus Paulus nos induit, dicens: Induimini armatura dei,quæ est thorax iustitiæ,& galea salutis,& gladius spirit⁹. Atque hæc arma sūt splēdida & coruscantia,lucet enim virtus in eo qui eam induit,etiamsi occultetur. Luceat nāque,inquit,lux vera coram hominibus. Apostoli igitur pfecti sunt,docentes omnes gentes, vt ostenderent omnibus splendorem corruscationis armorum horum. psal.cxxij Ephe.vi. Math.v.

Interminatione imminues terram, & in indignatione confringes gentes. Iudaicam, inquit,terram desolari & vastari facies per Romanos iāquā incolę eius in te impij fuerint: & confringes, hoc est humiliabis Israelitas, qui gentium erga te fæuitiā & impietatem imitati sunt. Vel operationes terrestris prudentiæ imminues per iacula apostolorum tuorum,& gentium prudentiā, consilia, humiliabis, dentes, subiugabisq;.

Exijsti ad salutem populi tui, ut seruares unctos tuos. Quum dixisset antea, quoniam imminues Iudaicam terram, rationem nunc eius reddit. Nā tu, inquit, exijsti ad salutem populi huius. Non enim venisti nisi ad pecudes quę interierant domus Israelis. Propterea & iesus vocatus es,& aduenisti huc,vt serues vnctos sāguine tuo & spi-

citu sancto tuo. At enim ipsi noluerũt: propterea eos minuisti, ac alium tibi populum D
vendicasti, qui & vncti sunt per baptisma in mortẽ tuã baptizati, vnctique oleo exul
tationis, spiritu nem pe sancto. Vel causam adducit quur terrestris prudentia diminu
atur. Propterea inquit, imminues terram: quod eam ob causam exieris, vt seruares.
Aliter enim seruare non licebat, ne terrenæ res primum imminutę essent.

Proiecisti in capita iniquorum mortem. Eos qui crediderunt, inquit, & vnctos, & parti
cipes factos seruasti In iniquorum vero Iudæorum capita, hoc est in principes & emi-
nentiores mortem iaculatus es, per Romanos qui eos perdiderunt.

Excitasti uincula usque ad collum in finem. Hoc est ligasti iniqua Iudæorum capita;
propriorum peccatorum catenis: non ita quidem, vt ex parte cincti essent, verũ vt per
totum corpus, & vsque ad ceruicem. Nam peccata ipsorum excitata contra ipsos, quã
do deus voluit ligarunt ipsos, adeo vt Romanis ipsos subijceres, vt ceruix eorum ela
ta humiliaretur, conficereturque. Hoc enim significat quod ait, ad finem: Sunt & cha-
ritatis vincula, quę credẽtibus inijciens dominus, ceruicem ipsorum proprio iugo sub
mittit. Excitauit & alia vincula Christus aduersus Iudam, quæ suæ ceruici circumpo-
nens ille, finem reperit per strangulationem.

Diapsalma. Amputasti in defectione capita potentium, concutientur in ipsa. Aperient frenos suos, tanquam mendicus clanculum comedens. Stuporem, inquit, & defectionem patiũ-
tur potentes Israelis, deficientes a recta prudentia, furentes & insanientes aduersum te: B
eam ob rem resecuisti eos a tua proprietate, a tuo iure, cum antea pars tua essent, Vel
psal. xvi. quod aliud alio disperseris, id quod Dauid ait: Dispartias eos in vita ipsorum. Non
immerito autem capita ipsorum intellectus capacia, resecta sunt a societate quæ illis
cum verbo fuit, quoniam pro verbo non sapuerunt, sed verbo potius restiterunt. Siue
quod re signa exhibente, ipsi obstupescent, ac an imo deficient, concussionemque faciẽt
conturbati, ac discindentur, alij quidem dicentes. Quoniam seducit turbam, alij autẽ.
Iohã. vij. Quoniam nũquam quisquã locutus est vt homo ille, Occulte quidem capita, ipsi prĩ
cipes obmurmurabunt tibi, aperientes labia & dentes quæ sunt frena oris, æque atq;
mendicus non audens propalam accipere cibum, velato eum ore intus comminuit. Ti
mebant enim vulgus, Iesu Christo beneuolum atque fauens propter miracula. Quin e-
tiam apostoli antea non audentes loqui, verum conclusi in cœnaculo superiore, clancu
lum edentes credentium ipsis salutem, tanquam equi aperientes frenos oris, hoc est hu
manos timores abijcientes, cum fiducia & libertate prædicabunt verbum. Forsan & ad
deum propheta inquit Quoniam in defectione quadam & succensente affectu constitu
tus domine discidisti eos. Reuera enim ita eos discidit, si modo punit deus. Atqui ip-
si nosipsos punimus, cui rei testimonium dicit, qui ait, Deus mortem non fecit. & rur-
sum alius. Tentat autem deus neminem. Quilibet autem tẽtatur a propria cupiditate.
Sapien. i. *Ac duxisti in mare equos tuos, turbantes aquas multas.* Seruauit rursus sermo suum
Iacobi. i. in mutatione schema. Frena enim recordatus, nunc equos ipsos apostolos vocat, quos
in huius vitæ mare dominus perduxit: qui gentes aquas existentes, propter vdã & dis
solutã vitã suã turbãt, dũ docent futurũ esse iudiciũ, operũque in præsente vita transa F
ctorum reddendam persolutionem. Hoc modo Paulus Athenienses turbauit, quum di
ceret, Tempora ignorantię posthabens deus, iamnũc omnibus adnunciat, in melius per
Act. xvij mutare animi sententiã, ac resipiscere. Nam statuit diem in qua iudicaturus est terrarũ
orbẽ. Turbabant etiam alio modo apostoli, quando propter prædicatum verbũ, ipsos
inter sese mutuo dissidere sanguine iunctos faciebant, Quod & dominus affirmauit.
Non veni mittere pacem, sed gladium. Multæ vero aquę sunt gentes, respectu Israelis
Luc. xvij. qui vnius veluti gentis instar habet. In principio sane dominus dixit. In viam gentiũ,
Matth. x. ne abieritis, at vbi eleuatus est in cruce, & resurrexit. Docete inquit, omnes gentes.
Ib. xxviij *Obseruaui, & conterritum est cor meum a uoce precationis labiorum meorum; & ingressus est tremor in ossa mea, & subter me turbata est habitudo mea. Quiescam in die tribulationis meæ, dum ascendero ego ad locum peregrinationis meæ.* Custodiam vocant prophetę
mentis suæ obseruationem & attentionem, quam faciũt dũ spũs eis insonat futurorum
cognitionem, æque atque supra dixit. Super custodiã meã stabo. Ait ergo. Quia velu-
ti custodiui mentem meam a terrenis curis, ĩ te mentem meam figẽs, reuelasti mihi quę
nam sint passuri qui ex Israel non crediderunt, ac ẽam ob rem concidit cor meũ, etenim
ceu compatiens tristor ob contribules & fratres meos. Vel, quia quę reuelasti orãti mi
hi, custodiui, hoc est cõsideraui & seruaui apud meipsũ, quę ẽt posthac prolocut⁹ sum

otans,ac ideo conterritum est cor meum,tremorque apprehendit ossa mea,& subter &
A ex profundo turbata est tota habitudo & constitutio animæ meæ. Deinde mox spiritu imbutus ait. Quoniam non videbo hæc quæ Israelitis contingent. Tum enim quando institerit dies affuturæ calamitatis, quæ est mihi dies tribulationis, quiescam, hoc est vltimum vitæ diem claudam,mors enim homini est requies & cessatio. Et ascendam in supernam vrbem, vbi est populus sanctorum, vitam hanc peregrinationem esse existimans,quod & ipse ego consimiliter puto. Sic & Dauid ait: Aduena ego sum & peregrinus, itidem vt omnes patres mei: patriarchas omnino clanculum & obscure significans aliosque qui eos consecuti sunt sanctos. Quædam hic exemplaria habent, Ad templũ peregrinationis meæ. Tum sic intelliges: Ascendam in templum cœleste a peregrinatione mea hac, desideransque resolutionem ex mortali corpore, dicit, Requiescam. Quum enim præcognouisset quę generi suo & genti euentura essent, animo conturbato dixit: Tum ego requiescam ab afflictione, si dissoluar a peregrinatione hac.

Eo quod ficus nõ proferet fructum, nec erunt germina in vitibus, olea negabit opus suum: & arua non producent cibum. Afflictionis suæ causam exhibet, quam propter sit turbatus, dicẽs, Quoniam idcirco mœreo, quod ficus non porro proferet fructum, ipsa nimirum Hierusalem. Etenim vbi ad ipsam venisset Christus, nullum in ea fructum reperit, præter sola folia, externam videlicet demonstrationem & apparentiam ac simulationem pietatis. Quemadmodum & rursus in parabolis dixit: Ficum quispiam habe
B bat, quam ob sterilitatem execare voluit. Agricola vero pauxillum temporis ficui donari precatus est, vt vel fructum ferret, vel radicitus extirparetur. Sed neque vinea ipsa fructum protulit. Vinea vero est populus, vt Esaias ait: Vinea domini, inquit, exercituũ, domus Israel est, & domus Iuda plãtula dilecta. Oleam vero nominat Pharisęos & Sadducæos, qui iustitiæ quidem nomine conspicui & graues videri volebant, interim tamen eiusdem fructibus vacabant, & nudi ab ipsis erant. Quod vero olea pro imagine iusti assumatur, Dauid etiam testatur: Ego veluti olea fructifera, inquiens. Vniuersa pariter synagoga olea est, vt Hieremias ait: Oleam vmbrosam specie, vocauit dominus nomen tuum. Ipsa itaque opus suum mentita est, negauit, fraudauit. Instituti enim ac puerorum instar ducti ad Christum per legem & prophetas, non accesserunt eum propter hoc ipsum fracti sunt rami eius. & insiti sunt ad oleastrum pertinentes infideles antea gentes. Præterea arua non proferent cibum, seu fruges in alimóniam hoc est tenuiores & inferiores in populo, ad quos dicitur: Nouate vobisipsis noualia, nec seminate super spinas. Isti ergo adeo a ventorum turbine perierunt, nullum diuinum fructum operantes, vt ne quantum ad cibum sufficiat parare possint.

Defecerunt pecudes præ cibi penuria Simpliciores & minus astuti, siue vitijs vacantes probiores, ac digni vt a plura intelligentibus regantur, defecerũt, eo ꝙ nõ habeat cibum. Nec enim erat qui cibum eis apponeret, perinde ac propheta dixit: Adducam famem super terram non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbi domini.

C *Et boues non erunt apud præsepia.* Boues sunt legisdoctores, Leuitæ, sacerdotes, & sacerdotum principes. Nam & apostolus illud, non alligabis os boui trituranti, ad doctores retulit. Siquidem illi cognitionis cibum, obscuritatis literæ operimentis tectum dedignati sunt nudare, aliisque proponere, vt perspicuus fieret & commode intelligeretur. Accipiebant quidem & ipsi a populo oblationes, primitias dico & decimas, & quę e sacrificijs ad aras veluti ad præsepia afferebantur. neque igitur præsepia & aræ extitent, neque huiusmodi boues. Quia vero quædam exemplaria asscriptum hic habent, Ex sanatione ipsorum: intelliges ita; quod sanatio ipsorum fuerit Christus, quem simulac non susceperunt, ex Christo ipsis contigit vt deficerent, nam is tradidit eos funditus ad interitum. Sunt qui hũc locum sic acceperint, quod postquam propheta meminerit dissolutionis, in posterum de constitutione & conditione quæ illic sit, verba faciat vtpote vbi non sit opus iis quibus hic egemus, neque corruptibili fructu, neque animantibus.

Ego uero in domino exaltabo, letabor in deo seruatore meo. Contristatus sum inquit, propter cognatos meos, secundum carnem, talibus ac tantis malis tẽtandos. Attamen reputans ego mecum gloriam dei omnibus hominibus manifestandam letor & exulto, hoc est, exilio præ gaudio ἀγαλλιᾶν enim est idem quod σκιρτᾶν, id est saltare, quod est gaudij quædam intensio. Intellige autem quod veluti ex persona fide iu

stificatorum hæc oratio proficiscatur. Tantũ non enim talia dicit, quod quidã ex Israel
operibus expectantes iustificationem, sic repulsi sint: ego vero ethnicus non ex operi- D
Rom ix bus iustitiæ quæ feci, sed secundum ipsius misericordiam & per eius gratiam seruatus
in ipso exultabo. Simile est ei quod ab apostolo dicitur: Quoniam gentes ex fide iuene
runt iusticiam, Israel autẽ persequens legem iustitiæ non præuenit, propterea ꝙ nõ ex
Rom.xv. fide, sed veluti ex operibus legis, & iterum, Gentes pro misericordia glorificarunt deũ

Domine deus meus, Potentia mea. Imbecillia quidem est humana natura, inquit, sed
hanc sibi vnitam, potentem efficiet dominus deus. Sic & Paulus: Omnia possum ait
Phil.iiij. in eo qui me confortat Christo, Ac Dauid: Quoniam gloriatio potentię ipsorũ tu es.
Psal.xvi.

Et ordinabit pedes meos ad consummationem. Hoc est ad securitatem statuet pe-
des meos, vt stem ego solidus in fide, ac calcare queam & ambulare super serpentes
& scorpios. Consummationem enim alij interpretati sunt securitatem. Videtur autem
veluti de quodam cursore hæc dicere. Cursum, inquit curro. Deus igitur ordinabit pe
ij.Tim.iiij des meos vt cursum perficiam, veluti cum Paulo dicat: Cursum perfeci. Currunt multi
sed inordinate, quales sunt qui in stadio certant athletæ, non legitime tamen. Deus
igitur pedes nostros collocat, si quando eius leges non prætercurramus, neque docea
mus quippiam præter scripturas, neque virtutẽ etiam aggrediamur citra mãdata eius:
veluti faciunt qui nuptias execrantur, & creaturas dei bonas.

Ad alta perducit me, ut uincam in cantione eius. Terra, inquit, me superiorem facit,
ac sublimia me sapere docet, vt ceu ex editiore loco debellem hostes. Infra enim con- E
stitutus, & terræ adiacens, quomodo vincam spiritualia nequitię in cœlestibus? Victo
ria obtenta non immerito tum canam ei. Nec enim speciosa laus est in ore peccatoris.
Qui ego vicerit principatus & potestates, ille etiam canit deo spiritualiorem & purio
rem cantilenam, citra instrumentum proloquutionis, sola mente cum deo colloquens,
& ore ad os loquens. Quod si quidem iam hac vita fiat nouerint quomodo fiat, qui cali
victoria diuinitus decorati sunt. In futura profecto vita indubitanter hoc continget,
quando non porro caro & carnalia super erunt, quando deus omnia in omnibus erit.
Sic & Moses quum Aegyptij in mare submersi essent, ipse quidẽ cum suis canit, musi-
ca vero tympanum strepit. hymni enim eorum qui non omnino fortes sunt, corpus ma
gis spirant, eiusdem secum generis instrumenti indigentes. Vel non hoc dicit, quod post
victoriam carnem pangam, verum in hoc ipso cantu & glorificatione dei, ac inuocatio
ne nominis eius, uictoria potiar. In nomine enim, inquit, dei nostri magnificabimur,
Perinde atque apostoli in nomine domini virtutes facientes; magnificabant a populo,
& hostes suos vincebant. Animaduertendum quod quidã præcationem hanc Habacuc
historice intelligentes, de reditu ex Babylone hæc prophetã dicere confirmarunt. Ad
Psal. xix: uersum quos Paulum nos proferemus dicentem, illis in figura talia contigere, nobis au
tem pro re vera scripta esse. Nisi enim vmbratilis pictura præcederet, imago non per-
ficeretur. Præterea pleraque alia in hac precatione dicta, non conueniunt omnino ijs
quę historice transacta sunt. Cæterum de ijs qui volet, pro suo arbitratu iudicet. Isthuc
vero cunctis est perspicuũ, quod spiritus dei qui scripturas locutus est, per omnia om- F
nes iuuare vult, & per ea quæ historice dicuntur, & per ea quæ spiritualiter intelligun
tur. Non enim sic se habent res nostræ, vt res Gręcorum vt allegoria amplitudinem &
splendorem teneat, ipsum vero scriptum, & id quod per verba dicitur grauitate & ho
nestate careat, atque splendore, sed plenum sit deformitate. Nam & scriptum hic sanctũ
est; animabusque commodans, in ijs qui recte audiunt. Quorum in numero faxit deus
vt & nos simus per spiritum sanctum, cui aperta loquenti, & occultas sententias rete-
genti, & per vtraque sanctificanti, gloria in secula. Amen.

Enarrationum Theophylacti in Habacuc prophetam, finis.

Theophylacti Bulgariæ archi
EPISCOPI COMPENDIARIA IN IONAM
Prophetam enarratio PRAEFATIO.



A Ostquam omneis homines cunctarum rerum autor deus cō
didisset, omnium iuxta peræque curam gessit, etiamsi maio
rem habere Israelitarum prouidentiam visus sit. hoc ipsum
autem in commune mortalium beneficium faciebat. Vt enī
Israeli conuenientem curam gerens, non cuilibet differens,
neque cum quouis colloquia miscens, quid agendum foret
demonstrabat, cæterum præstantissimum quemque ex omni
bus eligens, iam magnum quidem illum Mosen, nunc vero
Iesum filium Naue, alias Samuelem, ac alio tempore Eliam
& per vnum quemuis horum vel legem sanciens, vel miran
da ostendens, vel adhortationes afferens viam ad salutem sternebat: sic Israeliticum
populum ab alijs gentibus secernens, sedula cura & frequentibus apparitionibus & in
enarrabilibus miraculorum exhibitionibus, cæteris gentibus iter ad dei cognitionem
indicabat. Quod & per diuinum vatem Osee nos docuit. Speculator, īquit, Ephraim cū
deo propheta. Veluti enim metam quandam proponebat populum alijs gentibus cū
in commoditatem, tum salutem. Non dissimile ad rationem per hæc Aegyptus ineffa
bilem dei potentiam didicit. Etenim istorum perniciem ad omneis homines fama per- Osee.ix.
ducens, cunctos demirari fecit diuinæ prouidentiæ iustitiam. Hinc Rhaab scortum co-
gnitionis dei, splēdore accepto, Cecidit, īquit ad exploratores, timor vester & tremor
B vester super nos. Audiuimus.n. quomodo dominus deus vester exiccauerit ante con-
spectū vestrū mare rubens, vosque perduxerit. Quoniam domin⁹ de⁹ vester, de⁹ in cœ
lo & super terram infra. Sic multo etiam post tempore, conspecta arca vociferabantur
alienigenæ cum crepidatione & horrore: Hic est deus qui percussit Aegyptum, quiq;
tot Assyriorum myriades ante mœnia Hierusalem traiecit, ac regem ipsorum Senache Iosue.ij.
rim terga vertere cogens, cunctis mortalibus suam potentiam conspicuam reddidit
qui & in Babylone Danielem a leonum ferocia illæsum seruauit, inque ardenti camino
tres illos pueros retinuit, ac arrogantem istum regem Nabuchodonosor dementauit
omnesque illi subiectos docuit, quod solus deus Israelis, sit vere deus. Cyri denique
temporibus celebrarissimum reditum populo suo donans, ac Hierusalem pristinæ feli-
citati restituēns, vt & templum splendidius quàm antea fuerit; extrueretur: omnibus
tam lōge quam prope sitis commonstrauit, quod solus ipse abunde possit & curam &
præsidatum suorum agere. Porro & in Macedonibus non semel vires suas per Macca
bæos ostendit. Præterea per prophetas miracula exhibentes ac futura prædicentes, gen
tium plerasque ad veritatem duxit: Hinc magnum Eliseum Syri metuerunt, cum cæci
tate ab ipso percussi, tum Neeman leprosi curationem contemplati. Tanta autem hunc
sunt reuerentia prosecuti, vbi rex ipsorum in ægritudinem incidisset, Azalem ad eum
legarent, quem & propheta ille Syrus in regem vnxit. Deinde fatidicum Hieremiam tā
to honore dignatus est Babyloniorum rex, vt optionem illi habitationis daret. Quum
que alios omneis & reges & principes captiuos abduxisset; huic soli potestatem dedit
C secedendi quo vellet. Beatum itaque Ionam non dissimilem ad modum in prophetam
Nineuitarum selegit. Est autem vrbs Nineuitarum amplissima, regis Assyriorum
regiam complexa. Quum enim vnigenitus dei sermo per humanam naturam hominib⁹
apparitururus esset, omnesque gentes diuinæ cognitionis lumine illustraturus, ante etiā
incarnationem suam, diuinam suam ipsis solicitudinē subindicat, vt per hæc, futura acci
pientes stabiliat, doceatque in vniuersum omneis, non Iudæorum tantummodo, verū
etiam gentium esse deum: vtque veteris & noui testamenti cognationem ob oculos po-
nat. Si enim gentium nulla siue cura siue prouidentia tactus esset deus ante incarnatio-
nem, alium ipsum Iudæi deum suspicari potuissent, vt qui diuersa transigat ab eo qui
legem tulisset. Siquidem ille Iudæorum solum rationem habebat, hic vero cunctorum
hominum tangatur cura. Qua opinione infectus fuit execrabilis Marcion, alium noui
testamenti quam veteris deum esse affirmans, quum dei erga omneis homines in vete
ri testamento prouidentiam non obseruasset. Proinde hanc ob causam deus Ionam Ni
neuitis prophetam allegauit, imo propter quasdam etiam excellentiores & secretiores
rationes. Atqui nedum Nineuitis, verum & ipsi Israeli multa futura prædixit, cōtem
poraneus Oseæ, Amos, & Michææ. Et quanquam nullum aliud eius literis mandatū
vaticinium circunferatur, in quarto tamen Regnorum planum fit q& alias prophetias iiij.R.xiiij



A *T factum est verbum domini ad Ionam filium Amathi*. Cuius rei
gratia sic quęso orsus est? Emphasim enim & latentem quã
dam vim habet verbum illud, Et factum est. Apparet enĩ
quum multus esset sermo de Nineui, quumque fama eius
reliquas vrbes omneis exuperaret & regna, nimirum quod
& opibus & potentia prægnans, multis flagitiis obnoxia
esset atque peccatis, per consecutionem dictum, Et factum
est verbum domini. Vel quia Israelitæ ex confesso non ob
sequebantur verbo dei, hunc ad modum auspicatus est, per
inde ac si dicat: Quoniam Israelitæ sese perperam diuinis
in rebus gesserunt, non obtemperantes verbo, igitur in posterum factum est verbum
domini ad Ionam, vt ad gentem Nineuitarum mittatur. Adiectum est autem nomen
patris prophetæ, propter nominis æqualitatem. Est enim haud absimile vero, alios sic
appellatos, qui tamen ex eodem patre non fuerint propagati.

Dicens, Surge, proficiscere in Nineui, ciuitatem magnam. Maximũ est indicium poste
ris de gentium ad cognitionem dei assumptione, ipsa Ionæ ad Nineui vrbem legatio.
Est autem ciuitas Assyriorum eximia, vt ĩ pręfatione cõmemoratum est, quam Assur
extruxit. Assyrij vero increduli & fidei omnino sunt exortes. Hanc vrbem seruatum
iri volens deus, ceu locum existentem tum temporis idololatrię & omnis effascinatio
B nis & incantationis, ac prophetam idcirco pœnitentiæ (quæ est animi in meliorem sen
tentiam permutatio) præconem ipsis mittens, ostẽdit, quod supra etiam diximus, quod
non sit Iudæorum tantum deus sed & gentium: & quod non sit personarum apud ip-
sum respectus, verum in omni gente quisquis ipsum desiderauerit, & iustitiam exer-
cuerit, ei gratus est vel acceptus, quemadmodum & Petrus in Cornelio hoc vere ipsa
que re aggressus demonstrauit. Valde autem accelerantia verba sunt, Surge, & profi-
ciscere. Nolens enim mortem peccatoris, quin potius cupiens vt conuertens sese ad bo
num viuat, prophetam celeriter destinat ad promulgationem pœnitentię. Hinc etiam Actu. xij
apponit, ciuitatem magnam, vt magis ipsum inflectat ac permoueat accelerare profe-
ctionem. Non enim est, inquit, exiguus locus, non vile oppidulum, sed ciuitas non vna
ex multis, cęterum magna quare nõ est q̃ ipsum asperneris. Si enĩ ne quãtulacũq; quidẽ
aliqua cõtemnẽda est ciuitacula, quãto min⁹ ĩgẽtes & pręclarę sunt posthabẽdę vrbes.

Et concionare in ipsa, quod clamor flagitiorum eius ascẽderit ad me. Quia ĩquit, nõ sen
tiunt proprias suas iniquitates & impietates, ideo tu sis eis pręco ac doce eos quod ta
lia tantaque crimina perpetrauerint, vt ad cœlum vsque ipsorũ magnitudo peruenerit
ac tantum non vocem ediderint aduersus se perpetrantes clamantem. nihil enim eorum
ignorat, quanuis sit minimũ, qui cuncta nouit priusquam fiant. Enimuero quia clemens
existens deus, non ob parua quędã delicta pœnam adducit, sed quando ingentia & nu
mero digna peccata commissa fuerint, quæ eius mansuetudinem ad iracundiam prouo
cent, tum exurgit ad vindictam: eam ob rem etiam dicit clamorem criminum ad se vsq;
C peruenisse, ceu multiplicatis ipsis & accrescentibus ad sui excisionem & vltionem. Sic &
Abeli sanguis clamat contra Caini cædem, sic & Sodomitarũ turpis operatio vocifera Naum. iij
ta est contra ipsos. Vere itaque in summis opibus viuentes Nineuitæ, nullũ non vitio-
rum genus admiserunt, cætera lasciuię, veneficio, & incantationibus vacantes, qui
bus in rebus Chaldæi pręaliis exuberabant, perinde ac Naũ dicit: Scortũ formosum &
iucũdũ, ducatũ pręstãs veneficiis. Eapropter & dñs pphetã ad hãc vrbẽ legauit, etsi lõ-
gissime ab Iudæa sita esset, vt cũctis mortalib⁹ ostẽderet, q̃ & laqueis erroris cõstricti, Hie. v.
vt qui omniũ maxime, atq; ĩ vniuersis sceleribus primatũ obtinentes, cognitionem dei Ibi. xxiij.
sint recepturi, finibusque futuri suis. Nec enĩ sermo dei est inefficax, cæterũ magnipo-
tens & magnarũ viriũ, vt & ad Hieremiã dictũ est: En dedi verba mea in os tuũ, ignem
& populũ tuũ ligna & vrerũ. Nõne sermones mei velut ignis ardẽs, dicit dominus, &
veluti securis cædens petram? Intuere porro clamoris vocẽ positam, vt in Sodomitis.

Et surrexit Ionas ut fugeret ĩ Tharsis a facie domini. Ambigunt hic nõ parũ multi;
quur quũ ppheta sit, fugiat, ceu deũ latere queat: hoc autẽ nemo alius, ne mediocrium
quidẽ vnquã putasset q̃ deũ effugere possit, qui & cuncta explet, & nullo loco capitur
Nõne Davidẽ audijt, si ipse ignorasset, dicentẽ: Quo proficiscar a spiritu tuo? & a facie Psal.
tua quo fugiam? & quę deinceps sequũtur. Videtur itaq; ab surde dictũ hoc, vel ipse ab cxxxviij.
surdus & monstrosus quispiã homo esse, qui a deo fugiat. Dicendum igitur quod aper

te quidem & plus quam alij ceu propheta nouerit quod vniuersorum dominus vbiq; præsto sit, quodque nullus locus eius prouidentiæ & gubernationis expers sit. Cogitauit autem manifestiores suas appariciones in sola Iudæa ipsum facere, vnde si ab hac lõge remoueatur, sibi non porro appariturũ deũ vt ad hoc ministerium eum mittat. Hoc enim signat; a facie domini, hoc est, declinauit magis perspicuam adeoque clariorem dei apparitionem, & functionem legationis quæ illi ex ipso imminebat. Quod enim prisci sancti in locis quibusdam separatis apparere deu autumarint, & iacob testatur, quando vidit scalas, & angelos ascendentes & descendentes, inquiens: Dominus est in loco hoc, ego vero ignorabam. Sic & Dauid: Selegit, inquit, dominus Sion secreuit D
Ge.xxviij ipsam in habitationem sibi. porro & nos perfectiora sapere docti, ac per ista spiritum
Psa.cxxxi diuinam gratiam magis adumbrare credentes, ipsum locum accedamus, ceu sanctificandi, & diuinum quoddam donũ decerpturi relaturique. Subterfugit autem functionem illam, non tanquã nõ credens deo, vel segnis; vtraque enĩ propheta sunt indigna, nihil ei conueniunt; atenim simul compertum habens. Nineuitas diuinam benignitatem & mansuetudinem, si resipiscant, consecuturos, hincque euenturũ vt ipse pro vano vate reputetur, quod omnino indecorum est prophetæ & inconueniens nimirum quod vanus existimari debeat. Forsan & Nineuitæ malo in eum affectu concitabuntur, ceu talẽ qui falso & mendaciter eos in pœnitentiæ afflictiones coniecerit. Hanc autem ipsi suspicionem peperit quod videret nihil graue Nineuitas passuros. Atque hoc est argumentum prædicationis. Ratiocinatus est enim secum quod deus verbum illis suum nõ prænunciasset, si perire eos voluisset, sed perspicuum est quod ad pœnitentiam sit adhortatio, ipsa pœnæ & supplicij interminatio. Præterea & Iudæorum accusationem fore cogitauit Nineuitarum obedientiam, vt qui ignoto & alienigenæ fidem adhibuissent viro quum ipsi contribulibus prophetis non crederent, qui prophetias suas cum miraculis etiam confirmarent. Hanc ob causam imperatum sibi non statim executus est, sed fugere Tharseis vsque est conatus. Hanc regionem quidam Tharsum esse aiũt quæ & Ciliciæ metropolis, sub radicibus montis Thauri sita. Alij regionem quandam Indiæ Tharseis appellari tradunt. Ex Tharses enim Salomonem quoque preciosos lapides; dentes etiam eburneos vna cum simiis mercatum. Hæ autem aliunde quam ex India non proferuntur, bimatus spatio. tanto enim tempore nauis Salomonis in libro Regnorum redire dicitur. Atqui errant talia dicentes. Si enim ad Indiam fugiebat, nõ erat opus ad Ioppen descendere, quæ est maritima Palæstinæ, adiacetque mari ad occidentem vergenti. Per hoc pelagus nemo naui traijciens in Indiam peruenerit. Inter enim nostrum & Indicum mare multum telluris est & habitatæ & inhabitabilis, montesque & multi & magni: sinus item Ruber, quem deinde Indicus contingit. Præterea diuina scriptura testimonium dicit Tharseis non esse ex vbibus Indicis, neque etiam Tarsum, sed Africæ esse. In Esaia enim iuxta Septuaginta editionem legitur: Lugete nauigia Carchedonis, quoniam interijt munitio vestra. Aquila tamen & Symmachus E
Esaiæ.ij. Tharseis pro Carchedone verterunt, quum & Ezechiel memoriam Carchedonis fecerit: in Hebræo vero & Syro exemplaribus Tharsis inuentum sit. Vnde liquet nõ in Indiam, sed Africæ Carchedonas Ionam profugisse. F

Descenditque in Ioppen, & reperit nauim euntem in Tharseis, ac dedit naulum suum, descenditque in ipsam; ut nauigaret una cum illis Tharseis usque, a facie domini.

Per mare fugam adornat, ratus quam celerrime sese a ministerio propheticę erga Nineuitas liberandum: Dedit autem & nauigationis mercedem, vt ne vel hinc si non daret; esset quod remoraretur eum quo minus fugeret. Omnia nanque ipsi facilia videbantur patriæ priuatio, maris pericula, mercedisque abiecto, modo ab graui & molesta prophetandi functione illa eripi queat.

Et dominus excitauit uentum uehementem in mari, exorta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur ut contereretur: conterritique sunt nautici, & clamabant quisque ad deum suum; feceruntque iactum uasorum nauis, ea in mare eijcientes, ut leuior ipsa fieret.

Ionas quidem se effugere posse diuinum illud ministerium arbitrabatur, atenim terræ marisque dominus suscitat aduersus nauim tempestatem fluctumque nexus nauigio circumiicit: vt discamus diuinam functionem subterfugere nos non posse neque renuere debere si ad opus deo beneplacens aduocemur. Docemur iuxta hinc, quod nihil citra dei prouidentiam geratur, verum tempestates etiam diuina voluntate; & non fortuito vel naturaliter fierit, Dominus enim, inquit, excitauit spi-

ritum magnum. Dicat fortasse aliquis, frequentissime procellas maris naturæ quadam
A ratione oriri, nempe syderum conuentibus, & secessionibus: quandoquidem hunc deus
ordinem mundi motui indiderit. Cui respondemus. Excitantur etiam sæpe natura non
postulante tempestates dei admirando consilio & voluntate, qui & naturam condidit.
Idem eādem etiam alterare, secundum quod sibi visum fuerit, vndelibet potest. Vtro
que autem modo illi seruantur vel pereunt, quos diuinus calculus vel seruari vel in-
terire iudicauit. Quod vero terrefiant nautæ, signum est magnitudinis periculi, quādo
& maris peritissimi sibi metuerunt, signum est euidentissimum, quod animum despon
derint, & idcirco eiectionem vasorum fecerint, vt leuaretur nauis. Supplicabat autem
quilibet dijs suis: scriptura hæc non frustra enarrante, verum vti doceat vtraque esse
necessaria, & nostra facere, & diuinum implorare auxilium: neque sic totum negocium
deo permittere; vt nos interim segnes plane & ignaui sedeamus (inanimatorum enim
& omni motu vacantium hoc rerum est) neque nostris omnino nos confidere consilijs
& institutis, hoc enim rursus impiorum hominum est, quibus reproba mens est. Asse-
uerant hic quidam qnod circa istam solam nauim tempestas sæuierit. Neque enim si
communis tempestas erat, conati essent sorte exquirere ei9 turbationis maris autorem
Enimuero quum alios viderent citra periculum sulcare pelagus, secūdisque vētis agi;
suam vero onerariam nauim submergi propemodum ea periclitatione, inquirunt quis
nam inter sese eius maris sæuitiæ sit autor, quæve origo. Atque hæc opinio non erit
B absimilis vero, si reliqua nauigia extra periculum sint acta,

Ionas autem descendit in aluum nauis, & dormiuit & stertuit. Nunquid adeo ignauiæ
& socordiæ deditus erat propheta, vt tanto periculo suscitato ipse dormiret, nec sim
pliciter dormiret; sed in altum adeo soporem deferretur vt sterteret? quod maximæ se
curitatis argumentum erat. Atqui ante subortam tempestatem & periculum sopore
correptus est, fortasse ex nimia fugæ tristitia & defatigatione. Porro quod in aluum na
uis, hoc est, in infimum locum descenderit, prophetæ hoc moribus conuenit. Separatī
enim & solitarium degere propheticum est. Hinc & Dauid, Solitarius sum, inquit, & Psal. ci.
Hieremias, Bonum est homini vbi iugum suum tulerit, ab ineunte iuuentute sedere so Thren. iii.
lum. & iterum, Nō sedi concilio illusorum eius. Solus & separatim sedi, quoniam ama-
ritudine repletus sum.

*Et accessit ad eum proræ gubernator, dicens ei, Tu quid stertis? surge, inuoca deum tuum
si fors nos seruet deus, & non pereamus.* Nautica multitudo alias prorsum negligēs
decori, & intellectu carens, hic adeo formidine & pauore eruditus & intelligens reddi-
tur, vt proræ obseruator non ipse tantummodo preces fundat, verum Ionam audiens,
eum etiam ad precandum excitet. Adeo necessitas quid deceat belle docet. Obserua
hic quod etiamsi varios deos inuocauerint, eam tamen cognitionem habuerint, vnum
esse quempiam deum, cæteris omnibus maiorem præstantioremque. Non enim dixit,
vt seruent nos dij, sed deus: vel quod vnum existimauerint, Iona cū omnibus illis pecu
liarem suum deum adorante: atque vnum fortasse ex multis in auxilium vocauerint,
qui eos exaudiret, ac incolumes conseruare posset, forsan Neptunum, vel Nerea, seu
C Thetin, seu alium quempiam marinum deum iuxta Græcum errorem.

Dixit porro quilibet ad proximum suum, Agite, iaciamus sortes, Et cecidit sors super Ionā.
Optemperauit Ionas proræ obseruatori, & orauit. Quanquam enim hoc scriptura
non expresserit intelligitur tamen; quando neque quod e somno surrexerit, indicauit,
nemo tamen ambigit ipsum expergefactum surrexisse. At precibus suis ad deum fusis
non est exauditus, neque enim par erat inobedientem deo exauditum iri. Iam & fuga
eius a deo, fiduciam ad deum ademerat. Quum igitur auxilia ex precibus vanatum di
iudicarentur, ad sortem confugiunt, cui gentes assueuerāt. Nouerant enim naturę quo
dam ductu, peccantibus esse adiectam pœnam, ac digna nos ob peccata nostra suppli-
cia ferre, nec huiusmodi expertia esse curæ dei. Proinde credebāt quod prouidentia per
sortis iactum manifestaret sibi autorem, iamque hoc arbitrabantur; quod quem fortui-
ta sors probasset vel etiam prodidisset, apprehendendum ceu sortis oraculo expetitum.
Cæterum nos intelligamus quod deus quemlibet a proprijs, a domesticis, a con-
tribulibus, cognatis & cognitis; ad se adducat, perinde ac tenemus Magos stellæ
ductu perductos ad cunas Christi, & Azotios in veteri testamento per symbolum bonū
arcam perferentium tandem seruatos, quum quid in posterum fieri vellet, subindicas-
set. Sic dominus noster repertis piscatoribus, Agite, inquit, sequimini me, faciā ex vo-

bis piscatores hominum: consuetum ipsis nomen prætendens. Quum igitur nautis cõsuetum esset ceu ethnicis sortiri, condescendens & consentiens ipsis deus, per minime D obscurum ipsis indicium, tempestatis ipsis autorem notum reddidit. Præterea sortem non esse spiritualem rem apostoli indicant, qui sorte, priusquã spiritu perfusi essent, vsi sunt, post spiritus paracleti accessionem haudquaquam sortem admittentes. Quidam vero neque apostolos tali sorte vsos affirmãt, sedenim diuinioribus quibusdam signis, quæ indicarent eis quinam a deo electus esset.

Et dixerunt ad ipsum: Denuncia nobis quam ob causam istbuc mali nos apprehenderit. Quæ tua negociatio est? & ũde uenis? & quo proficisceris? & ex qua terra quoue populo tu es? Intuere hic barbarorum hominum æquitatem. Non enim statim vt agnouerunt Ionam esse autorem turbinis & tempestatis maris, agrestibus in ipsum moribus ferebantur, cæterum blande & mansuete interrogant, cuius causa malum hoc, id est, afflictio ista, ex quo peccato abs te commisso nos accessit, super nos venit. Percontantur autem, vt vbi didicerint delictum experiantur expiare & emendare. Scrutantur autem & quam operationem exerceat, hoc est quale vitæ suæ studium & artificium habeat, & ex qua gente sit, & viam, vnde, & quo vadat, tanquam ex studijs ipsius, & ex communibus gentis moribus vel opificijs, & ex itinere quod ingreditur, vitam eius obseruare queant, sicque tandem deum placent, in quem impegerat. Existimabant enim quod si turbatum ab ipso numen, marinum fortasse, reconciliassent, hanc tempestatis ipsi noxam effugere possent. Imitemur, igitur & nos horum nautarum masuetudinem & mitiorem animum, siquando excellentiora longe quam ipsi deposcamus E

Qui respondit ipsi, Seruus domini ego sum, ac deum cæli ego colo, qui fecit mare & aridam. Hoc, inquit, studium, hęc mea negociatio est seruire deo vero per mea opera & actiones, etsi nunc illi nõ obtemperauerim: & colere ipsum, per fidem in ipsum. Multi quidem colunt deum, sed non sunt serui eius, vt qui non faciant opera ipsi placentia. Per hoc autem mox etiam ex quanam terra sit demonstrauit, nimirum Iudęa, nec enim alia gens hunc deum colebat. Admiratione autem dignus est propheta, vt qui morti proximus existens prædicet dei potentiam; & nauticis creaturarum & idolorum cultoribus reuelet magnificentiam eius, conditorem omnium ipsum appellans, hoc est, cœli, & eorum quæ sub cœlo sunt. Per hoc enim quod ait, qui fecit mare, ansam illis simul præbet ratiocinandi, quod quandoquidem maris creatorem colat, planum sit ꝙ aduersus eum impegens, tempestatem hanc excitarit.

Timuerunt itaque pauore magno conterriti uiri, dicentes ad ipsum: Qur hoc fecisti? Cognouerunt enim uiri quod a facie domini fugeret, quoniam denunciauerat eis. Ex hoc, inquit, agnouerunt quod aduersus deum delinquens, a conspectu eius fugeret, quod cõfiteretur ipsis seruum dei se esse. Simul atque enim dixisset quod verum deum colat intellexerunt eum Iudæum esse. Iudæis autem non licebat exteris & alienigenis admiscere sese, neque applicare se verbibus idolorum cultricibus. Perspicuum itaque erat ꝙ in deum suum delinquisset. Fortasse etiam cogitarunt, quod vitã quæ in lege præscribatur, declinans, ac Græcorum moribus sese admouens, fugiat a facie Iudæorum dei. F Terrefacti sunt igitur, quandoquidem arbitrarentur potentem illum deum esse, e cuius manibus quisquam euadere non posset: iuxta metuentes, ne vna cum transfuga isto interéant. Porro quod nõ liceret Iudæis decreto legis suę, gentibus adiungere sese, ex veteri testamento constat, tum ex euangelio quoque. Dicente enim domino Iudæis: Quo ego vado, vos venire non potestis, respondebant illi imprudenter, Quonam iturus est vbi nos eum non inueniemus? Nunquid ad dispersionem Grecorum iturus est, & docturus Grecos?

Iohã. xiij.

Dixerũt ad ipsum: Quid faciemus tecum, ut cesset à nobis mare. Et hic demirari dignum est nauticorum hominum mãsuetos & mites adeo mores. Neque enim insurrexunt in ipsum, neque dixerunt: O scelesté & omnium sceleratissime, propter te peribimus: sed ipsum iudicem faciunt, vt pronunciet quid secum faciundum sit. Siue ergo ãtea clementes adeo extiterunt & æquabiles, digni sunt quos æmulemur: siue præ pauore ad mansuetudinem translati sunt; vel sic etiam imitandi sunt, vbi sæpenumero nos in calamitates incidentes planẽ efferamur, nedum aduersum calamitatum autores solos, verũm & contra ipsos familiarissimos nostros in calamitatibus consolatores. Proinde naturæ illi tales sunt. At sententias suas partiuntur. Nec enĩ audent morti adiudicare, maxime quũ seruũ eũ esse Iudęorũ dei audiuissent. Horribilis autem ille deus

A iam olim ipsis ex fama innotuerat. Nec rursum præsens periculũ despicere possunt, quare ipsum ceu dei seruum hortantur dicere quid oporteat secum agi, Perspicuum enim videbatur eis, quod minime ignoraret eius mali medicinam.

Nam mare ibat, & excitabat uehementius tempestatem Post sortem, inquit, vehementior impetuosiorque tempestas exorta est. Mare enim ibat, hoc est, plus agitabatur & intumescebat. Quædam hic exemplaria pro ibat, admodum concitabatur, habent, hoc est, horrendum strepebat, tremendum murmur edebat, quasi fluctus inter se mutuo nauī illisi essent, atque hi post sortitionem magis tumultuati sunt, deo palam indicante, per quem ista prouenerit afflictio:

Quibus Ionas reddidit: Tollite me, & inijcite in mare, tum cessabit mare, uosque deseret. Cognoui enim ego, quod mea causa tempestas illa magna uos petiuerit.

Talem sese gerit bonis consilijs prædita anima. Cognito peccato suo, rubore quidem suffunditur propheta, quod deliquerit non morem gerens deo, non ignorans autem quod mare obtemperet, seruiens diuino mandato si quod acceperit, seipsum inobedientem deo morte condemnat. Atqui nos haudquaquam tales sumus, quin potius aperte palam sciẽtes crebro peccata nostra supplicijs digna, vbi magnam aliquam afflictionem sustinuerimus, aduersus dei prouidentiam murmuramus, tanquam impeccabiles essemus; tantum abest vt digna nos pœna condemnemus.

B *Et ui conabantur nautæ ad terram appellere nauem, & non potuerunt. Mare enim ibat & excitabatur magis super ipsos, Et clamauerunt ad dominum, & dixerunt: Nequaquam domine pereamus propter animam hominis huius, & ne des super nos sanguinem iustum, quoniam tu domine ut uoluisti, sic egisti.* Humanissimi, & mansuetissimorum morum homines illi, vt diximus. Etenim Ionam, qui se ipse in mortem tradiderat, adhuc ad terram remigio vsi traducere moliuntur. at enim nequicquam laborabant. Nam mare vehementius crescebat excitabaturque. Neque sic tamen quicquam aduersus prophetam aggrediuntur, quum id iure possent simul atque se ipse condẽnarat: cæterum omnino tali eius voluntati obsecundare, sanguinolentum iudicãt, ac cędem spirans; propterea in præcedentibus precantur, vt a tempestate illa & commoto mari liberentur, neque pereant eo quod fouerint animã prophetæ, sed cõcedat deus eũ secum viuere. Sin autẽ necessarium est hunc mori, nequaquã super nos sanguinẽ iustũ, hoc est, sanguinẽ eius, ne ad condẽnationẽ precamur, nostrã, sanguinẽ illũ iustum ceu, serui tui cedere facias. Non enim hunc tanquã latrones aut sãguinolẽti homicidæ occidimus, cæterũ tuę obsequẽtes voluntati. Tu enim vt voluisti, sic fecisti hęc. Hic Barbaros contemplare, quomodo non contra hæc oggnniant: Igitur cruentus & sanguinis auidus ille deus est, sanguine igitur gaudet; verum dei voluntatem amplexantur, diligunt, & venerantur, non curiose indagantes causas quur ista sic fiant.

Acceperuntque Ionam, & miserunt ipsum in mare, & stetit mare a commotione sua. Ac timuerunt uiri timore magno dominum, & sacrificarunt sacrificia domino, & uouerunt uota. Vix tãdẽ audẽt opus aggredi, quo peracto statim trãquillũ mare redditur.

C Illi vero cognoscunt dominum perfectius quẽ antehac: nec parũ ipsum metuunt vt cui sese nemo subducere queat, qui acriter in ipsum peccãtes adoriri possit: ac quæ ad diuinum cultum pertinent, exibuerunt. Sacrificarunt enim sacrificia, fors vbi in terram appulsi fuere, destiterat enim sæuitia maris. Vouerunt autem & vota, hoc est promiserunt se talia quædam & talia facturos vbi in patriam remeauerint. hac ratione illi in melius permutati sunt. Et qui antea quisque pro sese multos putabant esse deos tempore motus maris, nunc vnum agnoscentes dominantem potentiæ maris, concussionemque fluctuum eius pacantem ipsi sacrum faciunt, & vota edunt. Vides hic diuinam dispensationem atque consilium? Fugit Ionas vt ne seruentur Niniuitæ; & ecce seruantur nautici, dein & exuberantius bonum perficitur. Sic & nostris diuina diuina prouidentia delectis ad bonum via est.

CAPVT II.

ET *imperauit deus Balenæ magnæ deuorare Ionam. Eratque Ionas in aluo balenæ treis dies, ac treis noctes.* Imperauit, hoc est, voluit a ceto deuorari prophetam. Non enim quemadmodum hominibus, aut angelis præcipit deus, in mentem ipsis insonans quid agendum sit, sic ceto iam nunc demandauit; sed velle aliquid deum, lex est & mandatum necessario complendum. Atque hic obedientiæ modus est inexplicabilis quidem nobis; ipsi vero cognitus. Deuoratur ergo a ceto Ionas, treisque dies ac totidem noctes in eo

permanet vates: quæ res omnem excedere fidem audientibus videtur, maxime ijs qui
ex Græcorum scholis sapienteque doctrina ad hanc historiam accedunt. Quos equi- D
dem non satis demirari possum, qui fiat quod hæc non intelligant; quum suis ipsorum a-
lis capiātur, Apud ipsos enim nonnihil tale: de Hercule narratur, nēpe quod & ipse a ba-
lena deuoratus, incolumis remanserit. nisi quod tantummodo depilatus redierit. idque
ob ingenitam & internam beluæ caliditatem. Aut igitur nostra suscipiant, aut sua re-
ijciant. Atqui quum non oporteat a græcarum fabularum putredine, nostræ veritatis
soliditatem commendare, cogitandum primum, Deo volente & præcipiente nihil non
fieri posse: deinde hic consideranda sunt, quæ circa in vtero materno fœtum miranda
cōtingant, vbi fœtus naturali quidem innatat humiditati, estque veluti absorptus &
obrutus prægnantis aluo, viuit tamen & conseruatur, Dei, humanum ingenij captum
excedente nutu & consilio. Neque enim vlla humana ratio ista percipere potest, cre-
dit tamen, vt quæ vbique conspiciantur ita sese habere, neque ipsa rara sint & indubi-
tata. Proinde neque Ionæ euentui fides detrectanda est; verumenimuero ita factum
vt scriptura nobis tradit, citra ambiguitatem credendum: estque in maioris adeoque
diuinioris sacramenti vel arcani figuram suscipiendum. Fugit enim & humana natu-
ra a facie domini per inobedientiam, & occultata est ne videretur, vt ideo Adamum
deus vocauerit, Vbi es? quo te proripuisti? Iniecitque ipsam vitæ huius mari, corpore
nauis loco vsam: cui & naulum dedit, ministerium videlicet quo ipsi obscura est, cu-
ram eius & prouidentiam ad omnem cupiditatem faciens, Ventis igitur & spiritibus E
nequitiæ mare isthuc turbantibus, fluctus voluptatum insurrexerunt, corpusque vna
cum animo merserunt. Necessarium igitur fuit, mortem obire quempiam ex ijs qui in
eo nauigio erant, corpore dico. Proinde naturam nostram induens dominus, vnus ex
nobis factus, & nauim nostram ingressus, hoc est, corpus humile ferens, & inter nos,
demorans, in similitudine carnis peccati: moritur per sortem, hoc est, iuxta præde-
finitionem, quam prædefiniuit atque decreuit pater, qui hoc sortitus est, atque ante
omne æuum, ante cuncta secula decreuit, cōstituit, proposuit, vt filius ille suus pro no-
bis moreretur, perinde ac Petrus & Paulus dicunt. Animaduerte hic Ionæ nomē, si in-
terpreteris, valere, altissimo laborante, vel columbam significare. Altissimus igitur pro
nobis laboribus defatigatus est, & pro nobis luget, angitur, dolet, volūtarius quidem.
Nec tamen sese ipse iugulat, cæterum per manus iniquorum adfigitur cruci, quemad-
modum & Ionas, qui etiamsi seipsum ad mortem condemnaret, non tamen seipsum
proijcit, sed proijcitur: docente nos hoc verbo, ne nos temere in pericula conijciamus,
neve incaute & stolide in mortes incidamus. Mortuo itaque Christo, ac omnia deglu-
tienti balenæ tradito, spirituales nequitiæ cessarunt, procellæ voluptatum prostratæ
sunt tranquillitas tota & pax in vita versata est & animis & corporibus, æque ac ipse
dixit: Pacem relinquo vobis. & rursum a resurrectione discipulis suis salutem imper-
tiens, Pax inter vos sit, ait. Quinetiam sic quidam hic inquiūt, prophetam esse figurā
Christi, nauim esse typum Iudæorum synagogæ, proræ obseruatorem esse Mosen, nau-
tas esse prophetas, mare adflictiones quæ a nobis debebantur, sortem voluntatem pa- F
tris, secundum quam Christus in mare ærumnarum præcipitatur, & aluum ingentis ce-
ti, hoc est mortis, ingreditur, vbi triduum commoratus resurrexit, gentibusque euan-
gelium annunciauit, ex quibus credentes conseruati sunt.

*Et orauit Ionas ad dominum deum suum ex uentre ceti, dicens: Clamaui in tribulatio-
ne meà ad dominum deum meum, & audiuit me: ex uentre inferni auscultasti clamori
uocis meæ.* Nihil damni passus a ceto vates, sed veluti pro domo ceto vsus, ne-
que corporis neque mentis iactura facta, Dei præsentem opem sentit, Non ignorās au-
tem quod offenderit deum per hoc quod ministerio legationis noluerit fungi, conuer-
titur ad precationem: quique olim in sola Hierusalem deum aperte apparere arbitra-
batur, nunc ipsum in aluo ceti præsentem reperit gratiasque agit illi, quod se seruauerit
ac preces suas susceptas esse ait: siue tanquam propheta spiritu hoc intelligēs, siue per
verisimile hoc dicens. Non enim vsque nunc viuus, inquit, permāsisse, nisi exaudisses
precationem meam, Inferni porro ventrem, ipsam ceti aluum nominauit, tum quod
belua sit letalis ac mortifera, tū quod ex natura facti mortuus esset, viueret autē sola
dei gratia. Alias ceu typus Christi, qui in corde terræ treis dies ac treis noctes egit, non
immerito se in ventre inferni fuisse ait. Intuere hic rem admirandam, Qui vere gusta-
uit mortem Christus, prædixit in corde terræ se tridui & trinoctij spacio futurum, ne-

A que mortem, neque ifernum recordatus. Hic vero in vmbra mortis cōstituturus Ionas, non vere mortuus, inferorum mentionem facit: vt discas domino nostro tanquam deo mortem fuisse vltroneam, & suæ voluntatis, ac resurrectionem in ipsius potestatē vel arbitratu fuisse: eam ob causam cor terræ dixit non mortem, neque Platonis regiam. Ionæ vero non erat in propria potestate vita, propterea veluti apud inferos existens, quantum attinet ad naturam eius facti sui, alui Plutonis meminit, Clamauit etiam dominus in tribulatione sua in cruce ad patrem: Pater dimitte illis peccatum, & omnino exauditus est. Dimissum est enim peccatum ijs qui in incredulitate sua non permanserunt. Forsan & aluum inferni dicere quis crucem possit, illa enim pro nostra salute domini mortem peperit.

Deiecisti me in profunda cordis maris: & flumina circumierunt me. Cor maris audiens, memento domini dicentis se futurum in corde terræ, videque typum veritati cōsonantem. Varis autem modis vates, quod secum contingit, enunciat, magnificans dei gratiam quę sibi obuenit: iuxta indicans potētiam dei, vt qui ex quouis malo seruare possit, etiamsi terribilissimum fuerit. Non enim simpliciter dixit in profunda, sed apposuit etiam, cordis. Quum enim cor videatur esse intimum animātis & pręcipua pars hyperbolem hic ostendens, in profunda cordis dixit pro intimis, ac si dicat: In maris intima me deiecisti (balena enim in ꝓfundo moratur) ipsius balenæ me intima cōprehēderunt. Flumina vero dixit fluctuum insultus, siue quod flumina sese in mare exonerent. Iam qui amari cingitur, a fluminibus certe circumfluitur iuxta.

B *Cunctæ sublimitates tuæ super me transierunt.* Quando, inquit, in naui eram, sublimitates habebam, ceu naui a fluctibus in altum sublata. Tuę vero istæ sublimationes fuerunt & fluctus veluti ex tuo mandato suscitati.

Ego que dixit: Depulsus sum ex oculis tuis. Proinde tantabōne ego intueri in templum sanctum tuum? Tū, inquit, quū in medio periculorū essē, cogitabā me ab oculis tuis a visitatione, ab inspectione proiectum esse, ac hæsitabā, viuamne, & posthac apponā hoc est conabor, desiderabo, cupiam intueri templū sanctū tuū Hierosolymis? Sūt qui sic intelligāt: Noui equidē in aluo ceti existens, quod me mirifice præter opinionem etiam meā seruaris verūtamen dubito num hinc sim egressurus, reuersurusque in lucē vt vel in ipsum diuinū templum perueniam, inque ipso glorificem te. Accesserunt & ad dominum sublimationes, vndæ videlicet sublimis & arrogantis & inconsistentis synagogę: & fluctus, hoc est, varię afflictionis species. Quę cum iuxta patris consilium ipsum inuaserint, ipsius esse dicuntur. Vnde etiam dixit: Vt quid me dereliquisti? Quod simile ē huic quod hic ait: proiectus, seu depulsus sum ab oculis tuis. Atq; hoc humano more prolocutus est. Homines enim vbi in tam grādia pericula inciderint, se derelictos aiunt. Quod igitur verisimile erat alios homines de ipso dicere, ipse hoc de sese loquitur. Quare ad hāc veluti sententiā dicit: Respiciāne adhuc ad corpus, quod templū tuum sanctū est, tanquā abs te apparatum extructūq; mihi, Seu veluti in me etiam capiens, & recipiam ipsum rursus ex resurrectione mea? Nemo autē hic isurgat sermoni dominum ceu ignorātē num sit resurrecturus necne, introducenti: verum animaduertat quæ supra memorauimus, ꝙ talia iuxta humanas cogitationes dicta sint.

C *Circumfusa est mihi aqua usque ad animam meam, abyssus extrema me circumdedit subijt caput meum ad rimas montium: descendit in terrā, cuius uectes detētiones æternæ.* Gratiam dei erga sese prophera varijs modis celebrans, ab aqua se circūfusū ait, cui, aquæ dico, natura est auferre animā & vitā: se que ab vltima abysso cinctum, & i fissuris mōtiū fuisse inquit, per quod subobscure ceti magnitudinē exhibet. Mōtes deī & spelæa nominat, quæ verisimile est subire balenā. huiusmodi enim i mari pleraq; sūt, quibus illisæ scaphæ pereunt. Quod peritiores nautę formidantes, petras sub mari extantes declinare studēt, In terrā autē se Ditis descēdisse ait; nō quod illuc descenderit nec enim vere mortuus erat: cæterum ꝙ periculi magnitudo exposceret vt mortuus ille videretur, & ad ipsū Plutonē atq; infernū peruenisse: ad quē qui descēderit, ceu a quibusdam vectibus detinetur. Illi porro sunt detētiones æternæ, hoc est, in ęterna secula eos qui incederint, retinētes, vel ęterne, hoc est, firmiter: & ita vt infringi nequāt radicatæ, a que nemine iam inde a principio dissolutæ, neque vllo vnquā seculo a propria sede vel mansione motæ. Abyssus extrema domino mors est, quā postremā ꝓ nobis sustinuit post innumeras insidias. Subijt autem caput eius sepulchri spælum.

Et ascendat ex corruptione uita mea ad te domine deus meus. Per hoc quod in ceto

seruatus est, incipit credere quod vitã denuo sit recepturus eã ob rem hoc etiam exo- D
ptat, non vtique exoptaturus, nisi ex illo hoc peræque deo possibile credidisset. Quũ
enim ambo sint impossibilia, qui hoc potest, alterum itidem potest omnino. Vita igi-
tur mea in ceto, ab hac corruptione qua iam interisse videor, ascẽdat ad te, hoc est, ad
templum sanctum tuum in quo cerneris & glorificaris, vt vel in hoc ego gratias tua
fruar. Sic & domini vita, nõ ex corruptione sui; quam nullã vidit. sed ex corruptione
Iohan. xx mortis ascendit ad supercœleste templum, perinde dixit: Ascendo ad patrem meum.

Quum deficeret anima mea a me, dominum recordatus sum. Et ueniat, obsecro, oratio mea ad templum sanctum tuum. Nõ abeunt sãctis tribulationes citra lucrũ, Hinc & Da
Psal. xvij uid: In tribulatione, inquit, mea inuocaui dominum, & exaudiuit me ad latitudinem.
Esa. xxvi Et Esaias. In afflictione, inquit, tui mentionem feci, Tum Paulus: Tribulatio patientiã
Roma. v. efficit, patientia vero probationem. Consimilem ad modum Ionas, quando anima eius
periculi magnitudine deficeret, non ad conuitia delapsus est, sed dominũ recordat⁹ sũ,
ait, hoc est, inuocaui ipsũ, vt esset adiutor meus, Vel memini equidẽ domini, ꝙ amico
erga mortaleis affectu est. ac negligat peccatũ quod patraui nõ obtẽperãs ipsi, ꝓpterea
& precatus sum ipsum, vt posthac sim dignus quo perueniat ad te oratio mea, quam
faciam ad tẽplũ sanctũ tuũ, quando prorsus reuixero. Si enim vitã recuperauero, veniã
ad templum Hierosolymorũ, & preces meas ad te fundam, Vel hęc ipsa precatio, qua
etiamnũ te precatus sum, vt ascẽdat vita mea ex corruptione, & veniat ad te, siue ad tẽ E
plum sanctũ tuũ, siue supercœleste, siue illud quod in Hierusalem est. In eo enim solo,
vt in præfatione dictũ, credebant perspicuas dei visiones & apparitiones fieri, omniũ-
que in eo orationes suscipi. Dominus etiam quum animam exhalaturus esset, meminit
patris sui dicẽs: Pater, in manus tuas depono spiritum meũ. Ascendensq; in cœlũ cor-
pore interpellat pro nobis apud patrem, corpore legationis vicẽ obtinente. quod pro
magnæ supplicationis symbolo ostẽdit patri, vt nostri misereatur ipse: cuius rei gratia
a filio quoq; assumptum est. Ascẽsus itaq; cũ corpore ad diuinũ & supercœleste tẽplũ,
oratio intelligetur eius, qui pro nobis, vt commemoratum est, per corpus intercedit.

Custodientes mendacia & uana, misericordiam sui ipsorum reliquerunt, ego autem uoce laudis & confessionis sacrum tibi faciam, Quæcunque uoui, reddam tibi ad salutem meã domino. Alij sane, inquit, vana & mẽdatia idola sectãtes, & seruiẽtes ijs qui nõ
sunt dij, misericordiã abs te nõ postulãt. Vel, misericordiã a te cõsecuti, & liberati a ca
lamitatibus, nõ celebrãt neq; magni faciũt misericordiã quã fecisti cũ ipsis. Vel, te mi-
sericordiam ipsorum reliquerunt. per tuã enim misericordiam viuunt. Nã si tu iniqui
tates obseruaueris, quis sustinebit? Atenim ego seruatus, tibi victimas & sacrificia ad-
ducã cũ gratiarũ actione: ac quæcunque voui, hoc est, promisi propter salutẽ meã hãc
reddã tibi. Fuerũt aũt & in lege sacrificia salutaris, propterea & exẽplaria quędã ad sa
lutare habẽt. Quidã sic accipiũt: Illa, inquit, reddã tibi, quęcunque salutẽ mihi conci
liant, & animã meã iuuãt. Hæc aũt sunt obedire tibi, & prophetici ministerij opus per
ficere, Iam & dominum custodientes vane & frustra obseruabant, qui misericordiã sui
ipsorum, nẽpe arcanũ resurrectionis pro vniuersa humana natura peractũ, adeoq; pro F
ipsis custodibus omnino, quãdoquidẽ & ipsi homines, reliquerũt, nolẽtes credere ꝙ re
surrexisset ab ipsis custodibus. Porro dominus etiã ipse misericordia ipsorũ erat verũ
noluerunt eũ. Ego vero, inquit, filius tuus sacrũ tibi faciam, hoc est, autor ero vt tibi ĩ
mundo sacrificetur sacrificium spirituale, reddãque tibi salutẽ hominũ, quã tibi mea ĩ
carnatio promisit. Insuper & ante afflictionem suã & crucẽ orauit: Pater serua illos
in nomine tuo, vt & ipsi vnum sint.

CAPVT III.



Atumque est a domino mãdatum ceto, & eiecit Ionam super aridã Factumque est uerbum domini secundo ad Ionam dicens: Surge & uade in Niniui ciuitatem magnam, & concionare in ipsa iuxta priorem concionem quam ego locutus sum ad te. Præcipitur per diuinam potentiam balenæ, quæ statim inexplicabili quadã ratione ad diuinæ maiestatis voluntatem mouetur, eque lateribus & ventre suo incolumem atque illesum vatẽ ced dit, qui ex ea passione sua lucratus erat vt disceret obtemperare deo. Iniuncto enim ei secunda vice proficisci ĩ urbẽ Niniui, & predicare iuxta priorem predicatiõnem, quę erat

A quod ascendisset flagitia eius ad deum, non tergiuersatur, sed illico surgit, non corpore solum, sed animi etiam promptitudine, & resurrectione mentis, sibique demandatum perficit. Hunc ad modum non dissimiliter tribulationes magna sunt eruditio animaduertentibus, vt quę diuinę voluntati placuerunt, persequentur. Atque hic contemplare, qui res gestę seruatoris nostri Iesu, cum Ionæ hisce factis conueniant. Siquidem Ionas priusquam pateretur quæ est perpessus, fugit ne Nineui perueniret: sic dominus ante crucem & passionem suam cunctabatur gentibus annunciare ęternum regnum, vnde discipulis suis etiam pręcipiebat: In viam gentium ne eatis. Ire autem potius ad oues, mandabat, quę in domo Israel perierunt, quandoquidem neque ipse alio præter quam ad has solas missus esset. Vbi vero ab afflictione & morte sua in corde terræ triduum & trinoctium egisset, cum alia, quorumcunque Ionas typus extitit, suscepit. Si quidem ascendit & prodijt ipsi ex interitu vita, pręicat dein gentibus per apostolos, iuxta priorem prædicationem. non enim alia Israelitis ante passionem suam, alia ve gentibus post passionem tradidit, sed enim vnum super omnes euangelium est, vna fides, idem baptisma. Matt x

3. *Nineui autem urbs ingens erat deo, veluti tridui iter complexa.* Grandis erat Nineui magnitudine, ac propterea apud deum quoque ingens erat, plurimique faciebat eius salutem, vt qui non parum multos in ea homines finxisset, quos omnes seruatū iri vellet. Quod ait, vt luti iter profectionis trium dierum, aliqui sane de spacio vrbis,
B intellexerunt, ceu trium dierum interuallo tota vrbs circumiri potuerit.

4. *Orsus est ergo Ionas ingredi in urbem, ceu profectionem itineris diei unius, & concionatus est, & dixit: Post treis dies Nineue subuertetur.* Non rectà per vrbem iter faciens concionabatur, sed per forum, vicos & plateas ingrediens. Ingēs autem miraculum erat, virum Hebræum ex alia terra venientem, nemini cognitum, per vrbem ingredi & vociferari: Adhuc tres dies, & Nineue subuertetur. Sed quęrat hic aliquis, quomodo deus iuxta priorem concionem prędicare iusserit? Licet igitur hic discere, quod prophetę hoc tantummodo breuiter nobis enarrent, quod missi sint. Non enim omnia verba quæ deus ad ipsos, & illi ad ipsum fecerunt, expresse & plane annunciāt. Proinde & in principio vaticinij huius videmus prophetam hunc ad deū nihil loquutum esse, & interim tamen inueniemus dicentem: Domine, nonne hi sermones mei, quum adhuc in terra mea essem? propterea pręueni vt fugerem in Tarsis: Cognoui enim quod tu misericors & miserator esses. Nihil igitur mirandum, dictū fuisse adeo in principio ad subuartem hunc. Adhuc tres dies, & Nineue subuertetur: nec tamen ab ipso subuertendam. Obseruandum hic quod reliqui interpretes quadraginta dies pro tribus dixerunt, ac quosdam ceu conuenientem numerum hunc recepisse. Siquidem in tribus diebus ille primum totam vrbem circumiuit, dein laboriosam illam pœnitētiā Nineuitę deo obtulerunt, postea ante portas vrbis sedens propheta, prophetię suę finem expectauit: hinc & quadraginta dierū spaciū verius esse dicūt. Atqui verisimile est, septuaginta primū quadraginta posuisse dies, ac eos qui principio descripserūt, errasse, postea & in cūcta exēplaria errorē esse transfusum. Attamē vide, quod neque treis
C dies accipientibus aliquid absurdi obueniat: neque enim totam vrbē circūire prophetā necessum erat, verum simul vnius diei iter profectus est prędicans, vt ista prędicatio ad oēs perferretur, atq; ad ipsum vsq; regem perueniret. Atq; vt grauis ista & āxia Nineuitarum pœnitētia demōstraretur, & a deo susciperetur, sufficiebāt post prędicationem dies, siue treis illas statuamus, siue duas: quandoquidem vna dies satis fuisset ostendere homines germane resipuisse, & meliorē induisse mentē. Sedit autē ante portas vrbis Ionas, siue ne insueretur in eos adeo ad pœnitentiā conuersos, siue post primā statim prędicationis diē, seu post tridui cōpletionē, cognoscēs quod propitius esset illis deus, & non subuerteret, hoc est funditus perderet: verūtamē expectabat fortasse leniorem aliquam pœnam illis adducendā. Diximus quę nobis visa sunt, ne rejciatur de tribus diebus vetus scriptura. Qui hæc nostra legerit, quæ iudicabit meliora, seligat.

5. *Et crediderunt viri Nineui deo, & indixerunt ieiunium, & induti sunt sacco a magno ipsorum usque ad paruum.* Significanter dictum est, Viri Nineui, hoc est, nihil non absurdi, antea facientes, venefici & incantatores, dęmonibus agitati, crediderunt vero deo: omnibus delicijs & lasciuijs referti, ieiunio se macerarunt: molles & delicati, sacci induerant habitum: neque tale studium a tenuioribus & pauperioribus initium duxit, verum a magnis & opulentioribus exordio sumpto, ad tenuiores etiam peruenit.

&minores. Obserua autem hic simpliciter contingens, quod a magnis nempe viris, ad paruos, hoc est, ad infantes vsque pœnitentiæ indicia sint exhibita. Sic illi qui neque vnquam animæ commodantem sermonem audiuere, discipuli sunt facti hominis pauperis & ignoti; Iudęi vero & Mosen & prophetas deridentes, tandem & ipsi deo minime obsequentes, Deicidę, vt ita dicam, facti sunt. D

Et appropinquauit sermo ad regem Nineui; surrexitque a solio suo, & deposuit stolam suam a sese, & amictus est sacco, & sedit in cinere. Et promulgatum est, & indictum in Nineui a rege, tum proceribus eius, dicentibus: Homines & iumenta & boues & oues non gustent quicquam, neque pascua carpant, & aquam non bibant. Post quam magnates primi orsi sunt pœnitentiam, merito celeriter etiam ad ipsum vsque regem perducta est fama prędicationis. Ac vide hic prudentem hominem, & propria mala agnoscentem. Non incredulus fuit, neque subsannauit sermonem, nec ægre tulit durã istam interminationem: at cognoscens quod male vixisset exacto tempore (natura, enim ita comparatum est, vt conscientia peccatum indicet) desilit quidem a throno in quo sederat prius, multaque non optime iudicauerat mandaueratque, sedet in cinere & puluere, ac auro intersparsam, & gemmis glutinatam delicatamque vestem exuit, aspero induto sacco, virosum & intolerabilem odorem præbente. adeo plane fit philosophus, seueram vitam assumendo, omnibusque ostendit, nequicquam eos consuetudinem proponere, vt quæ vincire ipsos possit etiamnum ac perdere. Diuulgatque, vt & bruta pecora simul ieiunent, non veluti deus hoc inquirat a iumentis sed veluti illis magnitudinem alacritatis circa ieiunium ostendentibus, propterea & bruta ieiuna manere animalia cogunt. Norant etiam alias quod conferret eis ad maiorem & operosiorem mentium suarum correctionem, iumentorum etiam adflictio. Cogitans autem secum in animo; quod si animantia peccati expertia ieiunent, multo magis sese idem facere debere, vt qui peccatis sint obnoxij. Simul etiam hoc ratiocinabantur, quod irrationalibus animantibus fame pressis, alijs quidem balantibus alijs vero mugientib' & quibus libet naturali vsis voce, ipsi ad vberiores ardentioresque lachrymas prę cõpassione permouerentur. Deus autem eo pronius misertus, suam bonitatem impertiat. Quidam hic per iumenta efferos homines, & a ratione alieniores, monstrose putarunt. E

Circumiecerunt que saccos homines & iumenta. Per saccos, adflictionem illam intellige. Neque enim iumenta saccis amiciebantur.

Et clamauerunt ad dominum extense. Si clamauerunt accipias vt communiter hominibus & iumentis tribuas (etenim & famelicorum animantium voces ceu quædam supplicatio fuerunt erga dei benignitatem) extense intelliges pro impense, hyperbolice. Sin hominibus tantum accommodes, intellige quod extensis manibus clamauerint. Natura enim veluti nobis adhęrescit, expassis manibus supplicare, ceu accepturis quicquam ab eo cui supplicamus, ac velocius sumpturis id quod ab eo petimus.

Ac reuersus est quisque a uia sua praua, a que malo quod erat in manibus ipsorum; Non tantum ieiunio & sacco vel maceratione sui vtentes, Deum supplices precabantur, cæterum & mores suos, & vitę rationes correxerunt, quę veræ est pœnitentiæ finitio veluti in Esaia dicit: Non hoc ieiunium elegi, nec diem quo humiliaret homo animam suam: enimuero solue omnem iniquitatis & iniuriæ copulam. Et iterum: Discite bene facere. Pauperiores ergo a via praua reuersi sunt, nimirum ab ebrietate, mendacio, lasciuia, iniuria, ac talibus. Potentiores autem ab iniquitate discesserunt, quæ in manibus ipsorum erat, quam violenter & iniuste freti potentia sua peregerunt. nam manus vim significant. Sic & inconsueto & familiari colloquio dicimus, Quidam manu sua hoc egit. Iã qui iniuste iudicat muneribus corruptus, in manibus habet iniquitatem, iniustum calculum ponens; sic qui ex rapina ditescit, in manibus iniquitatẽ seu iniuriam tenet. At quando alius sententiam fert legitime, & alius amice & humaniter obtinet, reuertuntur ab iniuria sua, quæ in manibus ipsorum erat. F

Dicentes: Quis nouit si mutet sententiam, & consilietur deus, & auertat se ab ira indignationis suæ, & non peremus. Vide prudentes homines. Non ad desperationem proiecerunt se, sentientes magnitudinem peccatorum, sed iudicis mansuetudinẽ simul considerarunt; Quod sententiam mutabit, hoc est, aliud deliberabit, & trãsmutabit minas & adhortationem admittet, hoc est, tranquillus erit, & mansuetus pacabitur. At qui Israelitæ tales non sunt. sed qui dixerint; audi: Iniquitates, inquiũt, nostræ super nos sunt, & non in ipsis liquescimus: & quomodo viuemus? Hæc autem dixerũt

nolentes auertere sese a prauitate, sed in ea se oblectantes ac studiose ex desperatione
A opponentes immedicabilem partem, nulla in se pharmaca quicquam posse autumantes. Deus tamen eis hunc in modum loquutus est: Reuertimini efficaciter a via vestra praua. Et cur mortem obitis domus Israel? Sic igitur nos. Nineuitarum instar vitam nostram corrigere par est, quanto maiora mala habemus, tanto magis domini mansuetudinem reputantes, quam nullis verbis exprimere licet quanta mensura exuperet multitudinem peccatorum nostrorum.

Et reuertatur ab ira indignationis suæ, & non pereamus, Indignatio quidem est iudicium, quod tristia quędam adducat ei qui demeruerit. Ira vero est labor iam, & ipsa punitio quæ ab iusto iudice adducitur. Perinde ac medicus simul ac flammantem & sanie refertam partem, latentem tamen obseruauerit, iudicat necessariam esse sectionē hoc ipsum scriptura indignationem nominat: post hoc iudicium sequitur sectio, cruciatū parans in eo qui scinditur, atque isthuc ira nominata est. Auertetur igitur inquit deus ne laborem & pœnam super nos ducat, quæ indignationis eius effectus est. Consimilem ad modum Dauid inquit: Quoniam ira in indignatione eius.

Respexit autem deus opera ipsorum: quod reuersi essent a vijs suis prauis. Ieiunium Prę.xxix ipsorum non aspexit, sed opera ipsorum videlicet bona quæ fecerunt, eo quod declinassent a via sceletosa. Declina, inquit Dauid, a malo, & fac bonum. Proinde ieiunium non fuit per sese sufficiens vt propitium redderet, vt placaret Deum, nisi & mores cor
B rexissent, & bona opera exibuissent.

Alterauitque sententiam super malo quod locutus erat ut faceret eis, & non fecit. Super pœnitentia Nineuitarum & ipse deus altera institutum animi sui: non quod æque atque nos eum alicuius rei pœniteat (non enim iam hoc, iam illud vult) sed permutationem minarum, vt & supra dictum est, μετάνοιαν hoc est, sententię animi alterationem, propheticus sermo nominat. Si enim deus hominis instar mutaretur, iam tum non interminatus fuisset, sed enim statim puniuisset. At quum salute mortalium gaudeat, interminatur horrenda, vt ne eadem tandem adducere occasionem sumat. Malum autem hic seu malitiam audiens, non intelliges prauitatem. non enim vitiorū operator est deus, qui vitiositatis est destructor: verum per malitiam hic sermo propheticus adflictionem indicat, quam deus ipsis antea interminatus, non erat super eos ducturus, vt qui resipuerint, itidem vt in alio propheta dictum est: Non est malum in vrbe quod dominus non fecerit. Et alio in loco: Appone eis mala domine, hoc est, ad Amos.iij flictiones & perturbatiōes. Ac pręter hos paulo infra dicit de ipso Iona & cucurbita scriptura, vt vmbram præberet ei a malis, hoc est ab adflictione eius.

CAPVT IIII



C *Contristatus est igitur Ionas tristitia magna, & confusus orauit ad dominum, ac dixit: Domine: nonne hi sermones mei, quum adhuc essem in terra mea. Propterea anteuerti ut fugerem in Tharsis: quādoquidem cognouissem te esse misericordē & longanimem, & multæ miserationis, mutantemque animi sententiam super malo.* Tres dies completi fuere post quas subuersio Nineui iuxta vatis Iona minas secutura erat. Deo vero nihil tale adducente, super Nineuitas amare pœnitentes, seque ipsos punientes vehementissima adflictione, mœrore adficitur Ionas: nō tanquam seruatis inuidens, neque tanquam interminationibus hominum voluntatem capiens) procul enim hæc a bono & mansueto spiritu, cuius domicilium & habitaculum erat ille (cæterum quia periculum erat ne ipse etiam mendax reputaretur, quique ceu præstigiator aliquis frustra turbauerit, non ex ore, domini loquutus, sed ex concauitate vocum: hinc & apud clementem omnium sese defendēs, Nonne inquit, hęc dixi quum adhuc in terra Israelitide etiam quod tu misera tor es, Videbam nanque te Israeli multam magnanimitatem exhibere atque experientia, tua misericordiæ viscera cognoscebā, eamque ob causam Prophetæ functionem fugiebam, quādoquidem agnoscerem te mutare sententiam super malis, hoc est adflictionibus: vt eas non induceres super eos qui sedulo commeruissent.

Nunc itaque domine deus, accipe animam meam a me; quoniam satius est mihi mori,

quã uiuere. Antea, inquit, quũ esse a balena deuoratus, precabar ascẽdere ex corruptione vitam meam: nũc contrarium desidero, nempe obire diem. hoc enim melius est, quam viuentem mendacem reputari, ac prophetię donum vituperari. Forsan cuipiã pusillanimis propheta videri queat, qui deo sua iudicia non permittat. Neque hoc fors mirandum foret. homo enim erat, idque veteris testamenti, vbi & qui perfecti videbãtur, imperfecti erant. Attamen non sic fortasse pusillanimis est, vt animum despondeat. non enim hoc pro sua gloria, sed pro gloria dei facit, Siquidem illius gratia & donum prophetia est. qua intercidente, deus Israelis a gentibus vituperatetur.

Dixitque deus: Nonne tu uehementer contristatus es? Conturbatum prophetam refouet deus, interrogando num sit contristatus. Interrogans enim terrere ipsum videtur, ceu non recte mœrore affectum. Atque hoc apertius Symmachus, Dixit enim, Nunquid iure contristatus es? &, Num recte contristatus es? hoc est, considera penes teipsum, an iustam habeas mœroris ansam. hicque ipsum sibi medicum constituit, excitans considerare quod iniuste conturbatus sit, ac a desperatione ita cesset. Quæ dum propheta non intellexit, ipse tandem dominus causam quur minime tristari debeat, manifestissime ipsi exhibet, & scite admodum & valde sapienter cucurbitam pducẽs.

Egressus Ionas ex urbe: sedit ex aduerso urbis, fecitque sibi attegiam, sedit sub ea usque dum uideret quidnam obuenturum esset ciuitati. Hoc primo factum, vt quidam dicunt, postremo posuit propheta. Explicata enim Nineuitarum correctione animi, huic simul diuinam clementiam annectere voluit, ac mœrorem ex eo sibi factum, eaq; verba quibus dominum conuenit: quocirca eum posterius narrare apparet, quæ prius cõtigerunt. Ionas concione sua peracta exijt vrbem, fixoque tabernaculo, expectauit cõcionis suæ euentũ. Perspicuum enim q ista præ animi turbatione acciderint. Exactis enim definitis diebus, nihil eorum quæ minatus erat, euenire cõtẽplatus, nec interire vrbem, dolet animum. Hanc igitur ex mœrore ad deum precationem facit, veluti cum deo expostulans. Alij sunt diuersæ sẽtentiæ, nimirũ quod ista ex aduerso sessio, post animi despõsionẽm siue luctum contingerit eo ordine quem hic pręse fert scriptura. Quum nanque vidisset propheta Nineui vrbem non subuertit, mente languit: dein egressus vrbem, ante ipsam sedit, non porro euersionem sperans, cęterum aliam quãpiam mitiorem vindictam expectãs, perinde ac supra commemorauimus. Neq; enim credere vatem aiunt, ipsam vrbem in triduo delere posse tantos delictorum libellos.

Porro mandauit dominus deus cucurbitæ; ascenditque super caput Ionæ, ut umbram præberet capiti eius, ipsumque obumbrando refocillaret a malis suis, Gauisus est ergo Ionas super cucurbita gaudio magno. Consolationem ac refocillationem vati machinatur deus, datque mãdatum cucurbitę æque atque ceto hoc est vult cucurbitã crescere, ac statim prodit germinans, ac hirsutam comam ex latis folijs extẽdens demonstransq;, vt opacam vmbram Ionæ capiti subministraret, eumq; refoueret a malis, hoc est afflictione solaris æstus. Atqui turbari, pphetam ob salutem Nineuitarum, gaudere vero super oleris germinatione, simplices hominis mores demonstrat, ingeniumque puerorum, adeoq; infantium κακίαν, hoc est vitiorum ignorantię quæ in pueris dũ est, proximum. Pueri enim facile, qualicunq; etiam occasione adueniente, ad gaudiũ & dolorem transmutantur.

Mãdauitque deus uermi matutino in crastinum adfuturo, ac percussit cucurbitam, & exaruit, Exorto dein sole, datoque negotio a deo uento per æstum comburenti, uerberauit sol caput Ionæ, adeo ut uiribus deficiens, ac uitam perosus diceret: Melius est mihi mori quã uiuere. Vermẽ matutinũ erucam nominat, q ex rore sub aurorã decidẽte generationis suæ principium ducat. Datur autem & ipsi mandatum (diuina voluntate, præcepto, vt dictum est, appellato) vt cucurbitæ radicem arrodat, Factumq; est hoc & exaruit plus. Iubet porro, ac statim oritur ventus vrens. Nedum enim sol flammis æstuabat, cæterum & ventus vrens excitabatur æstum ipsum maiorem reddẽs: verberaturque caput Ionæ a sole, & vrente illo spiritu. Is vero animo æger, vitam suã deponere auet. Hæc autem sapientissime diuino ita consilio geruntur, vt discamus humanam imbecillitatem neutiquã omnibus in locis circa sermones ab deo factos curiosam esse debere.

Dixit ergo dominus ad Ionam: Vehementer ne contristatus es ob cucurbitam? Qui respondit: Vehementer ego, domine, etiam adusque mortem contristatus sum. Cui dominus Tu misericordiæ affectu tãgeris erga cucurbitã, cuius tamẽ causa nihil duri perpessus es.

es, neque educasti ipsam, quæ ut sub noctem nata est, ita sub noctem perijt. Et ego nulla
A *miseratione mouebor erga Nineui urbem magnam, in qua plura quam cētum uiginti millia*
hominum commorantur, qui neque dextram, neque sinistram agnouerunt; tum iumenta
multa? Mœstitia grauatum prophetam interrogat, peccatores curans, & iustorū
rationem habens dominus anne valde contristatus sit: non veluti ignorans, verum enī
ceu docturus ipsum non oportere eum esse mœstum. Quum enim fassus esset sese adeo
perturbatum, vt vel mortem expectat: Te, inquit deus, iudice vtar. Reputa ergo tecum
iure propter cucurbitam doleas, cuius non fuisti cultor: neque enim plantasti, neque ri-
gasti, sed sub diluculum nata, postero die rursum sub diluculum vermis cibus facta est:
Me vero noluisti vlla miseratione tangi erga talem tantamque vrbem, quæ esse suum
a me acceperit? Admirare igitur benignitatem meam atque clementiam, vtque com-
mode sese habeat, neque animo langueas, perinde quasi prophetia intercidat. Quod au-
tem non agnouerunt dextram suam vel sinistram, quidam de simplicitate Nineuita-
rum dictum putarunt. Videtur autem hoc ipsum magis de infantibus qui sunt in vrbe
dici: ex quo vrbis frequentiam ratiocinari licet. Si enim soli infantes & pueri duodecim
myriades excedunt, reliqua multitudo quanta? Ac scopus eorum quæ a domino di-
cta sunt, ad hanc nos perducit sententiam. Si enim non oportuit suscipere pœnitentiam
a peccatoribus, decebat tamen miseratione permoueri in tot myriades infantium, qui
propter puerilem ætatem ignorant qualis dextera, quæve sinistra, ac propterea neque
B peccati rei, non omnino luere pœnam debuerunt, vel interire. Similiter & iumentis
parcendum erat, neque enim ipsa pœnam peccatorum nomine debuerunt. Si igitur iu-
stus deus miseratur animas iumentorum, quanto potius conditor horum, propriæ suæ
possessionis parcet? Quemadmodum igitur iumenta apposuit vt ostenderet iure serua-
tam vrbem, sic & immaturā ætatem præposuit, ceu neque horum neque illorum sup-
plicia pro peccatis iuste exigantur. Proinde huius prophetiæ hic est finis. Nos vero
benignum dominum nostrum celebremus, qui nolens mortem peccatoris, vult vt cō-
uertatur & vitam ducat, qui interdum bene placentes ipsi sanctos contristare sustinet;
contraque ipsorum voluntatem alijs misericordiam impertit. Sic quum Helias omni-
no pluuiam cohibuisset, ad seruum ipse tanquam legatus accedit; &, Vade, inquit,
ad Achaab, daboque pluuiam super faciem terræ. Hunc ad modum Nineui vna cum
iumentis seruata est. Sic & Christus dans se precium redemptionis, omneis conseruauit
sapientes & insipientes, diuites & pauperes. Ad quem a Dauide etiam dici nihil dubita- Psa.xxxv.
mus: Homines & iumenta seruabis domine. Quoniam multiplicasti misericordiā tuā
deus, filij hominum in protectione alarum tuarum sperabunt. Porro cætera quæ in hac
sunt prophetia, digna sunt admiratione, maxime vero ipsius prophetæ mores adeo placi-
dos & veros hic mirari par est, vt omnia citra tegumētū aperte dicat, suosq; defectꝰ de-
nudet, nimirū inobediētiā, fugā pusillanimitatē; nec horum ipsum, quo minꝰ aperiret,
puderet, quin potius literis mādaret, ad nostrā cōmoditatē. Tales certe omnes fuerunt
sancti, non quod sui erat quærētes, sed quod multorū, vt seruarētur. Sic Dauid propriū
C quoque memoriæ prodidit peccatum, vt posteris vtilitatem operaretur, quinquagesimo
psalmo exarato, omni quidē cōpūctione referto, bonas autem spes desperantibus sug-
gerente: nempe nullum peccatum adeo esse grande & multum, quod lachrymis non de-
leatur. Etenim in hoc ipso psalmo in quo peccatū luget, de magnis adeoque cœlestibus
mysterijs vaticinatur supernæ illius Sion, & altaris quod illic erat, atque sacrificiorum
secretiorum ac ineffabilium, neque non ipso dignorum: abunde ostendens quod nō deli-
ctorum tantummodo condonationem animi correctio siue pœnitentia efficiat, verum
& donorum communicationem. Nec hic ignoranter prætereundum, quod quidam
hanc Ionæ inobedientiam & fugam; cæteraque vere citraque dolum contigisse vt
historia habet, susceperunt, sed enim allegoriam adijciendo, postquam videbat, inqui-
unt, Israelis ruinam, lapsum ac transeuntem ad gentes propheticam gratiam sentie-
bat, ea propter cedit prædicationi; non exequitur, & reijcit mandatum: ac dimissa
gratiæ contemplatione (hoc enim Hebræis Ioppe valet) vetere altitudine dico & digni-
tate, in tristitiæ pelagus sese ipse proijcit, suisque cogitationibus & mente tem-
pestatem & luctam sustinet, & periclitatur in naui, hoc est, fluctuat, reputans secum
quomodo filium primogenitum, sacerdotium regale, eximium populum declinet spi-
ritus, & ad immundos canes, gentes nempe, vadat. Deinde indormiscit Ionas, id est,
ambigit omnino; ac proprios sensus sedat, vt qui non amplius cogitare possit quo-

modo hoc fiat: quandoquidem & Paulus ob illam ipsam rem exclamat; O profun-
Rom.xi ditatem diuitiarum sapientiæ & cognitionis dei, quam inscrutabilia iudicia eius, & D
imperuestigabiles viæ eius? Atqui proræ obseruator expergefacit ipsum, omnia scili-
cet prospiciens verbum, quod ipsi prędemonstrauit, Decidas quidem fore ipsos con-
tribules eius: iure itaque ab ipsis gratiam decedere. Hinc sub sortem cadit vates, dele-
ctui videlicet obnoxius, a supernis aduenienti iustoque dei iudicio, quod purum san
ctumque spiritum immundis dei crucifixoribus dari non iustum arbitratur. Deinde
& a balena quidem deuoratur, verum non capitur continetur ve. Intellige enim lapsum
Israelis in incredulitate remanentis, deinde perpende etiam salutem reliquiarum, secun
dum electionem, non enim repulit populum suum quem prædefiniuit. Et en rem mi-
randam, tertio die vna cum Christo redditur a balena, & in lucem redit. credit enim
quod qui per lauacrum regenerationis in Christum tertio die resurgentem sunt bapti-
zati, reuiuiscent, nihil damni passi a balena secundę incredulitatis. Posthac prędicatio-
nem certiorem pręuidet ad gentes euntem, easque resipiscētes, suorumque peccatorum
dimissionem, a deo accipiētes. Tubatur itaque non quod seruentur illæ, cæterum quod
sui cōtribules & cognati reniciantur. Nec hoc mireris, postquam & Paulo mœror & in
cessabilis dolor cordi eius sic Israelis elapsio. Præterea adumbrans Ionas, & typum
gerens eorum qui temporibus apostolorum adhuc legē tenebantur, qualis & Petrus
erat priusquam sindonem videret, illicitum esse ratus homini Iudęo gentibus associari
adhærescere ve, vrbem egreditur, gentium dico ecclesiam, eas ad fidem non recipiendas E
iudicans, nisi Iudaismum assumant: ac sub tabernaculo sedens iuxta viam, isthuc appli
cans testamento, oportere circuncidi gentes ratus, & Mosaicam saruare legem: acquies-
cit sub vmbra cucurbitæ quam esse legem discimus, sub nocte natam, quando scilicet
nox peccati sceptris potiretur, quippe quia lex trāgressionum causa lata est: eademque
sub nocte perijt, siquidem destructa est quando non potuit extra dictam peccati noctē
veniente luce permanere. Quum enim ex operibus legis non potuerit iustificari quis-
quam per ipsam eo magis exuberabat delictum, nam sine lege peccatum est mortuum,
Quomodo vero perijt? Per efficaciam vermis matutini, hoc est, potentiam dei magnā
per gratiam illustrantis & lumen præbentis Iesu qui super nos resplenduit, ac auroram
cognitionis dei rectæque vitæ peperit, vbi ait: Ego autem sum vermis, & non homo.
Psal.xxi. Ipsa inquam dei gratia legem percussit & aboleuit. Tumque Ionas perfectius discit sa
cramentum sine arcanum hoc, quod gentes iure & assumantur & seruentur. Nonne &
in actis apostolorum, & alij & ipse Petrus ad gentes secernuntur prius? Deinde Petrus
quoque ex velo, gentium puritatem discit, aliosque docet quod iugum nominetur lex
quod neque ipsi neque patres ipsorum gestare potuerunt. Hęc omnia ceu per ænigma
adumbrās Ionas, hanc ad rationem, hanc suam digessit prophetiam. Præterea & in
cæteris ex hac prophetia commoditatem capere queamus, discendo amaram esse retri
butionem transgressionis iussuū dei. Quia enim deo resistimus, tradimur tentationibus
atque periculis maris, cumque tempestatibus luctamur, ac videtur quidem balena oīa
vorans nos in tentationes traditos deglutire perdereque, quod vituperemus forsan &
obmurmuremus diuinæ prouidentiæ, verumtamen integros nos conseruemur. Hoc F
autem continget, si precemur qui ex interitu poterit reducere vitam nostram, ac polli-
ceamur ei sacrificia spiritualia operationes ad salutem nostram dico. Si enim ita nos ges
serimus, non obseruabimus mendacia & vana, quod patiuntur illi qui misericordiam
dei relinquunt, & ad blasphemias se conferunt. Hi enim vere sunt vani neque a tribu
lationibus propter blasphemiam se liberantes, Deumque magis exacerbantes, ac gra
uiora super se flagra prouocantes, quum misericordiam potius dei inuocare debuissent
Nonne & in hoc modo serui, quum ab heris suis castigati rebellauerint, vel conuitia
in eos regesserint, vehementius herilem iram accendunt: at vero qui dicunt, miserare
me, eādem sedant, pacant, mitiorem reddunt, maioraque supplicia effugiunt? Eum in
modum prudentes animæ, & in eum qui pro nobis supplicium subijt, defigentes oculos
tertio die suscitatum, & ipsi nos excitabimur triduani, fidem, spem, charitatem, tria hęc
illuminantia nos, in afflictionum nocte habentes, fidelisque deus, dicentes, qui non sinet
nos tentari, ac propterea sustinentes, probationem ex patientia, & ex hac spem accipien
tes: spes autem prorsus non afficit contumelia, non pudefacit. Sicque tandem ad dilectio
nem patris miserationum venientes, intelligendo id quod in prouerbijs dicitur: Quis
Hebre.xij est filius, quē nō castigat pater? &, Quē diligit filium pater, hunc castigat. vt adeo ipsum

amore prosequamur cum eo qui ait: Quis separabit nos a dilectione dei, quę est in Chri
A sto Iesu? Si hęc rite perfecerimus, & præcones erimus alijs, & seruabimus eos per exem Rom. viij
plum nostrum, cum extra vrbem habitabimus, mundum videlicet hunc, perinde atq;
Paulus hortatur, præcipiēs egredi improperiū Christi ferētes, hoc est, omnē ignominiā
& omnē malitiā. Sic & in tabernaculo requiescemus non stabiliter quidē, sed obiter &
transitorie commorando, quemadmodum Abraham & reliqui patriarchæ cohæredes
promissionis, qui in attegiis peregrinati sunt, veluti vrbem fundamenta habentem ex-
pectātes. Proīde & vmbra cucurbitæ, hoc est gloriæ huius mūdi (si quidē omnis gloria He. xiij.
hominis, sicut flos fœni) refrigerare nos videtur in hoc afflictionum æstu, ideoq; a nobis
expetitur. Enimuero feriat eam vermis matutinus, ipsa nimirum conscientia nostra, cui
nihil eorum quę nostra sunt, tenebricosum aut obscurum est. Hinc & vermis est, nūquā
nō peccatorū nobis sensum exhibēs. Ipsa enī sensibilis tinea ossiū cordisque, ob oculos Esa. xxxx
nobis ponēs nostra scelera, docens iuxta nos vel grauioribus pœnis dignos peccatorū
nostrorum causa, feriet cupiditatem gloriæ, persuadebitque dicere cum propheta: Iram
dñi sustinebo, quippe quia peccaui, ipse. Et paulo post: Eo ꝙ peccaui cęsus sum flagris.
Gratiā igitur habem⁹ & agim⁹ spiritui per oīa nos adiuuāti, ac mysteria quidē per literę
cōsiderationē reuelāti, nō minimevero & per literā aīaduertētiū aīas dirigēti. Vt igitur
statim ex vno totum exhibeamus, quod ait propheta, Adhue treis dies, & Nineui sub Mic. xvij
uertetur: secretiore quodam modo, per sepulturam in qua dominus noster triduū quie
B uit; excidiū praui & opponentis sese regni, quod olim viguit ac prępotens fuit perinde
atque Nineui inter gentes, significat. Aduersus quod pugnabat lex sed imbecilla erat:
vnde & dictū est: Adhuc treis dies, & extrema sequetur euersio: quippe quia exuet pla
ne principatus & potestates, triumphans eas in cruce, qui per mortē suam destructu-
rus est eum cui est imperium mortis. Quinetiam seruatore Iesu in terris agente, ipsum
adeo dæmonum imperium dissoluebatur: spoliabat nāq; fortē, direptis armis eius, dæ
monibusque obsessos curabat. Attamen nouissima subuersio prauorum spirituum ty
rannidis, per triduanam istam resurrectionem consummata est. Præterea per triplicem
in baptismate submersionem reuera diurnam & lucidam, peccatū subuertitur: quę hęc
etiam mystice indicantur, dum ait, Adhue tres dies & Nineui subuertetur. Atqui neq;
litera nobis inutilis est, discentibus ex ea nobis non desperandum esse, sed domini cle
mentiæ & benignitati confidendum, vt quid propter trium dierū pœnitentiā, multorū
annorum vitia neque non flagitia neglexerit. Ipsi gloria in seculá seculorum. Amen.

ENARRATIONVM THEOPHYLACTI IN IONAM PROPHETAM, FINIS.

C Theophylacti Bulgariæ archi EPISCOPI COMPENDIARIA IN NAVM *Prophetam enarratio*

PRAEFATIO.



Rædicauit admirandus ille Ionas Nineuitis cum interitum; cum perniciem sui, nisi resipiscant, sanctioribusque moribus imbuantur. Erat autem Nineui eximia Assyriorum ciuitas. Persuasi autem a vate, perque vitæ suæ correctionem diuinam iram auertentes, nihil malorum quæ Ionas interminatus erat, sunt perpessi. At postea ex humana imbecillitate, vt fit, desidiosi facti, ad priorem omnino prauitatem reuersi, innumera alia flagitia patrarunt, adeo vt & aduersus Israelem mouere copias, eumque expugnare sint ausi: quo in prælio Thaglathphalasar & Salmanasar decem sibi tribus subiugantes, captiuas abduxerunt.

Sic aduersus tribum Iuda Sennachereim bellum faciens; plerisque ciuitatibus captis, ipsaque Hierusalem obsidione cincta, contra sese iram dei concitans, vna etiam nocte tot tantasque suas chiliades amisit: ipse vero eam plagam diuinam videlicet vltionem fugiens, domum redijs, vt illic diuinam potentiam euulgaret (eius enim rei gratia seruatus est) (vbi & a proprijs liberis in regia captus iugulatur. Paulopost ad Persas & Medos translato regno funditus Nineui interijt, quandoquidem & Cyrus Israelitas liberos dimisit. Proinde haec quae in manibus nostris est prophetia Naum, hanc Nineuitis perniciem praenunciat: cunctos mortales pariter docēs, quod iustus existens deus nihil extra suam prouidentiam relinquat, sed quibuslibet merita supplicia imponat. Eam ob causam Israelem negligentem dei tradidit Assyrijs, eos ăt rursum Persis, quod assumptum ex captiuitate Israelem ceu feras tractauerint. Non enim tanquam diuinae irae inseruientes, contra Israelem belligerati sunt, sed enim suam auaritiam perditum que quaestum explentes, ac omniū plane dominari volentes. Deus itaque tum illis ceu tortoribus & lictoribus, neque non carnificibus contra Israel vsus est. Enimuero ne arbitrarentur se proprijs viribus transegisse quae fecerant, tot millia Sennacherim perdidit: tandem & ipsa Nineui vna cum Assyriorum regno deus sustulit. Deus enim populum suum peccatis deturpatum, hostibus quidem tradit, non vult autem istos peni tus implacabili ira aduersus diuinum templum grassari. Quocirca si viderit istos carnifices acerbius quam par sit infligere poenam, super ipsos etiam suam iram effundit, vt vel experientia discant quantum sit mali saeuitia. Sin quis hic obijciat, quur Saul reiectus sit, qui Amalecitis tamen clementem se omnino ac mitē exhibuerat? illi audiant, primum quidem quod Amalecitae non fuerint populus dei, verum desertores & hostes: nos vero hic de populo dei verba facimus quem deus vt filium pater castigare quidem vult, sed non extirpare. Deinde nouerit quod palā Sauli praeceperit deus exterminare Amalecitas: quare non oportuit ipsum apertum dei mandatum transgredi: pręsertim quum Saul Amaleco non propter mansuetudinem pepercerit, sed auaritiam potius. Docet itaque vates Naum omnes homines curam ac prouidentiam dei in omnibus esse. Peculiariter autem Israelitis bonam spem facit, vt ne desponsis animis, a spe in deum excidant, sed in ipsum intuentes, fide in eum armati, consolationem habeant, ab eo tantummodo se redimi posse, tanquam Assyrij poenam sint daturi Cyro, per quē & ipsi a captiuitate sint absoluendi. Nanque desperatio in causa erat cur gentes accederent, illorumque moribus associarentur. Est igitur tale praesentis vaticinij argumentū. Praeterea & de Christo seruatore nostro sacramētum siue arcanum alte huic prophetię insitum hic intelligitur. Quod intueri donet ille ipse, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: simul & vitam nostram dirigens per bonum rectumque spiritum, cuius prophetia opus est.

CAPVT PRIMVM.



Lemma Nineui. Spiritus paracleti gratia varijs modis in prophetis operabatur. Nam alios quidem videre faciebat futura, vt Esaiam, Michęam, Danielem, & Zachariam, alijs vero quaedam vt volebat inspirabat, videbanturque audire veluti differente quopiam vaticinia. Sic, Audiam quid loquatur in me. Et, Quid respondeam interroganti mihi, inquit, Habacuc. Perinde ac Dauid: Animaduertam quid loquatur ī me dominus. id quod & ī iam commemoratis prophetis est videre. Porro quosdam derepente spiritus apprehendebat gratia, eosque detinens, & ab humanis separans, per ipsos futura loquebatur. Hanc igitur repentinam mentis detentionem, Lemma vocauit Naum, perinde quasi hoc dicat: Arrepta mens mea a spiritu, praeuidit quae Nineui essent obuentura. Obseruandum quidem, omnem prophetica communi vocabulo lemma dici posse, hoc est acceptionem. Etenim ex deo hanc prophetae accipiebant. Insuper & visio veluti commune vaticinijs videtur esse, Siquidem in omnibus prophetiae formis mens spiritus lumine illustrabatur. Audi igitur quid hic afferat, & adducit.

Libellus uisionis Naum Helcesæi. Hoc, inquit, lemma, id est, hæc contra Nineui pro
A phetia, quam vaticinor a spiritu apprehensus, vel quam a deo accepi, libellus est conti-
nens visionem quam ego Naum vidi a vico Helcasai adueniens. Quippe quia futura
præuidi, vt hæc præuidi, sic loquor. Sunt qui lemma Nineui sic intellexere, quasi di-
cat vates: Lemma, hoc est, in manus acceptum mihi argumentum vrbs est Nineui, de
qua sum facturus verba. Liber autem hic est visionis Naumi. Fortasse ex Hieremiæ
prophetia hic intelligi queat, quid significet hic lemma. Videtur enim illic lemma ap-
pellare iram dei cum zelo, ex eo quod fortior apprehendit imbecilliorem, vt dilaniet
Cui vacat, legat partem illic prophetiæ Hieremiæ. Proinde & hic, postquam deus in-
dignatur vrbi Nineui, eamque apprehensurus est, & ab imperij altitudine deiecturus iē
ma, iram dei in Nineui appellauit. Quia vero Naum consolationem, si interpretetur
quispiam, valet: & ipsa Nineui si in propria sua significatione accipiatur, pro peccatri
ce conscientia cuius regiam ille princeps obtinet, cui tradita est potestas & imperium Hie.xxiij
in mortem: consolatio itaque est dominus noster iesus Christus, secundum Iohānem
dicentem: Si peccauerimus, consolatorem seu aduocatum habemus dominum iesum.
Lemma vero contra Nineui, est ipsa caro quam assumpsit, vt condemnaret peccatum
in carne: quæ etiam est liber veluti verbum dei accipiens in ipsa commorans. Quoniam
autem idem sermo, lumen verum est, quod illuminat omnem hominem venientem in
hunc mundum: & qui sequitur ipsum, nō ambulat in tenebris, ac propter hoc venit, vt 1.Iohan.ij
B videntes non videant: merito eius caro liber est visionis. Multi, inquit, reges & pro-
phetę, ante incarnatione istā videlicet, expetiuerunt videre ista quę vos cernitis, & non
viderunt: vestri autem beati oculi. Et si quis, vt Barnabas vir bonus, plenus spiritu san
cto & fide, potest consolari omnes, vt ex proposito cordis apud dominum perseuerent
dicetur etia ipse filius consolationis. Habebit & is lemma aduersum Nineui, veluti ap
prehendens & captiuās omnem intellectum ad obedientiam Christi, ac librum visionis
impartiens sedētibus in tenebris, & vmbra mortis. Vide autem quod primum lemma
Nineui, deinde librum visionis dixerit. Nisi enim quisquam vitia spoliet, & sub iugū Lucæ.ix.
mittat, ad librum visionis non perueniet, qui est contemplatio. Vtraque hæc con-
solationis sunt. siue ad opus consolatoris pertinent Nam sermo sapientiæ per spiritum
datur, & operationes virtutum in eodem spiritu.

Deus zelotes. Aduersum Nineuitas hæc dicit. Postquam enim in rabiem acti, con
tra Israelitas ferociter grassati sunt, ac in deum conuicia iactarunt, existimantes sese nō
illius permissu, cæterum proprijs viribus vincere, vel imperium obtinere; dicit nunc
ipsis: Videte quo ferimini, deus zelotes est, hoc est, zelum suum in inique agentes
& fastu inflatos exhibet. Zelum enim iustam iram cū feruore factā nominat. Infert ego:

Vlciscitur se dominus cum indignatione: ultionem sumit dominus de aduersantibus sibi.
Aduersarij eius sunt, qui & idolorum cultura, & alijs in rebus commiserunt; maxime
vero hostes ei⁹ superbi siquidē dñs superbis resistit, aduersum illos copias suas armat.

Auferens ipsos suos aduersarios. Hoc est, e medio tollens, exterminans. Atqui hoc
C significanter dictum est. Ipse enim, inquit, magnus & multus, & fortis, Perinde ac de-
monstraturus aliquis vrbem quampiam funditus perijsse, dicat: Iste vel talis rex con
tra hanc bellum fecit, ac cum omni exercitu suo veniens diripuit. Simile huic: Horren-
dum est incidere in manus dei viuentis. Forsan & ad Israelitas tum temporis ægrefe-
rentes dei gubernationem accusantesque deum, hæc dicit vates, ostendens quod iure
Babylonis traditi sint. Idola enim coluerunt, quum essent populus eius electus, & peculi-
aris. maiore autem in deū indignatione filij & posteri ipsorū commoti sunt. quocirca ira
tus deus quod se reliquerint, hostibus eos tradidit, quemadmodum & in cantico Mosis
dixit: ipsi prouocauerunt me in non deo, cōcitauerūt me ad iracundiam in idolis suis, &
ego puocabo eos in nō gēte sup gēte Isipiēte irritabo eos. Gens autē insipiēs Babylonij
& veluti arrogantes, & ijs qui non sunt dij, seruientes. iam arrogante, idolorumque cul
tore, nihil insipientius.

Dominus longanimis, & magnum robur eius, & innoxium sine noxa non dimittet. Non
statim, inquit, dominus vindictam adducit, sed plurima longanimitate erga delinquē
tes vtitur, vt quos a peccatis reuerti velit. Cui rei vos o Nineuitæ testimonium
dicere potestis, qui ad meliorem vitam per resipiscentiam translati, deinde rursum
multa prauitate languentes, pœnas tamen istorum scelerum vestrorum non dedistis.
Atqui dominus loganimis & patiens super iniquitates peccantium; ob imbecillita-

tem hoc non facit. ingens enim robur eius est, puniturusque eos qui non resipuerunt; vehemens ac graue supplicium affert. sine noxa enim existens, non est citra noxam: vel innoxium, sine noxa non dimittet (nam duplex hic lectio dupliccem intellectum paric) hoc est, communem omnibus perniciem affert. Quanuis enim sine damno quod inferat esse videatur, nō omnino tamen a supplicio abstinet. Vel iuxta proprietatem scripturæ hoc dictum est, expers supplicij, sine supplicio non erit: itidem vt hoc, Videns vidi afflictionem Israelis. Hic igitur dicturus quod non sit citra vltionem, ingeminauit dictionem. Proinde & eos qui filium eius occiderant, vltus est cum indignatione, pœnam exigens ab ijs qui non sunt perducti ad pœnitentiam, eosque ex Hierusalem abstulit, ira æstuaus ob iustum suum, cuius interfectores extiterunt. Præterea quilibet secundum carnem viuens, est hostis dei. nam affectus carnis, est inimicus deo. De tali igitur inimico se vlciscitur dominus, protinus eum tentationibus tradens in hac vita, vt hostilis affectus ex tali homine tollatur. Sin hic longanimis fuerit; vt sæpe consueuit, vt per mansuetudinem suam ad sese peccantem trahat, in extremo tamen iudicio sine supplicio non erit, etiamsi hic non asper extiterit. Hæc autem ceu sponsus quispiam facit æmulationem habens pro animabus, quas quum condidisset, vt ipsi coagmentarentur virgines castæ, hosti ac desertori satanæ videt agglutinatas, pudefacientes ita claritudinem generis sui, quam ex natura verbi sortitæ erant. D

Dominus in consummatione & in concussione uia eius. Viam appellat motionem quā facit deus in punitione eorum qui supplicium commeruerunt. Ipsa igitur motio non E simpliciter pœnas adducit sed consummationem, hoc est perniciem & interitum: concutitque, hoc est, turbat, miscens ac permutās res. Hanc ergo ad rationem in Nineuitas feretur. Qua propter posthac ne despondeatis animum Israelitæ, qui miseris modis accepti ab illis estis. Veniet nanque super eos quoque consummatio, hoc est finis, vastatio, exterminatioque.

Nubes sunt puluis pedum ipsius. Haud inconueniēter puluerem itineri apposuit. Homo igitur, inquit, iter faciens puluerem excitat, deus vero adeo magnifice incedit ac moueatur, vt nubes & nebulas excitet. Sic & contra Nineuitas motus, nubes malorum vndique adducet. Porro & vnigeniti dei filij ad nostra confinia iter, quod in consummatione seculorum fecit, concussit principatus & potestates. Ad hæc translatio a lege ad euangelion, concussio intelligi queat. Mentales autem nebulæ, hoc est prophetæ, aduentum eius nunciarunt, perinde atque currentes excitatus puluis nunciat. Nubes vero istos appellat, caliginosiore nec admodum perspicuo sermone vsos: attamen spirituali aqua pregnantes, suoque tēpore dignis præbentes spiritualium intellectum. Ambulat porro & in nobis domin⁹, quum iter honesti adeoq; virtutis ingressi fuerim⁹. Extinctis itaque vitiis, atque eiectis ex anima nostra, stirpitusque euulsis, siue motis nec vlterius stabilitatem seu firmam mansionē in ea habētibus, uer domini locum inuenit. Ex hac deinde via & motione, quod crassum in nobis est ac terreum, subtile ac aereum & spirituale redditur. Hinc & in sublime raptum, in nubes trasfertur, quæ alijs etiam imbrem mentium adstilare queant.

Minans mari, & arefaciens ipsum omniaque flumina deuastans. Docet nos omnipotētem F esse deum, qui facile quicquid voluerit faciat: qui si velit vniuersum mare exiccet, omniaque flumina deleat. Atque hoc perspicuum est ex admirandis eius factis quæ fecit temporibus Mosę dum rubens mare, ac Iordanem fluuium temporibus Iesu filij Naue exiccauit. Hinc & Nineui vrbem arefaciet, veluti vastum quoddam pelagus existentē; cum gloria tum opibus altum, bellorum motibus fluctuans: ac gētes sub ipso, ceu quosdam in eam se exonerantes & influentes, quibus intumescat & impleatur, desolabit. Mare, huius vitæ est amaritudo, quam insipientes nos ceu flumina appetimus. Hanc dominus exiccauit, ac quod in ea potioni accommodum videbatur, obliterauit, instituens nos, quod in mundo afflictionem nos ferre oporteat. si iugum eius tulerim⁹, inueniemus requiem animabus nostris. Præterea si quisquam in tentationibus fuerit, in mari est, & in fluminibus. Ad eum igitur tentato confugiendum est, qui interminatur mari, amnesque exiccat.

Diminuta est Basanitis & Carmelus. Hoc ipsum etiam diuinæ potentiæ signum est. Aiunt enim, Basanitim regionem Palæstinæ fertilissimam, tum Carmelum Iudææ mōtem, agentibus habitata fuisse pugnacibus & morosis, attamen deus eas euertit, ac Israelem eo introduxit: quocirca nō est fidei absonum, deū etiam ipsam Nineui subuersurū.

Efflorescentia Libani defecerunt. Libanus mons est Phœniciæ. Efflorescẽtia huius,
A principes & reges appellat regionis Libano monti subiectæ, quos & ipsos debellatos
Israelitis subiecit deus. Poteris etiam hæc in futuro accipere, quasi dicat Propheta: Do
minus ille adeo potens est, vt si velit, imminuatur Basanitis, etiamsi sit populosissima
ob fertilitatem suam: deinde Carmelus & Libanus, montes nemorosissimi, & exuberan
tissimi materia sua, deficient tamen, quum primum ille vel nutu decreuerit. Consimilem
ad modum cætera quę sequuntur, intelligere poteris de futuro dicta.

*Montes moti sunt ab ipso, collesque sunt concussi, ac sublimata est terra a facie eius vni-
uersa.* Quia enim quidam suspicabantur ipsum in Iudęa tantummodo potentem
esse, vnde & dicebant: Deus montium deus Israel, & non deus vallium, ait etiamnum,
Quoniam non solum omnes montes ab ipso commouebuntur, hoc est, a solo nutu eius
cæterum ipsa etiam terra: nedum hæc vel illa, sedenim vniuersa subleuata est a facie eiꝰ
hoc est horruit, vel transposita est, eque sua sede dimota, ipso eam intuente acrius.

Et omnes habitantes in ipsa. Si ipsum elementum commoueatur, multo magis habi
tantes in ipso homines & animalia cætera. Atqui diminuta est etiam Basanitis & Car-
melus, quando Iudæi propter crucifixum ab se dominum gloriæ, traditi sunt Romanis
Deinde per Basanitin, in moribus & operibus versans respublica, per Carmelum vero
dogmatum altitudo indicatur, quæ cum multa essent, diminuta sunt, in concisum &
consummatum sermonem euangelij summatim congesta. Quoniam vero Libanus ido
B lolatriæ erat officina, defecerunt in eo prius florentes idolorum cultus species, vel Gr[ę]
corum sapientia, quam subleuauit, hoc est, infatuauit in supernis ingrediens deus. Cõ-
cussi sunt autem & in cruce montes, at natura nostra terra antehac existens, sublimata
est, ad superna iter faciens, ac profectionem ad cœlos instituens, omnes iuxta in ipsa
commorantes terrenæ cogitationes, diuinę adeoque cœlestes factę sunt. Insuper si quis
fructum ferat in vitiositate, & in ipsa floreat, imminuitur nunc & deficit ab ipsa. Quã-
do deus talem inspexerit, aliam illi eamque meliorem mentem indens, tum montanum
durumque eius cor, terrestria spirans, concutitur & commouetur a statu qui in eo est
mali.

A facie iræ eius quis subsistet? Etiamsi in plerisque scripturę locis, facies dei de sup-
plicium afferente potentia vsurpetur, interdũ tamen lætioribus rebus etiam accommo
data reperitur, vt eo loco: Ostende faciem tuam, & seruabimur. &: Faciem tuam quur Psal.
auertis? Quare quum hic dixisset a facie, adiunxit, iræ. Quis, inquit, subsistet siquando lxxix
faciem suam iræ plenam nobis ostendat? Videtur igitur & vnigenitus dei filius, facies
esse patris, tanquam character & forma substantiæ eius, ipsiusque manifestator idem
punire & seruare. Ille nanque, inquit, positus est in ruinam & resurrectionẽ multorum.

Et quis opponet sese iræ concitati animi eius. Epitasin quandam hic exhibet, iræ con-
citati animi eius, dicens: forsan ideo, quod secundum aliquos θυμὸς, id est concitatus
animus seu furor, sit principium quidem perturbationis quæ fit ex inflammatione vel
suffumigatione feruentis sanguinis circum cor. Ira vero sit animus vel impetus irarum Lucæ. ij
ad efficiendum quicquam. Propterea hic dixit, in ira indignationis eius hoc est, quum
C indignabundus & ira ęstuans animus etiã opera facit quibus vltionẽ sumat, hostesque
suos conturbet, quis tum opponet sese, vt auertat manum eius, & pœnam imminẽtem
auferat?

Impetus animi eius liquefacit principatus, petræque contritæ sunt ab ipso. Amplissima
inquit, imperia subiugata sibi, quę rupium habere robur putabantur, conterit & dissol
uit concitatus animus eius, eadem queliquefacit, vt ceram ignis: merito igitur nemo
illi resistet. Quinetiam principatus tenebrarum ac potestates dissoluit animus eius, quã
do demisit eos in abyssum. Iudaicos itẽ magistratus diruit propter scelus quod domi-
num crucifigendo patrarunt. Deinde petræ etiam contritæ sunt, partim reue-
ra petræ sensibus obiectæ, temporibus supplicij in cruce domini nostri partim
duris cordibus existentes gentes, verbo Euangelij accepto. Porro quum in nobis intel
lectus vel mens dominatur, vnus est ille principatus, vnicum imperium, propterea
ipsum non liquitur. Quãdo vero impetus & ardor animi vna cum cupiditate potitur
frequens, en multi in nobis dominatus multa imperia, quæ liquefacit domini concita-
tus animus, seu indignatio in mentem nostram accepta dicente domino interdum
ad eos qui noluerunt eum regnare super se: Adducite & mactate. Interdum vero dis-
secabit talem mentem, & portionem eius cum hypocritis ponet; illic est fletus & stri-

dor dentium. Confringuntur etiam petrę a tali indignatione seu impetu domini, ipsi ni
mirum graues admodum, anxij & seueri in vitijs habitus. D

Benignus est dominus expectantibus ipsum in die tribulationis. Postquam horrenda cō
memorauit, ac impetus seu ardores animi, & iræ dei meminit, multæque atrocitatis:
vt ne durum quempiam & prauum peruersumque quidam arbitrētur deum (id quod
Simonis & Marcionis sectatores passi sunt) quæ ad mansuetudinem & benignitatem
eius pertinent, nunc adducit, & ait: Etiamsi ingentem quampiam & intolerabilem do-
mini indignatiōem dixerim, hostibus tamen eius huiusmodi indignatio segregata defi
nitaque est: siue illis qui nedum mala operantur, verumetiam iniquo animo ferunt ca-
stigationem qua propter talia crimina sua puniuntur, atque vituperāt Deum, conuicijs
lacessunt, ac fastidiunt eius dispensationem. Etenim expectantibus ipsum in die tribu-
lationis, hoc est, castigationem ab ipso adductam placida mente sustinentibus, tole-
rantibusque ipsum ceu castigantem patrem, talibus inquam, benignus, mansuetus, cle
mens est. Vel expectantibus ipsum, pro, diuinam ipsam ab eo consolationem excipiē-
tibus, & ad ipsum tantummodo defigentibus oculos, nec ad alia vel dæmonum vel ho
minum auxilia respicientibus. Tale est quod Propheta inquit: Expectans expectaui
dominū. hinc subdit, Et attendit mihi. &, Reduxit me e loco miserię. Quisquis.n. ipsum
præstolatur auxiliatorem, exauditur, ipsiusque benignitate fruitur. Et, Cognoscit do
minus colentes ipsum hoc est diligit, & in suum ius & curam accipit deuenerantes eum
ac propterea non delinquentes, sed pie, cumque timore & reuerentia accipientes quæ il E
lis allegat deus

In diluuio profectionis, finem faciet cum excitatis aduersus ipsum. Quum demonstrasset
quod deus pijs sese offerret, adeoque suis cultoribus, nunc rursus suum erga impios
excursum etiam enarrat, inquiens quod deus excitatis erga se hoc est, duræ ceruicis ho
minibus; ac veluti prauis seruis insurgentibus contra diuinam eius legem, finem faciat
hoc est funditus perdat, perniciem eis faciat in diluuio profectionis suæ, id est dum iter
facit, & mouetur aliqua ex parte contra ipsos, quēadmodum aqua violenta per decliue
seu præceps acta, submergens ea quæ sibi subiecta reperit.

Et hostes eius persequentur tenebræ. Hoc proprium calamitatis est quod qui in tribu
lationibus & afflictionibus sint, mente obfuscentur, quadam caligine obducti, vt etiā
in die veluti in nocte agant. Porro vnigenitus dei filius, perpetuo in se insurgentes, &
ab se deficientes dæmones confecit exterminauitque diluuio profectionis suæ, hoc est
baptismate quo baptizatus est profectus e sinu patris ad nos vsque: hos & tenebrę per
sequentur exteriores nimirum ipsis paratæ. Insuper Pharisæos, scribas, & id genus cæ
teros, in ipsum concitatos, inobedientes, huiusmodi tenebræ ad interitum vsque ap-
prehenderunt, mentes illorum excæcantes, quod non audiuerint dicentē: Ego sum lux
mundi. Et, Vsque dum lumen habetis, in lumine ambulate, vt ne tenebræ vos apprehē
dant. Ad hęc in nobis etiam ipsis lachrymarum est diluuium, habens profectionem seu
iter, hoc est, motum in virtutibus, quod intra nos dæmonem spirantes cogitationes
excitatas conficiet, delebit, exterminabit. Inimicos autem dei persequentur tenebræ, F
ipsum nempe peccatum cōscientiæ caliginem ac tenebras inducens, tum sua deformita
te tantum non compellens ad formosa virtutis opera.

Quid cogitatis aduersus dominum. De deo interrogat hunc ad modū: Qualē ipsum
habere potentiam existimatis?

Consummationem ipse faciet, non bis ultionem sumet de eadem re, in tribulatione. Quum
interrogasset, ipse sibi respondet. Talis est, inquit, potentiæ deus, vt si aliquem punire
pro meritis velit, hoc ipsum simul cumulate vna plaga perficiat, nec altera vindicta opus
habeat, semel quadantenus ipsum conficiens. Quidam sic legerunt: Quid ratiocinamini
quid cogitatis erga dominum? Anne quod ipse sit finem nobiscum facturus? Hactenus
per interrogationem. Deinde respondet: Non sumet vltionem bina vice idem ob deli-
ctum, per tribulationem. Affirmant ergo hæc ad Israelitas dici. Postquam enim
Salmanasar decem tribus captiuas duxisset, captis vna ab eodem aliquot Iudææ
ciuitatibus, metuerunt sibi admodum relicti passim, ne ad sese fors reuerterentur
Babylonij, hinc ad finitimas regiones aufugerunt, atque cum gentibus pollue-
bantur. Consolatur itaque eos Propheta, dicens: Quid cogitatis dominum inhuma-
num esse ipsumque vos extincturum, ac in perniciem traditurum? Haud fiet hoc.
Non enim bis sese vindicabit ob eandem rem, secundas super nos inducens tribula-

tiones. Semel, inquit, vos puniuit, quare non iterabit plagam. Ad gentes igitur ne accedite, sed dominum expectate, qui expectantibus se & bonus & benignus est.

A

Quoniam usque ad fundamenta sua diruetur. Vel a deo punitus, vel ipsa Nineui, Ab hoc enim loco aperte palam de ipsa & ad ipsam verba facit. Ait ergo, quod subrutis fundamentis, ac solidis illis moenibus, splēdidisque aedibus, solo aequabitur, hoc est, plane desolabitur ciuitas ista magna, neque ad habitandum commoda propter vastationem, neque ad agriculturam propter ruinas aedificiorum, collapsumque.

Et veluti smilax expensa comedetur. Smilax planta est hederae similis, perpetuo sursum tendens, subtilibus ramis, quae proxime astant plantas comprehendens, maxime vero paliuros, adeo vt illos quidem feriat, ipsa tamen suo etiam tempore pereat. Huiusmodi sane erat Babylon, nunquam non ad altiora scandere volens, ac vndique potentiae suę retia extendens, vt deprimerentur & suffocarentur ab ipsa comprehensi, nec pauca regna dissoluerentur. Comedetur itaque ipsa a persis & Medis, Cyro ipsorum imperatore mouente, bellum. id est obscurabitur regno viduata.

Et veluti stipula ariditate referta. Propterea & igni hostiū tradetur ī comestionē

E quo egredietur cogitatio contra dominum, praua consultans & contraria.

Ad ipsā Nineui verba faciens, causas deuastationis eius subindicat: Quia, inquit, deo tradente in manus tuas Israelitas, non ipsi erexisti tropheum, non retulisti ei acceptam victoriam, sed tuę potentię imputasti: Deum vero imbecillum esse cogitasti, vt qui nō

B possit seruare confidentes ipsi. Vnde & Sēnachereim, Ezecię, inquit, dicite: Hęc dicit ij. paralip

rex magnus, Ne te decipiat deus tuus: eo quod fiduciā in ipsum colloces. Nam non xxxij.

eripiet Israelem ex manu mea. Huius etiam dux & subimperator Rhapsaces talia ple- es. xxxvi

raque blasphemauit. Hanc itaque eius arrogantiam submonstrans deus, per Prophe- Eodem x

tam inquit: Visitabo super intellectum, magnum nempe regem assyriorum. Ac rursū docens ipsum quod non propria virtute gesserit quae gessit, sed dei permissu: Ne glorificetur, inquit, securis citra ferientem per ipsam. Nonne exaltabitur sine trahente ipsam? Diruta est etiam dominum occidens synagoga adusque fundamenta, idest, vsq; ad sacrificia, & omnem legalem cultum vel obseruantiam. in his enim videbantur ambulare. Atqui circumeuntes mare & aridam vt vnum aliquem proselytum faciant, ac postea ipsum filium gehennae constituunt, smilax fuerunt expansa, suffocans sub se comprehensos: ac veluti arida stipula, neque susceperunt descendentem pluuiam, neque, aquam salientem in vitam aeternam. Cogitauerunt autem contra dominum praua & aduersa, vt videlicet pro beneficiis quae acceperant, ipsum neci darent. eam ob rem comedentur ab igni Romanorum, & postremo, & perpetuo duraturo. Smilaci praeterea aequiparantur, qui charitatem simulantes, & complectentes per blandicias proximum, ac interim quae ad perniciem eorum faciant meditantes, consulaneeque, ex his egreditur ratiocinatio contra dominum praua & contraria. Rectus enim dominus, ipsi vero distorti: ac dominus charitas est, ipsi vero charitatis hostes. Fraudulenta & iniusta, deceptio item smilax est, cuncta apprehendens, cogitans aduersus dominum praua; nimirum quod nulla nostratum hoc in mundo rerum cura tangatur. Neque enim frau

C di, turpique quaestui nimium inhians, plura semper possidere meditans, vere credit, esse prouidentiam: quod etiamsi fingat, diuersum tamen operibus ostendit, eo quod iustus quidem dominus, & iusticiam dilexit: auarus autem circumscriptor, iniustus, & iniustitias diligens. Absumetur igitur tandem talis smilax ipsa a sese alter enim impostor ab altero fraudulentiore capitur.

Haec dicit dominus imperans aquis multis; & sic separabuntur. Aquas multas Persas & Medos appellat, qui contra Nineui bellum gessere, quorum dominus etiam imperator fuit, ducens illos aduersum eam vrbem. Qui & a domino diuidentur, id est; in ordinem digerentur & separabuntur ceu ab imperatore quodam, vt hunc locum illa quidem pars obsideat; illum uero ista.

Et fama tua posthac non audietur amplius. Celebris enim antea existens propter potentiam tuam, non porro auditum & famam talem habebis. Vel quod non vlterius obedient & seruient tibi, qui antea obedierunt & seruierunt. Dominatur autem aquarum multarum dominus, quae sunt baptismatis, quas sic disponit & ordine digerit, vt

vbiq; sint. Docete enim (inquit,) ōnes gētes, baptizātes eos: vt ita multa sint baptisma- math. xx

ta, quorumlibet puta & singulorum vbicunque degentium. Siquidem vnū baptisma- viij.

dictum est aeque atque vna fides, propter dogma nempe in sacris, vnum existens in

omni ecclesia, quæ acceperit baptismum per inuocationem trinitatis, mortem ita do- D
mini & resurrectionem exprimendo per trinam illam demersionem & extractionem. Et quia semel cuiuis fidelium datum est, dicere queat aliquis, vnum propterea dicit. sic baptismi quidem multi sunt, quandoquidem & baptizati multi. Alias aquę baptismatum hoc etiam modo a domino dissociantur: vt quum duplices nos simus, vt pote ex animo & corpore, corporis quidem purgatio per aquam, animi vero per spiritum perficiatur. Deinde ad satanam etiam ista flecti queunt, Auditus tuus non audietur amplius non enim amplius sacra dæmonibus fiunt, Aquas præterea multas scriptura tẽtationes esse nouit, vt illic: Verumtamen in diluuio aquarum multarum ad eum non appropinquabunt. Inundatio enim tentationem, etiamsi multę & aliæ post alias sint, proxime tamen sanctum virum non erant. Iusit ergo quod tentationibus imperet dominus, etenim ipse dispensans nostram salutem & probationem, has super nos duci permittit. Disgregabuntur autem illæ, hoc est, discindentur, & continuitas ipsarum distinctionem habebit, idque diuino consilio, non humana prudentia vel sacrificio. ipse namque ferit, & rursum sanat.

Nunc quoque conteram uirgam eius abs te Ad Israelem conuertit sermonem. Regnũ, inquit, Niniui & potestatem (hanc enim virgam nominauit) conteram abs te. Vel virgam ipsius Israel qua castigatur, conteram abs te o Niniui, vt eam porro non teneas, quo per eam Israelem castiges. Ad humanam itidem naturam dicere dominus posset, E
quod virgam diaboli, peccatum dico, in quo interficiebat vos, cõfringã, stimulus enim mortis peccatum est. Conteram autem hoc abs te hoc est, te induens, & per te luctans; aduersus principatus & potestates, easque spolians & triumphans in cruce, Virga vero diaboli sunt tentationes, per quas hominem permouet vt conuitietur deo, perinde ac in Iobo contigit: quam virgam contriuit dominus quum docet: Ne terreamini ab iis qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt. &, In patientia vestra possidebitis animas vestras. &, Quum maledicentia peteretur, maledicentiam non regessit: dum pateretur, nihil minatus est.

Et uincula tua dirumpam. Ad Israelem hæc loquitur. Habuisti quidem potentiã & tyrannidem Niniui vrbis, veluti quosdam nexus detinentes te vt seruires ipsi, neq; quicquam libere transigere posses. hanc ergo potentiam, tale imperium dirumpam, tradens ipsum Persæ. Quod si ad niniui vrbem hæc verba fiant, intelliges vincula non quibus detinebatur, sed enim quibus detinebat potius alias gentes, adeoq; ipsum Israelem. Grandes etiam nexus humanæ naturę ipsa inobedientia iniicit, detinens ipsam in terra. Propter ipsam enim audiuit a domino: Terra es, &c. Enim vero postquam coelestis seruator noster forma serui accepta, factus est obediens vsque ad mortem, dirupit inobedientiæ ista vincula, exaltatusque in coelum, omnia traxit ad seipsum.

Et mandabit de te dominus. Cyro mãdabit de te o Israel, vt dimittat te ab captiuitate. Quomodo autem mandabit? Certe non prophetas mittendo, sed animum eius inuisibiliter per sua quæ nouit iudicia contingendo, maxime quum idololatra esset, & indignus quem per suos prophetas conueniret. Hanc ad rationem ceto demandauit F
vt deuoraret Ionam, præterea cucurbitę vt præberet vmbram Ionę ac vermi pręcepit vt feriret cucurbitam Ad hęc ciuitati Niniui dicit, Quoniam de te dominus Cyro imperabit, vt copias suas aduersum te armet. Mandabit etiam ãgelis suis dominus de humana natura, vt ipsam in omnibus viis custodiant. Cuilibet enim, etiam iis qui in ecclesia parui sunt ãgelus segregatus attribut⁹ que est, vti didicim⁹. Forsan & ad doctrinam seruatoris relationem prophetia hæc habet, Postquam enim naturam nostram assumpsit, confortauitque ipsam, & potentiorem reddidit, tantum non hoc dicit: Legis mandata veteris, naturę fuerunt in Adam condemnatæ & imbecillis, de te autem noua facta per nouum Adam, alia dabit in mandatis dominus Iesus. Dictum est veteribus, Non peierabis: ego autem dico, vobis non esse iurandum omnino, &c. Poteris etiam hæc dicere ad eum qui in tentationibus est constitutus: Quoniam mandauit de te angelis, vt flagellum non accedat ad tabernaculum tuum.

Non seminabitur amplius ex nomine tuo. Siquidem ad Niniui sermo est, hæc potest esse sententia, Semen alicuius mortalium posthac ex nomine tuo non appellabitur Mos enim erat subditis, a maioribus dominantibus nomenclaturas adipisci: sic a Babylone Babylonij, a Cyro Persa Persę, ab Alexãdro Macedone Macedones, ab Romulo Romani sunt dicti, Secundum hanc rationem, Paulus quoque Romanus erat

Non igitur,inquit,posthac ita dominaberis,vt ex nomine tuo vocẽtur subditi. Sĩ ad
A Israelem hęc dicantur,accipies ita,nempe quod postquam liberaturus fueris ab Cyro,
non porro ex nomine tuo, hoc est, Israelita quispiam dispergetur in captiuitatem.etsi
enim deinceps debellati fuerunt ab Antiocho,alijsque consinibus gentibus, vniuer-
salis tamen ipsis non obtigit dispersio. Atque cum fiducia hoc affirmare queas, quod
neque vnquam vere Israelita dispergatur. non enim omnes qui ex Israelitę sunt.
Vnde & dominus etiam dixit,Ecce vere Israelita hic,quasi quida falso Israelitæ forẽt Iohann. i.
Peoinde qui etiamnum in vniuersum terrarum orbẽ dispersi sunt, non sunt veri Israe
litæ,sed nothi:alias & ipsi vna cum Nathanaele dixissent,Tu es filius Dei,tu es rex Is
raelis. Ante Christi porro aduentum in carne, mortalium genus dispersum erat in mul
tas & varias de varijs dijs opiniones: in Christo autem vnitum est ad diuinam veram
naturam, ac verum dei cultum addidicit. Propterea dicitur, Non spargetur ex nomi-
ne tuo post hac,id est,homo (huius enim nomen ad nostram naturam pertinet) non
dispergetur in multas opiniones, & vna spectra. Ad tentatum etiam & secum ambi-
gentem, quod lucrum ex tentationibus me manebit?ait, Hoc lucraris, quod non vl-
tra humana in te cogitatio spargetur. Hinc & Iob post tentationem,Putaui,inquit,me
ipsum terram & cinerem,abiecique meipsum,& liquefactus sum.Quanto nanque ma-
gis exterior homo corrumpitur,tanto magis interior renouatur.

E domo dei tui extirpabo sculptilia,& conflatilia ponam sepulturam tuam. Non
B pauci Israelitarum etiam post captiuitatem idolis seruiebant, ne sic quidem ex ea ca-
ptiuitate sobrij facti. Vnde admirandus ille Iosias omnia idola sustulit vasaq; ipsorum
exussit,puluerem eorum in faciem monumentorum ad sacra facientes ipsis pertinen-
tium dispergẽs disseminansque. Atque hoc est quod ait, Ponam seu faciam sepulturã
tuam,puluerem deorum admiscendo pulueri idololatrarum. Ad Niniui hęc verba,
etiam transferri queant, hunc admodum, Deos tuos ad perniciem, ad exterminatio-
nem tradam: vnde tu metuens nequando spolia hostilia fiant, defodies eos veluti in
sepulchris aggere congestis. Fortasse autem quia idolorum cultores in manus hostium
a deo tradebantur, ait:Hæc idola ponam sepulchrum tuum, id est, mortis consiliato
res autores ve,ipsaque tibi sepulchrum fient. Porro spiritus calumnians diabolus,deus
erat humanę naturę. Talis dei domus est vniuersus mundus,ex quo omnis idololatria
per Christum excisa est. Bella insuper est promissio, quam promittit qui cuncta idola
extirpat,naturæ nostræ,dum ait,Ponam sepulturam tuam id est,occidam veterem ho
minem,& tumulo te condam,vt renouem & resuscitem. nam mortui sumus & conse-
pulti sumus Christo per baptisma.Ex mẽte itidem nostra,quæ domus dei extructa est Roma. vi
extirpabuntur etiã sculptilia,rethorica videlicet splendide dicendi venustas: & cõfla-
tilia,hoc est philosophorum opiniones,per demonstratiua; vt ipsi vocant, compen-
dia,vel artes ceu quasdam incensiones exhibitas. Tum vero tumulatur intellectus no
ster siue mens,quando nihil sapimus proprium & humanum; perinde atque Salomon
etiam ait, Affectus hominis non est in me. Fides enim est sepultura mentis, cui nõ per-
missum, vt moueatur, cogitet in animo,& varijs curiose sit dedita.

C *Quoniam veloces ecce super montes pedes euangelizantis, denunciantisque pacem.*
Propemodum in foribus existẽtia bona monstrat. Ecce enim, inquit, ecce veniet nun-
cius annuncians Cyri contra Nineuitas expeditionem, & captionem vrbis Nineuiq;
pax erit Israelitis. Liberabo eos a captiuitate. Super montes dicit, siue quod ipsa via
a Nineui adusque Hierusalem sit montana, siue quod qui a montibus aliquid de-
nunciant,ceu ex locis qui videri plane nequeant, signa faciant, per quæ in imo agen-
tibus suam denunciationem significant. Pedes domini sunt apostoli, qui missi sunt ad
montes,ad gentes ipsas,quæ sunt intellectualium ferarum habitacula, docentes eos.
At qui dominus annunciabat pacem,ac per omnia quæ cũ docuit tum fecit, pacem no
bis apud patrem suum peperit. Vt & ipsi in nobis,inquit,vnum sunt. Apertissime au
tem mutuam prędicabat pacem inter fideles,quasi diceret, Ab eo qui tua tollit,ne re-
pete: volẽtique tecum apud iudicem delitigare,ac tunicam tuam capere, dimitte ei &
pallium. Annunciabat autem hæc tanquã nihil a sese dicens, verum enim quæ spiritus
sancti essent prædicans. Iohannis enim baptistæ pedes veloces fuerunt,super montes,
Pharisæos dico,cõcionantis veram pacem,Christum,quibus & dicebat, Generationes
viperarum,parate viam domini,rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur,&
omnis mons & collis humiliabitur. Nemo autem prædicare pacem in terra infra agens

poteſt. dum terrenis rebus affixus eſt. propter enim huius terræ facultates ſuſcitantur bella. Quocirca ſi annunciaturus es pacem,& tibipſi & proximis tuis,ſubleua te,erige te in altum ab terra & bonis eius,nimirum a diuitiis & gloria, Aſcende ſuper montes cœleſtes.quo Dauides etiam oculos ſuos tollens,ſpectabat inde ſibi venturum auxiliū Huic & doctores aduertant animū,vt ſuper montes altæ politiæ cōſtituti, ſic ānūciēt pacem populis:quod ipſis etiam per gradum & aſcenſionem cathedræ demonſtratur. D

Celebra Iuda feſtiuitates tuas. Quum enim in captiuitate eſſes; prohibebaris celebrare feſtiuitates.lex enim in Hieruſalē præcipiebat celebrare feſta:propterea & ſuper flumina Babylonis ſuſpenderunt olim organa ad ſalices, & non licebat eis canere canticum domini in terra aliena.Nunc liberatus a captiuitate, citra impedimentum celebra ferias tuas.Hęc autem vel propheta ,dicit vel angelus prædicans , omniſque qui mente intelligitur Iudas vel confitens Deum.Inquantum enim eſt in Babylone, id eſt confuſione,in ipſa terra a deo aliena,non poteſt celebrare feſtiuitates ſuas , neque paſcha,tranſitus & egreſſus illas ferias(non enim euaſit neque egreſſus eſt peccatum)neque hebdomadarum ferias,quæ eſt pentecoſte. nam extra ſpiritus ſabbatiſmū eſt non tollens Chriſti iugum,apud quem inuenitur requies:neque ſcenopegiæ , hoc eſt,atregiarum feſtum.non enim ceu tabernaculum peregrinationis, ſed veluti ſtabilem habitationem hunc mundum inhabitat. Neque reſurrectionis & vitę poſt hanc futuræ meminit,quando cuiuslibet vas nouum & incorruptibile compaginabitur. At vbi liberatus fuerit a ſeruitute confuſi peccati , tum demum celebrare iubetur ferias quas diximus.Tres autem illæ feriæ omnium in lege maximæ exstiterunt. E

Redde vota tua. Hoc eſt, promiſſiones quas promiſiſti reple , ſacra faciens, aliaq; legitima perſequens.Promiſerant enim quum in captiuitate eſſent ; ſeſe multam deo reddituros gratiam,multaque dona gratitudinis ſymbola, ſi in patriam reuerterentur perinde ac in pſalmo ſexageſimo quinto & ſexageſimo ſexto inueniemus .

Quoniam non amplius adijcient ut pertranſeant ad inueterationem. Hoc eſt,non porro hoſtes tui diu perſeuerabunt,neque ſtabilietur ipſis felicitas, cæterum ipſi celeriter etiam interibunt,ac lætitia eorum & luxus perdetur ſimul . Vel quod confitentis deum feſtiuitates nō inueteraſcent ,non peruenient ad inueterationem ſemper enim de die in diem renouatur, iuxta imaginem conditoris ſui.

CAPVT II.



Onſecta eſt,*conſumpta eſt.* Nineuivideliceт,eiusq; princeps, ve nō āplius tibi timor ſit ex ipſis, vel pctm̄ vel impietas.

Aſcendit inſufflans in faciem tuam, eripiens ex tribulatione. Aſcendit,inquit,contra Nineui Cyrus, qui īſufflans & vētulum faciens faciei tuæ,eripuit te ex afflictione. Inſuflare autem ex Iudaica quadam conſuetudine dixit, quibus dilacerare quoque pallia in more erat.Sic & in languentium vultus inſufflabant,id quod exorciſtæ, potiſſimum faciebant.Sunt qui hæc ad deum pertinere putant;qui proprio nutu ceu flamine quodam ſeu flatu vſus,viuificauit denuo populum, ueluti mortuum,quemadmodū & Iezeciel ait, mortuis oſſibus hos cōparans:perinde atque Adamo inſufflans ſpiritum vitæ , creauit in ipſo animam viuentē F

Iohan.xx Aſcendit etiam Chriſtus ex mortuis,ſubmergēs eum cui mortis erat imperium, Aſſyrium iſtum:qui mente cogitatur;ſatanam . Inflauitque diſcipulis in faciem,pacem illis exoptans. Gauiſi ſunt enim diſcipuli dominum ſuum conſpicati , Nam ſimul atque Adam imaginem perdidit,quam per diuinā inſufflationem acceperat,recte & pulchre Chriſtus illam renouans,ſacris ſuis tradidit apoſtolis , per ipſos cunctis credentibus.

Contemplare iter, Ad Iuda hęc dicit,pręcipiens ipſi circunſpicere per vias,& expectare nuncios,ac bonas ab illis accipere annunciationes. Vel veluti reducendo ex captiuitate hęc dicit populo: Cōtemplare,circūſpice,quā ſit facilis & cōciſa breuisq; via.

Conſtringe lumbos fortiter,conforta re robore nimis. Pro eo quod eſt, priorem de-

Iob.xl. pone formidinem,& conforta re lumbis tuis,eos circuncingens . Sic & Iobo dominus

Ephe. vi. ait.Succingere,vt vir,lumbos tuos.Et Paulus: Circuncingite lumbos veſtros in veritate.Proinde & hic eos fortes eſſe & confidentes iubet,priore metu depoſito. Vel per

A inde est ac si dicat:Parate vos ad iter reditus. Lũborũ enim dominari per zonã, eosq;
circuncingere, iter facentium forma est:quippe quia diffluens tunica ad profectiõem.
laboribus defatigat,aduersum quos succinctus fortiter perdurat. Deinde cuilibet no-
strum dat in mandatis,contemplare viam,Christum, vt in ipso circunambules. Vel,
adhortans nos ad considerationem mysterij de Christo,ait:Addisce viam. Quia vero
per vitam actuosam ascendimus ad diuinarum rerum contemplationem, ac citra san-
ctificationem nemo dominum videat,inquit,Dominare lumbis,in quibus est cupidi-
tas & libido.Porro quum natura nobis insita propemodum perturbatione admoniti,
dicere consueuimus,Non possum naturali affectui reniti ostendit quomodo domina-
bimur:Valde,inquit,fortis esto,fortitudinem virilem adsume, hoc est, ne moliter, ne
laxe,sed acriter,sed vehementer resistas,idque in robore, hoc est Christo,qui naturam
nostram consortauit,potentioremque reddidit, dum eam adsumpsit, deitatique vni-
uit.Nam etiamsi sine hoc fortis fueris nihil tamen poteris. Hanc ob causam nemo in-
ter incredulos virgo est,non enim in robore Christo confortantur.

Eo quod auertit dominus iniuriam Iacob,quemadmodum iniuriam Israel. Iacob quidẽ
decem tribus appellat,Israel vero duas in Hierosolymis.Decẽ enim pri⁹ captę sũt a Ba
byloniis,duae vero postea, Nabuchodonosor Hierosolyma inuadente marinis copijs.
Quãdoquidẽ ergo Cyr⁹ duodecim tribub⁹ vna permisit reditũ,ideo inquit,auertit do
minus iniuriã Iacob,hoc est,abstulit captiuitatẽ & seruitutẽ decẽ tribuũ,ęque atq; dua
B rũ Israelis,ac in suã terrã trãstulit & patriã.Nã iniuria erat liberis hominibus ex Abra
hamo propagatis,seruitus,quae non decebat eos. Vel hunc ad modũ intelligere licet.
Postquã nomẽ Iacob,ipsi patriarchę a patribus impositũ est, nomẽ vero Israel ab deo,
vnde & hoc ipsum honoratius altero erat,nominat quidem hic vniuersum populũ hu
mano nomine,dicens quod iniuriam siue seruitutẽ Iacob, hoc est totius populi,auer-
terit dominus,tãquã iniuria foret illius patriarchę,qui virtutis ergo Israel agnominat⁹
est;perinde atq; ille iniuria adficiatur,qui omni honore dignus est. Huius gratia poste
ris eius sparsũ est. Iniuriã Iacob,hoc est actiui,constituti vt supplãter adfect⁹, seruiẽdo
turbanti & prauo alicui operi:quemadmodũ iniuriã Israelis, hoc est,in contemplatio-
ne agentis,dum succumbit falso vanoque dogmati: has iniurias auertit dominus,o-
peribus accommodato Iacob mandata impertiens, quae ipse faciens liber fiat:in con-
templatione vero nectenti moram illustrans mentem ad recta & firma ecclesiae decreta

*Quoniam excutientes excusserunt eos & palmites eorum perdiderunt. Arma potentiae
eius ex hominibus.* Quemadmodum,inquit,vitis excutientes palmites,fructum
corrumpunt,sic & Persę Babylonios infringentes,eorumque regnum excutiẽtes,per-
diderunt quod erat fructus palmitum eorum.Quinam vero palmites fuerint,interpre-
tatur ipse dum inquit, Quoniam arma potentiae eius non ex deo, sed hominibus.hu-
manis enim viribus impetrabant.Nam arma potentię seu imperij ei⁹,Babyloniorum,
videlicet populi,fortes armatos appellat.Subdit igitur,

Viros potentes,illudentes igni. Vt nemo arbitretur Babylonios ceu imbelles a Persis
deuictos,supra quidem armorum potentiae meminit,clarius autẽ & apertius nunc di-
C cit:Quoniam excusserunt eos viros,potentes,& fortes existentes,adeoque temerarios
& audentes,vt vel aduersus ignem attentare quicquam audeant,ac veluti lusum quẽ
piam putent discriminibus & metui exposita:ideoque non propter eorum imbecilli-
tatem,Persę pręualuerunt contra eos,verum enim propter diuinum iudicium tradens
eos istis in perniciem & interitum.Excusserunt etiam ab Hierusalem Romani deicidas
antea quidem plantatos in uineam fructiferam & veram; iam vero conuersos in ama-
rulentiam,Vinum enim eorum,virus draconum,& venenum aspidum,etenim domi-
no fel dederant pro potione.Et palmites ipsorum extra vrbem ad mare vsque expas-
sos,perdiderunt,omnes enim fere in finitimis terris & locis deprehensos interemerũt,
quum deicidae non habuerint arma potentiae suę ex deo(quomodo enim, quum filiũ
dei demisissent letho?)sed humanis auxilijs confidebant, aemulatoribus eos deuastan-
tibus.Illi igitur domini interfectores,potentes fuerunt,vt qui in lege instituti essent.
Fortes ergo fortiter explorant,& illudebant dominũ,qui ignis est propter diuinitatẽ,
partim vndelibet tẽtãtes ipsũ,partim vero Romanis militibus tradentes ad illudẽdũ
Excusserunt etiam mentales(vt ita dicam)Babylonios daemonibus,sub Christo stipen
dia facientes,ipsis longe a sese remotis, atque seductione ipsorum repulsa: vitesque
eorum perdiderunt,diuinationes arbitror & incantationes,ex quibus vinum impostu

ræ generantes homines potabant, quemadmodum & in Osee dicit: Vinum & temulē D tiam apprehendit cor populi mei. Deinde de satana etiam inquit, Quoniam arma potestatis eius ex hominibus sunt. per nostram enim desidiam atque secordiam imperiū possidet. Sunt autem dæmones viri potentes, carnis nimirum expertes, belligerantes nobiscum, qui carne sumus vestiti. Ludunt autem in igne animi & concupiscentiæ. Vt vero vite existente domino, palmites sunt apostoli, & vbilibet cōstituti fideles corp⁹ eius & mēbra: sic ex opposito quū vitis fuerit Sodomitica, palmes per cōsequēs est Gomorrha, eo nimirū vitio excellentes, omnēq; turpitudinis & mali formā inde recipiētes.

Habenæ curruum ipsorum in die apparatus eius. Equites turbabuntur in vijs, & confundentur currus, & complicabuntur in plateis. Babylonij, inquit, parabuntur vt ex equis opponant sese Persis: & habenę curruum eius, Babylonij nimirum exercitus, in promptu erunt, at enim nihil proderunt, equites enim turbabuntur in itinere a multitudine aduentantium præsentiumque hostium. Curuum præterea confusio erit, hoc est, concussio complicatorum inter se vicissim, & collisorum inter sese non in angustis locis, vt quis loci āgustias accuset, sed in plateis, adeoque latis itineribus, vt sit perspicuum a deo debellari & equites & curruum ducturos Currus vel plaustrū domini conditæ sunt animæ nostræ, quot ipsum veluti verbum baiulēt: ac per ipsum motæ, ceu equis vehantur in contemplatione, omnium sermonum eius participes. Fiunt & currus Babylonij principis, quando ad irrationales operationes animi nostri inuēctur E Habenæ nostræ sunt naturales cogitationes, & mandata domini. Quum igitur ista veluti habenæ in nobis parata fuerint, tum veluti equitantes in nobis dęmones turbātur & varijs & diuersorum errorum adeoque vitiorum itineribus, quibus nos agitari persuaserunt, currusque ipsorum inter se mutuo collidunt complicanturque in plateis. Quod autem dico, hunc in modum se gerit. Vitium, quandiu ipsum accesserimus, planum quiddam videtur, & æquale sibijpsi, pacique deditum. Quando vero habenas receperimus, naturaliter quod pulcrum & honestum est speculati, a mandatis dei eo perducti, tum conspicamur ipsum inæquale, sibijpsi complaudens & complicatum. An non vides in plateis adeoque latis huius vitæ vias proficiscentes, neque angustū callē cœlestis quæ secundum deum est vitæ terentes, quomodo interdum quidem felicitate ac prosperiore fortuna laxati. præ omnibus supraque omneis efferantur, interdū vero vel modica quadam circunstantia vel calamitate vrgente inuadenteve, omnibus, iuxta ignobiliores neque non effœminationes redduntur, exiguo admodum infortunio succumbentes. ac vitam suam plane perditam existimantes? Hæc autem tum vidētur nobis, quando datas nobis, vt dixi, habenas receperimus, habuerimusque eas in expedito in die, in lumine nostri ipsorum conscientiæ constituti,

Visio ipsorum ut faces ignis, ac tanquam fulgura discurrentia, Quia currus Niniuitarum & Babyloniorum hæc & hæc passuros retulit, nunc ait quod non imbecilles fuerint, sed fortes & animosi, adeo vt vel ignem ex oculis emitterēt ac veluti quibusdam lampadibus & coruscationibus terrerent subditos: attamen in hostium assultu trepidatio eos continebit. Quidam autem hæc de Persis intellexerunt, tantum non cor- F poralibus oculis vidente eos propheta tanquam ignem aduenientes contra Niniui.

Et recordabuntur optimates ipsorum, fugientque in die, & languebunt in uia sua, festinabunt ad mœnia, parabuntque propugnacula sua. Niniuitarum, inquit, optimates, propter potentiam suam alta spirantes, superbientes, omneis cogitationes ciebūt, nullamque non artem mente sua volutabunt, ac fugere in die tētabunt, veluti duris detenti calamitatibus, vsqueadeo vt neque noctem expectent. Non prosperitatem tamē consequentur in ea fugæ suæ profectione, sed rursum ad mœnia festinabunt ascendere ab illis salutem inquisituri, ac suā in vrbe custodiā curaturi. Vel cum dicit recordabūtur, sic intelliges, quod animo suo secum repetent adflictiones quas Israelitis intulerunt, blaphemiasque quibus deum exasperarunt, scientes in posterum, quod deum pro hoste suo habeant, ac eam ob rem terga fugę dabunt, non clanculum, sed in die. tanta eos apprehendet trepidatio. Est etiam dæmonum visio seu aspectus, instar lampadum per naturam. Videbam enim, inquit, satanam de cœlo, vt fulgur cadentem forsan propterea quod transformatur in angelum lucis, vel quod fulgura & coruscationes discurrunt in regione sub cœlo, tanquam illic prodeambulent: siue quod coruscationes non sint stabiles, sed discursantis naturæ, hoc est, facile extinguantur: sic lumen satanæ in quod efformatur, citra cunctationem extinguitur; iuxta id quod dictū

A est. Lumen impiorum extinguitur. Porro legiones eius satanæ, vel copiæ dęmonum, recordabuntur potentiæ domini, vt adeo dicant: Sine, quid nobis & tibi fili dei? Debilitabunturque in profectione sua, quando cũ porcis in mare pręcipitatę fuerint: vel quod non vltra potestas illis facta sit aduersum homines eundi. Festinabunt ergo vt crucem & mortem domini efficiant, hęc enim veluti mœnia & munimenta sibi rebantur esse, perinde quasi dominus ignobilis & flagitiosus esset futurus. Parauerunt autem & propugnacula seu præcustodias (sit venia verbo) siue cunctas istas ante crucem illusiones & opprobria. hęc enim ceu præcautiones quędam fuerunt & crucis & mortis: siue excubias militum apud monumentum. Sunt etiam in anima magnates, intellectus & ratio. Reuoluent ergo secum propriam dignitatem, fugientque seruitutem prauorũ motuum, simul ac dies illis illuxerit. nec enim vt antea, sic posthac in tenebris iter faciunt. Et in priore fallaci itinere debilitabuntur, non amplius in malitia facile adeo currentes. Accelerabunt itaque ad muros, ipsa nimirum mandata quę nos muri in morẽ cingunt, & parabunt sibi propugnacula, naturales ipsas cogitationes. ipsę enim ante mandata canunt excubias. Pręterea sacrum baptisma & unctio, ingentia & solida sunt munimenta, ad quę festinant religionis Christianę nondũ imbuti sacris, simul ac agnouerint eum, qui seruare potest, Iesum. Nec simpliciter tamen priusquam enim ad baptisma admittatur, primum custoditur vt ieiunio insidat, seseque castum & purum vt seruet, illi imperatur, vt in habitum boni perueniat. Pro, xiiij. Marci. i.

B *Portæ urbium apertæ sunt, regiæ deciderunt, & substantia reuelata est.* Nineuitæ, inquit, seu omnes illorum subditi, ad muros munimenta ascendent, veluti ab illis custodiendi: at nihil illis commodabit. Siquidem portæ cum ipsius Nineui, tum reliquarum ciuitatum aperientur, & regia earum ad hostes transferetur, subycieturque eis gloria earum cadente, & sublata: ac vniuersa illarum substantia; siue thesauri conclusi & obsirmati rei egentur, vt nulli non sint conspicui, exponenturque in direptionem. portę vrbium sunt sensus animarum, qui aperiuntur, dum citra impostuŕam rebus agẽdis inhiant, ac sine fraude negocia transigunt. Tum etiam regię peccati in mortali nostro, corpore regnantis intercidunt, putridæ factę, retegiturque virtutis substantia. tũ enim manifestum fit peccatum carere bono, adeoque non subsistere posse, virtutem autem reuera habere basin, eamque subsistere. Quod ipsum & Dauidem sentire opinor, quũ ad deum inquit, Substentia mea penes te est. Quando enim in deo est homo, tum etiã subsistit. In ipso enim, inquit Paulus, viuimus, mouemur, & sumus. Nã qui esse habet vt rationalis sit, cumque in deo est, quum iuxta rationem viuit, merito in deo subsistit: vt ne dicã quod in ratione nostra existentes, in deo qui est ratio, sumus. Pars enim diuinitatis nostra est ratio. Psal. xxxviij. Act. xvij

Ipsaque ascendebat, & seruæ eius ducebantur quemadmodum columbæ gementes in cordibus suis: Quasi intueatur ꝓpheta Nineui quomodo in captiuitatẽ abducatur, hæc dicit: Ascendebat, inquit, veluti in Persidem abducẽda, cũq; ipsa municipia, & subiectę eius ciuitatẽs: in cordibus suis gemẽtes hoc est, clãculũ murmur & gemitũ colũbarum imitantes; Quãdo substantia virtutis retegitur, ascẽdit anima ad diuinos gradus. Nec

C porro ancillæ eius, potentiæ eam ducunt, sed ducũtur ab intellectu & ratione, ipse motus & cupiditas. Quocirca non iniuria sunt columbæ spiritus, Neque enim concupiscentia cum humanum diem desiderat, neque animus temere irascitur fratri, cęterũ ipsa quidem porro concupiscentia coram domino semper sistitur: dominus autẽ spiritus est, perinde atque Daniel vir erat desideriorum spiritus. Animus autem irascitur & non peccat, omnem vitiorum bilem euacuans, æque atque Moses omnium mansuetissimus armauit Leuitas contra idolorum cultores, & Phines & Elias æmulatores propterea vocati sunt. Ad hęc ipse mãsuetudinis spiritus exacerbari dicitur. Sic igitur acceptæ columbę gemunt citra ingentem strepitum, contestanturque Christi potentiã per quam sunt deuictæ. Porro qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum cupiditatibus & passionibus. Apertæ sunt etiam portæ vrbium & munimentorum mortis quando dominus mortem pro nobis sustinuit: & regia inferni decidit, eiusque potẽtia cui imperium mortis erat, diminuta est. Diuina etiam verbi substantia retecta est, cum sancta coagmentata anima, in tenebris & in vmbra mortis sedentibus ęras portas cõterens, vectesque ferreos confringens, ac propriam vim demonstrans. Animæque eius pariter aderat apud inferos miranda exercens: corporique in sepulchro, incorruptibile ipsum conseruans. Præterea domini anima ascẽdebat ex inferis, a Plutone, vt poe

tice loquar: seruæque eius, nempe sanctorum animæ, comitabantur eam veluti concubinæ simplices & integræ, rectitudine & syncerirate refertæ, cõcinentes: Vbi, o mors D stimulus tuus? Vbinam o inferne victoria tua?

Et Nineui cen piscina aquæ, aquæ eius; & ipsi fugientes non steterunt, & non erat respiciens. Peculiarē quandã significationē coniunctio &; habet, pro, atqui Nineui vrbis aquæ, hoc est, inhabitantes ipsam & complentes, tantique fuerunt multitudine, vt piscinæ compararentur aqua refertæ, ebullienti & eijcienti lymphas superfluas; Etenim multiplicato populo coloniam non deduxerunt, sed tot tantique ex æquo ad fugam respicientes, non steterunt, sed in ea quæ ante sese essent, oculorum aciem direxerunt, contemplantes vbi quove fugiant. Gentium item ecclesia (quæ & ipsa est gẽtilis Nineui) baptismatis aquas habet, eiusque habitatores declinantes vitia, nõ fugiũt gradum, vt ne patiantur quod vxor Loti Nec est inter eos qui retrospiciat. non enim admouentes manum ad aratrum, retrorsum post se euentur, sed eorum quæ sunt pone & a tergo obliti, ad ea quę sunt ante se & a facie, se accõmodantes, sic currũt palam.

Diripiebant argentum, diripiebant taurum, neque finis erat mundi eius. Priorē Nineuitarum explicat iniuriam & circunscriptionem: quodque ex rapinis eas colligerint. Neque potest quisquam eorum dicere, quod propter penuriam vel egestatem ea diripuerint, tolerabilius enim hoc fuisset malum sed per iniuriam, & quia voluerint habere diuersos eosque preciosos ornatus. Non erat enim, inquit, finis ornatus eius. Effœminate nanque seu fœminarum instar, viri propter molliciem & stultitiã ornabantur B

Grauata, sunt super omnia vasa, desiderabilia ipsorum. Hoc est, ornatus quo exornabant corpora sua, grande habebat pondus, hoc est, tumorem, opumque & abundantiæ indicium, adeo erat exuberans & sumptuosus, super omnia vasa presiosa eorũ, quę & ipsa tamē desiderabilia erant, id est, superfluo luxu ad delicias parata. Mundus itaq; ille siue ornatus ea vasa exuperauit. Vel sic etiã intelliges: Quæ ipsi preciosa Nineuitæ congregauerant, ac reposuerant ad thesaurum, hostes accipiẽt ipsis deuictis, inque suam ea terram asportabunt, pondere suo grauantia ferentes ipsa. Porro futurorum quasi exacta sint: mentionm facit, iuxta scripturę proprietatem. Grauata sunt enim pro grauabuntur dixit. Gentes itidem, quę antehac idolorum fuere cultrices, nunc autem Christo credentium numero incertæ, cum argentum; hoc est, legis oracula, tum aurum, hoc est puram vmbræque expertam euangelij gratiam diripiunt, pulchra insatiabilitate languentes: propterea exornatur etiam ecclesia, adeo vt non sit finis mundi ipsius, Nam mundus siue ornatus eius est ipsum verbi regnum habitantis in nobis, cuius regni non erit finis. Talis proinde mundus etiã grauis est & ponderosus: nõ enim circunfertur omni vento doctrinæ, sed grauitatem & pondus habet super omnia philosophica dogmata, quæ vasa fuerũt gentium preciosa. Prẹterea dęmones antea sane argentum diripiebant & aurum. verbum nempe in actione consistẽtis & speculatione vitę captiuantes, sapientia Grecorum non rite vsi: nũc grauiora facta sunt; quam cunctorum hominum qui antea vixerunt, vasa, ipsorum apparata ad interitum. Puri enim redditi, vasa sunt honesto heri vsui destinata Siquidem vbi venisset dominus ille ĩ domum fortis, ligauit ipsum, & vasa eius hęc diripuit. Dęmones autem catenis caliginis F traditi, in tartara pręcipitati turbatique sunt.

Excussio & successio & eiectio, cordisque tremor; & dissolutio genuum, ac dolores super omnem lumbum. Quę in motibus concussa terra consueuerunt fieri, ea nũc hostiũ attribuit aduentui. Ipsi enim, inquit, quatient & concutient omnia. Corda vero Nineuitarum quassabuntur contérenturque; tanquam pauore traiecta. Genuum denique compages soluentur, parturientiumque instar dolores habebunt, id est, intolerabiles dolores, ingentia mala progenerantes. Omnem lumbum, hoc est omne uirile robur, Lumbum enim de viribus etiam scriptura vsurpat, vt supra est commemoratum, Excutit itaque tellus vel decutit, quando super ipsam stantia decutiuntur. Succutit vero, quando fundamenta produxerit, ex imo in altum proijciens. Eijcit autem, quando veluti cribo hincinde permouens, inferiora secernit & in altum ducit, sæpenumero fontes dirumpens tam calentium quam frigidarum aquarum: quandoquidem tres etiam sint motuum species, Cyrus itaque vna cum copijs suis, superna nemini non patentia, & infera humano aspectui abdita commouebit, omnibusque confusis & turbatis, nihil immotum suo in loco permanere sinet.

Facies omnium ceu adustio ollæ. Præ metu rigebit, inquit, sanguis. Facies autem

omnium liuidæ reddētur, quod in maximis frigoribus contingit, vt illi parti ollæ simi-
A les fiant quę igni admota, & propterea pręusta nigrescit. Hæc & domini crucifixoribus
obtigerunt, qui ex vetere patria sua excussi, dispersi sunt in omnem locum. Excussa est
pariter impostura dæmonum: succussus iuxta est in altum humo affixus homo, omni
vitiositate per confessionem excita effusaque foras ac dirupta. In confessione autem si-
mul perpenditur cordis trepidatio. qui enim priorem vitam condemnauerit, apparet
quasi conteratur, ductus pœnitentia eorum quæ patrauit: Cuius facies siue fiducia quā
habebat, mala citra ruborem perficiens, obfuscatur nunc, contristari ob opera quæ tum
transigebat, quorum causa nunc verecundia perfunditur. Laxantur etiam illi genua
quibus fulciebatur stans in malitia: & lumbus in quo est concupiscentia, dolores ceu
parturientis persentiscit, præ diuino pauore, quem concipiens per diuinum spiritum, pa
rit sanctificationem, citra quem nemo videbit dominum.

Vbi est habitaculum leonum, & pascuum catulorum? Leones appellat reges, habitaculū
leonum ipsaum Nineui. Catulos vero leonum, siue regum liberos, siue satrapas, regum
que subprincipes: pascuum horum, subiectas ciuitates, tributa pendentes, pecuniasq;
afferentes. Fuerunt ergo pascuum & pabulum leunculorum, nutrientes eos. nam pascua
diuitum, vt scriptum est, sunt pauperes. Postquam igitur Nineui vna cum regibus,
satrapis, atque subiectis vrbibus interierunt, vt nusquam appareret, Vbi est inquit, ta-
lis ac tanta ciuitas, vna cum subditis sibi oppidis?

B *Quo abijt leo ut ingrediatur?* Permanet in prophetia sua veluti illudens. Nonne; in
quit, Id est rex Nineui peregre profectus est, vt aliam terram ingrediatur? & idcirco
desertam reperientes vrbem hostes, eam obtinuerunt.

Illic catulus leonis, & non erat perterrefaciens ipsum: rapuit quantum sufficiebat catulis suis, ac suffocauit leonibus suis, impleuitque venatione nidum suum, & habitaculum suum rapina. Quia interrogauit quo abijsset leo, iam veluti respondens ait. Non ab-
ijt neque peregre profectus est verum & ipse isthic erat; & catulus leonis, siue filij eius
& satrapæ ducesque belli, quos antea nemo perterrefaciebat. vacabant enim metu, ne
minem antehac formidantes, quin potius leonum in morem aliorum regnorum pecu-
nias rapientes, tributaque colligentes, liberis suis præbebant alimoniam. Hoc enim in
dicat quum ait, Suffocauit leonibus suis. Quia enim bestiæ strangulare solent a se com
prehensa animalia, tumque ex iis alimoniam capere: nō dissimili ratione Assyrij, inquit
reges alia dissoluentes regna, proprijs leonibus, hoc est, pueris suis & regibus illorum
opes & vndecunque collecta vectigalia coaceruarunt: quemadmodū Samariam quidem
Salmanasar, Hierusalem vero Nabuchodonosor diripuerunt. Nineui ergo, quæ erat
nidus ipsorum & habitaculum, impleuerunt venatione & rapina. Nidum; ceu auium
esset mentio, appelauit, propter leuitatem altaque affectantem mentem regum, & quia
hæc vrbs facile citraque sudorem a Persis capta auolauerit abducta in Persidem: habi
taculum leonum vocat, propter priorem qua floruit potentiam. Solet autem hic locus
alias etiam hac ratione interstingui: Quo abijt, vt ingrediatur illic? Deinde ab alio prin-
C cipio, Catulus leonis, & quæ sequuntur. Tum hanc sententiam habet: Vbi est Nineui
ad quā reges introibāt, perseuerabātq; tuto tāquā nulla populatione & expugnatione
vastari posset? Præterea catuli leonum, hoc est filij regum, etiam ingrediebantur, tuto
illic permanentes, nec erat cuius gratia compauescerent, nemo terrebat eos. Nineui
enim inhabitantes citra trepidationem viuebant. Erat & Hierusalem habitaculum leo
num, regnum nimirum ex Dauid, ac reliquorum principum, qui diripiebant & stran-
gulabant pauperiores populi. At vbi nunc est post Christi necem? In consitentium itē
animabus morabantur intellectuales leones; quorum propagines, prauæ cogitationes
depascebantur & insumebāt diuinam in ipsis partem. Diabolus igitur leonis instar cir
cumiens, quærens quem deglutiat; vbi nunc est? quonam abijt? Illic enim vbi antea
demorabatur. Iam nunc apud Iacob catulus leonis, est ipse dominus, nec est in posterū
qui hunc accipiens catulum exterreat. Nam abunde satisque exactis temporibus ra
puit leo iste syluestris, qui rapuit ac suffocauit eos quos spiritu sancto priuauit: imple
uitque infernum venatione eorum qui in peccatis suis vita sunt defuncti: qui infernus
etiamnū habitaculum ipsius est. Nec enim porro in aere imperium habet, sed ad inferos
detrusus est.

Ecce ego super te, dicit dominus omnipotens. Quandoquidem o Nineui diripuisti
omnia regna, ideo ecce ego protinus aduersum te exurgo, tametsi hactenus sim cun-

ctarus. Est autem peculiari significantia adiectum, omnipotens, omnia vincens. Quod si cuncta exupero, te superior etiam ero.

Exuram in fumo multitudinem tuam, leonesque tuos deuorabit gladius. Postquam metaphorice supra leonum, catulorum, venationis & pascui meminit, merito istorum etiam sublationem & interemptionem tropice prędicit. quia enim in latibulis quibusdam abditas feras mouere sese nolentes, venatores prodire cogunt fumo spelæorum ori apposito, egressasque excipiunt hastis & ensibus, letho ita demittentes, ait iam: Multitudinem populi tui exuram in fumo, hoc est populosissimam hanc vrbem flammis tradam, incendam, regesque eius & principes mactationi dedam, perinde atque iam Hierusalem incendio tradidi, seditiososque in ea leones, tenuiores in populo veluti deuorantes, exedet Romanorum ensis.

Disperdam quoque ex terra uenationem tuam, neque quicquam audietur posthac opera tua. Hoc est, nequaquam porro venaberis, neque decipies & gentes & regna: neque res tuæ bello gestæ, exque iis promanantes calamitates, quibus tibi subiugatos premebas, amplius audientur: desisties enim posterum talia perficere. Venabantur etiam Pharisæi animas accedentium Iudaismo, ab ipsis persuasorum, tum reliquorum Iudęorum, literam illos docendo: quam venationem obliterauit ex terra humanæ naturæ dominus, legē spiritus vitæ ei impertiens. Neque porro opera legalis administrationis audiuntur, E quoniam neque iustificabitur ex operibus legis omnis caro. Iam & ad diaboli potentiam dominus dicere queat: En ego super te cum carne mea exsurgens, multitudinem subter te constitutorum dæmonum exuram, in suffimento operationis spiritus, vel in pręludiis futuri ignis. quæ enim torquebant dæmones, fumus erant iam inde a principio parati ipsis ignis. Gladius porro, id est euangelicus sermo, exedit leones ipsius, vel hos ipsos dæmones vel sapientes, & in oratione diserta valentes plurimum. Ac seductio, errorve, quo venabatur mortales, excisa est ex terra: & opera quæ in tēplis idolorum perficiebantur, non amplius audiuntur.

CAPVT III.



Ciuitas sanguinum, tota mendax, plena iniustitie. Nineui vrbis conditionem miserabiliter tragica seu acerba exclamatione luget, ciuitatem sanguinum eam appellans. Amantes enim bellorum Nineuitæ, & sanguine gaudentes erant. Tota mēdax vocatur, quod omnes plane idololatræ erant, vanos deos colentes, cum pauperes tum diuites, eo quod mendacio studuerunt, in verbis suis dolum & fraudem committentes, quæ postea iniustitia sequitur. Omnis enim dolosus & fraudulentus est & iniquus, si nulla alia in re, vel in hac tamen sola, quod proximo sit iniurius eumque in fraudem F inducat. Videtur autem docere vates vnde facta sit Nineui ciuitas sanguinum, nempe ex mendacio & iniusticia. Nam vbi vanitas & iniusticia, illic ne speres deesse sanguinis effusionem. Hierusalem quoque ciuitas est sanguinum, veluti prophetas occidens, ac lapidibus obruens ad sese missos: totaque mēdax fuit, ceu odio veritatem prosequens; quæ Christus erat, falsa de eo dicens, quod Samaritanus esset dæmonibusque obsessus & impostor: ac plena iniustitiæ, vt quæ dominum benefactorem suum affixerit cruci, sanctumque & iustum abnegauerit, necnon impleuit mensuram patrum qui prophetas occiderunt, per hoc quod ipsa deicida sit facta.

Non attrectabitur uenatio. Quod supra dixit, disperdam venationem tuam, hoc iamnunc repetens, non porro, inquit; abs te tractabitur vel attrectabitur venatio, hoc est, non vincetur abs te aliqua ciuitas vel regnum, neque venaberis diuitias & tributa: hæc enim extitere venatio tua. Venatio autem veteris Hierusalem, omnes prophetæ fuerunt. Non igitur amplius in te vates erit, neque quanquam prophetarum venaberis, vel cassibus tuis irreties.

Vox flagellorum, & motus rotarum. Tanquam audire videatur & intueri propheta imminentia belli mala, sic ea denarrat, perinde quasi iam præsentia essent. Veluti enī vocem vel sonitum exprimit flagellorum quibus equi ad acriorem cursum excitantur & mottui rotarum assimilari dicit strepitum.

Et equi persequentis. Repete, vox. Videtur enim audire equi insequentis hinnitū;
A qui animaduersa velut victoria, ceu pro epinicio hinnitum edat. superbum enim quid
dam equus. Hic quum dixisset vox flagrorum, indicauit iuxta quis esset qui flagris cæ
deretur, equus videlicet, vt vehementius persequeretur.

Currusque subsultantis. Quum dixisset, vox motus rotarum, apertius iam monstrat
quod ea vox sit plaustri sonitus e cursus impetu succussi.

Et equitis ascendentis. Vox, inquit, equitis ascendentis, hoc est, turbulenta & ala-
cris vociferatio: quippe quia equites ascensuri vel equos vel plaustra, tumultuantur
& vociferantur alacriter, sese inuicem adhortantes.

*Fulgentis quoque mucronis, & coruscantium armorum, ac multitudinis uulnerum, gra-
uisque lapsus.* Non amplius hic vox subaudienda est sed visio. Videtur enim in-
tueri in fulgentes gladios, thoraces; præterea & alia coruscantia arma, multitudinem
etiam virorum, partim vulnera infligentium partim cadentium cum pondere armorum
Talia & de iis qui Hierosolyma obsederūt depopulatique sunt, opportune itelligi pos-
sunt. Multa enim contigerunt tum execratis Iudæis.

Nec erat finis gentibus ipsis; & debilitabuntur corporibus a multitudine fornicationis:
Gentes quidem multæ adeoque numero vacantes, Nineui vrbi subditæ, venient vt ei
suppetias ferant: verumtamen corporibus suis quibus confidebant ceu bene valentib'
ægrotabunt. Quam ob causam? Quia fornicationi plane studuerunt vitę conditione mo
B ribusque fornicantes, ex omni virtute, ipsa quoque temperantia excidendo, absque ve-
ro dei cultu ad idola dilabendo. Gentibus dein Hierusalem, hoc est, habitatoribus eius
gentium mores æmulatis, non aderat in cupiis finis conuenerant enim potiores in ipsam
vt Iosephus tradit: debilitati sunt autem corporibus suis, fame macerati. Quam ob
rem? Quoniam fornicati sunt & defecerunt a Christo dicentes: Ne scribe, rex Iudęorum
Atqui facile languore corripiuntur corpora nimię scortationis causa nemo enim lasciui
us, libidini deditus, robustum corpus habet. Quocirca si quis miles maxime fortis esse
gestiat, temperate viuat, & a scortatione abstineat.

Scortum pulchrum & iucundum. Corporali etiam fornicatione meretrix erat Nineui
ob deliciarum affluxum impudice viuēs: deinde propter idololatriā scortū appellatur:
Pulchra & iucūda ideo meretrix, quod excellentiæ, gloriæ, opum, aliorumque bono-
rum causa præclara sit, nec paucis amabilibus & vrbanis rebus exuberet, veluti aliarū
ciuitatum regina.

Dux incantationum. Hoc est, meretrix referta præstigiis, ac princeps aliarum in car
minibus seu veneficiis, magia enim & incantamentis, aliis Assyrii præeminebant.

Vendens gentes in fornicatione sua, & tribus in incantamentis suis. Non satis erat, in-
quit, propria impietas tibi verumetiam subditas tibi gentes eadem tecum agere co-
gebas: vnum dabas eas, ac seruas cum fornicationi, tum veneficiis faciebas. Vel,
magi, suis effacinationibus vsi pollicebantur cunctis ad bellum egredientibus se
hostes suos debellaturos, ac propterea mercedem accipiebāt. Vendebant igitur gentes
C ac tribus mercedem dantibus, per incantationes suas promittentes victoriam de hosti
bus. Sic & Balaam regi Balaac promisit populum Israeliticum sub iugum eius olim vē
turum. Quod si intelligas hæc de Hierusalem, videbitur Naum tantum non eadem cū
Esaia dicere: Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Siō? Atque hic pulchra & iucū Esaiæ .i
da seu gratiosa Hierusalem dici intelligitur, quod acceperit legem; quæ & ipsa gratia
erat. Gratiam enim, inquit, pro gratia. Sed facta est scortum, quando defecerunt a domi Iohan.i
no dicentes: Durus est sermo ille, quis potest ipsum audire? Et rursum quando dixerūt Ibidē. vi
Tu es discipulus illius, nos vero Mosæ sumus discipuli. Ac tandem quum simul omnes Ibidē. ix
clamarent: Nō habemus regem pręter Cæsarem. Eadem est dux veneficiorum, ducib', Ibidē. xix
primatibus, & principibus eius, hypocrisi falsisque doctrinis intoxicantibus populum
ac vendentibus eum dæmonibus. Anima quoque pulchra sane adeo condita est, & gra-
tiosa, blanda, iucunda, inspirationis gratiam accipiens: fit autem meretrix, quando ab
voluptate incantata fuerit, effascinataque, vt a vero bono deficiat vsqueadeo, vt vel
aliis ducatum præstet in veneficiis voluptatum.

Ecce ego super te dicit dominus omnipotens. Ne putes, inquit, hominem Cyrum bel
lum aduersus te moriturū, sed enim ego exurgo aduersum te dominus nimirum omīpo
tens; itaque ingentem aduersarium accipe.

Et reuelabor posteriora tua in faciem tuam. Verba facit veluti de muliercula loque

retur amara; quæ quantum ad vultum externamque pulchritudinem attinet, digna intuentibus eam, quæ ametur, apparet: cæterum si quispiam ipsam nudauerit, corpo- D
risque deformia palam demonstrauerit omnino turpis erit. Quare hunc in modum ait: Retegam o Niniui postrema tua, hoc est quantum deformitatis in te antehac occultatum fuerit nunc in propatulum collocabo, vt videatur ante conspectum tuum, vtque contumelia pro gloria te comprehendat: ac omnino iniquitatem tuam patefaciam, per supplicium super te inducendum.

Ostendamque gentibus dedecus tuum, & regnis ignominiam tuam. Videbaris quidem nullis non gẽtibus & regibus formosa esse, incantamentis tuis munita, illisque te plurimum aduersus hostes posse rata, me isthuc ipsum æquo animo ferente: at nunc excitatus aduersum te monstrabo gentibus quas vicisti; quod neque tum tu fortis fueris, quando eas subieceris tuo imperio, sed mea ea voluntate fecisse: ac regna quæ te antea tanquam fortem deuenerata sunt, nunc imbecillitatis tuæ ignominiam agnoscent. Hæc & ad futurum iudicium referri queant quando cuilibet peccatorum in faciem retegun tur quæ ipse in tergum & clam peregerit, hoc est deformitas flagitiorum ab eo commissorum. Ostenditur etiam confusio & ignominia reliquis gentibus & regnis iuxta ac iustis qui vna cum Christo regnabunt, si modo hic compassi sint. Porro quando diuinũ verbum animum vsque peccãtis contigerit, ac ad sensum perduxerit prioris in malitia transactæ vitæ, talem tum ignominiæ reuelationem facit iamque prius abdita, per apertam promulgationem referat, panditque. Commonstrat etiam verbum dei dedecus E
operum gentibus, hoc est dæmonibus, dum agnoscunt mortales se propter opera, ipsorum ex instinctu promanantia, pudefieri: vnde non amplius eos accedunt. Iidem, dæmones dico, multa etiã regna dicũtur, veluti multifariã in homine per peccatũ regnãtes

Et iniiciam super te execrationem, secundum impuritates tuas. Hoc est, talem te faciam vt omnes te videntes execrentur. Deinde ne quis dicas quod deus alios quidem execrabiles, alios vero celebres faciat, ac sic omnia iuxta diuinam dispensationem fiant, subintulit, secundum impuritates tuas, indicans quod iuste super te inducam execrationem; eo quod impuritates habeas. Impuro autem quid aliud conueniat, quã ipsa detestatio? Quare nemo deum accuset si ipse homines execretur, cæterum propriam impuritatem in iudicium vocet. Hoc pacto super Hebræos proiecit execrationem, propter impuritates ipsorum tum alias, tum eas quas ex interfectione domini contraxerunt. Manus enim eorum immunditiæ velut sanguine plenæ. Iuxta mensuram autem immũditiei cuiuslibet, inducitur etiã abominatio æque respondens, vt neque maior neque minor sit domini & iudicis mansuetudine ac bonitate, hic ita miscente, dispensanteque Insuper in futuro iudicio alius alio abominabilior erit, iuxta mensuram operum impuritatis.

Et ponam te in exemplum. Hoc est, celebria reddam & diuulgabo supplicia tua: vt si quando ciuitas quæpiam vel regio pereat, dicant aliqui: Interiit ea ciuitas æque atque Niniui.

Et omnis qui te uidebit, descendet abs te. Defossa etenim te ac diruta, quisquis astiterit F
cadaueribus tuis & ruinæ, etiamsi antea tibi infensus fuisset ægreque tulisset potentiam tuam, inspecta iam vastitate tua valde grandi, descendet a talibus ruinis ac populatione, desilietque, vt qui tantam non possit intueri desolationem, vel metuens ne & ipse huiusmodi aliquid patiatur incommodi tãtam ob solitudinem.

Dicetque, o miseram Niniui Quis deplorabit ipsam. O miseram & calamitosam Niniui, quis tantus luctus inuenietur, qui digne ipsam lugeat? Siue quod ei non sit relictus quispiam e suis, qui eius infortunium defleat. Vnde etiam subdit.

Vnde quæram consolationem ipsi? Cum cæteris vrbibus sic quidem agitur, vel regionibus, vt mortalium pars intereant: pars seruentur, ac seruati quidẽ cõsolationis loco sint: apud Niniui vero nõ est inuenire consolationem. tota enim interitui est tradita.

Apta chordam, para te pars Ammon. Ad alexandriam hæc adhortatio pertinet, etsi nondum sub id temporis eam habuerit nomenclaturam. Ipsa enim enim est quæ vocatus On, siue Ammon, vt pote quæ dicata sit. Ammoni deo, adeo celebri apud Græcos vt minime pauci ex Græcia oraculorum causa eo sint profecti. Quinetiam Alexander ipse Macedonum rex fertur ad hunc veluti patrem suum se contulisse, oracula ab ipso accepturus. Postquam igitur vniuersa Aegyptus, deinceps ab Alexandro Alexandria appellata, ab isto dæmone pependerit, vocat eam vates Naum partem Ammonis

Proinde malorum sane plurimum & ipsa ab Niniuitis sustinuit: siquidem bellum gesse
A runt aduersus totam Aegyptum, vnde inuentos illic Israeliticos transfugas indignis admodum modis acceperunt. Præcipit itaque iam nunc ipsi On, vt aptet chordam, paretque citharam tanquam voluptatem capiens Niniuitarum ex pernicie; ideoque festũ diem instituens: quemadmodum & supra demandabit Iudæ vt ferias celebraret.

Habitans flumina. Nili deriuationes flumina nominat.

Cuius imperium est mare, & aqua muri eius. Omni ex parte, inquit, Ammon tutam munitionem habet: ab septentrione mari situata, ab meridie Mæotide palude, exuberans etiam Nili brachiis vt mœnia sic paludes inaccessibiles efficiet.

Aethiopia robur eius & Aegyptus, & non est finis fugæ tuæ. Phud & Libyes auxiliatores eius. Auxiliatores & socios numerat, ostendens nedum ex loci positu communitatem, verumetiam eorum qui socia arma iungant, potentia. Phud vero nominat occidentem versus situs Libyas, qui nunc Aphri dicuntur. Quanquam adeo sis munita, inquit, pars Ammonis, nimirum aluei & paludibus Nilotæ aquæ, mari, & amne Mæoride, tamque commemoratis adiutoribus: in fugam tamen verteris ipsa tu, nec finis erit fugæ tuæ Pars Ammonis, ex gentibus etiam est constituta ecclesia, quæ habitat fluuios dulces nempe Euangelii gratiæ aquas, in cuius circuitu aqua est, spirituale dico baptisma, muniens ipsam vndique. Hæc dominatur mari id est; tentationem afferentibus huius vitæ fluctibus, marinisque hæresibus siue capturis nec vincitur tamen a quapiam
B harum. etenim Ditis portæ non præualent aduersus ipsam. Eadem & sua post baptisma mœnia habet; aquam puta pœnitentiæ lachrymarum. Tum Aethiopia & Aegyptus sunt fortitudo eius: nam Aethiops Eunuchus primus ex gentibus baptismate tingitur, ac dominus Aegyptum primum visitauit, quando a natiuitate sua statim illuc fugit. Nec exiguum robur est ecclesiæ præconio tales gentes ad ipsam accurrere. Præterea Libyas etiam, qui in die pentecostes spiritus paracleti præsentiæ inciderunt, auxiliatores habet, qui ex linguarum dono testificabantur diuinam esse eã prædicationem. Huic fugere quidem semper conuenit, cum ab impietate; cum ab semper persequente nos per oĩa & opera & sermones videlicet satana, vt ne in fuga gradũ figere deprehẽdatur.

Et ipsa ad transmigrationem proficiscitur captiua. Alexandria videlicet, ac tota Aegyptus. Etenim Nabuchodonosor depopulatus est hanc, a Cambyse vero dehinc Cyri filio, regno eius dissoluto, Persis tributum pẽdere coacta est. Præterea Alexander Macedonico imperio Aegyptum etiam subiugauit.

Infantesque eius in terram præcipites dabunt ab initio cunctarum viarum eius. Hoc est, tantam sæuitiam inimici eius demonstrabunt, vt vel infantes occidant, ipsorum capita terræ illidentes. hoc enim est in terram eos præcipitare: idque facient in principiis viarum hoc est in triuiis, ad maiorem trepidationem pertranseuntium, quippe qui videant q̃ neque dignissimia venia parcant.

Ac super omnia preciosa eius iacient sortes. Vt dissipentur citra prælium ingens & effœminate, non solum facultates & pecuniæ, verumetiam corpora celebria, veluti vxo
C res & pueri, vt seruiant iis quibus sorte obtigerint.

Omnesque optimates eius ligabuntur manicis. Adeo erunt miseri, inquit, vt neque in bello occidantur, quod fortium est virorum, sed vinciantur muliercularum ad modum ignobiliumque homuncionum instar, vt serui. Atqui optimates existentes abierunt in transmigrationem. Et synagoga eorum qui dominum occiderunt, tum infantes synagogæ alumni, elementari & imperfecto legis enutriti lacte, in terram illiduntur, in eo perseuerantes, vt nihil sublime intelligere queant. Hoc vero patiuntur a fastu, qui est principium omnium in præceps vergentiũ viarũ ipsi synagogæ quæ deum occiderat. Ac super omnia celebria eius; super ipsam nempe summum sacerdotiĩ vnctionẽ; atque vestem oblongam sacerdotum principis, & sacrificia, iactæ sunt diuinæ in ecclesia sortes, a quibus & sortiti vel electi clerici vocantur. Non enim humana gratia, cæterũ diuina sors, siue donum electorum huiusmodi videtur. Illorum itaque celebria deus spiritualiter nobis sorte quadam impertiit. Optimates eorum Pharisæi scribæque manicis ligati sunt, nihil legalium efficere valentes, eo quod dominum vinciuerunt.

Tu ebria redderis, erisque despecta. De particula Ammonis hactenus memorata vaticinatus, rursum iam nunc sermonem ad Niniui transfert, inquiens: Hæc illa quidẽ patietur, tu vero ceu temulentia quadã traderis calamitati. Neque a me domino tuo, vt qui te aspernetur, seruaberis, quouis, vt ante, malo superior. peccatis enim te tuis tradẽ

Queres tibi ipsa statum ex inimicis tuis. Postquam temulentiæ meminisset, perseue
rat in eodem tropo. Delata, inquit, & stabili gressu hincinde nutans temulentorum in D
morem, quæres tibi statum seu libertatem ex hostibus, sed non inuenies, perpetuæ fu-
gæ intenta. Ebrij facti sunt animo suo etiam qui dominũ occiderunt. virus enim draco-
num, virum ipsorum: vnde a domino neglecti sunt, nunquam non & ipsos & familiam
ipsorum intuente. Audierunt ergo quod Solomon precatus est: Ecce relinquitur do-
mus vestra deserta. Quærent stare denuo in Hierusalem, vt finis imponatur dispersio-
ni & persecutioni neque tamen quicquam quod inquirunt, inuenient.

Omnes munitiones tuæ, ut ficus fructus habentes si quassatæ fuerint, cadent in os edentis.
Munitæ, inquit, ciuitates tuæ hostibus tradentur. Vt enim ficus fructus habentes, hoc
est ficus tẽpestiuos & prorsum maturos, si a vento concutiantur, vel ab homine potius
volente illis vesci, facile istos proiiciunt a sese, quos arreptos homo comedit: non dissi
mili pactione, citra sudorem vrbes tuæ habitatores suos eiicient, vt in ora hostium in-
cidant. Munimenta synagogę sunt Pharisęi: dein obseruationes legis secundum literam
traditionibus ipsorum: quæ fructus quidem habent; dulcedinem tempestiuam & mol-
lem præ se ferentes. Istæ Christi aduentu decussæ ceciderunt in os humanas semper tra
ditionis deuorantis satanæ, vt in posterum diabolici sint sermones, digni idcirco illius
ore. Animæ quoque peccantis munimenta sunt voluptates. Nam per voluptatem de
tinemur in peccato. Hæ sunt, voluptates dico, ficus maturas primo patri Adamo ostẽ-
sas habentes. Formosus enim aspectu erat, & pulcher esu qui illum neci dedit fructus. E
Decutiuntur autem a verbo dei quod in nobis est, ipsam instabilitatem prodente, nihil
quę vberius atque mœrorem easdem proferre indicante. Cadunt prius firmæ iudicatæ
Non enim resistere queunt verbi moti, adeo vt qui antea tales manducauerit, aperto
nunc ore dicere illis dicat, tanquam deceptricibus, easque plane contemnat. Ficus hoc
pacto fuerunt in Bersabee & Vriam peccatum, tempestiuo suo fructu demulcentes
Dauidem. At vatis Nathan reprehensione concussæ, inciderunt in os iucunde ipsis
antea vescentis, describentisque eas in psalmo quinquagesimo.

En populus tuus ceu fœminæ in te. Hoc est, fortissimi quique milites trepidatione
constricti, nihil discrepabunt a fœminis. Hoc autem patientur in te, hoc est, propter te
& peccata sua, superbiamque tuam. Strenui quidem sunt & fortes per sese, verum tu
ipsos meticulosos reddidisti, ad iram commouens dominum. Populus etiam tuus, o
Hierusalem reiecta, fœminarum induerunt mentem: nihil virile demonstrare possunt
contra errorem quo sunt imbuti: cæterum praua docentibus eos restitutionemque
promittentibus animum aduertunt; id que patiuntur in te, hoc est, propterea quod re-
spiciunt ad te; teque o domine recipere sperant, non intelligentes aliam esse Hierusalẽ
indissolubilem, ipsam ecclesiam, quæ mater est omnium Christo credentium.

Hostibus tuis aperte, aperientur portæ terræ tuæ, absumet ignis vectes tuos. Portæ inquit
verbum terræ tuæ recludentur Persis, alię quidem citra laborem, tanquam obseruarẽt
eas illi, ideoque vltro admitterent: aliæ vero obsessæ, ac repagula igni absumpta tenẽ-
tes. Vel non tantum de portis vrbium hæc dicit, cæterum indicare vult totam terram
tuam ad impugnationem, incursionem, & interitum traditum esse; quæ antehac adeo F
eret inaccessa hostilia audentibus, vt veluti quibusdam portis tuta munimina sibi prę
beret. Vectes tuos, hoc est omnem potentiam tuam & munitionem securitatemve: ig-
nis, hoc est hostium intolerabilis & flammea vis, insumet, perdet. Terra, Iudæorum
est respublica, iuxta literam legis traditionumq; in imo iacens, Ea portas habebat ad
spiritum ducentes, quæ gentibus apertæ sunt: quas cum inimicas tum execrabiles, qui
ex circuncisione erant, reputabant. Ipsorum repagula, id est munimina Pharisaicæ do-
ctrinæ, ignis euangelici & spiritualis sermonis deuorabit.

Aquam circuitus attrahe tibi ipsa, occupa munimenta tua. Hoc est, munitio aquis pro-
pugnacula tua, teque ipsam Nineuitę, Cyro eos obsidione cincturo, metuentes captio-
nem sui, fossis foris effossis, multum aquæ partim eisdem immittentes, partim per reli-
quam planiciem ducentes, vt palustria fierent, arbitrabantur se inimicis ad vrbem adi
tum ademturos. Hoc igitur per ironiam inquit deus: Munito te iamnunc per effusio-
nem aquæ mœnia sua circumfluentis, ac pręsidijs in propugnacula, turres, idque gen⁹
alias munitiones locandis. Aqua circuncirca cingens, Pharisæorum etiam doctrinã
erat, ambiens concludensque legem, eamque sibi vendicans. Munitione, vt sæpe
dictum, sunt traditiones quas tenent. Dicat & quispiam ad delinquentem animam

Igni voluptatum perustam, Attrahe tibi ipsa aquam circuitus, hoc est dei continentia
A omnia, vel euangelij continentia iam terrarum orbem. Occupa munimenta tua Dedit enim tibi ab natura deus munitiones, intellectum & rationem: quam si tenueris, non facile ab inimicis tuis capieris.

Inscende in lutum, cōcula paleas, obfirma te super laterem. Perseuerat in ironia, vide turque consulere ipsis vt munitionum curam gerentes, lutum fingant, ifi huc que paleis misceant, vt ita lateres faciant. Later enim dum coquitur, ad firmas structuras paratur Ecqui dicam para tibi lateres? immo lateribus quædam firmiora tibi compara, perque talia munitionem tibi instrue, fortisque esto.

Illic absumet te ignis, te funditus perdet ensis, deuorabit te uelut locusta, grauaberisque in mortem bruchi. Illic, pro tum intellige. Nihil, inquit, huiusmodi tibi cogitationes proderunt. Non si ipsam coctis lateribus munieris, vel alia materie lapides coctiles illos firmitate sua vincente, tum te vrbem hostilis exedet ignis, incensam vna cum ædificijs tuis. Ciues & habitatores tuos absumet penitus gladius, locustæ in more depascentis fruges. Erisque grauis ad fugā, veluti bruchus quando irrigatę ipsi fuerint alæ, siue quod tu grauis sis futura, multisque instructa copijs, auxiliis vndique accitis; vt bruchis innumerabilibus copiarum tuarum causa ęquipareris. Verum nihil tibi commodabit. Tale est ergo quod subditur:

Multiplicare uelut bruchus. Hoc est, accerse adiutores & auxiliatores, nec paucas
B arma copias: Irridens autem, veluti in superioribus, hęc dicit. Lutum sunt legalia sacra tanquam coporalia. Palea est litera, fructū non habens. Ridet igitur spiritus hæc sibi ve dicantes, admininistrantes que, monstrans ipsis quod corporalibus quidem sacrificiis inseruiant, qui tametsi alia iuxta literam accipiant, spiritus tamen ignem fortiorem fore, gladiūq; verbi exterminaturū ipsos: quē & locustæ quidē æquat, celerē ob saltū cuius modico vel temporis interuallo super totam aliquā terram dispergitur, peride ac alio in loco ait: Celeriter curret sermo eius. Quinetiam grauis eris, inquit, nimirum tu scriba, bruchi in morem; vt non possis ad spiritualis contemplationis altitudinem exurgere. mentis tuæ alis vuida vita degrauatis. Vbique deliciarum nomine male audiunt Hebræi, sic apud Paulum vbi ait: Quorum deus venter est. Præterea vniculuis corporis amatoris dicit vt in lutum conscendat, hoc est vt intueatur atq; perpēdat proprium suum corpus, quod lutum sit. Quid igitur lutum maiore quam margaritum honore afficis? A tali limoso cœno ereptus Dauid gratias deo agit. Sed cōculca, inquit; etiam [illegible], hoc est [illegible]ilia opera, quæ cōburet ventilabrū dijudicationis habēs verbū dei, igni inextinguibili. T[illegible] ignis zelantis super preciosa re animæ tuæ absumet [illegible] hostes ignobilem fecerunt, suoque viduarunt honore. Quia vero locusta ip[illegible] tam magna dei est pote[illegible], Christus autem potentia dei est, & idem sapientia: ad C[illegible] etiā minime impio itellectu locusta referri queat; quippe quia ipse omnē corporis voluptatibus deditum comedens. Qui, inquit, vult me comitari, abneget sese ipse, tollatque crucem suam, & sequatur me. Et iterum: Caro nihil quicquam prodest. Ne-
C que demireris si locustæ Christum dominum æquemus, quandoquidem & ipse se vermem nominet. Denique grauaberis vt bruchus, infert. quando videlicet verbum Euangelij descendens guttæ instar stilatis super terra, inciderit alis eius qui ad scelera & peccata leui volatu ferri consueuit, tum grauis fit ille, nec ob sui pondus facile ad corporis voluptates transmoueri potest.

Bruchus impetu facto euolauit, exiliit uelut antellabus commixtus tuus Tu, inquit, multiplicasti auxiliatores tuos, commixtos vel confœderatos tecum existentes. A multis quidem locis collegisti auxilia, ab illis tibi obsidionis tempore opem sperans. At tamen commixta illa turba, adiutrix tibi, bruchus propalam visa est. Confertim densoque agmine, pernicivolatu venit, & euolauit, desiliitque instar antellabi. Est autem ātellabus locustæ species. Gentium populus brucho etiam similis est, exemplo a maioribus acceptam impietatem missam faciens. Sic proselytus commixtus Iudæis, desiliit ab legali errore.

Vt locusta que descendit super sepem in die glaciei. Sol ortus est, ac desiliit, nec agnouit locum suum. Quemadmodum, inquit, locusta, cæteraque id genus volatilia, rore ac pruina eorum alis superposita, sepibus insident atque fruticibus, vt quæ volare nequeant: sole autem exoriente, absumenteq; rorem, ipsaque animacula calefaciente, expandunt alas, & in alium transmeant locum: hunc in modum auxiliatrix tua

turba quandiu nõ præsto sunt hostes,apud te permanent.Quum primum vero hostes
ingruerint,propriæ illi saluti consulent,teque citra vllam opem derelinquent.Ascen- D
debat etiam super sepem legis potentia dei,purificationes quasdam corporales perfi-
ciens,& mira signa operans,vsque dum dies erat glaciei,hoc est donec regnaret pec-
cati ex Adamo contracti hyems.Quando vero secundus Adam peccati expers,sol iu
stitiæ existens,ortus est,disiliit diuina potentia ex legali sepe,ostendens ipsam infir-
mam esse,vt quæ non possit mundam facere conscientiam: trãsitque ad fidem,quæ
posset iustificare:nec vlterius cognouit locum eius,quem ãtea occuparit,legis.Possunt
& aliter hæc omnia intelligi,veluti si deus ad corporis seruum dicat:Eia deliciis stu-
de iuxta volũtatem tuam,volutare in luto,opera paleam redolentia facito:verum quid
sequetur tãdem?Ignis absumet te,gladiusque te disperdet,verbum videlicet iudicans
cupiditates & cogitationes cordis,quod ratiocinationes explorãs cũcta dissecabit,& alia
quidem ad dextra alia vero ad sinistra collocabit,quando oneraberis pondere peccato
rum,instar bruchi a pruina detenti victique,ad defensionem non transmeare valens
Deĩn peccator haud desperans hic dicit,quod commixta ex omnis generis afflictioni-
bus ratiocinatio tua,euolabit denuo,si modo velis,tanquam bruchus,soluto errore
Porro locusta quæ in te est,siue verbi dei potentia ascendens iamnunc,ac quiescens in
sepe,hoc,est in peccatis(sepes enim sunt illa,dissocia nos,vt sępe diximus,a deo)desiliet
ab hac sepe,vbi a Christo calfacta fuerit.

Væ ipsis. Veluti compatiens,luget Nineuitarum auxilia,Væ,inquiens,illis,qua B
liã quãtaque patientur?Vel tanquam miseratione tactus hæc ait,quod socij isti vocati pe
riculorum communium in rebus bellicis,prodiderint eos a quibus acciti essent,curan
tes quæ ad suam securitatem pertinerent,ac propterea terga fugę dantes.

Dormitauerunt pastores tui. Hoc est,reges tui & satrapæ tui in soporem delapsi
sunt,id est in dilutionem prioris suæ potentię:vel in ipsam mortem ceciderunt,in prę
lio ĩterfecti.

Rex Assyriorum sopiuit potentes tuos. Cyrum intelligit Assyrium,vt qui ab Assy-
rijs & ipse deductus sit.Etenim Persas Assyriorum esse surculos,& ab ijs originem du-
cere aiunt.Ille,inquit,sopiuit potentes Nineui,in supra memoratum somnum eos in-
ducens.Pastores synagogæ,sacerdotes & reliqui principes sunt,quos dormitantes prę
insania qua contra dominum laborabant,sopiuit mentalis iste Assyrius,dormientes
somnum ad animæ mortem. Quinetiam de vno quouis mortalium hoc locum habet,
quod quando in sorporem collocati fuerint pastores nostri,naturæ ingeniorum lex,& do-
ctrinæ verbum,tum nos in soporem etiam dilabi facit Assyrius ille,quem regnum nõ
strum strenuũ efficit,quorum seruus sit atque desertor.

…hiit populus tuus super montes,& non erat qui exciperet. Principibus & satrapis pe
reuntibus,reliquus populus ad fugam conuersus,super montes cucurrit,nec erat qui
Osee.iiij remoraretur eos,vel sistere eos gradum ne porro fugerent,faceret:cæterum semper
vlterius fugiebant:vel,non erat qui eos a fuga colligeret,susciperetque.Sic enim reli-
qui interpretati sunt.Populus etiã Hebræorum ad montes,mentales feras continentes
procurrens,non inuenit qui recipiat eum,vel errorem eius sistat.qui enim recipias eum F
quum dixerit:Repelliam te ne fungaris sacerdotio mihi?Deinde peccator vbi ascenderit
ad montes arrogantiæ elationisve,eoque peruenerit,vt sese ne peccare quidem existi
met,non habet qui ipsum resipiscentem suscipiat. Quomodo enim resipiscat,quomo
do meliorem animi sententiam induat,qui sese haudquaquam peccare arbitretur? ar
dens fastu,intumescenteque cordis elatione,perinde ac sequentia planum faciunt.

Non est sonatio contritioni tuæ,ardebat plaga tua. Per metaphoram ab excelso admo
dum loco decidentium,& contritorum,ideoque immedicabiliter ęstuantium,hæc sunt
dicta:Decidisti enim,inquit,& tu ab ingenti altitudine prioris potentiæ tuæ & glorię
colisique sunt & contriti.commodissima tua reges dico & satrapæ plaga & vulnus tu-
um inflammatum est,tumorem ingentem præ se ferens,& incensionem ab materie mul
ta.Quanto enim opulentior fuisti,tanto nunc inflammatio æstusque doloris vehemen-
tior est,quocirca non est sanitas,neque curatio porro:nque quisquam de tua tam ad-
uersa fortuna conquerens tui miserebitur,neque priorem celebritatem & fortitudinem
recuperabis. Synagoga etiam contrita,templo & vrbe spoliata,nullam iam me-
dicinam admittit:neque amplius denuo ad pristinum statum reuocabitur,etiamsi
errans reuocationem sui tandem assumptionemque speret. Plaga enim qua percus-

fa est, inflammationem nacta est Materies autem inflammationis huius est domini in A perfectio multa & magna existens.

Omnes qui audierint hanc de te famam, plaudent manibus super te. Quē enim non accessit adflictio tua semper? Audientes, inquit, quæ de te passim diuulgantur, quomodo sis contrita, quidve sis perpessa, recordati mala quę abs te acceperint, plaudent manibus super te, gaudentes propter aflictionem tuā. Nā tua antehac malitia super omnes venit, neminemq; non conturbasti: non hoc tātum vel illo tempore, sed semper. Quāto enim maiore felicitate, lætioreque rerum successu fruebare, tāto acerbiorē & actiorem subditis tuis te exhibebas, iisque impendebas. Hæc omnes principes audientes cogitemus deum iudicem nostri in subiectos nobis adfectus dispositionisque astare: velleque vt nos mansueti simus erga obtemperantes nobis, vt adeo nihil asperi illis iniungamus, quod vires illorum ferre nequeant: quin potius quando res tales illis iniungendas, etiamsi ipsis impossibiles sint, dixerimus illis cōgruere, metuamus dei lōganimitatem. Nec enim quod sibi talia placeant, conticescit, verum vt sinat nos ostendere adeoque proferre in medium nostram voluntatem atq; consilium. Hinc est maxime trepidandum, vt ne plaga incurabili percussi, velut Ninevi, discamus ipsi a nobis quantū sit malū amarulentia seueritasq; ac multos deinde sortiamur adflictionibus nostris sese oblectantes, quos nos prosperitatis nostræ tēporibus nūquā nō cruciātes, ceu diuini iudicij obliti, decipiebamur: quum tamen iudicium illud dei perpetuo ex-
B cubias canens, dormitet quidem propter bonitatem ac mansuetudinem suam, atqui bene dirigat, bonaque & mansueta reddat cūctorum principum & magistratuum corda bonus dominus, donecque ipsis hic per mansuetudinem gubernare sibi concreditos, vt hic eius fruentes bonitate, nulla iuxta amaritudine degustata, posthac coelestibus e dulcibus delicias percipiant, qui est ipse dulcedo, totusque desiderium, resq; fidelibus vnice expetenda; cui gloria vna cum sancto spiritu in secula seculorum, Amē.

ENARRATIONVM THEOPHYLACTI IN NAVM PROPHETAM, FINIS.

AD LECTOREM.

C Theophylacti Bulgariæ archi EPISCOPI COMPENDIARIA IN OSEE *Prophetam, Enarratio.*

CAPVT I.



Ermo domini, qui factus est ad Osee; filium Beerei, in diebus Oziæ & Ioatham, & Achaz, & Ezekiæ regum Iuda; inque diebus Hieroboam filij Ioas regis Israel. Principium sermonis domini in Osee. Dixit dominus ad Osee: Vade, accipe tibiipsi vxorem fornicationis; & liberos fornicationis, eoquod fornicās fornicabitur terra, relicto domino suo. Profectusque accepit Gomer filiam Debilaeim, & concepit, & peperit ei filium, dixitque dominus ad ipsum. Voca nomen eius Iezrael. Paulo post enim vlciscar sanguinem, Iezrael super domum Iehu, ac cessare faciam regnum domus Israel. Eritque in die illa, conteram arcum Israel in valle Iezrael. Concepitque adhuc

& peperit filiam; & dixit ipsi: Voca nomen eius, Non misericordiam consecutam: propterea quod non amplius addam vt miserear domus Israel, sed opponens opponam me illis. Filiorũ autem Iuda miserebor, conseruaboque ipsos in domino deo suo. Nec seruabo eos in arcu, neque gladio, neque bello, neque curribus, neque in equis, neque in equitibus. Ablactauitque Non misericordiam consecutam, & concepit adhuc & peperit filiũ, dixitq;: Appella nomen eius Non populus meus: nã & vos nõ popul⁹ meus, & ego non sũ deus vester, Eritque numerus filiorum Israel velut arena maris, quæ nõ mensurabitur, neque numero cõprehẽdetur. Eritque in loco vbi dictũ est ipsis, Nõ populus me⁹ vos, vocabũtur & ipsi filij dei viuẽtis. Cõgregabũturq; filij Iuda & filij Israel in idem, ac ponent inter se imperium vnum, & ascendent de terra, quoniam magnus dies Iezrael. D

CAPVT II.

Dicite fratri vestro populo meo, & sorori vestræ, misericordiam consecutę: Iudicamini cum matre vestra, iudicamini, quoniam ipsa non est vxor mea, egoque non maritus eius: adimamque fornicationem eius ex facie mea, adulteriumq; eius ex medio vberum ipsius, vt exuam ipsam nudam, restituamque ipsam tanquam in die natiuitatis eius, faciamq; ipsam veluti desertam, & collocabo eam ceu terram vacantem aqua, interimamque ipsam siti & filiorum eius non miserebor quoniam filij fornicationis sunt, quoniam fornicata est mater ipsorũ. Rubore suffudit filios ipsa quæ peperit, quoniã dixit: Ibo post amatores meos, dãtes mihi panes meos & aquam meã, & pallia mea: & vela mea, vinũ meũ & oleũ meũ, & omnia quę mihi conueniũt. Propterea ecce ego obturo viã eius palis; & reædificabo vias eius, & semitã suã haudquaquã inueniet sequeturq; amatores, & nõ deprehẽdet eos: quęretq; ipsos, & nõ reperiet illos: & dicet Ibo & reuertar ad priorẽ maritũ meũ, quia melius mihi erat tũc quã nũc. Et ipsa non cognouit quod ego dederim ipsi cibũ, vinum & oleum & argentũ multiplicauit ipsi ipsa vero argentea & aurea fecit Baal, Propterea cõuertam, feramque cibũ meum suo tempore, domumque meam suo tempore, auferamque pallia mea & vela mea, ne contegat deformitatem suã. Et nunc retegam impuritatem eius coram amatoribus ipsius. E

Hactenus temporis edacitas Theophylacti in Osee [illegible] *cõ* [illegible] *exosenti amarstudia, Cristum plane spirantia monimenta, ne vel hæc* [illegible] *gmẽta intercidant. Sunt enim huiusmodi, per quæ plurimum lucis Oseę vati accedat: nec parum commoditatis sacrarum literarum alumnis auferatur. Textum hic iã inde a principio hactenus e Græcis biblijs adiecimus, ne acephalus diuinus hic propheta prorsum esset. Insequitur porro textus cum Theophylacti exegesi.* F

Et nemo eripiet ipsam ex manu mea. Manum, diuinam potentiam supplicia inferentem nominat: quam etiam experti sunt domini occisores, traditi Romanis. Peccãtes etiam, traditi satanę ad interitum carnis, vt spiritus seruetur, iuxta eum qui Corinthi fornicatus erat, manu domini experiuntur. Castigantem etenim eos vim secundum diuinam dispẽsationem, vel permissiõem dei, manũ vocabis. Sic & plagæ in corpore Iob diuino permissu inflictæ, dicebantur manus domini.

Auertam quoque omnia gaudia eius, festiuitates eius, & neomenias eius, & sabbata, & omnes conuentus eius. Nam ducti captiui Babylonem, neque in cęteris rebus exhilarandi sese, neque festa sua celebrandi opportunitatem habebant. Quomodo enim canemus, inquiunt, canticum domino in terra aliena? Quandoquidem neque deo pure seruiebant, neque idolis, sed vtroqueversum inclinabãtur. Nam Babylonijs traditi, neque peragent festiuitates suas, siue sabbata & neomenias, neq; alias etiam ipsi Baal solennitates celebrabunt. Est autem hic animaduertendũ, festiuitates & conuentus græce ἑορτὰς & πανηγύρεις non esse idem. Siquidem panegyris esse potest, siue conuentus citra etiam ferias: ἑορταὶ autem siue festiuitates sine panegyri vel conuentu non sunt. Communior itaque vox panegyris est. Hæc patiuntur etiamnum Christi domini in-

A terfectores, nec enim impiis gaudere licet. Vbi enim hodie ipsis sunt feriæ, vel numeniæ, vel sabbatum secundum legem? Præterea peccantes qui lugere debebant & côtristari, ac lauare in lachrymis stratum, spiritali lætitia orbantur, neque numenias habentes, hoc est, principium quoddam & generationem illustrationis spiritualis: neque sabbata, siue diuinas ferias. Conscientia eni nô sinit eos bonâ futuris de rebus habere spem.

Et exterminabo uineam eius, & ficus eius, de quibus dixit, Mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei. Dixit, inquit, ab idolis accepi vitæ meæ commodantia, vt quæ præmium dederunt mihi cultus & adorationis, vt delicias percipiam ex bonis hisce. Perdam ergo, ait dominus, ista, quandoquidem ea non mihi, sed idolis suis accepta referunt.

Ponamque ea in testimonium, deuorabunt ea bestiæ agri, uolucresque cæli, & reptilia terræ. A volucribus, bestiis, & serpentibus deuorata bona hæc, eo quod si solitudo hominum, testimonium dicent contra ipsos, quod non digni fuerint horum fructu. Ac propterea quidam illic interempti a Babylonijs, alij vero captiui abducti, reliquerunt ea bestiis. Vel bestias Babylonios appellat, qui exedebant in agris bona, Israelitis propter obsidionem in vrbibus conclusis, & fame laborantibus. Poterunt etiam per vineam & ficum lex & prophetæ intelligi. Vitem enim velut vinum lætificâs cor hominis, eduni, propter euangelicam administrationem, in qua operosi mandati causa etiam compressio est: nihilominus tamen etiam læta contines, propter cœlestium re

B rum promissiones. Nec enim dignæ sunt huius temporis passiones ad futuram in nobis reuelandâ gloriam. Omnino autem lex secundum spiritum intellecta, Euangelij cum gratiam, tum conditionem in sese exhilarat. Hoc igitur pacto, lex & prophetæ sunt vitis & vinea. Ficus identidem fuerunt, quoniam infanti Israeli dulces fructus proferebant, terrestrium nempe bonorum promissionem. Si enim, inquit, audiueritis me, bona terræ comedetis. Asperitatem quoque in folijs habebant ficus, hoc est, transitorijs & facile marcescibilibus rebus. non enim gehennam interminabantur eis actenebras exteriores, vel quod ex cœlesti regno excidere deberent, sed captiuitatem, seruitutem & mortem temporalem, talesque id genus pœnas. Hæc igitur, nempe vitis & ficus, ablatæ sunt quidem ab Hierusalem, traditæque sunt gêtibus, quæ volucribus cœli assimilabantur, ob mentis suæ leuitatem atque dementiam, eâq; ob causam, q principi potestatis aeris subiectæ fuerint: bestiis vero & reptilibus propter efferos mores æquiparabantur. Hæ itaque gentes Christû secutæ, qui factus est nobis sapiêtia a deo, ignorantiam suam orbationemq; intellectus reiecerunt, ac sapiêdo quæ superna sunt, vbi ipse Christus est, secus quam antea instituitæ, discentes ab ipso q mansuetus sit & humilis corde, morum suorum amaritiem correxerunt. Nam gentibus data est legis vitis, vnde & dominus in euangelio vitem suam elocabit alijs agricolis, genti videlicet facienti fructus suos. Vitis est etiâ dominus, qui dixit: Ego sum vitis vera. Ficus item, ceu dulcedo, ac totus desiderium. Sic reptilia gentes sumus, dum a deo non excidimus per fornicationem, sed in domino voluntatem quærimus. Quâdo vero peccatis coinquinamur, volucres cœli facti, ob mentis nostræ ad alia spirantis affectionem, bestiæ vt agri; Mat. xxi Ioh. xiiij.

C vel iumenta propter cum rationis nostræ cum animi feritatem (Animus enim, inquit, ipsis est iuxta similitudinem serpêtis) cum diuinum in nobis verbum, passionibus motibusve subdidimus, a quibus absumptum impastos nos relinquit.

Et ultionem suam in ipsa de diebus Baalim, in quibus sacra fecit ipsis, apponebatque enotia sua & cathormia sua, & sequebatur amatores suos, mei uero obliuiscebatur, dicit dominus. Hæc, inquit, faciam ipsi, propter dies illas in quibus sacra fecit ipsis Baalim, hoc est idolis Baal, illorumq; festiuitates celebrabat, omnigeno ornatu vsa. Enotia igitur, auribus imposita sunt ornamenta. Cathormia vero, quæ ex collum ambiente ornatu depêdent. Hormus enim colli ceruicisq; mundus est. Itaque ergo tali, ait, ornatu idolis ferias peragebat, mei vero obliuiscebatur. Fortasse huiusmôi enotia & cathormia Hebræi gestant etiamnû, vanas Pharisæorû doctrinas auribus suis excipiêtes, quæ dum in corda illorum descenderint, cathormia etiam dici queant: quibus persuadentur, vt relicta denuo legali obseruantia, idolis festos dies instituant, siue figmentis opinionis suæ, secundum quam templum, sacrificia, idque genus cætera imaginâtur. Proinde cum iuuenem conspexeris lasciuiæ libidinisque verbis aduertentem animum, auribusq; talia excipientem, inque cor demittentem potius, quam têperantiæ continentiæ que sermonibus auscultantem, ac idolis facientem sacrum (voluptatibus dico, quæ

voluptates vere non sunt, sed imagines potius voluptatis, quod fructus delectatioq; D
eorum temporaria tantummodo sit & vana, durantem vero interim & aeternam, vt
ita loquar, & verum dolorem habeant) haec prophetica ipsi recita.

Propterea errare faciam ipsam, constituamque ipsam veluti desertam. Bifariam hoc intelliges, siue quod praeparabo ipsam vt erret, deq; loco in locum trasmigret, partim quidem q̃ fugiat, partim quod captiua ducatur, omnibusque bonis superea commemoratis ipsam priuabo: siue quod probe currentem in malitia, & ad simulacra abductam ipsam declinare faciam, hoc est, eam transferam ab tali itinere, quod maximum sane est beneficium. Aberrās enim a via praua, hoc est conuersus; ad bonum omnino intertraducitur. Faciā & ipsam desertam, siue aridam & inutilem plane idolis. Antea quidē vuida ipsis videbatur, & inhabitabant in ea tanquam requiescentes ac omnino quieti daemones, nunc vero desertam eam reddam, nihil retinentem quod idolis sit in deliciis, ac eam ob eam ipsis euitabilem. Sic & in Euangelijs immundus spiritus transiens per aquis vacantia loca, non inuenit requiem. Sunt enim sanctae Dei amantes animae, loca daemonibus arida, aquave carentia, vt quae vitam ducant non placentem illis. Errare etiam fecit, passimque vagari, domini interfectricem synagogam Deus, dispersis in vniuersum terrarum orbem Iudaeis, neque certam tenentibus patriam, vnde tanquam desertos eos posuit. Huiusmodi & gentium antea multitudo erat, quae deserta siccaque dicebatur, de qua memoratum est, quod plures sint filij desertae, quam eius E

Esa. liiij. cui erat maritus. Vtinam autem vnicuique ad vitia probe currenti contingat a tali itinere deflectere vel transferri, & ab inordinatione seiungi, siue ordinatiorem vitam accipere, vt nō porro cupiditas & libido rationi dominetur, quin potius haec sceptrā super illas teneat. Hoc enim ordinis est, efficq; desertam & aridam fieri concupiscentiam si non habeat vdam eam aquam, de qua Dauid precatur: Ne demergat me tempestas

ps. lxviij. aquae. Et alio loco: Nisi dominus esset in nobis, aqua vtiq; demersisset nos. Talis aqua

ps. cxxiii. tentationes satanae esse poterunt & insultus, in quibus non erigere sese, neque natare valentes animae suffocantur.

Loquar etiam in cor eius, daboque ipsi facultates suas inde. Hoc est, efficiam vt ipsa sensum percipiat gloriae necnon potentiae meae, propriorumque suorum delictorum. Daboque ipsi inde reuersae, a captiuitate videlicet, possessiones suas, id est regiones ac terras quas antea possedit, eiectis Chananaeis. eorum enim terram haereditario inter se diuiserant Israelitae. Aperte etiam hic gratiam per Christum communicandā promittit, quando loquitur in cor eorum quod antea reiecerat Deus, perinde ac alio in loco ait: Dans leges meas in cor ipsorum, & in corda ipsorum inscribam eas. Erunt autem

Esaie. liiij omnes docibiles Dei, spiritum nempe Dei habentes, docentem eos omnia, Christumque habitantem in cordibus ipsorum. Impertit autem eis facultates seu bona, ipsorū filiorum adoptionem, gratiam & gloriam, vtque vna cum Christo regnent. Quid vero sibi vult quod ait, Inde? hoc est, ab eo quod loquitur in cor ipsorum. Inde enim talibus tantisque bonis ditati sumus. Porro cuiuslibet in Christum baptizati facultates sunt, ipsa peccatorum remissio, superneque in coelis mansiones, quas sibi quispiam obtinet, & acquirit, qualiber via per hanc ad illam ducente. Quocunque enim statu fuerit F homo quodcunque iter vitae ingrediatur, si seruari cupiat, necessum est quod per viā baptismatis & dimissionis noxae, ad illud iter tādem perueniat ad coelestes habitationes ducens. Iam vt variae sunt illae māsiones, sic diuersae ad eas viae, quę tamen omnes per vnum Christum eo tendunt. Huiusmodi bonis, qui peccat, orbatur priuaturque; quando verbum dei in eo conticuerit. At quando cōtacto corde eius, ad id loquitur, tum has illi facultates largitur inde, id est ex corde. Regnum nanque coelorum intra nos est, adeoq; cor nostrū. Proinde vel aufert haec a nobis bona deus, vel donat nobis

Et vallem Achor, vt aperiat intellectum suum. Iesus filius Naue bellum faciens aduersus Hiericho, per praeconem edixit ne quisquam militum quicquam obtineret ex capta vrbe spolii, vt quae deuota & execrata esset: ei vero qui aliquid retinuisset, mortem poenam esse, tanquam sacrilego. Achor itaque ex spolijs suffuratum aliquid ac deprehensum, lapidibus obruit vniuersus populus imperante Iesu in valle, quae propterea cognominata est vallis Achor. Dicit igitur hic: Vallem Achor dabo eis, (dabo enim hic repetendum est) vt simul ac intellexerint quid isthic Achor perpessus sit, & ipsi intellectum accipiant, aperta ipsis mente ne amplius transgrediantur, vel renitantur mandatis dei, praesertim quum propter furtum Achor populus vinceretur:

A Post illius ergo mortem plorantes ac lugentes, Deum sibi reconsiliarunt. Proinde hic est prophetæ sensus: Quemadmodũ veteres illi propter ipsius Achor supplicium didicerunt quantum malum esset transgressio: cõsimiliter & illi captiuitatis nomine sensum propriorum delictorum capiant. sic & dominus Iesus, non morem gerentes mãdatis suis, ac spolia huius mũdi ad sese pertrahentes, nec reddentes quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ dei deo ĩ valle perdidit. Est autem depressus locus siue vallis, ipsum peccatum: vallis quidem, ceu humiles faciens, & ad infera præcipitans: decliuis autem locus, vel imus, eo quod nos a deo dissociet. Achor vero peruersio est. tantũ enim si interpreteris valet. Christus itaq; Hebræis per interrogationem ipsum tentantibus, ad eos vna ceu in vallem descendebat, eosque sustinebat, interrogationes ipsorum difficilioribus solutu quæstionibus peruertens, non vt eos suspensos teneret, verum vt intellectum ipsorum aperiret & ad veritatis agnitionem perduceret. Quare quum sic eum interrogassent, Qualinam potestate facis hæc omnia? ex ipsis itidem percõtatus est, Baptisma Iohannis ex cœlo erat, vel ex hominibus? Peruersio peccatum est, a naturali nos rectitudine subuertẽs. Nam deus hominem rectum fecit, ipse vero quæsiuit cogitationes conditionesque & obliquas & multas. Quando igitur peccatum in nobis vallem habuerit, vel humiliationem vel deiectionem: siue quando peccatum, verbo dei tãgẽte conscientiam nostram, depressum fuerit, aperit nobis cum intellectum, tum diuinarum rerum cognitionem. Dum enim penitus perdideris peccatores, in te cogitationes

B videbis, hoc est diuina cernes.

Humiliabitur illic iuxta dies infantiæ suæ, iuxtamque dies ascensus sui ex Aegypti terra. Quemadmodũ, inquit, inseruierunt Aegyptiis, postque egressũ ex Aegypto ascendentes ad Palæstinam in deserto adflicti sunt, sic illic, hoc est apud Assyrios seruientes humiliabuntur. Infantiam enim demorationem in Aegypto vocat, quod isthic populus multiplicari augerique primum cœperit, quodq; nondũ lex illi sancita esset, sed liber esset. Legibus enim sancitis gubernari, virorum est. Atqui beneficium est arroganti Hebræorum synagogæ humiliari, Christoque subdi, perinde ac primum Mosi obtemperarunt euocanti illos e terra Aegypti ad libertatem. Deinde post egressum rursum ascendentes obedierunt legem ferenti, Omnia, inquiẽtes; faciemus quæcunq; locutus est deus, & morem geremus. Vt vero ascendentes ex Aegypto, per mare transierunt, eoque tandem pacto hæreditatem adierunt terræ: eandem ad rationem hodieque ex ipsis credentes Christo, per baptisma in mortem eius transeundo, cœlorum regnum hæreditario accipiunt. Humilietur etiam quisquis iam renatus ex aqua & spiritu, in Christo infans est, eleueturq; super dono remissionis peccatorum, ac dicat; Gratia sumus seruati, non ex operibus iusticiæ nostræ quæ fecimus. Quod si ascenderit ex terra Aegypti, eoque vsq; perrexerit, in operatione virtutũ laborans, ac peruenerit illo vt dicere possit, Abũdantius ipsis omnibus laboraui, adijciat ille, At non ego, sed gratia dei. Ex. xxiiij

Accidet etiam in die illa dicit dominus, uocabit me uir meus, & nequaquam appellabit me porro Baaleim, auferamque nomina Baaleim ex ore suo, nec mentionem ultra facient eiusmodi nominum.

C Non amplius, inquit, nomen meum, vel vocem illam deus, idolis suis apponent, neque deum dicent esse Baal, in die illa, hoc est, in tempore adflictionis, adeoque captiuitatis: sed enim me agnoscent deum & spõsum suum iam, olim ipsis aptatum, ac in posterum ne nominis quidem Baaleim per idola Baal meminerint. Ad hæc cum ait, Tollam, eruam nomina Baaleim, indicat quod hoc opus suũ fuerit. Quomodo vero ea exemit abstulitve? Nimirum dum iniecit eos in calamitates ac tribulationes. Et quum sol iusticiæ Christus effulcit, fecitque diem, tempus videlicet aduentus sui vniuersa idolalatria sublata est, cum ab Iudæis tum gentibus, verique dei cognitio omnibus communicatur. Præterea in pœnitentibus animive sententiam in melius permutantibus quando lumen verbi dei resulgens diem fecerit, omnes imagines, simulacra, adfligentes ipsæ peccatorum visiones vel spectra sane auferũtur, nec vlterius venter deus fit, neque auaritia, quæ est idolorũ cultus, vna cum alijs affectib⁹ prauis & cupiditatibus locum isthic retinent,

Et feriam ipsis fœdus in die illa cum bestijs agri, cumque uolucribus cœli, & reptilibus terræ. Vel hoc dicit, quod sicuti quum indignarer ipsis; tradidi fructus terræ, bestijs & volucribus & reptilibus, ita reconciliatis mihi ipsis, desistent feræ istæ, tanquam & ipsæ persuasæ vt parcant absumere fruges. Vel bestias & reptilia, excitatos insurgentesq;

aduersum ipsos hostes intelligens,ait:Efficiam vt ipsi pacis fœdera sanciant cum Israelitis, ipsisque familiarissime & amicissime vtantur. Eam ob rem subdit: D

Arcum etiam & rõpheam & bellum conteram super terram. Vel in iudæa,vel super vniuersam terram gestum.Pacem enim post Christi aduentum in terra factam, hic sermo prænunciat,Atqui reuera cunctis fere mortalibus sub vnum Romanorum imperium redactis,plerique motus quieuerunt. Praeterea cum gentibus & Hebræorum synagoga deus fœdus pepigit,vno ex ipsis ouili facto,ac vtriusque in vnũ coadunatis. Siquidem lapis angularis factus est, vt duos conderet exstrueretve in vnum nouum hominem,& per euãgelicam legẽ inducta pace, & omnibus persuasis per ipsum, vt vel res corporis ipsius posthabeãt, quas propter bella non pauca oriuntur.Qui enĩ dixit,Ab auferente tibi rem tuam,ne repete,idq; genus talia:pacem habere nos voluit quam & nobis reliquit.Hac pace fruitur,qui affectus suos prauos verbo dei subdiderit.At quando hoc fit?Quum intetimens quispiam membra super terram, testamentũ fecerit. Testamentum autem in mortuis firmum est.

Et habitare te faciam in spe. Non solum ab duritie captiuitatis te transferam,verumetiam in patriam te collocabo,ac bonas tibi spes suggeram,persuadẽs tibi vt cum de præsentibus tum de futuris bene speres. Hæc ad ecclesiam quoque ex gentibus & Iudæis collectam dici puta,quam & nunc in domum suam transtulit:vt illic commoretur,donansque illi scelerum remissionem, simul sperare dedit cœlestia bona.cui & insequentia pulchre conueniunt,quæ audi, B

Ac desponsabo te mihiipsi in æternum. Quid est mihiipsi? Vel quoniam non per angelum,neque magnum natu aliquẽ,sed per se ipse dominus nos seruarit. Patribus enim locutus est dominus per prophetas,nobis autem per filium. Vel quia veterem illã synagogam Moses desponderit;vnde & ad ipsum,Populus,inquit,tuus inique egit; Credentem autem incarnato filij aduentui ecclesiam sibi ipse despondit, quemadmodum & paulus testatur:Dico autem in Christo & ecclesia. Nec in æternum sibi synagogam desponderat,nam temporaria erat legis seruitus: nunc vero sibi in æterna secula despondet credentes. Ad animam pœnitentia quidem purgatam dicere etiam queat sponsus eius verbum, Habitare te faciam in spe: quando propter peccata ab ecclesia quæ est domus dei uiuentis,illam segregans,rursus eam conuersam recipit,inq; ea denuo commoratur,nec eam repellit ob impuram eius priorem vitam,atq; superbiã; tũ & melioribus eam spebus inquit, quod cœlesti etiã sede recipienda sit,quando sponsus iam ipsi quoque æternus obtingit,per verbum quod ait: Quæcunque ligaueris super terram,erunt ligata in cœlis:& quæcunque solueris super terram, erunt soluta pariter in cœlo.

Desponsabo etiam te mihiipsi in iusticia & iudicio,& in misericordia & miserationibus In iustitia quidem, quod perinde atque per hominem mors, sic & per hominem resurrectio mortuorum,Homo enim factus ipse,resurrectionem auspicatus est. In iudicio vero,quod condemnauerit principem mundi huius.Quum enim in Christo nõ inuenisset princeps iste peccatum,occidit eum Christus,hoc est potentia spoliauit, Misericordiam vero & miserationes erga omnes homines cõmonstrauit, quos non e suis operibus seruauit,verum per suam ipsius misericordiam, per lauacrũ regenerationis & innouationis spiritus sancti. E

Desponsaboque te mihiipsi in fide,& agnosces dominum. Quoniam oportebat nos misericordia donatos,non segnes neque desides ac inutiles esse, sed aliquid etiam adferre dicit: Desponsabo te mihi in fide.Accedentem enim ad Deum credere necessum est.nam illic in fide est agnitio dei. Nisi enim credideris, inquit, nihil quicquam intelligeris, Vide hic quod non in sacrificijs nec in legali cultu,sed fide desponsat dominus quos sibi desponsat:quare cessent etiamnum in lege valde gloriantes.

Eritque in die illo,dicit dominus,audiam cœlo,& cœlum audiet terræ, & terra exaudiet frumentum & uinum & oleum,& hæc exaudient Iozraelem. Post cœlestium prædictionem bonorum,corporalia etiam illis dona pollicetur, Obaudiam,dicas, cœlo, id est,annuam cœlo,atq; permittam ipsi vt pluat. Quod etiam si naturam habeat vt isthuc faciat, per iram tamen meam prohibetur,contrahitur. Tanquam enim ignominia afficeretur cœlum q consueta non faciat, ideoq; iam supplices ad deum, vt facere illa possit,manus extendat,Exaudiam,inquit,cœlum,ac tollam ignominiam hãc. Cœlum vero obaudiet terræ,pro, implebit desiderium ipsius sitibundæ,ac pluuiæ indigẽ

A tis, veluti ipsa clamet ꝓpter siccitatem sui, ꝙ conueniat solui squalorem suum. Terra
vero placabitur frumentis.

Desunt hic nonnulla.

sapiẽtię & cognitionis affluxib⁹, ac ꝓpheticorum oraculorũ irrigationib⁹ ipsos impin
guat. Illi nãq; vere ꝓphetas habent, ipsisq; fruũtur, ꝙ apud sese vaticinãtes suscipiant
Ad hæc ꝙ antea in terra egerũt, ac terrens spirarũt, habẽt frumentũ & vinũ, mysterio
rũ videlicet acceptionẽ. Tũ vero demũ ista capiũt, quãdo Israel fiũt & semẽ Dei filij
Dei facti per regenerationẽ baptismatis ĩ spiritu. Anima etiã vsquedũ peccat, nulla cę
lestis super eã cogitatio cadit, sed enim terra facta: siue carne ꝓpemodũ exuta, ac decar
nata (vt ita dicã) arida est. Quãdo vero despõsata fuerit verbo, tũ supernos affluxus re
cipit, atq; cœlestia fluẽta: ac producit frumẽtũ, solidã nẽpe alimoniã & viuificãtẽ: ac vi
nũ diuinã nimirũ lætitiã: & oleũ, hilaritatẽ dico & mãsuetudinẽ ac erga ĩfirmos tolerã
tiã patientiãve, animaduertens Paulum dicẽtẽ: Si quis pręoccupatus fuerit in pecca- Galat. vi.
to, vos spiritales corrigite hũc in spiritu mãsuetudinis, infirmũ autẽ in fide suscipite.

Et seminabo eam mihijpsi super terram, & miserebor non consecutæ misericordiam, & dicam non populo meo, populus meus es tu, ipseque dicet, dominus deus meus es tu.

Hoc est, ipsam demonstrabo esse meam agriculturam, vnde iusticiæ ac diuinæ cogni-
tionis ac scientiæ semina in ipsam deijciam. Hæc autem typice tempore zorobabelis
B contigerunt post reditum a captiuitate, secundum veritatem autem post incarnatio-
nem filij dei. Tum enim qui crediderunt in ipsum, populus eius vere appellati sunt,
Ipse vero illorum Deus est dictus vere ac pure. Ac veluti fœcundam sibijpsi semina-
uit terram filius dei animas videlicet ad fidem accommodas, quas & fructum proferẽ-
tes iam cernens, quarum de numero animæ Samaritarum erant, dicebat discipulis: At
tollite oculos vestros, & contemplamini regiones, quoniam flauescunt iam ad messem.
Et rursum alibi: Messis quidem multa, hoc est, ad fidem parati multi, operarij autem Iohan. iiij
pauci, apostoli videlicet, ipsos ad docendum assumpturi, ac messem doctrina Euange- Lucæ. x.
lij collecturi. Nemo deinde, cui mammona & venter deus est, dicere potest vero domi-
no & deo Deus meus es tu.

CAPVT III



Ixitque dominus ad me: Vade, dilige uxorem amantem praua, & adulteram, quemadmodum deus diligit filios Israel: nam & ipsi respiciunt ad deos alienos, amantque bellaria cum uuis passis. Et conduxi mihi e- m quinque ac decem argenteis, & modio ordei, & lagena uini. Dixique ad ipsam: Dies multos sedebis apud me, nec fornicaberis amplius nec alteri uiro iungeris, & ego tecum ero, eo quod dies multos sedebunt filij Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio & ara, carentes denique sacerdotio & perspicuis: Prior vxor
C quã accepit propheta, figura fuit generationis prioris Iudæ
orum, fornicantis ac desciscentis a deo ad idolorum culturã
Posterior hæc quam nunc accipere vates iubetur, figura est captiuitate pressorum. Vt
enim ipsa antea ab amatoribus seiuncta, prophetæ cohabitare voluit, neque tamen ei
admixtus sit propheta: sic illi primum quidem existentes adulteri, tanquam ad idolola
triam effusi, offerentes dęmonibus pemmata, hoc est panes ex simila pistos, vna cum
vuis passis (erat autem talis species oblationis dæmonibus grata, indicantibus offeren
tibus quod ipsos habeant & frumenti & vini datores) abducti per captiuitatem, cessa
bunt quidem ab idololatria, & interim tamen neque diuina vere sacra facient, sed ocio
si sedebunt & segnes, vt qui neque sacrificare, neque sacerdotio fungi queant, quando
quidem neque altaria illis sint. Ablata autem sacerdotij functione, neque perspicua,
erunt. Quid vero hoc sit, iam disce. Sacerdotũ principi dependebat in pectore quadran
gula spithamæ longitudine textura la, siue textus paniculus, λογεῖον, id est oraculi do
mus vel locus appellatus, duodecim lapides continens, per quos futura denunciabãtur
summo pontifici, signis quibusdam diuinis in hisce factis: vnde logeion hoc seu panni
culus ille, manifestationem & veritatem habere dicebatur. Proinde eos non perspicu-
os fore dicit, id est non habituros diuina signa quibus futura cognoscant. Hæc quidẽ

ad contextus explicationem pertinent. Intelliges autem hic iuxta, prius scortum typũ D
esse synagogę ante Christi aduentum, quæ & idolis dedita erat: at eam quæ nunc acci-
pitur, esse figuram synagogæ post Christi in carnem aduentum, quę & ipsa quidem ad.
Deo adsumitur; propter eos qui ex ipsa secundum electionem gratiæ credituri sunt.
Hæc ipsa etiam adultera est. Pharisæis & scribis doctrinas & mandata hominum docẽ
tibus se exibens atque prostituens, nec verbo Christi perfecte desponsata est. Condu-
Ioh. viij. cit hanc vates quindecim argẽteis, hoc est quindecĩ legalibus libris, ac decem pręceptis.
literæ enim subijciuntur, per que contrahuntur, vt adeo Deum quidem agnoscere vi-
deantur, etsi perperam. Nam qui filium non honorat, patrẽ ignominia simul afficit:
& Neque me nostis, inquit, neque patrem meum, Præterea ordeum irrationalem ipso
rum alimoniam adumbrat, qua vescuntur, nihil spirituale neque dignum intelligentes
animabus rationalibus. Nebel vel lagena vini, temulentiam ipsorum ac cæcutientiam
significat. Siquidem videntes non vident, & audientes non intelligunt, quod est ebrijs
ac temeti plenis peculiare. Sedent igitur, qui Christo non adhibuerunt fidẽ, immobiles
permanẽtes in sua incredulitate, neq; regẽ habẽtes cuius præsẽtiã ac administrationẽ
sentiant, neque principem. Quinetiam ne iuxta animi considerationem quidem vel
spiritualiter regem habent. In ipsis enim mens non sceptra tenet, neque, dominatu fun
gitur, quandoquidem non sint filij liberæ Sarræ, quæ valet dominantem quampiam:
sed ancillæ, ad seruitutem generantis soboles. Neque perspicuas vel manifestatio in E
ipsis est, seu veritas, verum cæci vere in tenebris sedent, neque ipsi veritatem intelligẽ
tes, neque alijs ipsam manifestare valentes. Quomodo enim hoc ipsum possent, quum
interemerint dominum, crucifixerintque eum qui dixit: Ego sum vita & veritas? Qui
etiam nobis quæ a patre accepit, aperuit, Quæ enim audiui, iquit, a patre meo, dixi vo
Iohã. xiiij bis. Isti sunt quorum hic fit mentio, diligentes pemmata cum vuis passis, non recipien-
Iohã. xv. tes panes, qui animã alere videntur, quod illis & oblectatio & voluptas non inesset. Ta-
les sunt omnino doctorum enarrationes, vuarum passarum dulcedinem habẽtes, sen-
sibilia bona promittentes, quæ prorsum sunt marcida, facileque labuntur. Similis est,
huius mulierculę, qui deo mercedis gratia inseruit, temporariorumque bonorum: diui
tijs quidem per argenteos significatis, quorum numerus decadem & quinarium con-
stituit: vti discas quod talis mercenarij totum corpus & animam & spiritum sensus ipse
sibi adunarit coniunxeritque: necessarijs autem ad vitæ sustentationem per liquida,
& sicca indicatis, vini nempe & ordei, quod & quandam vitæ talis proportionem præ
se ferr. Atenim qui mercedis causa inseruit, celeriter ad alium dominum transferetur
quando merces desinet. De huiusmodi Dauid eximius vates & propheta ait: Confite-
Ps. xlviij. bitur tibi, quando ei benefeceris. hoc est gratias aget tibi domine, quando beneficium
illi exibueris: at si ea defluxerint, te e diuerso vituperabit. Consimili ingenio diuum
Iobum satanas fore sperans, eum impetijt: quocirca dicebat quoque: Non frustra Iob
Iob. i. colit dominũ. Nonne tu circũcirca quę ipsius sunt intus & foris sepiuisti? Idẽ de Iobo
sensit, qui eum ad maledicentiam compellens. Dic, inquit, verbum aliquod ad domi-
Ibidem. ij num, & morere. Porro qui deo talia propter bona seruit, & non propter ipsum hone- F
stum, & pemmata cum vuis passis diligit, non nouam & Euangelicam legem eligens;
quę etiam cruda esse apparet, ob viuendi rationis duritiem, sed pistam, quæ facile con
fici seu perfici possit, ac suauem. Quandoquidem vero iuxta paroemiasten, suauitatis
Pr. xxviij sectator, ac labore doloreq; vacans, in penuria morietur nõ iiuria vel is ociosus sedet;
Prouer. I. neque sacrũ faciẽs neq; dicere valẽs: Secreta & abdita sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

*Ac post hec reuertentur filij Israel, & quærent dominum deum ipsorum, & Da-
uid regem ipsorum, constituenturque apud dominum & bona eius in nouißimis diebus.*

Diuisæ fuerunt tribus, vt principio commemoratum est, scissæque sunt in duo regna,
quorum alterũ decem tribuũ erat: quod Israel & Ephraim dicebatur: alterum duarum
tribuũ existens, quod Iuda quidẽ sæpissime, interdũ vero & Beniamin appellabatur.
Seque ita gesserunt, vsque dum captiuæ Babylonem ductę essent, Post reditũ vero ab
captiuitate, sensum dei percipiẽtes duodecĩ tribus, Deũque requirentes, in vnum sunt
redactæ, vnũ iuxta fortem principem zorobabel, quem & Dauidẽ nominarunt, quod
ex Dauidica stirpe esset, in quo & diuinitus datorum bonorũ acceperunt fructum, Quoniam
autem & post completionẽ gentiũ omnis Israel seruabitur, exquirẽt filij Israel per ei-
dem regẽ Dauid, hoc est Christum, manu validũ (hoc enim Dauid valet, si interpretes
tur aliquis) qui æreis portis cõfractis, fortẽ sane ligauit mortem, & spolia eius, nos vi-

A delicet, diripuit. Refero etiam hæc ad interiorem hominem. Est enim scortum & adultera ipsa sensibilitas oculos defigens ad aliena, hoc est, ad omnia quæ non sunt naturæ nostræ propria, neque nos sequentia post fata nostra. Sic aliena res opes sunt. non enim cum moritur quisquam, eas secum recipiet. Aliena res est gloria, nec enim vna descendet cum ipso gloria eius. Aliena res est voluptas, cuius & aliæ species sunt temporariæ & quæ eduntur & bibuntur, in aluum per secessum cuncta diffluūt. Proinde hanc sensibilitatem propheticus sermo inhabitans, facit eam sedulo abstinere a consuetis, declinareque a vitijs, per quindecim argenteos, legaliū dico oraculorū (quinque enim legis libri sunt imperfectis ac secundum sensum viuentibus dati) dominicarum item perfectionū ac perfectos facientium. Siquidē denarius numerus est perfectus. Ac per vinū austerioris conuersionis, memoriamque æternorū suppliciorū, perque gomor siue modiū ordei, hoc est tenuiorē viliorēque victū. Docet itaque nō esse laudabilē talē desidiā; oportere enim filios Israel eos appellari, qui digni sint, hoc est strenui, non desides, ociove torpentes: iuxtaque conuenire, vt speculatiuæ mentis rex sit & princeps qui imperet quid sit opus facto: sacerdotemque præsto habere, qui mactet passiones seu affectus irrationalitatis offeratque deo primum ardentem animum pro dei gloria zelantem, æque atque Phinees & Elias egerunt, indignantemque trangressoribus deinde cupiditatem, diuina desiderando, qualis Daniel erat, vir desideriorum ideo vocatus. Sic tandem futurū est, vt talem ductum ac rationem superna etiam manifestatio sequatur, adeoque spiritus illustratio, vt dicere queas cum diuo Paulo: Nobis autem reuelauit deus per spiri-
B tum suum. Præterea a vitijs vsque ociosa anima, accipiet posthac Dauid regem manu fortem, seu actuosā potentia validum, rapieturque extra sese ad dominū & bona eius. Vere enim a sua natura deficit anima, quando ab deo super omnem naturam sublata, totaque illic constituta, ipsius tantummodo bonis fruitur saturaturque.

CAPVT IIII.



Vdite uerbum domini filij Israel, quoniam iudicium domini erga inhabitātes terram. Quoniam nō est ueritas, neque misericordia, neque cognitio dei super terram, execratio & mendacium & furtum & adulterium effusa sunt super terram, & sanguinem super sanguinē miscent. Dicto quod in vltimis diebus bonis perfruentur; factaque illis bona spe, vt ne desperent, nunc iterum ad memoriam eis reuocat peracta ab eis mala, vt accelerent ad emēdationem sui, vt quibus adeo benignus sit dominus, qui sic viuētes ipsos adhuc sustineat. Simul etiam hoc facit, vt sciāt quod iure eos Babyloniis tradat, vsque adeo sceleratos existentes. Propterea etiam inquit iudicium esse domino constitutum. Est autem iudicij isthuc forum aduersum nos in quo indicat tantum vt pote quod non iniuria vos perdere decreui. Quare dicendo, Non est veritas, neque misericordia: docet qui fiat quod
C hæc desint, inde nimirum, quod non sit agnitio dei, Dixit enim insipiens in corde suo, Non est deus, ac propterea corrupti sunt & execrabiles facti sunt in studijs suis. Fortasse & aliquis e contrario opponat, quod eam ob causam non assit cognitio & scientia dei, quia non sit veritas neque misericordia. Longe enim a peccatoribus abest deus, perinde ac Salomon ait. Nec immerito, qui enim animæ suæ occulis multum puluerem iniecerit, eosque excæcarit, quomodo amabo videbit lumen? Execrationem autem habet, & conuitium & calumniam. Nam quum veritas non sit præsto execratio, hoc est conuitium, calūnia, & mendacium assunt. Quia vero non assit misericordia, cædes adest, vt sanguinē sanguini misceant. Et quia cognitio dei abest furtū & adulteriū præter iam commemorata flagitia præsentia cernuntur. Hæc de domini etiam interfectoribus dici queant, quippe quia misericordia & veritas ipse Christus est, & cognitio dei. Qui enim me, inquit, videt, videt etiam patrem meum. At ipsi eum non susceperunt neque in ipsis erat. at quid erat in ipsis? execratio, hoc est conuitium, Samaritem enim appellabant, temulētumque, & ex fornicatione natum: ac mentiebantur contra eum dæmonium habere eum dicentes, Deoque ipsum repugnare asseuerantes, cum in Beelzebul eijcere dæmonia. Consimiliter furtum in illis erat. clanculum enim conducebant mercede sua Iudam; per quam & cædem Seruatoris perfecuti sunt perfeceruntve, ipsius sanguinem prophetarum eruori commiscentes, deinde apostolorum quoque. Adulte

rium postea omnino per sacerdotum principes committrebatur, conducentes annuo summum pontificatum, non sine iniuria eo vtentes. Quod si anima terrenis rebus affixa, terra nominetur, vide quod veritas & misericordia non sit super talem terram. Nã qui mendaces diuitias amat, & vanas opes & fraudulentem gloriam, veritatem non habet, vnde neque misericordiam a deo suscipit, neque agnoscit ipsum in die reuelationis, Deum hilarem videlicet & mansuetum, sed enim veluti dominum & punitorem. Quod deprecans patriarcharum quispiam dixit: Fiat mihi dominus in deum. Sic cruorẽ ad cruorem miscent hæretici, qui seipsos per hæresim occidunt, aliosque occident ab se institutos. Et quando quisquam ipse animo corruptus, nouam animam assumpserit; eiusque mores per prauam conuersationem corruperit, sanguinem ille cum sanguine miscet. D

Propterea lugebit terra & imminuetur cum omnibus habitantibus ipsam, cum bestiis agri, & reptilibus, uolucribusque cœli: quin pisces etiam deficiẽt maris, quod nemo neque iudicet, neque quispiam arguat. Tãtã, inquit, hostiũ multitudinẽ inducã propter talia opera vestra, vt nedũ absumant diuites, qui bestiarũ instar & reptiliũ pauperioribꝰ imminebant, inque eos irruebant, ac veluti quibusdã aliis diuitiis & potentia ferebantur.

Desunt hoc in loco quædam: interim contextum prophetiæ subijciemus.

Populus autem meus ueluti sacerdos contradicens. languebit per dies, & languebit propheta una cum ipso. Nocti assimilaui. Arquatus est populus meus non habenti scientiam. E
Quia uero cognitionem repulisti tu, repellam & ego te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et quia oblitus es legis dei tui, obliuiscar & ego liberorum tuorum.

Vbi nunc est sacerdotium apud Hebræos qui Christum repulerunt, qui est agnitio, vt supra memoratum? Postquam & legem dei obliuioni tradiderunt dicentem: Prophetam vobis excitabit dominus deus, & videbitis vitam vestram pendentem coram oculis vestris, & non credetis: eapropter obliuiscar, inquit, liberorum, relictis illis vt circuncidatur carne, nec vero baptismatis sigillo signentur. Porro vbique in scripturis cognitio dei quæritur. Præterea in vitæ nostræ cum moribus tum operibus requiritur, vt ne peiori ceu meliori incidamus: quemadmodum si ieiuni maneamus, vel nuptias propterea fugiamus, quasi hoc pacto continentes perseueremus. Hunc enim admodum etiamsi multa bona opera, vt apparent, genuerimus, obliuiscetur tamen eorũ deus ceu talium quæ secundum legem eius non sint facta. Nemo enim corona exornatur, nisi iuxta legem athletam egerit.

Deute. xviij

Secundum multitudinem suam sic peccarunt mihi. Non possum, inquit, inuenire mensurã vel numerũ delictorũ ab ipsis admissorũ: vnde nõ habens aliã dimẽsurationẽ, hoc dico quod quẽadmodũ ipsi innumerabiles sunt astrorũ cœli instar arenæque maris, sic & ea per quæ peccarũt mihi, adeoque flagitia eorũ, sub numerũ nõ cadũt. Ingratitudinẽ ipsorũ hic pariter in mediũ cõfert, perinde quasi dicat: Etsi adeo a me beneficiis sint exornati, inque tãtã aucti multitudinẽ, attamẽ ĩ tãtũ immemores fuere beneficiĩ, vt paria etiã multitudini suæ peccata erga me perpetrauerint, vt neque vxor neque puer neque maior natu inueniatur qui mihi placeat. Cõsimiliter qui dominũ cõprehẽderũt, iuxta multitudinẽ suam inuaserunt ipsum. Sic in anima contingit, vbi vnius ducis præsidatu repulso, perturbationes copiosæ factæ peccant in deum. F

Gloriam ipsorum in ignominiam conuertam. Ipsi, inquit, suam sibi numerositatem gloriæ ducũt: at ego bello consumptos eos imminuam, pauciores que reddam, & iã ide ad ignominiam transferentur. Vel quod etiamnum mala operantes, in ipsis gloriam & famam quærant. Tempus igitur veniet; quando ignominiæ suæ opera cognoscent, eosque illorum pudebit. Gloria eorum itidem in cõtumeliam alterata est, quando ipsi filii regni habiti, eiecti sunt foras, ac quum celebris apud eos circũcisio, nunc incelebris & in gloria est facta. Deinde quando recepto a deo dono male vtatur quisquam, vt opibus vel eloquentia, ideoque relinquat rum deꝰ, ad ignominiã hoc euertitur. Hanc ad rationẽ sapientes Græcos in reprobã mentẽ tradidit, eos deserens. Sic opulẽtus ille acriꝰ torretur ceu in sartagine in geenna propter diuitias. Insuper in captiuitatem abducti Hebræorum reges, qua gloriam, qua opes suas ad vberiorem contumeliam tenuerunt. Nec enim perinde est in egestate natum aliquem captiuum abduci, & in regalibus opi

bus progenitum educatumque cui scepta etiam commissa fuerint.

A *Peccata populi mei comendent, & in iniquitatibus ipsorum accipient animas eorundem. Et qualis est populus, talis etiam sacerdos.* Populo in iudicium vocato, ad sacerdotale genus transcendit, inquiens, quod pro peccatis a populo oblata ipsi edant. Ea enim peccata vocat. Ac interim tamen, quum tanta commoda a populo acciperant, non reprehendebant eos in sceleribus suis, tanquam male agerent, verum enim animas ipsorū ipsi ad sese recipiebant, super nos, dicentes, condemnatio: perinde atque ad Pilatum vociferabantur, Sanguis eius super nos. Quid igitur inde fiet, Sacerdotem talem esse, qualis sit populus, vt pote cōmēdātē ea quæ ab illis agātur? Isthuc nimirū. Nā gloria eam ob rem ipsorum, hoc est celebre sacerdotum genus ad ignominiam versum est. Quidam, Accipient animas ipsorum, sic intellexerunt: Sacerdotes vescentes ijs quæ pro peccatis a populo offerētur, proprias animas suas pro peccantibus accipiebant vt offerrent has deo in sacrificium. Mediator enim existens sacerdos dei & hominum suā ipsius animam acceptam deo offert, perinde atque dominus suam ipsius animam accipiens deo obtulit. Proinde etiamsi, ait, in hoc sint constitutive sacrificium facerent deo attamen hoc non exhibuerunt, cęterum instar populi facti sunt. Hæc etiam ad omnem sacerdotem & principem dicuntur, cum insequenti interminatione, quam audito.

Et vlciscar in ipsis vias ipsorum & consilia eius varia reddam ipsi. Vias opera nominans, Omnem, inquit, pœnam & supplicium super opera ipsorum inducam ipsis. nec

B opera tantum vlciscar, sed varia etiam eius consilia, hoc est populi. Non enim tantum modo operationum, verumetiam absurdarum cogitationum pœnas damus. Vlcus est etiam vias deicidæ populi, hoc est insultus inuasionesque quas faciebant contra Christum, & cōsultationes quibus aduersus ipsum plaudebant Graditur aliquis ad peccatum, non ex exercitio vel præmeditatione, sed fortuita & subitaria ad eam præcipitantia vel perductione. simpliciter igitur punitur. At enim si iter hoc consultationem habeat, hoc est, si ex præmeditatione malum isthuc fulcrum ceperit, duplex tum vindicta sequitur.

Edent, & non implebuntur. Hoc est, continua, aliaque ad alia ipsis mala adducam. Et quemadmodum voraces, adeoque insatiabiles pamphagi manducantes non saturantur, sic & ipsi fructus comedent operum suorum, hoc est supplicia: & perinde ac neque comedissent, neque puniti essent, alias subinde prouocabunt pœnas. Videntur hodieque doctores Hebręi animas pascere legendo legem; verum gratuita est ista opinio & vana, quippe quia esuriunt & nō implentur: quandoquidem panem qui e coelis descenderat, Christum e medio tulerint Præterea peccatum faciens non impletur, eo quod sit transitoria temporariaque voluptas.

Fornicati sunt, nec prosper ideo successus eis obueniet. Et quia dominum reliquerunt, ut obseruarent fornicationem, vinum pariter & ebrietatem suscepit cor populi mei. Duabus in rebus populo diem dicit: quarum prior, quod scortati sint, ab ipso ad idolorum cultum deuoluti, vsqueadeo vt custodirent hanc fornicationem, & permanerent in ea firmiter. Posterior, quod ebrietatibus sese dediderint, quod est, ad nullas non delicias

C sint effusi. Feruntur hæc quoque de Iudæorum sacerdotibus, siue ijs qui tum duxere spiritum, siue de ijs qui post Christum vixere, quod ipsi doctores existentes, populi fornicationem custodiebant, quam eradicatam delectamque oportuit. Alij vero ta- Esaiæ:
libus doctrinis suis conseruabant, stabilientes ipsam fornicationem: adeirco & vinum xxvij.
& temulentiam accepit cor populi doctrinam nempe eorum, vacillantes eos & excordes facientem. Expende hic quod fornicetur quispiam, & a bono deuiet, nec eam ob caussam rectus fiat. Virtus enim quum mediocritas ac medium sit rectitudo quædam est Vitiū vero obliquitates tenet, in excessibus ac defectib' cōsideratū. Posiq; & de' quidē rectus, draco autem obliquus, hinc, Attollet, inquit, gladiū suū super draconē, serpentē illum tortuosum. Ad hæc omnis motus a ratione deficiens, temulentiam ceu ebrietatē facere dicitur. Temulentia est impetus seu furor animi: ebrietas est mœror: ebrietas est φιλοπλουτία amor diuitiarū, adeoq; auaritia, qua caput degrauās, qua in terrā defigere oculos, caputve demittere ac nutare faciens. Tali enim affectu quopiam languens omneis mortales metuit: qualis & ambitiosus est, qui vel a vilissimo quoque vix tribus obolis valente reprehensionē horret. Ne admittat igitur cor nostrum talem ebrietatem suauiter ac iucunde illud accendētē. Tale enim quippiā videtur esse quod ait, suscepit.

In signis interrogabant. Sacerdotes, inquit, qui populum impietate ac vero dei cul

tu instituere debebant, isti vaticinia denunciantes, si quando quisquam rebus de suis interrogaturus accessisset, percontabantur illi dæmones symbolis, hoc est signis quibusdam. Etenim vel auium volatibus vtebantur pro euenturarum rerum signis, vel fumi ex victimis cæsis ac sacrificatis ascensione, si videlicet ad obliquum vel insubrectum vergeret. Cōtemplabantur enim extra victimarum, perque colores ipsorum vel figuras vel dispositiones videbantur conijcere & intelligere quæ voluissent. D

Et uirgunci eius denunciabant ipsi. Cuius eius (Populi videlicet. Etenim virgas duas statuentes, carmina & incantationes quasdam submurmurabant: deinde virgis dæmonum operationibus aut effectu cadentibus considerabant quonam vtraque earum caderet, antrorsumne, an retrorsum, ad dextram vel sinistrā. Sicque tandem responsa dabant inspicientibus, virgarum casu pro signis vsi. Eundem ad modum Nabuchodonosor vaticinabatur, vt Iezekiel habet.

Quoniam spiritu fornicationis errauerunt, & fornicati sunt a deo suo: super cacuminibus montium sacra faciebant, superque collibus immolabant, sub quercu item & populo, & umbrosa arbore. Nam bellum earum tegmen. Hæc, inquit, quæ commemoraui, faciebant: quandoquidem multo ingentique impetu & ardore ad fornicationem rapiebantur, tum ad idololatriam siue ad eundem libidinis motum. Spiritum hic talem propensionem appellans vel ardorem vel voluptatem, quandoquidem quolibet peccatorum oblectetur aliquis. Ad hanc igitur vtroque modo intellectam fornicationem, carnis videlicet, & mentium quæ idola sectabantur, adeoque libidinem, a spiritu malo incendebantur. E Delectatique per luxum & molitiam, proceris arboribus, pulchra opacaque tegmina præbentibus, ex malitia sua sacrum faciebant. Etenim Græci tradebant alias arbores alijs dijs cōsecratas esse, veluti quercus Nymphis, laurū Apollini, Veneri rosam & myrtum, aliasque cæteris. Scandebant autem montium cacumina, quod illic maxime arbores, pulcherrimæque vmbræ essent: fortasse propterea, quod diuinatores facilius isthic in dæmones inciderent. Expende hic quo pacto illi per voluptatis, luxu, deliciarumque studium, a deo defecerint. Non immerito itaque diuus Paulus eos voluptatum non dei amatores esse ait: quare honestum est nunquam non contracte, figuraliter,
ij.Tim.iij. citra luxum viuere. Quod si praua opera nostra ligna vocantur apud Apostolum qui subiectus fuerit succubueritque quacunque actione mala, ac tanquam in seruitutem eius redactus fuerit, errat ille ac seducitur spirituali fornicatione, excidens ceu per fornicationē a decenti naturaliterque optato sibi opere, ad inconueniens, adeoque præter naturam. Nam omne peccatum præter naturam est. Hisce porro subijcimur ceu habentibus boni vmbram: atque hoc est nos errare. Sin per montes & colles, oppositas bono potentias acceperis, maiores & minores propter turgidum & intumescentem in nobis affectum, contemplare quod quando fastigiatæ in nobis prauæ ratiocinationes, fuerint & cogitationes, tunc etiam ipsa opera aggrediamur.

Propterea fornicabuntur filiæ uestræ, & puellæ uestræ adulterium committent. Nec uisitabo uel respiciam ad filias uestras quando scortatæ fuerint: nec super nymphas uestras quando adulterium commiserint. Captiuæ, inquit, factæ filiæ vestræ, vxoresque filiorum F vestrorum, sponsæ vel puellæ existentes, captiuantium iniuriæ exponentur: egoque non visitabo ipsas, hoc est, deseram & permittam eas talia pati. Visitat & alia ratione peccantes deus, quando eorum miseretur, impediens ipsorum ad vitia impetuosum iter, castigationi tradens, iuxta illud: Visitabo in virga peccata ipsorū misericordiam
Psal.xvi. vero meam non dispergam ab ipsis. Quem enim diligit dominus, castigat tanquam filium. Quis porro filius est quem non castiget pater?

Eo quod ipsi cum scortis commiscebantur. Scorta hic proprie dicit sacerdotes ipsas Beelphegor. Hoc autem idolum erat apud Græcos appellatum Priapus, libidinis & lasciuiæ præses, quod ex ipsa etiam forma sua indicabat. Scorta sunt omnino turpem abomninationem talem curantes.

Et cū initiatis sacrificabant. Initiatos appellat huiusmodi idoli sacros mystas, dignos iam arcanis apud illos sacris iudicatos, ceu perfectiones, qui mares esse visi, fœmellæ fuerunt, cybalis vtentes, fœmineisque vlulatibus circumibant triuia, Beelphegor sacramenta perficientes. Faciebant itaque sacrum tam turpi deo, doctoribus dictis initiatis vsi. Quandiu aliquis peccatum cogitat, nondum cum initiatis sacrificat: quando autem hoc opere perfecerit, tum demum cum Priapo initiatis sacrificare dicitur. Sacri-

ficabant etiam qui dominum in cruce occiderunt milites; cũ initiatis .hoc ẽ cum sapere
A visis perfectiora adeoque diuina sacra scientibus sacerdotibus ac pontificibus.
Populusque intelligens complicabatur cum scorto. Hactenus commemorata de decem
tribubus dixit, quæ & Israel nominabantur: hoc vero iamnunc de duabus profert, nem
pe regni Iuda: quandoquidem & ipsi existimati habere dei cognitionem, vt qui in Hie
rosolymis vrbe dei regnarẽt, Astartes idolo sacrificabant, seu Veneris. Hanc enim scor
tum nominauerunt. Etenim imago eius nuda stabat, ipso suo spectaculo vel intuitu for-
nicationem & abominationem spirans. Excitauit autem Astartę simulacrum Solomon
vxori suæ gratum faciens, Meretrix erat cohors quoque, ceu idolis seruiens, quam
populus intelligens, Annæ & Caiphæ deditus, amarunt, associantes sibi vt comprehen
derẽt dominum. Dein quę in nobis intellectu ornata mens est, quando dissoluto regno
suo turbulentum prauorum motuũ imperium suscitauerit, populus fit. tum enim com
plicatur scorto, sensibilitati, eam non ad sese accipiens, verum ab ea accepta.
Tu vero Israel ne ignora, & Iuda ne ingredimini ad Galgala. Duodecim hic tribubus
communiter differit. Quia vero Israel siue decem tribus dementia laborabant, vt quæ
semel idolis essent appositæ, affixæ, dicit ad eum: Ne ignora: pro eo quod est, intelle-
ctum, scientiam cape, ignorantia deposita. Enimuero ad Iuda huiusmodi quippiam
non dixit Etenim ipsi quidem dei cognitionem habere videbantur, & interim tamen
clanculum ĳs qui non essent dĳ, faciebant sacrum. Proinde ad hunc, Ne proficiscimini,
B inquit, ad Galgala. Ciuitas hæc erat vehementer idolis studens, in qua Iesus filius Nũ
circuncidit lapides cultris incircuncisos, ac duodecim lapides ex Iordane acceptos huc
reposuit, vt essent mnemosynon tã admirãdi illius bñficĳ. Valde igitur absurdũ erat ci Iosue.iiĳ
uitatẽ illã, in quam tot diuini beneficĳ signa reposita erant, impietatis metropolim de- &.v.
monstrari per ascendentes, eo, idolisque sacrificantes. Hæc & domini occisoribus præ-
cipiuntur: Ne ignora eum, qui propter beneficium humanæ naturæ impertiendum in
carne venit, seruatorem, tu qui appellaris Israel. Dei enim cotemplator nominaris, quę
tuo sint nomine digna sapias. Tuque o Iuda; cui idem cum confessione nomen est, ne
proficiscere ad volutationem maiorum, neque ad præcipitium quo perducti sunt pa-
tres tui, interimentes prophetas, lapidibusque obruentes ad se missos. Atenim etiam-
si deliquisti insidias tendens seruatoris, per animi correctionem & confessionem hoc sa
nato. Galgala enim volutionem sonat, si raddatur alia lingua. Ad hæc; qui illustratus
diuina arcana conspexerit, admonetur ne ignoret gratiã quã ẽ consecutus, cæterũ festi
net per bonam vitam illam ipsam conseruare: & qui per confessionem dimissionem prio
rum peccatorum accepit, ne rursus ad peccatum ad ima rapiens ac præcipitans ingre-
diatur, ad intima ipsius periculosissimaque sponte currens.
Et ne ascendite in domum iniustitiæ, & ne iurate dominum viuẽtem. Domum iniusticię
Bæthel vocat. in qua Hieroboam vaccam vnam constituit, altera in Dan. Fuerunt autẽ
idola Apidis Aegypti bouis: atque hanc idololatriam Hieroboam ex Aegypto di-
dicit. Bæthel autem domum dei valet, si reddatur. Iniusti igitur fuerunt & cõsilĳ exper
C tes erga dominum benefactorem suum; qui domum ipsius idolo dicarunt. Porro quod i.Cor. ix;
ait, ne iuretis dominum viuentem, alĳ quidẽ intellexerunt, quod non oporteat vos per
verum deum iurantes, in domum idolorum ascẽdere, quod & Paulus ait, Non potestis
calicem domini bibere, & calicẽ dęmoniorum. Alĳ vero ipsum idolum viuentem domi Leuit.26.
num iurabant. Domus dei tribus etiam Israelitica erat secundũ illud; Inhabitabo inter
ipsos, & ambulabo inter eos, eroque ipsorum deus. At facta est domus iniustitiæ dia-
boli videlicet, postquam dominum repulit, qui factus est nobis iustitia a deo: & iniu-
ria fuit qua erga sese, qua erga veritatem ipsam quam occidit, non confessa eius glo-
riam. Illi enim iurant viuentem dominum, putantes venerari se patrẽ, errant, quum do-
minum ipsi mortuum ostenderint, qui tamen (quod ipsi credunt) ex potentia dei viuat.
At quando aliquis mandata seruarit filĳ, ipse & pater ad eum veniũt, mansionem apud
ipsum facientes. Non oportet ergo talem domum siue talem animam iniuriæ domum
fieri, quæ propter auaritiam inferiores deĳciat atque supprimat. Faciet etiam hic lo-
cus ad ædificationem nostri sic acceptus simpliciter: Ne iureris viuentem dominum;
verum, sermo vester sit, est, est. non, non.
Quoniam ceu vitula cõcitatus est œstro Israel. Nunc pascet eos dominus tanquam agnum in spatioso loco. Oestrũ prauæ cuiusdam muscæ species est; quæ simulatq; vitulã

vel bouem momorderit ,adeo eam in rabiem adigit , vt sursum ac deorsum cursitans interdum per praecipitium feratur. Dicit igitur ad Iuda:Quoniam Ephraim,siue,decē D
tribus,vitulæ deuianti & in præceps ductæ similes sunt,eo quod œstro idololatriæ sint morsæ.ateni dominus tradens eū in captiuitatem,pascet ipsum siue reget,non amplius veluti inobedientem ,sed tanquam agnum mansuetissimum : nanque captiuitas humiliabit ipsum .Spatiosam autem Persarum & Medorum regionem nominat , in qua captiui errauerunt ,alias alium dominum permutantes.Idem hodieque in sua illa dispersione Hebræi perpessi sunt,subinde in alium atque aliū translati locū,quod contra Christum insanierunt,instar buculæ nondum expertæ iugum. Non enim euangelij iugum exceperunt,inuidiæ œstro ad deicidij præcipitium sane perducti. Anima quoque vbi inordinate a quadam affectione ceu œstro ad peccati præcipitium delata fuerit , lapsa precetur vt se dominus regat ,Veluti agnum qui non delitiget,neque vociferetur , nec propriam voluntatem habeat,iuxta illud :Factus sum vt iumentum penes te, egoque semper tecum,sed quæ viuat secundum illius mandata .Sic enim in spatio loco erit,iuxta eum qui ait:Latum mandatum tuum valde .Siquidem vere ille latitudinem habet
Psal.7x & requiem ,qui secundum mandata vixerit. Discite enim,inquit, a me,quoniam mitis sum & humilis corde ,& inuenietis requiem animabus vestris.

Psal.100. *Participes idolorum Ephraim,posuit sibipsi scandala Elegit Chananæos, fornicantes fornicati sunt,dilexerunt ignominiam ex fremitu suo* : Ad Iuda hæc adhuc videtur dicere
Matt.xi quoniam particeps est factus idolorum , vaccas adorans , quæ offendicula ipsi fuerunt, E
animorumque retia . Præterea Chananæos æmulatus est idolo ipsorum Beelphegor inseruiēs :pęque me,ipsum deuenerat us est:hic ignominiam habuit,propterea quod me aspernaretur insurgeretque aduersus honorem meum .Nonne tales etiam fuerunt,qui ex gentibus idolorum cultoribus militibus ad domini necem sunt vsi,quę & scelerosi acti & impietatis fuerūt consortes , posueruntque ipsi , videlicet Christo,scandala,diligentes ignominiam ipsius ,cruci affigentes eum tanquam iniquum. Hæc autem ex fremitu fecerunt ,perinde atque Dauid ait:Quur fremuerunt gentes & populi meditati sunt vana?Sic apud vniuersos mortales ,frementes ac gloriantes ignominiam lucran
Psal.ij. tur. Dictum est enim:Immundus est apud dominum quisquis alto corde fuerit. Et,Omnis exaltans semetipsum ,humiliabitur .Iam qui diligit ignominiam & execrationem proximi,idque ex fremitu patiatur ,videat quibusnam idolorum participibus coniunctus sit,aliaque id genus quæ hic ī medium promit vates.

Turbo spiritus sibilabit in alijs eius,pudefientque ex sacrificiis suis. Perinde atque aues, inquit,motu alarum ,spiritu quodam & sonitu aera dissecant,sic ipsa synagoga decem sub regno Ephræm tribuum ceu alata in alienam terram captiua abducetur ,mea ira ipsam eo impellente ac trahente,veluti quodam venti turbine , Sustinet autem hanc captiuitatem & ignominiam ,quod idolis sacra faciat .Quod si hic textus ita legatur, Turbo spiritus tu es in alijs eius:hunc ad modum intelligendus erit ad Iudam deus verba facere:O Iuda tu causa es decem tribuum regno ,quur ad idolorum cultum deflexerit Nam vbi te conspexisset idola colentem,qui adeo tenebas legem,temploque assidebas celerior & ipsa ad idololatriam cucurrit . Etenim & ipsa habebat alas ad idola concitatas. Eniuero tu veluti turbo venti,inflasti alas,& mobiliores reddidisti, Hac ratione F
Iudæorum doctores ad eos respicientes , proselytos faciebant filios geennæ : quod necessum est obseruare:postquam iuxta verbum domini,qui offenderit vnum ex hisce minimis,prodest ei ex eius collo mola asinaria suspēdatur,&c. Erant etiam alæ ipsi vniuersæ synagogæ,lex & prophetæ,per quas ad altitudinem ecclesiis cognitionis rectæque vitæ sufferebatur. In his iam operationibus sibilabit,hoc est sonabit, & sonorum fremitum edet spiritus conuertens literam, persuadens vt spiritualiter intelligatur.
Matth.18 Vnde ipsi non accipientes hunc spiritum,pudore effundentur , excidentes a sacrificijs suis .Habet & anima duas alas ,naturalem legem,& doctrinalem:per quas mota ad honestum,sursum ad cœlum fertur. At spiritus operæ est pretium ad esse adminiculationem conuertentem sese semper in anima,ita vt nunquam eam deserat,si celerior futura sit. Huiusmodi anima etiam si olim sacrificarit affectibus suis ,eosque adorarit,nunc propter eos pudefiet deflens imprudentiam suam.

CAPVT V.



A *Vdite haec sacerdotes, attēdite domus Israel, & domus regis aures aduertite.* Quia ĩ superiorib⁹ accusauit populũ & vanos sacerdotes illos, regiãque tribuum per Ephraim, nũc iterũ omnes veluti sopitos excitat & expergefacit ad audiendum. Quoniam autem sacerdotes intelligentiores alijs reputantur esse ad illos satis est dicere, Audite tantum. Domui vero Israel hoc est populo, necessarium erat, Attendite diligenter. Nisi enim plerique omnes ex vulgo dictis aduertant animum nihil eorum quæ dicuntur intelligent. Porro domui regis; hoc est regibus & optimatibus ipsorum, demandatur auribus percipere, quod plus quispiam quam audire significat.

Quoniam ad uos est iudicium. Nam sagena est speculæ, ac ueluti rete expaßum super Itabyrium; quod uenantes uenationem infixerunt. Ad vos omnes, inquit, est iudicium, hoc est, ad vos pertinet hæc & reprehensio quam facio. Quale autem hoc iudicium est Quod prophetis meis omnes vos facti estis laqueus, quippe quibus dolum meditabamini. Speculam, prophetarum excubias & ordinationem seu aciem appellauit. Ipsi.n. veluti quidam speculatores fuerunt, annunciantes ventura populo, vt & in Ezechiele legitur. Et quemadmodum venatores retia expandunt super Itabyrium (mons est Galilææ cũ arduus tũ syluosus, vnde & omnis generis feras venatoribus præstat) sic & vos (Ezechie.) insidias vestras cõtra pphetas statuẽtes, mactatis eos. potest etiã hãc ad ratiõẽ accipi. quo

B niam vos sacerdotes & reges & primores populi, in specula constituti a me, & in alto gradu collocati vt populo quid opus si facto denuncietis, rete potius facti estis ad corruptionem ipsorum. etenim sacerdotibus idola fuerunt curæ. Quinetiam reges & principes magnifice & abunde immolabant abominationibus, per quas populus corrumpebatur. Hæc & Christi interfectoribus, pontificibus; Pharisæis & scribis, & regi Herodi conuenient, qui rete facti sunt speculæ, hoc est sublimi Christo; super quo qui steterit, plura & præstãtiora cæteris videt. Nonne & in sermonibus ipsum conabantur irretire, ac tandem crucis sagenam ipsi fixerunt, variasque sycophatias, calumnias, & falsa testimonia, ceu retia expanderunt? Præterea qui constitutus est vt doctorem agat, ac super excelsum gradum doceat, si vel reprehensibilem vitam duxerit, vel adulterinam prauamque doctrinam euulgauerit, rete fit ijs qui in eum defigunt oculos ipse inquam in specula collocatus. Rete autem fit, non quale Christi discipuli piscatores habuerunt, verbum nempe miraculis connexum: sed enim quale venantes semper venationem animorum dæmones infixerunt. Audiamus autem qui animas perdimus, cuius rete simus Nec enim dei, etiamsi in specula stemus.

Ego uero castigator uester. Ego noui Ephraim, & Israelem non dimoui a me: quoniam etiamnum fornicatus est Ephraim, & Israel coinquinatus est. Quia, inquit, tales fuistis castigationẽ vobis ĩduam, captiuitatem nimirum cũ eximiis vestris, quos per Ephraim intellexit, tum omni populo, quos per Israelem signaui, Noui enim opera ipsorum eo quod eos non ita a me constituerim, vt longe ab illis absim, nec in eos intuear: verũ

C enim deus appropinquans ego sum. Forsan, quod omnis castigatio dei ex dilectione fiat, iuxta Solomonem: noui, pro dilexi hoc loci positum est, perinde ac si dicat deus Ego castigo eos, eo quod dilexerim Ephraim, nec Israelem longe a me transtulerim. Etsi enim fornicetur, & idola sequatur, nec sic tamen ipsum repuli. Hæc etiam ijs quę in principio a propheta dicta sunt, conuenient, quando demandaretur ei vt scortum in vxorem duceret. Quis ergo non amore prosequatur talem præceptorem, non indignatione quadã & furore erudientẽ castigantẽve, cæterũ charitate? Hæc doctrinę loco esse debẽt cuiq; pricipiũ, vt suos nos ad iracũdiã puniat, verũ ad castigationẽ cõmoditatẽ.

Non dederunt consilia sua ut conuerterentur ad deum suum, quoniam spiritus fornicationis in ipsis est: dominum autem non agnouerunt. Deliberatoria per hæc, adeoque voluntaria, ipsorum demonstratur vitiositas. Non enim dederunt, inquit, cogitationes suas omnino ad veram dñi cognitionem, quandoquidem spiritum fornicationis idololatricę tum corporalis in sese receperint, eamque ob causam dominum non agnouerint, Quæ enim communicatio lumini ad tenebras? Quomodo duobus quispiam dominis inseruire potest? Ita & in rebus animarum fit. Non potest illic adesse affectus miserans, pauperibus impartiens aliquid, & diuitiarum amor: seu voluptas. & temperantia: seu animus fastuosus, & humilia respiciens spiritus: seu veritas, & studiũ

quo hominibus placeamus.

Humiliabiturque iniuria Israel in conspectu ipsius. Iniuriam, dei cōtemptum appellat, D
& ab ipso defectionem, quæ captiuis quadātenus obtigit, vel arrogantiam qua labora
bant rerum abundantia luxuriantes. Aperte itaque videbunt qualisnam impietatis fru
ctus & superbiæ. hoc enim indicat quod ait, in faciem eius. Iniuria est alias, nec minima
contumelia Israeli, idolorum seruitus. Quid enim vanius, quam hominem ratione præ
ditum ligna vel lapides dei loco colere? Humiliata est quoque deicidarum in Christū
iniuria. Quoniam vero vultus ipse potissimum solet esse signū & indicium, in rē mani
Psa. festissimam respexit ipsis humiliatio, in legem dico & circuncisionem. Certissimus enim
cxxxxv. ipsis character euidētissimumque signum lex. Manifestauit enim, inquit, iustificationes
& iudicia sua Israeli, non peræque omni genti fecit. Deinde circuncisio sigillum ipsis
erat & īsigne. Porro animę diuinis bonis cum iniuria vtēti, defectio prodest, maxime si i
faciē ei⁹ fiat, hoc est, si hūiliationis suę causam simul cernat, ac sensu quodā eā percipiat.

Israel & Ephraim debilitabuntur in iustitijs suis, & languebit Iudas una cum ipsis. In bel
lo debilitati vincētur, captiuitatisque tempore ceu debiles serui erūt. Pręterea Iuda re
gnum infirmabitur cum ipsis, quandoquidē & Syriæ reges & Babylonij plerasq; ipsi⁹
ciuitates diruerint. præterquam quod decem in Samaria tribus ceperint, & in seruitutē
suam secum abduxerint. hanc ob rem posteriore loco Iudam recordatus est. Qua de
re vero hæc vtrique patientur? Propter iniustitias suas quibus se mutuo confecerunt,
Psal. xvij & iniurij in deum extiterunt, honorem natura ipsi conuenientem in alio transferentes; E
Phil. iiij. ꝓinde qui dominū nō habet, infirm⁹ est. Ait enim David: Robur meū & laudatio mea do
minus: At diuus Paulus Oīa possum, in me potentem & robustum faciēte Christo. Et
enim Christus dei est potentia, citraque ipsum nihil quicquam facere valemus. Qui
igitur vel Græcus vel Hæbræus perficict virtutem?

Cum pecudibus & uitulis proficiscentur exquirere dominum, & nequaquam inuenient eum
Declinauit ab ipsis, quoniam dominum dereliquerunt. In periculis & calamitatibus con
stituti conabuntur victimis me placere sibi, at non inuenient me. deflexi enim ab ipsis
ob eam nimirum rationem, quod priores ipsi me deseruerint. Cur vero sacrificantibus
ipsis non apparuit dominus? An propterea, quod non ex toto hoc animo faciebant,
sed frigide, & ad tempus? Lex vero ex toto corde; ex tota anima, & ex tota mente di-
ligere deum præcipit. Vel ideo, quod proficiscebantur ad vanos deos tanquam ad do
minum, non inueniebatur autem ipsis, qui vere est dominus. Iam quanta impietate idō
lum viuentem deum dicebant? Obserua autem duarū personarū indiciū. Declinauit
inquit, ab ipsis dominus, quoniā dominum dereliquerunt. Quod si spiritus hæc in pro
pheta dicat, ecce tertiam personam. Expende porro quod legalia sacrificia desierūt iam
Nam impossibile erat sanguinem taurorum & hircorum auferre peccata. sola nanque
fide & baptismate inuenitur dominus peccata dimittens Præterea quęrenti dominum
Mat: ix animæ cum stoliditate quam præ se pecudes fuerunt, nō inuenitur. Estote enim, inquit
ij Cor. xij prudentes sicut serpentes. &, In sapientia circumambulate. Nec potentia etiam corpora
li (quam bonum genus significat) inuenitur deus. Nam potentia dei infirmitate perfici
ij Cor. iiij tur. &, Quantum exterior homo corrumpitur, tanto interior innouatur. F

Quoniam filij alieni nati sunt ipsis, & nunc deuorabit eos ærugo, & sortes eorum. Lex
quidem vetuit non accipere vxorem ex alienigenis, ne, inquit, faciat deficere filium tuū
a me, & profectus seruiat alijs dijs, quod & Solomoni contigit. At ipsi alienigenas ducē
tes in vxores, pueros ex ipsis gignebant. Vel alienos filios appellat, natos etiam ex Isra
elitibus. Non enim, inquit, mei sunt liberi, neque mihi sunt dicati, cæterum idolis: alie
ni igitur sunt. Aeruginem vocat partim ipsam frugibus accidentem noxam ex aeris ro
re, partim etiam hostium multitudinem, quæ æruginis instar ipsos homines corrupit
& sortes, hoc est hæreditates ipsorum vastauit deleuitque. Merito autem filiorum men
tione facta, meminit iuxta sortium, tantum non hoc dicens: Quoniam alieni sunt libe
ri, indigni sunt merito hæreditate. Dicit autem nunc; peculiariter ideo, vt signi-
ficet hæc non diu ab futura. Christi occisores alieni etiam filij fuerunt. Nam si filij, in-
quit, Abrahæ essetis, opera quoque Abrahæ faceretis. Hinc & Romanorum expe-
ditio desuper ipsis & ex cœlo veluti ærugo admissa est, quæ cum ipsos, tum sortes eo-
rum corrupit, hoc est omnes regiones quas ipse hęreditatis vice distribuit. Naue filius
Iesus; vel sacerdotales adeoque pontificias ipsorum dignitates. Quando vero in anima
nati fuerint filij abalienati a deo, & remoti a testamentis eius, ad quos dicere queat

deus, Filij alieni mentiti sunt mihi: sunt autem hæc vel impia dogmata, vel praua ope
A ra) rum talium matrem animam ærugo corrumpit, in ipsa facta affectio ex principe potestatis aeris, efficaciter operantis in filijs inobedientiæ, nec ipsam tãtummodo, uerum etiam sortes ipsius. priuatur enim coelestibus mansionibus, quas per quãlibet virtutẽ hæreditario acceptura erat, ad quãlibet perducta, quãs manˀ domini Iesu Christi distribuunt. De quibus & Dauid ait: In manibus tuis sortes meæ.

Canite tuba super colles. strepitum & sonitum facite super alta. prædicate in domo On. Quum supra dixisset, quoniam nunc ærugo deuorabit ipsos, indicans per hũc citra cunctationem superuentura eis dura, procindit iam idolorum imbecillitatem, dicens: Quia super colles & montium iuga immolabatis, atq; adeo in domo Bethel, quã nominauit domum On, hoc est inutilis. Quem enim On septuaginta dixerunt, hunc reliqui interpretes inutilem reddiderunt. Erat autem idolum vel imago vaccæ in Bethel. Implorate ergo iam opem deorum in hisce locis cultorum: præterea bellicis tubis & hostilibus vociferationibus vtimini, aduersum hostes impetum & irritationem facientes, ipsosque locos in quibus litabatis, & auxilium deorum sacrificia recipientium vobiscum habentes.

Sublatus est Beniamin, Ephraim extinctionem factus est. Beniamin appellat duarum tribuum regnum, quod multis in locis Iudam vocat. interdum quidem ab iuda, interdum vero a Beniamin, totum synecdochice nominat. Ait ergo ꝙ Hierosolymi-
B tani defecerunt, hoc est e medio sublati sunt, perierunt, vt qui ipsi impie egerint. Etenim Astartæ deę sacrificabãt in excelsis, & solem adorabãt, vt & Iezekiel testatur.

In die redargutionis, in tribus tuis Israel monstraui fidelia. Quæ inquit, dixi ipsis per prophetas, in quibus mihi nulla est adhibita fides, hæc nunc per ipsa opera cunctis tribubus fidelia monstrabo, in quibus diebus arguam iniquitates ipsorum, puniẽs eos. Nam monstraui, est pro monstrabo: veluti illud, Foderunt manus meas & pedes meos pro, fodient vtitur autem scriptura talibus verbis præteritis pro futuris, vt ostendat deo nihil futurum esse, verum omnia ipsum præoccupare præscientia & prædefinitione. Simul autem vt certiores nos reddat ꝙ omnia sic contingent. Et perinde ac impossibile est, quæ iam facta sunt, facta non esse: sic impossibile est hæc etiam non fore, quæ dicuntur. Monstrauit autem fidelia & in diebus crucis & resurrectionis concusso mundo, per hoc arguens quidem illos, suam vero deitatem certam exhibẽs. Beniamin filius doloris dicitur. etenim Rachel dum pararet ipsum, in partu periclitans & moriens, ipsum filium doloris appellauit: pater autem Beniamin filiũ vocauit. Ad hæc omnis peccator est doloris filius, si modo ad poenitentiam respexerit hic dolens & lugens. sin citra resipiscentiam abierit ex hoc mundo, perpetuo durantibus doloribus obnoxius erit. Huiusmodi quando peccat: excidere dicitur, peccatum enim excessus est a natura, & alias ab insipientia fit. Vnde & Dauid quandoque ait a facie insipientię olfieri ipsi vibices. quandoque vero: Ego dixi in excessu meo proiectus sum a facie oculorum tuorum. Sin resipiscat peccator, excedit omnino a consuetudine. Quod si Ephraim augmentum dicitur, videat qui crescit in malitia, nequando ad excidiũ per-
C ueniat. Olim autem quũ in diebus redargutionis, hoc est postremi iudicij, sedebit dominus cum duodecim discipulis suis iudicantibus duodecim tribus Israelis, monstrãs fidelem & veram deitatem suã, tunc videbunt in quem pupugerunt. & agnoscẽt quod non vilis nec exiguus homo sit Iesus.

Facti sunt principes Iuda transponentes terminos, super ipsos effundam tanquam aquã indignationem meam. Hoc est, leges meas sic trãsponebãt æque atq; in aruis terminos transponentes facere solent, per quos sua cuiq; sors cognoscitur, sicque debitum mihi honorem transferebant ad idola. Vel ipsos etiam cupiditate plura habendi laborantes reprehendit hoc pacto: Propterea, inquit, sic irruam super ipsos, velut aqua impetuosa, & veluti torrẽs aliquis multis imbribus & niue exasperatus, cũq; vehemẽti impetu sese volutans. Transponunt etiam terminos, Hebræorum legem perperam interpretantes, ipsamque obseruare contendentes (nam vsque ad Iohannẽ definita fuit legis custodia) eo quod ira dei super ipsos effusa tanquã aqua eos dispersit. Quãdo vero quisquam princeps Iuda existens, confessus fuerit ac promiserit, se non ijsdem prauis studijs admoturum mentem, idq; secum decreuerit, & iterim transmouerit tales fines, atque decretum suum fecerit irritum, ac reuersus fuerit instar canis ad proprium vomitum, ira dei super talem prorsum effunditur: perinde ac rubri maris aqua super

Ppharaonem;qui sepius mētitus erat, iuxtaq; cor suū permutationis in melius expers D
secutus erat ad ostensionem,virtutis dei.Deus enim non subsannatur.

*Oppressit Ephraim aduersarium suum,conculcauit iudicium, quoniam cæpit proficisci
post uana.* Quū de principibus Iuda dixisset qđ trāsposuissent terminos,eosque
accusasset qđ cum impij tum auari essent,in ijsdem pariter Ephraim reprehēdit. Ipsum
enim ceu iniurium carpit,ac talem qui præ potentia sua cōculcet iudicium siue iustū,
neq; ipse opportune & commode sententiam ferat, neque alios iudicantes sequatur.
Causa vero huius, ad idola est affectio & sectatio Vana enim ipsa idola vocat. Quod
si me coluissent inquit, dilexissent leges meas quibus iustitia sancitur. Poterunt etiā
hæc alia ratione intelligi,Iudas non omnino a lege auersus est.Fuerunt enim inter ipsos
qui conquererentur de idolorum cultoribus,ingemiscerentque ob legis transgressores
quemadmodum Iezekiel testatur. Ephraim vero plane malam victoriā retulit.etenim
vi veluti hostem quēpiam deuicit legem meam quam odit. Quod apertius interpre
tans dixit: Conculcauit iudicium,hoc est legalem iustitiam non curauit. Quadrabunt
hæc in eos qui contra Christum insanierunt,aduersarium illum habentes; vt qui con-
traria ipsis & dixerit & fecerit, contra quem potentes fuerunt, conculcantes iudicium
ferente Pilato sententiā vt dimitteretur,secuti sunt enim vanos suos doctores. Quod
si omnia sint vanitas vanitatum,vt Ecclesiastes dixit. principium praui quęstus & in-
iustitiæ fuerit,itee facere pro huius mundi bonis conquirēdis,eaque veluti mediā ma- B
teriem habere,quā propter,quę ante nos sint,atque ipsa adeo futura nō liceat intueri.

Egoque ero tanquam turbatio Ephraim,ac ueluti aculeus domui Iuda. Quia ipsius E-
phraim regnū primū perijt ab Syris & Babylonijs,Iuda vero postea occidit:Ephraim,
inquit,turbabo, conturbatum iam veluti instante bello.Iuda vero stimulus ero,Quū
enim is Ephraim interire cernit, se quoque non dissimilia passurum formidat. Porro,
Christus neque turbatio neq; stimulus est,cæterū tāquā turbatio,& tāquā aculeus. Pa
cem enim,inquit,prædico,morbosque curo. Isti autem inuidia stimulantur turbāturq;
que,dicētes:Ecce mundus post ipsum vadit. Deinde quando peccantes fortunati eri-
mus dicentes: Pax est atque securitas : vel cogitationibus de peracto malo nos conso-
lamur.Deus,inquientes,benigne humaniterq; nos curat : tum vel secundiorem istū in
prauitate cursum turbat, vel cogitationes discutit, injiciens stimulum memoriæ mor-
tis suppliciorumque post mortem consequentium.

Viditque Ephraim languorem suum,& Iudas dolorem suum. Ipsa,inquit, experien-
tia didicit Ephraim imbecillitatem suam, & quomodo robur ipsius elanguerit, Iudas
item pręcipit multitudinem dolorum suorum.

Et abijt Ephraim ad Assyrios. Quando ascendit rex Assyriorum aduersū decē tri
bus adierunt ipsum,& pecunijs & legatione sibi conciliantes,confœderantesq;.

Misitque legatos ad regem Iarem. Assyrijs denuo aduenientibus(transgressi enim
erant fœdera)destinarunt legationem ad regem Aegyptiorum,quem Iarem appellat,
non qđ hoc eius nomē fuerit,verum quia Iarem ultorem significat.accersiuerunt enim
ipsum tanquam futurum vindicem,Quod autem de Aegyptiorum rege verba faciat F
posthac planum fiet.

Et ipse non potuit liberare uos,nec ex uobis dolorem cessare faciet. Vos quidem
tanquam vindicem accersistis Aegyptium: enimuero ipse ceu imbellis inuentus est;
vnde maiores vos impetiuerunt cruciatus, adeo vt plane de salute desperaretis. Iam
quisquis deum offenderit, vnicam opem reliquam sibi tenet,vt recōcilietur denuo ei.
Sic qui innumera alijs dona elargitus fuerit, vt eos sibi in socios & confederatos asci-
scat, propterea non sistet in sese dolorem quem sustinet, turbatus primum ob ea quæ
in animo suo perpetitur acerba,deinde impensarū nomine,quas frustra fecisse animad-
uertit, Aptissime hoc etiam de domini interfectoribus dictum asseuerabis, qui accer-
siuerunt Vespasianum ceu vltorem,Eadem etiam ingens Assyriorum mens erat, vt vr
bem eorum erigeret:at nihil eis commodare potuit,nec cessauit ex ipsis cruciatus,vt,
qui tum quidem in immensa mala conijcerentur,dum fundamenta eorum diruerentur
ac postea a fidelium regibus abducerentur,

Quoniam ego sum secuti panther Ephraim, & ueluti leo in Iuda. Per pantherem
ostendit celeriter & quamprimum ipsis excitanda mala. celer enim & leuis est fera pan
ther. Per leonem qđ ingentia terribiliaq; sint pericula futura. Terribile enim quippiam
leo. Hanc ad rationem, in Iudæos Romanos celeriter suscitauit deus, nempe non post

non ducuntur, per seueriora castigati, sæpenumero hoc agnoscũt. Acque igitur ac illi
A in bonorum fructu non exquirẽtes faciem dei, siue præsulatum eius, atque visitationẽ & prouidentiam ipsius, dum bonis viduantur, cum curatorem & præceptorẽ quærũt, & matutino ad ipsum tempore veniunt, pro accelerant: siue quod veluti a nocte tenebrarum prioris ignorantię excitati, sese mutuo adhortentur, vt reuertantur ad me.

Quoniam ipse percussit, & medebitur nobis. Quidam librorum hic, rapuit, habent, & fortasse non male Dixit enim supra, diripiam. Ipse, inquit rapuit, ipse percussit, ipse quoque medebitur nobis. Deo enim rapiente vel percutiente, nemo alius est medicus vspiam. Itaque in calamitate meminerunt dei. Hæc peræque intelligas licet de ijs qui ex Hæbreis deinceps in Christum credituri sunt. Illi enim in siti hac & captiuitate longa exquirent, inquit, faciem siue filium. Nam is est figura substãtiæ patris. quib⁹ & ad dominum reuertentibus auferetur velum quod super cor ipsorum est positum. Reperias autem hoc vel in singulis, ꝙ in tribulatione magis ad dominum reuertantur, qui sensibilia nobis ferit & corporalia, sanatque animas.

Feriet & curabit uulnera nostra. Sanabit nos post biduum. Tertia die surgemus, & quæremus coram ipso, & cognoscemus. Propter facilitatem hoc dicit, quoniam non indiget diutina circuitione deus ad curã, verum accumulatam statim exhibebit sanitatem. Iuxta adumbrat mysterium secundum naturam. Nã percussæ naturæ iniecit filiũ suum ceu precium quoddam & curationem, qui in vulnere mortis cõstitutus, sanauit
B nos resuscitauitq; tertia die. Id enim quod a nobis assumpsit, excitans, nobis peræque omnibus resurrectionem donauit, quam habebimus tẽporibus suis, & viuem⁹. Postq̃ enim vnus pro cunctis diem obijt, is ille vnus & pro cunctis resurrexit: vitamq; ducemus non lõge ab ipso remoti, sed ĩ faciem ipsum intuentes tumque perfectiorẽ cognitionẽ eius consequemur. Nunc enim in speculo, inquit diuus Paulus, video, & ænigmate: tum autem cognoscam perinde ac cognitus sum. 1. Cori. iij. Cæditur etiam vituperabilis ardor & impetus in anima, vituperandaq; concupiscentia, vt ne in vanum in rabiem adigantur, verum verbum habeant veluti emplastrum & obligationem replentem vacuitatẽ ipsorum. Sanamur etiam iuxta vitam in actione consistentem; quãdo duæ affectiones hæ, ira & cupiditas, non tenebrarum opera accesserint, sed enim luminis & diei, vt & de nobis dici possit: Proinde non sumus noctis, sed diei. 1. Thes. v. Surgimus etiã tertia die, quãdo tertia in nobis animæ pars, rationalis videlicet & speculatiua, illustrata fuerit. tum enim viuemus coram ipso deo, intuentes in ipsum facie ad faciem. Quare subinfert, & cognoscemus.

Festinabimus cognoscere dominum, tanquam diluculum paratũ inueniemus ipsum. Studiose cum festinatione & ingenti desiderio quæremus eum. Vt enim diluculũ noctis caliginem dissipat, sic & ipse prompte celeriterque prouidentiæ suæ radios exhibebit & ab noctis afflictionibus liberabit.

Venietque nobis ceu pluuia matutina & serotina terræ: Matutinæ etiam pluuiæ indiget terra, vt proferens ipsa commissam sibi sementem, pinguedinem habeat, quæ eam nutriat. Serotinæ vero potissimum, ne adulta sata exarescant. plurimo enim hu-
C more ad educationem sui opus habent, vt fructum tandem ferent. quem humiditate fouent. Itaque & nobis Deus veniet matutinus imber; quando incipiet liberare nos a captiuitate. Serotinus vero, quando nos restituens patriæ, nos defendit, nostrique curam gerit. Hunc ad modum Christus post resurrectionem, mane quidem mulierculis sese, sero vero ianuis occlusis, discipulis suis ostendit. Obtingit & cuilibet animæ, matutinus imber, quando reuelat veteris testamenti cognitionem Deus. quod in primordijs diuinæ cognitionis ortum est. Serotinus vero quando euangelij intellectum, eidem impertit: quod sero quidem, adeoque nouissimis temporibus illuxit. Ac tum animam in terram diuinitus impulsam alterat, de qua propheta: Visitasti, inquit, terrã & inebriasti eam Psa. lxiiij.

Quid tibi faciam Ephraim? Quid tibi faciam Iuda? Misericordia uestra uelut nebula matutina, ac ueluti ros diluculo proficiscens. Postquam denũciarat eis deus, se eos suscepturum denuo, erant autem ob scelera sua in multas casuri post susceptionẽ hãc calamitates: ne ergo existimarent mentitum sibi eum, nec sufficiẽtem gratiam impertisse. prædicit eis quod ipsi sint futuri malorum suorum autores, Miscet autem cum eis sermones, patris in morem liberos suos amantis. tantum non talia dicens: Ego quidem omnem vobis gratiam & veniam dare volo; ac perpetuo durantem misericor-

diam: vester autem animus, & cogitatio, temporaria, similiaq; nebulæ diluculo appa- D
rēti, & a sole dispulsæ vel exiguo rori ab radijs solaribus absumpto & obscurato (hoc enim est quod ait, proficiscens) efficit miserationem peræque meam, qua vos miseror, temporariam esse. Audiamus itaq; nos mensuram esse diuinæ misericordiæ siue eam extendentes sufficienter pœnitendo, vel celerius reuertendo ad priorem prauitatem, mutilantes. Demusque operam, vt diutumius ille nostri misereatur: tum vere regnum dei intra nos erit nostriq; instituti deus comes erit. Legitur & in alia scriptura, Misericordia mea, Quod sic intelliges q deus hic ægre patiens dicat: Omnē vobis rationem exibui & demonstraui ad vestram correctionem, etenim misericordiam meā de misi vobis, vt fœcundaret ac pingnes vos redderet, veluti ros matutina hora iter faciens; hoc est a flamine diffusus super terrā, & sicuti nebula perinde mane infrigidans fruges, Verum enim vos illam ipsam non suscepistis. At neq; filium dei Hebræi exceperunt, qui quum esset misericordia patris (per ipsum enim misericordiam adepti sumus) demissus est veluti nebula, ob corporis sui pinguedinē. Matutina vero, eo quod vmbra ipse legis veniret, quodq; non deprehenderetur ab tenebris diaboli & peccati, sed aiqs etiā principium lucis fuerit, itidem vt mane vel diluculum est diei initium. Idem quoq; ros erat, superne decidens: iter ideo faciens, quod non vno in loco circumscripta sit eius cognitio, sed ad omnes accesserit. Antea quidem & mane, in Iudæa tantummodo cognitus erat Deus, nunc vero in vniuersum terrarum orbem egresso apostolorum sonitu, impleta est tellus cognitione domini, velut aqua multa cooperiente maria. Illuxerunt itaq; fulgura eius orbi terræ, videruntq; fines terræ salutare Dei. E

Propterea demessui prophetas vestros, interemi eos in verbo oris mei, & iudicium meum ceu lumen egredietur: Vos quidem, inquit, sic habetis vt frigidam quandam paruique tēporis pœnitentiam demonstretis, per hoc meam pariter misericordiam talē facientes. Attamen ego haud intermisi vos congruenti prouidētia dignari, adeo vt & prophetis meis quos vobis adhortatores misi causa mortis extiterim hoc enim denotat occidi Et quoniam dedi ipsis verbum oris mei vt vaticinarentur, videor eos occidisse. Atqui etiamsi cunctos plane dederitis neci, non poteritis tamē irrita facere quæ de vobis illi præcinuere, quo minus iudicium meū, hoc est decretum quod super vos decreui, ceu lumen effulgeat: patiaminiq; omnia quæ illi dixerunt: Quidam per prophetas hic vanos vates intellexerunt. Occidi enim ipsos in verbo oris mei, hoc est, per imperium meum, Et iudicium meum inter ipsos, vt lumen splendidum haud occultabitur, sed lucebit, & ab omnibus per opera cognosceretur. Etenim & Helias letho dedit prophetas Baal, sacerdotesque lucorū. Sic Iehu qui genus Achaab deleuit, prætextu festiuitatis in Baal gratiam celebrandæ, collectos sacerdotes Baalitas ad vnum omneis; mactauit.

iij. Regū, xviij. iiij. reg. x.

Nam misericordiam volo, & non sacrificium, agnitionemque dei potius quam incensas victimas. At ipsi sunt tanquam homo preuaricans testamentum: In superioribus obiecit accusando iniuriam quam proximis intulerunt, idolorumque culturam: nunc ait, Misericordiam ego potius erga proximum, quam iniuriam & sacrificium recipio, ac diei cognitionem magis quam haulocautomata. Atq; hæc duo legem perferens mandauit: Diliges dominum deum tuum, & proximum tuum charitate prosequeris. Vos autem transgressi estis testamentum meum hoc, sancitamque legē. Erga proximum enim iniurij estis, & misericordiæ expertes, ac preterea cognitionem mei repulistis. Dicat hic quisquam: Quia Iudæi sacra perficientes, misericordiam vero non habētes, præuaricabantur testamentum: perspicuum est legē de sacrificijs verba facere. sed secretiora quædam, magisque spiritum redolentia fuerunt ea quæ hic memorauit, nē pe misericordia & agnitio dei. Per misericordiam itaque vita in actione cōsistēs & ope re, per cognitionem contēplatio innuitur. Egredietur quoque ī futuro seculo iudiciū dei veluti lumen, per vnigenitum. Pater enim neminem iudicat, sed iudicium omne tradidit filio, qui suo in mundum aduentu, non per sacrificia, sed per suam misericordiā nos saluos fecit. Neque per holocautomata perve incēsa, verum per agnitionē & fidē nos iustificauit. misericordiāque nos docuit, quū diceret: Beati misericordes. & Quæ volueritis vt faciant vobis homines, eadem & illis præstate. Et quum hoc verbū, Misericordiā volo, & c. in testimoniū protulit in mediū, innumerisq; alijs modis cognitionē dei præcepit, præsertim quū omneis sermones & opera sua deo referret accepta, ipsiq; tantū ascriberet, quūq; diceret Philippo, Qui videt me, videt & patrē meū. Hinc etiā F

Deu. xvi.

Math. v.

A dixit, Manifestaui nomē tuū mortalibus, nō Iudæis tātum, sed omnibus. Proinde qui ipsum nō susceperunt, trāsgressi sunt omnino testamentū patris. ꝙ & filiū hæredē faciebat vineæ. Porro vinea domini exercituū ipsi fuerunt, domus nimirū Israelis, & Iuda ipse plātula nouella dilecta, Enimuero filiū, quū in sua venisset, sui eū non susceperunt, quin potius dixerunt: Hic est hæres, agite occidamus eū. Idē testamentū patris faciebat eos hæredes adoptionis gloriæ, cœlorūq; regni, sed noluerunt sequi testamētū. Nec secundū hoc solum, verūetiam iuxta vtrasque rationes transgressi sūt illud, cū filium abnuentes regnare super sese, tum se indignos constituentes cœlesti gloria.

Illic me respuit Galaad ciuitas operans vana, turbans aquam. Non frustra dixit, occidi vanos ꝓphetas: & ille, hoc est secundū illud tēporis quādo auersus est Israel, Galaad me est aspernata, quādo sacerdotibus & Leuitis distributa est in hæreditatē, ac ꝙ debebant populum docere cognitionē dei, ipsi operabantur vana, hoc est idola, ipsi eadē fabricantes. Turbabant quoque aquam doctrinę, non puram eam populo afferentes.

Fortitudo tua ceu hominis piratæ. Occultauerunt sacerdotes uiam, occiderunt Sicima Quoniam illic fecerunt iniquitatem in domo Israel, uiderunt isthic horrendam fornicationem Ephraim. Sicima ciuitas est proxime vrbem Galaad. E Sicimis ergo quidā accepta dei patrū memoria, voluerūt ascēdere Hierosolyma vsque ceu deū adoraturi. Leuitæ vero & sacerdotes hoc compertum habentes, prædones quosdam occuluerunt in via, demittentes orco ea ratione Sicimitas. Eo etiam dicit: Robur tuum o

B Galaad, hominis est piratæ hoc est prædonis. Est autem pirata proprie marinus prædator. Atqui in sacra scriptura vsurpatur etiam pro terrestri prædone. Eam ob causā horribiliorem etiam istam fornicationem nominat, quoniam non ipsi tantum quod bonum erat in domo Israelis non faciebant, hoc est inter Israelitas. Vel hunc ad modum æque intelligere licet, vt piratæ occulis effascinationibus & insidijs adoriuntur prætereuntes, sic & vos in Galaad idolorum cultores, arcanis artibus idola moueri curatis, quod diuinæ potentiæ ostendatis consortia. Iam sacerdotes quos talia reprehendere oportuit, viam dei populo manifestando, ea celant. Atqui in animo eos cogitare par erat quod atauus eorum Leui Sicimitas omneis dimiserit orco, quando Emmor filius Sichem vi stuprum sorori eius Dinæ intulit, & ille quidem vltione pro virginitate sororis suæ armatus est, ipsi vero pro me non contendunt, non sumunt vindictam. Occuluerunt, inquit, diuinam viam sacerdotes, qui olim interemerunt Sicima æmulatione accensi. Quod enim atauus eorum Leui peregit, sacerdotali generi adscribitur. Hæ & dominum occidentis synagogæ accusationes sunt, Siquidem & illi operabantur vana, calumniam dico & crucem. Vanæ nāque reuera sunt cogitationes ipsorum. Magis enim illuxit, regnumque tenuit cruci affixus. Turbabāt etiam aquā confundentes scripturarum cognitionem, ac doctrinam seruatoris, quæ spiritus erat & vita, calumniantes. Et robur ipsorum ceu hominis piratę fuit, quando lapides tulerūt in Iesum, cūque gladijs & fustibus exierunt aduersus ipsum noctu, quādo fallere licet, festinantes. Sacerdotes porro ipsorum celauerunt iter, hoc est dominum enecatūt, dicentem: Ego sum via. Occiderunt etiam Sicima, quod est pudicitiæ & virginitatis fru-

C ctum Iesum postquam Sicima fuit eximius locus corporis pudici Ioseph. Preterea ī ecclesia videbis quosdam perficiētes vana, praua vita infectos. Hi aquam perinde spiritalis doctrinæ turba, de resurrectione & postremo, iudicio vana differtantes, seipsos ita, vt intrepide in peccatis pergant, illicientes. Quorum robur non est hominis incolumen aliquem seruantis, sed prædonis, quo de dominus ait. Fur non venit, nisi vt furtum committat, cædat, & perniciem struat. Celāt etiam sacerdotes viam domini, partim quando non reprehenderint peccantes, non audientes dicto præcipienti: Peccantem coram omnibus argue, partim ꝙ ipsi in ea non ambulātes, aliam sibi viam vitæ ī quirent, occidentes ita ecclesiam, quæ est segregata Iosepho, qui valet, si interpreteris appositionem, Talis est dominus, legi adiectus, quæ iam defecerat: vnde &, Nō veni, inquit, dissoluere legem, sed implere. Eius enim legis, Non committas adulteriū, hæc est appositio & completio, vt ne intuearis quidem mulierem. Sic eius, Nō occides, appendix & complementum est, non irascaris. Et aliarum consimiliter.

Polutus est Israel, Iudas dimisit messem suam. Omnium hoc est periculosissimum horribilissimumq;, ꝙ quādo Iudam oportebat diuinarum promissionū fructus metere, imitatus sit Israelē, qui idolorum cultura cōtaminat⁹ erat, talē messem posthabēdo,

Ordire uindemiam tibijpsi; dum reduxero captiuitatem populi mei, dumque sanauero Israelē, Ad Iudā hæc dicit: Ordire vindemiā hoc est iustitię fructus. & post reditum ab captiuitate, in lege perseuera, incipeque tibi decerpere ex tali politia subnascētes fructus, Decerpe eos tibiipsi, nec enim deo quicquam lucri afferimus viuentes iuxta legem, sed nobisipsis. Quod subdit, dū sanauero Israelem, significat quod dū ipsum consoler in omnibus doloribus quos in captiuitate pertulit, cumque reducam a Babylone, intellige tu quid te deceat, bonamque conuersationem auspicare.

CAPVT VII.



T *reuelabitur iniuria Ephraim, & uitiositas Samariæ. Nam commisit uana, furque ad eos ingredietur, prædator exuens in uia eius.* Iterum docet quod haud iniuria puniat Ephraimitas deus, perspicuam cunctis eorum iniquitatem asseuerans: inquit, mendacia, hoc est idola, ideoque in posterum hostes, furum & latronum instar, eos adorti exuent ipsos, omnibusque bonis nudabunt. Propemodum & Christus ad Israeliticum E populum dicit, Incipe quę ad salutem tuam pertinent, ceu in vindemia colligere, atque fructum decerpere. Nunc igitur quando veni ego reducere seruareq; oues domus Israelis quę perierant, ac sanare contritos (nec enim bene valentes egent medici opera; sed male habentes) tunc reuelata est omnis iniustitia populi quando interrogante Pilato, Quem vobis dimittam? responderunt, Absolue nobis Barrabā, Iesum vero cruci affige. Ad hęc elementis legis nouatis perseuerabant ipsi in malitia, quando & fur, & prędo vna cum eo cruci affixus, ad eum introijt, hoc est, per fidem ei assertus est, & vindicatus in libertatem, in paradiso cum eo agens. Hęc etiam animae sunt exhortatio redeuntis ab captiuitate, qua detenta fuit prauis affectibus seruiens, satanæq; a plagis peccati & vulneribus, quæ alias non curantur, nisi grauiter olere & inamoena esse ipsi cœperint. tum enim demū inquirit medicum, quando tetrica fiunt vulnera, ipsaque ægre patitur grauolentiam, perinde ac Dauid quū dixisset, Grauiter oluerūt & computruerunt vibices meæ: subdit: Ne derelinquas me domine deus meus, neque a me desistas. Tunc igitur liberata anima a peccatis, virtutis fructus colligit. At eos, inquit, tibiipsi decerpe, non faciens aliquid ad ostentationem, sed in te ipsa bonum operare. Tum quoque detegitur ei vanitas malitię: videt enim quod sint peccati opera tā mēdacia quē noxia. Per hæc fur & prędo Satanas ingressus hominē spoliat, ac ab omni diuina gratia nudum constituit, in via eius, hoc est, in quocunque vitę genere fuerit, siue in sacerdotali, siue monastica vel populari. In omni nanque via vitæ prędatorem & furem agens diabolus, clanculum eos adoritur, ipsique imponit nocturno tēpore, per- F suadens vt peiori ceu meliori adhibeant animum, nuptias, vinum, omnēque creaturā vituperans, ceu peccatorum fomitem occasionēque. Alios vero vt prædo inuadit, palam & impudenter eis persuadendo vt plane desperata aggrediantur.

Vt concinant ueluti canentes in corde suo. Hostes, inquit, inuadent eos, ceu fures & latrones insueuerunt: ipsi vero in lamentis & luctibus perseuerabunt, non ausi aperta voce plorare deflereque calamitates suas, cęterū cordibus suis & cogitatione threnos lamētave edūt. Hæc & latroni in cruce accōmodari poterunt, cuius cor Christi supplicio cōdolebat, & peccatis suis angebatur. Ipse quidem Christū confitebatur, Christus vero omnium illi peccatorum gratiam faciebat.

Omnia scelera eorum recordatus sum nunc. Cinxerunt eos corona, consilia eorum ante conspectum meum fuerunt. Quum diu, inquit, conniuissem, nec longanimitate mea iudicatus sim cernere ab ipsis ausa, nunc tandem aperte palam ea contueor; ve quæ in conspectu meo fuerint constituta. Siquidem omnia simul collecta sunt, & in circuitu eorum, steterunt nedum opera, sed & consultationes, hoc est cogitationes, quæ demonstrant eos esse dignos quibus irrogetur pœna. Fortasse autem quia deus, peccata illa vehementius punit, quæcunque a præmeditatione & consultatione fiunt propterea hic dixit: Circuierunt eos consultationes ipsorum. Non enim simpliciter, ait operabantur mala, neque raptim vel forte fortuna, cęterum ex consilio & consideratione. Sic in extremo iudicij die, prçterquam opera, cogitationes etiam secundum,

quas peracta sunt, iudicantur: in quibus tamen autoritas potius remissionis quam cō
A demnationis esse in hoc mundo solet. Occiderunt etiam prophetas Hebraei: tolerans que malorum deus est, dum illi domini interfectores fuerunt, impleuerunt que mensuram patrum suorum, recordatusque est deus omnium iniquitatum eorum, vt veniat super eos omnis sanguis iustus a sanguine Abel vsque ad sanguinem zachariæ, prophetæ.

In malitijs suis exhilararunt reges, & in mendacijs suis principes. Per malitias suas ad interitū accurrētes, autores lætitiæ fuerūt regibus & principibus ipsos debellātib⁹ Vel quod vna cū regib⁹ suis, ad idololatriā cucurrerint, curauerintq; eos & obseruauerint, eadē peragēdo: & in mendacijs suis, siue idolis siue adulationibus, vel vanis laudibus hilares eos reddiderūt. De quibus & Esaias ait: Qui beatos vos prędicāt illi vos seducūt & vę illis q̄ amarum dulce dicūt. Ad hæc Iudæi reges suos dæmones, principes tenebrarum, gaudio imbuerūt suis contra Christū imposturis, calūnijs & mēdacijs. prętērea Herodes, Caiphas, Annas, eosdem exhilararūt, qui in condēnatione Christi in gratiam, quum antea hostilibus inter se animis essent, redierunt. Esaiæ. iij.

Omnes adulterium committentes sunt uelut furnus ustus ad digestionem, ustura ab flamma facta. Corporale hic adulteriū intelliges, dicēte deo quod vniuersi Hierosolymorum incolę sint adulteri, sic vsti libidinis igni, veluti clibanus, cuius incensio; fit a flamma: qui vritur ad digestionem, hoc est ad costuram coctionemve panis. Por-
B ro a libidinis ignis adducet super eos captiuitatis flammam, a qua adusti inutiles erūt ad digestionem cruditatis quam etiamnum habent. Accipies etiam per adulteriū, idololatriam, qua exurebantur, secuti primum inter se idololatram Hieroboam.

A mixturā massæ, usque dum tota fermento subigatur, dies regnorum uestrorum. Stear vel stais (quæ vox hic per massam reddita est) farinam denotat, Cunctum per hancce farinam populum intelligit, dicitque: Vt fermentum commixtas secum farinas in sese transformat, sic a quo tempore cœpit populus subigi fermento impietatis, Hieroboam, non destitit donec totus eius contagione inficeretur, inque illud ipsum transformaretur. Totum isthuc tempus, dies sunt regnorum vestrorum; per quæ innuit quod in omnib⁹ Hieroboā secutis regnis & regibus idololatria floruerit. Per adulteros, adulteram iuxta ac peccatricem generationem domini interfectorum intellige. qui & inuidia vsti, ac meditati crucem ad digestionem siue submissionem cœlestis panis Christi, non desierunt quousque perfecerunt opus illud suum. Atque hæ sunt dies principium & pręminentium inter ipsos, hoc est veterum calamitatum. Diem enim vt supra quoque diximus, scriptura etiam calamitatem appellat. Quemadmodum autē qui non credit, iam iudicatus est vel ante iudicium illud, sic adulterium committens iam vritur, ante vstionem etiam illam qua vretur ad digestionem, ac malitiæ supplicii Nec enim vltra post extremum iudicium scelera patrabuntur, neque quisquam vnus ad ea sese acclinaturus est, verum perpetuum aduersus ea odium erit illis qui nunc ea deamant, quod eorum nomine sempiternis cruciatibus dedentur. Hodie quidem īsipiētibus, quę videntur suauia, blandiuntur: tum vero detecta ipsorum deformitate, gra-
C uis comitabitur pœnitentia eos qui hac in vita ab ipsis decepti fuerint, plorabuntq; tum omni vacantes consolatione, quod adeo deformia & turpia diuinæ pulchritudini prætulerint. Itaque mœchus iam vritur, iuxta illud: Ambulatis in lumine ignis vestri, & in flamma qua exusti estis. Iam perinde ex fermento & farina fit mixtio, atque ex cogitationibus & operibus fit actio. Ait ergo quod regnātes in mœcho cogitationes nō videntur esse turbidæ, neque tristes, sed tranquillam quandam & hilarem constitutionem habere ab mixtione farinæ, donec fermento subigatur tota, hoc est, a quo tempore cœperint malum cogitare, vsque dum opere compleuerint. Esaiæ. lv.

Cœperunt principes furere ex uino. Accusatis communiter omnibus tanquam adulteris, nunc omnes accusat principes ceu temulentos, ac propterea ad irā cōcitatos

Extendit manum suam cum pestilentijs, nam succensa sunt corda eorum ueluti clibanus dum offendunt eos. Quilibet, inquit, principum extendit manum suam vti dona accipiat, conuersaturque hominibus per contagia & perditiones quas diligit; eo quod in consultando & nocendo contribulibus suis, adeoque reliquis mortalibus, sint feruentissimi. Ex temulentia inuidiæ furebant etiam principes Israel aduersus Christū Sic discipulus Iudas extendit manum, quando proditionis argenteos accepit, consentiens pestibus Pharisæorum & scribarum, qui æstuabant plane insidijs, quibus lacera-

rent dejicerentque dominum. Ita militum peræque corda inflammabātur excubias canentium proximi domine sepulchrum.

Totam noctem somno Ephraim impletus est, mane prodijt succensus est uelut ignis fulgor, omnes incaluerunt ut clibanus succensus, ignis deuorauit iudices eorū omnes reges eorum ceciderunt, nec erat inter eos qui me ad sibi opem deposceret. Sequitur facile supra memoratos temeto perfusos, vt totam noctem somno indulgeant, quod haudquaquam minimo est dedecori populi principibus, per hoc nanque indicatur quod non perinde magnam subditorum curam gerunt. Mane porro facto, inquit, ardebant veluti ignis, inflammabanturque ad bibendum, ad indignandum, ad munera capienda, omniaque id genus alia flagitia. Nec soli principes, verum ex æquo cuncti ceu furnus sunt incensi ad peccandum, vt pro se quisque potest. Recte vero ignis ille vitiorum effecit, vt principes & reges eorum idola colentes, aliaque non optima facinora perficientes, caderent. Nemo enim quicquam delinquens, stare dicitur. Neque quisquam inter eos erat qui ad me respiciens inuocaret me: quod deerat illis institutor, qui eos dirigeret, & ad me pertraheret. Sopiti etiam somno erat Iudæi, omnis expertes solicitudinis, quando monumentum milites seruabant. at enim mane adeoque diluculo facto, excitatoque domino, inuidia etiam eorum quod resurrexisset, accensa est, factique sunt veluti furnus furore inflammati. Deinde iudices eorum liuor, ob resurrectionem deuorauit, omnesque ceciderunt ruina magna, spebus suis fraudati. E Qui peccat, totam pariter vitæ hui⁹ noctē dormit, nō sentiens peccatū. Eā ob causam

ij. Ti. iiij. diuus paulus genuinū suū dici filiū adhortatur: Vigila in omnibus. Porro qū futura in extremo die cōdēnatio exuscitata fuerit & illuxerit vt diluculū ī peccatore, tū sēsus ab se cōmissorum facinorum oritur īstar igneæ flāmæ vrit eni ipsū peccati cōscictia, tū quod antea iudices eorū fuerūt, nō recte instuētes eos doctores, deuorabit ignis ille, hoc ē agnoscētur fuisse vani. Siquidē isti antehac doctrinę cathedrā obtinētes, ruinę ī peccatū autores extiterūt, neque quicquā deū auxiliatorē iplorarūt, necvt alij īuocarēt docuerūt

Ephraim populis suis commiscebatur. Alij Ephraim vates asseuerat iter ad bonum ostendisse: ipsum vero multitudini ad malū acclinatæ coniunctum esse. Rex præterea æque præuaricabatur atque alij nā tribus Ephraim regni sceptra tenuit, vt diximus.

Ephraim factus est encryphias non inuersus. Vt encryphias, panis ille, altera parte sui admotus igni comburitur, & inutilis fit, opus est nanque vt conuersus altera quoque parte assetur, sic & ipse Ephraim in vitijs perseuerauit, ab ijs combustus.

Commederunt alieni robur eius, ipse uero non agnouit. Quia panem iam nominauit, in ea metaphora perdurans, Alieni, inquit, comederunt eum, hoc est, debellarūt ipsum Exederunt autem omnes vires eius, & in fortitudine seu potētia & opibus sitas, & interim non agnouit sese castigantem deum.

Cani effloruerunt ipsi, nec hoc tamen agnouit. Multo, inquit, ac longo plane tēpore castigatur, ac veluti in ea castigatione consenuisset, nec vel sic tamen tanto tempore, F quid se decuisset, didicerit. Principes porro ac doctores Israelis, idem cum indocto & confuso vulgo sapientes, noluerunt conuerti ab litera ad spiritum: propterea gentes alienæ ab testamentis dei, comederunt robur eorum. Israelis autem robur est lex. Ipsi vero occæcati non agnouerunt, cæterum perstiterunt consenueruntque in literæ administratione. Iam omne quod inueterascit & senio conficitur, proxime est obliterationem extinctionemque. Ad hæc, quando quisquam malitiæ flamma exuritur, adeo vt seipsum tradat ei, adortus clandestina scelera, quæ nefas est nominare, nec ab tali sua iniquitate reuertitur, comedunt robur eius, quod accepit ab deo (vt natura quadantenus ad bonum opus non sit idoneus) dæmones, qui alieni & hostes nostri facti sunt, inuidentes dei gloriæ, propterea & inueteratus in malitia, omnem peccati ille ignorantiam habet.

Deijcieturque iniuria Israelis in faciem eius. Id est, oculis suis videbunt pericula. Sic qui in dominum Christum iniurij fuerunt Hebræi, vna cun tēplo & vrbe sunt deiecti.

Nec sunt reuersi ad dominum deum suum, nec exquisiuerunt ipsum in omnibus hisce.

Ephraim erat ut columba amens, corde uacans, Aegyptum inuocabat, & ad Assyrios proficiscebatur. Ego, inquit, afflictiones ipsis afferebam, vt intelligētes ad me redirent, meumque auxilium implorarent, at ipsi ad humana adiutoria reciderūt. Aegyptiorum enim opem inquirebant: dein ab Assyrijs oppugnati defatigatique, eosdē inuocabant, amentis insipientisve colūbulæ mentem præ se ferentes, Etenim vt illa pul-

A lis ſublatis non auolat, verum in iiſdem locis remanet: non diſſimilem ad modum iſti
ad hoſtes ſuos accurrebant, nam Aſſyrii ex confeſſo hoſtes eorum erant, & Aegyptii.
Columba, laſciuię & incōtinentię hic typus eſt. Quocirca vbi anima voluptatibus te-
nebrarum intemperanter dedita rurſū hiauerit, nec lenta ipſa ſibi mali quidpiā adeſ-
ſe putauerit, Aegyptum profecto & Aſſyrios amicitia ſibi copulat, hanc quidē ob te
nebrarum opera, illos vero propter ſui faſtum & opinionem. Hinc ſuo etiā illi tēpore
dicetur, Vade in tenebras exteriores, diabolo & āgelis eius paratas. Porro angeli dia Luce.xxi
boli mētales etiam Aſſyrii ſunt. Quadrant hęc quoq; domini interfectrici ſynagogę.
Non agnouerunt enim neque intellexerūt, verum pręfaſtu & opinione ſua in tene-
bris iter faciunt.

Vbi profecti fuerint, iniiciam ſuper eos rete meum, tanquam volucres cæli deducam eos caſtigabo eos in auditione tribulationis ipſorum. Ipſis, inquit, proficiſcen-
tibus vt auxilia ſibi accerſant, ego iniiciam ipſis hoſtes, veluti rete, & ducam eos,
hoc eſt, ſuperbiam ipſorum deiiciam & humiliabo: primum tamen conabor eos eru-
dire, pręnunciando imminentia, vti ſciant quæ ſint eos excepturæ calamitates. Quod
ſi ipſi non caſtigentur, nec ſeſe emendent, tum inducam ſuper ipſos tribulationes. Vel
adeo terribiles erunt hoſtes, vt nedum præſentes, verum denunciati tantum & auditi
ſufficiant ad caſtigationem. Rete dei multiplex, variaque eius eſt ſapientia, per quam
cognitus a nobis, ſæpenumero quando ad mali quippiam perficiendum eamus mo-
B ueamurque, impedimenta iniicit, alta que affectantes inſtar dæmonum qui in aere ver-
ſantur, deducit nos & humiliat, prænunciant geēnam, & vermē non moriētem, ignēq;
inextinguibilem, erudit nos per huiuſmodi prædicationem, vt humanus & clemens
pater. Domini quoque occiſoribus in errore facientibus iter, iniecit rete ſuum, piſca-
torum nimirum doctrinā, vti ab eo deduceret eos ad Chriſti humiliationem & obediē
tiam, perſuaderetq; eis diſcere ꝙ mitis ſit Chriſtus, & humilis corde, ceu glorientur
in lege per opera, ſed precantur potius eum qui gratis iuſtificat per gratiam ſuam: eru
diitque eos per prædicationem futuræ illorum afflictionis, dicens quod Hieruſalem
ab gentibus ſit conculcanda: deque templo: quod non maneat lapis ſuper lapidem:
& beatæ ſteriles quæ non pepererunt: & quæcunque illic de captione Hieroſolymo-
rum vaticinatus eſt.

Væ ipſis, quoniam deſilierunt a me. Miſeri ſunt, quoniam impii fuerunt in me.
Apud infirmos donec ſpes eſt ſalutis, omnia & dicunt & faciunt qui eos curant: ſimul
ac vero de incolumitate ipſorum deſperauerint, lugent eos in poſterum. Idem deus
in populo ſuo facit: curam ſuam nihil valere animaduertens eos deplorat, vt qui per
mala opera ab ſe deſilierint, impiiq; fuerint, colendo eos qui non ſunt dii.

Ego redemi ipſos. Priores quidem ex Aegyptiaca ſeruitute, poſteriores autem
Chriſtus ab dæmonibus, languoribus, cæcitatibus redemit, ac tandem proprio ſuo ſan
guine, in quo inuenimus redemptionem.

Ipſi vero locuti ſunt aduerſus me vana. Primum quando vitulum circunſtantes di Ex.xxxii
xerunt: Hi ſunt dii tui Iſrael. Deinde quando aiebant poſtquam percuſſit petram, & pſa.lxxii.
C fluxerunt aquæ, Nunquid & panem dare poterit?

Et non clamauerunt ad me corda ipſorum. Labiis me ſuis tantummodo venera-
bantur, cor vero eorum procul a me aberat, ſiue quod me non agnoſcebāt benefactorē
ſed idola potius.

Sed enim ululabant ſuper cubilibus ſuis, ſuper frumento & vino diſſecabantur
Terram patribus ſuis promiſſam accipientes, ac ſortes ſuas adepti (eas enim cubilia no
minauit, ꝙ per ea requieuiſſent a laboribus deſerti) mihi non egerunt gratias; cæterū
idolis ſacra facientes, peragenteſque feſta, vlulabant perinde ac inſueuerunt idolorum
cultores furiis agitati vlulare. Pręterea a me dona habentes, nimirum fruges & vinum
in quibus capiebant voluptatem, ſectiones interim faciebant in gratiam dæmonum,
pectora & brachia diſpūgentes. Vel hoc dicit quod apud gentes Rheam matrem deū,
colentes factitabant. Ab tibiarum enim cantu ad inſaniam acti, ſeipſos diſſecabant,
genitalia ſibi membra auferentes: qui Baceli & Bacchæ, dicebantur. Hæc itaque com-
mitterbant Iſraelitæ ſuper cibo & vino, hoc eſt petentes ea ab idolis. Oblocuti ſunt,
etiam domini interemptores Chriſto, dicentes: In Beelzebul eiicit dæmonia. rurſus,
aiebant, Magiſter bone, compertum habemus quod viā dei denuncias, nec intuearis in Matt.xii.
perſonam hominum, Enimuero hoc non ex animo dicebant, ſed priuato quodam Lu.xviii.

prauo consilio, Hoc enim indicat quod ait, In cubilibus. Etenim contra ipsum murmurantes gemebant, quod talia quidem agens adhuc uiueret. Deinde asseuerante ipso, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus: abscindebant deficiebantque ab ipso, orta inter eos factione. Dicebant enim durus est sermo ille ecquis eum audire potest? Redemit etiam nos dominus ab omni impuritate. At multi delinquentium loquuntur aduersus eum mendacia, Quis nouit, fabulantes, anne futurum sit iudicium? Num sit venturus exploratum nostra? Edamus & bibamus, cras enim moriemur. Quinetiam dominum suum Mammonam esse profitentes, super frumento & vino conciduntur, partim quidē dum temulentię delitijsque studēt, unde ad lites ad vulnera, ad caedes dilabentes, partim vero dum bella cient, & propter frumentum & vinum, aliaque terrae bona. propterea in nihillum etiam rediguntur, Omne nanque tale studium ad nullum bonum finem perducit. D

Castigati sunt in me, & ego confortaui brachia ipsorum, in me cogitauerunt mala. Ego quidem, inquit, erudij eos, docuique ipsos iustitiae viam, omnemque decorem adeo vt vel ipsi de sese cum gaudio sui dicere queant, Beati sumus Israelitae: nam quę deo placent, sunt cognita nobis, Nec hoc tantummodo egi, caeterum strenuos eos, bellatores constitui, brachia eorum confortando: at ipsi non cogitauerunt me suum, esse deum.

Hierem. ij *Conuersi sunt ad nihil.* Hoc est, ad nusquam quicquam existentia. Hoc enim est E miserabilius, quod pro me talia coluerunt: id quod & alibi dicit, Propterea mala designauit populus meus, me dereliquerunt fontem aquae viuae. Foderunt sibi lacus contritos, qui non poterunt continere aquam. Erudijt etiam Israelitas seruator, nunquam non docens in synagogis vt ad ipsum conuertantur, & credant: verum ad nihilum conuersi sunt. Nam pauci admodum audientes fuerunt dicto: Siquidem multi eorum qui crediderant, retrocesserunt.

Facti sunt uelut arcus intensus. Id est, inflexiles facti sunt, neque prorsum demittentes neque remittentes intensionem ad maliciam. Quaedam exemplaria, Veluti arcus inuersus. habēt perinde ac si dicat, Ego quidem ipsos intendi, veluti arcum meum vt per ipsos vel idololatriam in alijs gentibus traiectam cessare faciam: at ipsi contra inuersi sunt, adeoque contrarium fecerunt. nanque meum honorem iaculantes & auferentes, pro idolis aduersus me fecerunt bellum.

Cadent in rompheа principes ipsorum, propter imperitiam linguae suae. Principes, sacerdotes ipsi sunt & reges, illi etenim docebant populum iniqua, Maxima profecto imperitia ignorantiaque est, dicere ligno, Deus meus es tu: & lapidi, Tu me genuisti.

CAPVT VIII



Lla uilipensio eorum in terra Aegypti in sinum eorum, tanquam terra inaccessa, & ueluti aquila super domū domini, eo quod transgressi sunt testamentum meum, & contra legem meā impij fuerūt F Perinde, inquit, ac patres eorum in terra Aegypti vilipenderunt sermōes Mosis & Aaronis ab me amandatorum vt liberarent ipsos, sic & illi aspernati sunt leges meas: enimuero contemptus ille in sinum eorum redditur, eruntque istar terrae inaccessae. Tuba nanque bellica insonabit, & rex Babyloniorum veniet supra domum domini cum impetu & celeritate, in modū aquilae. Nā Nabuchodonosor misso exercitu suo incēdit tēplum: quo de Iezekiel, Aquila, inquit, magna grādiū alarū. Praeterea vilipensio qua seruatorem nostrū Iudaei nauci aestimarunt, similis erat ei quae in terra Aegypti contigit, Mosi enim Hebraeus dixit: Quis te constituit principem & iudicem super nos? Hunc admodum dixerunt illi ad Christum: Regem non habemus, nisi Caesarem. Hęc igitur vilipensio grauis peride ipsis erit, atque terra inuia, adeoque puluis qui in sinū iniectus grauat, ipsosque apud nullos nō contumeliosos reddit, instar rubae iniquitatēs ipsorum turpesque affectus praedicans. Ad haec, talis domini contemptus priscam veteris templi gloriam eripiens, ad gentium vocationem trāsferet. Consimilem ad rationem, quisquis proximum suum contempserit, ceu in terra Aegypti agens, Pharaoniticam & fastuosam mentem habet, cui in sinum suum reuertetur fastus

Eze. xvij. Exod. ij. Iohā. xix.

ille, hoc est, in intima ipsius, ita vt in sese ac suis pœnam det, eritque ceu terra inaccessi
A bilis, nec enim huiusmodi animus a deo accedicur. Quod enim coram hominibus su
blime est, abominatio est apud deum. Quur autem talia ei eueniunt? Eo quod tubæ in-
star seu buccinæ seipsum magnificabat prędicabatque. Quod genus Pharisæi fuerunt,
tympano commonstrantes eleemosynam coram hominibus. Talis erat in templo pre-
ces ad deum offerens, virtutes officiave sua prędicando, ac interim publicanum vili-
pendendo. Domus vero domini est omnis homo, qui ingenium diuinarum eius, nem-
pe verbi, capax est. Iam qui attollitur quemuis mortalium contemnēdo, aquilæ instar
est super domum domini.

Ad me vociferabuntur: Deus, cognouimus te. Quoniam Israel auersatus est bona, inimi
cum persecuti sunt. Qui talia impietatis opera, vt dictum est, peragunt, sacra
idolis faciētes, illi in calamitatibus suis clamabunt ad me, confitebūturq; agnoscere se-
se ꝙ tum inimicos suos vicerint persecutique sint, quando meo auxilio fuissent adiu-
ti. Vel sic etiam accipere poteris: quia Israel auersatus est bona legalia, tantum non ip
sos hostes insecuti sunt, hoc est, ad hostes accurrerunt, trahendo illos ad sese, veluti
si quis ægrotum ægre plane affectum cernens dicat, Mortem persequitur homo ille.
Ex circuncisione pariter credentes clamabūt ad Christū, Deus, cognouimus te. Quot-
quot autem auersati sunt bona doctrinæ eius, illi per sese hosti spirituali satanæ acces
serunt: quod ipsum in quolibet nostrum deprehendes.

B *Per sese regnarunt, & non per me: functi sunt principatu, nec mihi fuerunt cogniti*
Hic decem tribubus obiicit quod Hieroboam & succedentes ei reges præter senten-
tiam eius constituerunt, & principes elegerint, dominatique sint citra eius consilium.
Non enim interrogauerunt deum num se hoc oporteat facere. Ambigat hic quisquā iij.reg.xi.
vnus, quomodo in historijs Regnorum memoriæ tradatur quod Achia Silonites se-
nes ille lacerarit pallium suum in duodecim sectiones, ac decem quidem dederit Hie- ibidē.xij.
roboam, prædixeritque ipsi, Rex decem eris tribuum: & rursus scriptum sit, Quoniā a
me factum est verbum isthuc, hoc est quod Hieroboā sceptris potiatur: hic vero di-
cat, Regnarunt quidem, sed non per me. Potest igitur dici, ꝙ prophetam Achia deus
ad populum non legauerit, verum ad Hieroboam. Ac ipse sane Hieroboam norat
deum velle, regnare se. Populus tamen ipsum non ceu consilio elegerit, vt qui non
accesserit propterea deum, nec ex eo consilium sciscitatus sit; quod & hic ipsis expro-
brat. Præterea hoc tecum reputa, quod eorum quæ adeo fieri dicuntur, quædam sa-
ne ab ipso recta & pręcedenti consilio fiunt, quædam vero ex permissu. Quocirca vbi
audiueris dicentem deum, Quoniam ab me factum est verbum hoc nimirum quod
Hieroboam regem agat, per concessionem hoc factum intellige. Quando vero hic ait,
Non per me regnarunt, accipe hoc, quod non præcedenti illud voluntate dei conti-
gerit. Hæc & dei interemptoribus quadrabunt, Nā etiamsi sibi Cæsarē pro rege scri-
berent, Annam tamen & Caipham habebāt, quibus venales erant & emptitij domina
tus. porro quando peccatum in mortali nostro corpore regnauerit, non dei volunta-
te tale imperium geritur. Deinde quum caro in nobis vnacum affectibus suis & cu-
C piditatibus tenuerit sceptra, non innotescit talis dominatus deo. Nouit enim domi-
nus qui sint sui. Praui autem affectus vt ipsius non sunt, sic nec omnino quidem,
existunt quicquam.

Argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola, ut excindantur. Quum a me,
inquit, ditati essent, meisque bonis imbuti, non modicum fructus inde accipiendo, vte
bantur opibus illis in honorem idolorum, preciosissimas sumptuosissimasve imagi-
nes facientes. Hæ autem ad excidium eorum factæ sunt ac perniciem, ab euentu. Ob-
serua hic particulam, vt proderit enim ad intellectum eius quod vates Dauides ait:
Vt iustificeris in sermonibus tuis. Neque enim illi eo scopo faciebant imagines quas Psalmo.l.
colerent numinum vice, vt excinderentur, verum ex euentu hoc contigit. Neque Da-
uid ideo peccauit, vti deus iustus iudicaretur, sed enim ex euentu, reque gesta hoc se-
quitur. Sic qui philosophiæ incumbit, accepta ex deo, potentia intelligendi res natu-
ræ aurea quadam puraque mente intellectaque interpretandi, sermone splendido, ar-
gentumque referenti, deinde vero imagines sibi substituit atque proponit, siue Plato-
nicas ideas, siue iuxta Caldaicam philosophiam spiritualia simulacra, & vt semel di-
cam, humanæ sibi sapientiæ vanæque deceptionis spectra effingit, exturpabitur e po-
pulo secundum euangelium viuente, quippe quum male vtatur donis dei: quales ho-

dieque sunt Hebræi, qui legis intellectibus auro æquiparatis & argento, ad idola & D vanas imaginationes abutuntur, in seipsis imaginarium templum struentes & alia ob quæ restitui tandem sperant.

Extere uitulum tuum Samaria. Exacerbatus est animus meus super ipsos. Quousque purgari nequeunt in Israele ipsum faber effinxit, & non est deus, eo quod seducebat ui tulus tuus Samaria. Post opprōbria admonitionem adducit, adhortans vt vitulū exterant, ac auream omnino vaccam reijciant. Pulchre dixit extere, veluti de macula & sordibus, quasi dicat, Quousque impuri facti per simulacrorum cultum: impermutabiles perseuerabitis? An non intelligitis ꝙ faber effinxerit eas imagines? Per fabrū hīc simpliciter artificem intelligit, non lignarium, non enim auream iam baculam faber lignarius struxerat, Vel ab vitulo sermonem ad lignea simulacra trāsferens, fabri etiā meminit, ad maiorem idololatrarum ignominiam. Aureus quidem vitulus, materiei suę nomine honorem quendam habet quo decipiat spectatores. At quod a fabro factum est simulacrum, impuriores nos reddit a nobis adoratum.

Quoniam uento corrupta seminarunt, subuersioque ipsorum accipiet ea. Nullum, inquit, fructum ex idolorum cultura decerpitis. Nam similes sunt res illorum subuentaneis seu vento perditis spicis, quæ thecas quidem plenas forinsecus ostendunt, intrinsecus vero fructum non continent, & vacuas aristas habent. Non dissimili ratione simulacra foris quidem speciem habent vel mulieris vel viri, alteriusve cuiusdam animalis: omnis vero roboris & operationis sunt expertia. Propterea & ipsa excipiet subuersio eorum. scilicet adorantium ea æque enim & ipsi & illa interibunt, perdanturque. E

Manipulus non habet robur ut faciat farinam. Sin fecerit, alieni deuorabunt eam. Vel de idolis hæc dicit, quod nullam habeant subsistentiam: nam etiāsi videātur habere, hostes tamen aduentu suo ea capiant aurea & argētea existentia. Alias etiam ad opem ferendam eis nulla est fortitudo, verum robur habere videntur materiei suæ causa, vt hostes opulentiores reddant. Vel de Israele hæc loquitur, cui tanta sit obuentura imbecillitas, vt similes æstimentur imbecillo manipulo, qui eos alere non possit. Sin robur aliquod in opibus, alijsque id genus bonis possideant, alienigenæ comedēt illud. Seminarunt quoque subuentanea & leuia Iudæorum doctores, quod seu non habentes pondus, dispersi sint in totum terrarum orbem, subuersaque sit tota illorum prisca republica cum ipsis & dogmatibus eorum. Sunt itidem manipulus cui nullæ insunt vires. Non enim Christum dei potentiam habent; qui illorum farinas paulo ante alienis, nempe gentibus dedit, donans ipsis conficere quæ sunt in lege; per solidam mentem, veluti molam quandam subtiliter: & spiritualiter verum non crasse, nec secundum literam ea sunt accipienda. Si ex lege facturus es farinam, subterpone lapidem Christum. fundamentum enim aliud nemo iacere potest præter hoc, quoniam in ipso condita sunt omnia: ac desuper pone lapidem. eundem Christum, qui caput est ecclesiæ. Porro seminans in carnem, & ex carne corruptionem metens, ventis corrumpenda, leuia & vacua seminat, a spiritu seu flamine nequitiæ noxam hanc recipiēs F

Philip. iiij Nec iam robore præstat, vt faciat opus animam alens. Nec enim dicere cum diuo paulo potest: Omnia possum in eo qui me confortat, Christo. Sin vnquam quicquam operetur boni, non iuxta diuinum hoc scopum faciens, sed ad humanam quandam gloriam, vel aliam rationem non commēdabilem, dęmonibus isthuc impertit.

Absorptus est Israel; nunc factus est inter gentes tanquam uas inutile; quoniam ipsi ascenderunt ad Assyrios. Veluti naufragio facto, a quodam pelago propriorū peccatorum absorptus est. Assyriorum enim auxilium postulātes, ipsis in seruitutem tradentur, eruntque inutiles in medio gentium captiuos ducentium eos, nullum plane officium vel obsecrationem explentes, neque solennes conuentus iuxta legem celebrantes. Deuoratus est quoque Christi occisor populus, per arrogantiam spiritualibus Assyrijs, dæmonibus dico, addicti, ascendendo per fastum suum ad illorum sublimia affectantem animum, propterea uas sunt inutile deo, Ad nihilum enim illis opus habet corporali cessante cultu. Ad hæc omnis superbus, vel ea desiderans quę supra se sunt, etsi videatur ascendere, deglutitur tamen æque terræ hiatu. atque Datham & Abiron. Pulchre enim quidem superbiam definierunt, esse ascensum ad inferna.

Refloruit per sese Ephraim, munera dilexit. Adhue exprobrat ipsis incogitantiā. Putarunt enim, inquit, apud sese, ꝙ citra me reflorescant; ac veluti arbor quæpiam, cui

periculum a bellis ingruebat vt marcescerer, repullulascent, vbi per munera auxilia si
A bi Assyriorum obtinuerint. Dilexerunt enim munera, non vt accipiant, verum vt alijs dent: sed nulla ipsis inde commoditas, Quid enim passuri sint, audi.

Tradentur in gentibus. Non dixit tradentur gentibus, sed in gentibus. Non enim hic finis erit supplicij, vt gentibus tradentur, abducanturque captiui, verũ enim in gentibus agentes & capti, adhuc tradentur alijs supplicijs, alijsque afflictionibus: vt sic tradentur, pro dereliquerunt ab deo. Quod siquando quisquam auctus fuerit a deo beneficio, vt crescat, & floreat nec benefactorem suum agnouerit, sed pro sese vixerit, hoc est, suam voluntatem statuendo, diuinas leges repulit, non contentus dona quæ diuinitus accepit, diligere: tradetur is a deo, deseretur que. Versabitur deinceps inter gentes omnino quidem spirituales, qui sunt dæmones. horum enim partis se ipse fecit. forsan & corporalibus hostibus subiugabitur. Reputarunt peræque Iudæi apud se se quod germinaturi essent si Iesum crucifigerẽt: ideo placuit illis munera dare, primũ quidem proditori, deinde sepulchrum obseruantibus militibus vt celarent resurrectionem. Dispersi sunt igitur cunctis gentibus traditi, vt nullum non malum patiantur.

Nunc excipiam eos. Antehac, inquit, permisi eis & nõ redarguitos & indẽnatos viuere, propter clementiam meam videlicet, & pœnitentiæ expectationem: nunc vero accipiam eos ad iudicandum scilicet, & in iudicium eos vocabo, pœnasque exigam ab ipsis, hoc est, non post multum ita tempor vel id hostium regione ipsos recipiam,
B apprehendam. Quemadmodum enim patribus eorum præcedebam, accipiens ipsos, in sortes, & attributas eis forte regiones, sic his præconstituens captiuitatis locos, velut talibus dignis, accipiam eos in Babylonia.

Cessabuntque paululum ne iungant regem & principes. Postquam enim, inquit, noluisti a me regem petere, sed tuo consilio creasti tibi reges, priuabo eos ipsis, & ab hostibus iugum passi cessabunt vel desistent porro sibi reges & principes diligere. Nã quos eligebant, non ad meam constituebant gloriam, sedentium cum illis idola sectabantur. Hic inter minas pariter benignitatem intuere. Modicum, inquiens, desistent, inungere regem: atque per hoc iuxta spem facit reditus a Babylone. Animaduertendum autem, quod post captiuitatẽ Ephraim, siue decem tribus Israel, non vltra habuerunt proprium regem in Samaria, sed Hierosolymis zorobabel dux erat totius populi: atque huic duodecim tribus dicto audientes fuerunt. Suscipiam, ait etiam deus pater, tribus Israel ad Christum reuertentes: idque tum fiet, quum desistent somniare regni & sacerdotij sui restitutionem. Imaginatione enim inungunt sibi reges & sacerdotes, legalis politiæ recuperationem expectantes. Præterea filium iniquitatis ipsi inungentes, ipsum Christum & regem faciunt. Sic quilibet nostrum quãdo susceptus fuerit a deo, & familiaris ac proprius factus fuerit, etiamsi antea alterius aulæ extiterit, alios cessat habere tum reges, tum principes, dominatores tenebrarum dico, qui reges & principes non sunt, cæterum nos eos in reg[es i]nungimus, cõstituimusque, At qui deũ tãtummodo regẽ habet, qui illi obtẽperat, mãdatisque ipsius ducitur, & qui vitæ suę ĩ singulos dies dispẽsationibus, etiãsi iniucundę fuerint, turbatur, æquo eas aĩo patiẽs.

C *Quoniam Ephraim multiplicauit aras, in peccatum factæ sunt aræ eius dilectæ.* Iure, inquit, iniquum ipsorum obliterabo regnum, quandoquidẽ regnãs super ipsos Hierobõã peruertit eos, vt multiplicarent idolicas aras: quæ factę sunt ipsis occasio plurimorũ peccatorum. Nã aduersus honorem meũ deliquerunt, omnemque cæteram peccatorum speciem admiserunt. huiusmodi vero aras dilexerunt, planeque erga eas inflammati fuere quum debuissent potius ideo per omnem ætatẽ suã plãgere & lugere

Conscribam ipsi multitudinem, & legitima ipsorum. In peccata, inquit, & reprehensionem ipsis conscribam, & supputabo copiam huiusmodi altarium, & legitima ipsorum, hoc est, memoriam faciam ad reprehensionem multæ ipsorum impietatis. In peccatum etiam factę sunt in detrimenti Christum populo legales arę: & quęcunque a deo acceperunt legitimo, in reprehensionem & iudiciũ ipsis scripta sunt simul ac ea est trãsgressus. Iudicabit enim, vt apostolus ait, præputium natura legem implens, transgressorem legis per circuncisionem. Et Apud quem multum deposuerunt, multum etiam repetent. Et Sciens voluntatem domini, nec opere eam persequens, vapulabit multum

Pro alienis altaria reputata sunt. Idolicarum quidem ararũ multa sunt facta solicitudine: meas vero aras & vilipẽsas & posthabitas pro alienis habuerunt. ideoque neglectæ per ipsos iacuerunt. Fuerunt autem duo secundum legem altaria dei: alterũ pr[i]


miniatum foris in aula.arletum suffitus intus in tabernaculo Porro & vnusquisis nostrum duas aras possidet.alterā foris,super quā corporales operationes sacrificat deo: D
alteram intus secundum mentem, super quā thymiama seu suffitum precationis, diuinarumque contemplationum sublimitatem, & spirituales facultates ad superna mittit.Hæ sunt reuera dilectæ & preciosæ atq;. Sin quisquam his depulsis multiplicauerit sibi aras, ad multiformes malignitatis species delatus.per opera nimirum & cogitatio nes varijs & peregrinis doctrinis agitatus,ad peccatum illi tales aræ fiūt. Præterea hæreticis,consortione iuncti,habent quæ illis in peccatum cedant.

Proinde si immolauerint uictimam,& ederint carnes,dominus non suscipiet eas. Nunc reminiscet & iniustitias ipsorum, uindicabitque peccata eorum. Postquam enim quæ immolant super altaribus suis multis, idolis immolant, non suscipiet ea dominus,quin potius per ea & alias ipsorum iniquitates recordabitur,& ad vindictam pro uocabitur. Perinde enī vt per sanctas hostias placatus & propitius factus,obliuiscitur iniquitatum & iniuriarum,sic animaduertens eos factum idolis facere, ad reminiscentiam aliorum quoque vitiorū venit. At quid est quod ait,si ederint carnes? Tenuerat consuetudo,nondum immolatis victimis renes vna cum adipe super ipsos,& summitatem hepatis offerre deo:dextrum vero brachium & pectorale sacerdotibus segregare cæteras carnes,q qui victimam afferebant,pro suo nutu edebant. Quidam & hunc ad modum intellexere, quod nō agitet sermones de idolicis sacrificijs, verum consilium eorum ex his iudicet. Vbi enim dixisset,quod aras meas dilectas alienas reputarūt ne E
quis existimaret quod sacrificijs egeat deus,nunc ait:Ego non egeo victimis,sed enim voluntatem eorum ex his iudico. Vide autem prædictam legalium ceremoniarum abrogationem introductumque spiritualem in verbo cultum, iuxta illud:Immola deo;
Psal.49 victimam laudis,& redde altissimo vota tua.Laudat etiam deum fidelis, lumen priorum operum coram deo lucere faciens, vt ab videntibus ea glorificetur deus perinde ac diuersum faciens author est vt vituperetur nomen eius apud gentes.

Ipsi autem in Aegyptum auersi sunt. Et auxilia inde petiuerunt, appropercantibus que calamitatibus illuc confugerunt. Vel buculas adorantes, bouem Apim vt Aegyptij coluerunt.

Oblitusque est Israel factoris sui, & ædificarunt delubra: Iudas extruxit opida mœnibus cincta. Demittam ignem in ciuitates eius, qui deuorabit fundamenta eius. Vtrisque regnis interminatur. Decem tribuum imperium ideo increpat,ac terret, quod bello ingruente quod interminatus fuit eis propter scelera eorum, non dederunt operam vt me curarent, sed idola potius.hinc & plura sibi delubra & lucos excitarunt,placantes ira sua numina,vt bellum amoueant atque fortunent, At Iudas ciuitates suas muniebat,vt per eas securaretur,& non per meam protectionem. Proinde hostilis ignis exedet fundamenta ciuitatum ipsius. Extruit delubra dæmonibus,corrumpens templum dei,siue seipsum,per corporales impuritates nedum se perdens,verumetiam alios.Per impuritates enim habitant illi in eo qui iā ea fuit templum dei. Iam qui per vanam sophisticen scientiam hæretica dogmata munit, extruit vrbes mœnibus cinctas:cæterū F
fundamenta & subiecta & principia talium vrbium absumit ignis euangelici & apostolici sermonis,quem venit dominus iacere super terram. spiritus dein,quem in specie columbæ demisit dominus. Præterea vrbes Israelis secundum carnem deuorauit, ignis Romanorum,eo quod extruxerunt aduersus dominum insidias, tanquam delubra hoc pacto deo ædificantes.

CAPVT IX



E Letare Israel,neque exhilarare ueluti populi,quoniam fornicatus es a domino deo tuo. Decerno aduersus te mœrorem,ac demando nullam in te occasionem lætitię & gaudij esse, sed enim pax omnibus populis te turbatt. Quamobrem quia illi nunquam fuerunt mei.neque enim legem acceperunt,neque per prophetas docti sunt, Tu vero meus existens,fornicatus es. Non igitur oportet te in bonis agere, sed malis: perennis ex quo tibi neque lætari neque gaudere aderit:per
Esa. xxxvij inde ac dictum est:Non est gaudium impijs:nam omni peccanti luctus conuenit. Diuus Paulus eum in modum de

Corinthijs conqueritur, quod non luxerint super eo qui fornicatus fuerat.

A *Dilexisti dona super omnem aream frumenti*. Quũ meis, inquit, bonis fruereris, tu dona dabas idolis, primitias frugum illis consecrans.

Area & torcular non agnouit eos, & vinum ipsis mentitum est. Postquam, inquit, idolis fructus dicastis, nihil quicq; porro colligetis, neque frumentum, neque vinum certe: nã videbitis quidẽ exuberãtes vites, tẽpore autẽ vindemię spe⁹ vestris fraudabimini

Non habitauerunt in terra domini, incoluit Ephraim Aegyptum. Non enim ceu in terra deo consecrata legitime viuebant, sed nullam non iniquitatem perficiebant; ceu in alienis gentium terris nectantes moram. Propterea & Aegyptiacã impietatem sectantes Aegyptum incolere dicuntur. Verum sic etiam inhabitarunt Aegyptum, q̃ vt supra memoratum, ad Aegyptios veluti amicos concesserint.

Et in assyrijs immunda comedent. Siue quod ad Assyrios ceu auxiliatores confugientes, immunda comedent cum ipsis, communi cum illis mensa vtentes: siue quod ab ipsis captiui ducti, epularum immunditiæ vna cum ipsis participabũt, vt serui dominorum suorũ cibo proposito vescũtur. Ab epulis autem reliquæ etiam impuritatis species intellige. Postquã enim in immũdo captiuitatis loco egerũt, impure iuxta vixerunt. Qui deo primitias etiam frugum non dicauerit, vt fruentur eis indigentes, vtque ex ipsis eleemosynam faciat, dæmonibus eas impertit, dum eas apud sese retinet atque reponit, Propterea area quę in cœlis est & torcular, non agnoscet ipsos, non enim abducent secum illo fructum. Preterea vinum, hoc est lætitia quam hinc videntur habe-

B re, fraudabit eos. Neq; habitabunt in terra domini mansuetis dicata verum Aegyptũ & tenebras exteriores, quas parauit dæmonibus in Aegypto potissimum cultis, Tum impura sua opera, siue operum fructum edent, in parte dæmonum, quos per Assyrios sæpe intelleximus, constituti habitatores. Necessum est igitur credere panem nostrum corda nostra fulcientem, Christum ex deo esse, perinde ac ipse dixit: Ego adeo exiui, Iohã.xvi & veni. talemq; suscipere operæ fuerit precium, terramq; domini inhabitare, catholicam dico ecclesiam: haud quaquam autem hæreticorum conuenticula; quæ reuera sũt terra Assyriorum, tum Aegyptus sunt: ad quę ingressus, impura illorum dogmata & arcana comedit.

Non libarunt domino vinum, nec suaues fuerunt oblationes ei. Hoc est, non obtulerunt ei hedysmata vel suauia aromata per suffitus, sed idolis.

Veluti panis luctus. Lex erat, cum qui attigisset mortuum, immundũ videri, Proinde quæcunq; ederent aut biberent, vel quæ simpliciter etiam attrectassent lugentes, mortuum, immunda reputabantur, eo quod contaminatio propter mortuum lege cauta esset. Oblationes itaque & sacrificia eorum immunda erunt, ceu panes mœroris: Subinfert igitur.

Omnes edentes ea coinquinabuntur. Nam panes eorum cum animabus suis non ingredientur domum domini, Hoc est, ipsis erunt viles, ipsique tantũ vescentur eis, verũ deus non accipiet ea, quemadmodũ neq; sacrificia crucifigentiũ dominũ i eorũ pascha te suscipiebat. Vel panes propositionis eorum. Neque libationes vini eorũ domino;

C offerebantur, neque hedysmata seu thymiamata, quandoquidem non vt ille voluit offerrentur. Quod si ex inique partis facultatibus sacrum faciamus deo; panis mœroris cõmodissime dici poterit, tanquam circunuentis lugentibus quod sint iniuriã passi. Sanciuit autem legem deus, talia in domum suam non esse perferenda, impura enim esse, & qui ea manducarint, pollui. Nec contaminantia exhibenda deo, q̃ pollutis animis coinquinata sint peculiaria & propria.

Quid facietis in die panegyreos, & in die festiuitatis domini. Seruire enim coacti, ac secundum alias leges gubernati, non poteritis diuinos conuentus iuxta Mosaicam traditionem celebrare, Quidam hic belli occasionem, & per id victionis, diẽ pãegyreos festiuitatisq; domini intellexerunt, quasi dominus exhilaretur & lætos conuentus celebret super ipsorum interitu. Possunt hæc & ad cruci dominum affixuros referri, velut indignabũdus propheta ita exclamet: O quale facinus admissuri estis in die paschatis, quando panegyris quidẽ erit, vniuerso populo cõgregato, & re ipsa domini festũ? Ipse enim ea constituit, pro nobis oblatus. Etenim pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Dici etiam hęc queant ad negligẽtes hic virtutis opera, Quid facietis in die futuri conuentus, quando omnes sistemur ante tribunal Christi? prorsum nihil. Nunc enim poteritis facere quicquam, tunc vero plane nihil. Talis etiam dies ad- i.Cori. v.

eoque festiuitas domini est, quando deus fit omnia in omnibus. D

Iderco ecce proficiscentur ex afflictione Aegypti excipietque eos Memphis, & sepeliet ipsos Machmas. Quãdo Samaria capta est, reliqui in Aegyptũ aufugerunt. Post quãdo Hierosolyma incẽsa sunt ab Naburzardan, fugerũt i Aegyptũ, occiso Godolia, Hieremia tamẽ eos phibẽte. Babylonij itaq; exacerbati q Aegyptijs confiderẽt, cõtra ipsos quoq; armabãtur, eosq; vna cũ Aegyptijs adorti, citra laborẽ debellarũt. Quare cum istã in Aegypto calamitatem, & amissæ victoriæ pericula fugientes, ad Memphim se receperunt, ceu munitiorẽ vrbẽ, vt in qua regia erat: deinde ad Machmas quoq; accurrerunt, vicinã Mẽphi ciuitatem, illicq; obierunt diẽ suum, in iudæam non reuersi.

. *Argentum ipsorum pernicies hereditabit.* Quoniam ab deo acceptum illud impendebant in idolorum structuras: siue q quantumuis ingẽtia munera Aegyptijs dederint ipsis non potuerit commodare.

Spinæ in tabernaculis ipsorum. Hoc est; inuia regio eorum & locus erit, atq; adeo solo æquata, vt iam spinas proferat. Vel quod videbũtur quidẽ demorantes in Aegypto quiete frui, quæ tamen ipsis non obueniet, cæterum calamitates in eos spinarum instar infigent aculeos. Præterea omnes in Aegyptum fugientes, hoc est, ad toruũ, triste, persequensque peccatum, etsi splendens instar argenti verbũ habuerint, interitus hæreditabit, apprehendet. ad maiorem namque condemnationem, acerbioremque interitum, verbum dei, cui non parent cedet. Deinde conscientiæ spinas sustinebunt in tabernaculis, hoc est corporibus suis. Fecit enim conscientia nos vt spina nobis coniuncta. Conuenient etiam hæc in opulentos quibus argentum est, ac tabernacula seu ædes splendidæ. Spinas autem omnino dominus solicitudines esse subindicauit, quæ quantæ sint in ædibus diuitum nemini est clam. E

Venerunt dies ultionis, accesserunt dies retributionis tuæ. Quoniam vani prophetæ accusabant diuinos & veros vates, asseuerantes populo quod quæ dicant

ij. Cor. vi prophetæ, post longa demum tẽpora sint euentura, securos ita & pœnitentiæ vacuos pierosque

Mat. xxiiij que facientes: Deus iamnunc ait, Venerunt iam dies afflictionis tuæ, nec in longum dif

Lucæ. xij ferentur calamitates tuæ. Propterea & diuus Paulus, Nunc inquit, tempus acceptabile. Et domin⁹: Vigilate, quandoquidem ignoratis qua hora fur venturus sit. &, Sint lumbi vestri circumcincti, & lucernæ ardentes. &, Similes estis hominibus expectãtib⁹ dominum suum.

Affligeturque Israel, veluti prophetas attonitus, homo spiritifer: Tantus; inquit, mentium stupor apprehendet Israelem in miserias & afflictiones incidentem, vt æquiparetur pseudopropheiæ ab malo spiritu ipsum inhabitante agitato, menteq; capto, hincq; inde correpto ac circũacto. sic & Israel defatigatus hincinde fugiet. Nec solus Israel hæc patietur, verum pseudoprophetæ in haud dispares incurrẽt cruciat⁹ & mala.

Ab multitudine iniustitiarum tuarum multiplicata est insania tua. Insaniam appellat stuporem, defectionem animi, trepidationemq; quam suis in calamitatibus pertulerunt. Hæc itaq; insania vehemens & multa inuasit te propter multas tuas iniurias quas mihi intulisti, idolis immolans: & proximis tuis, violenter eos opprimẽs. Vel maniã, F vanam prophetiam appellat, siquidem insanientibus similes erant prauorum spirituũ subvates. Dicit itaque q vt multos habendo deos, meo honori vim fecisti (etenim aureas vaccas, & Beelphegor, & Chamos, abominationem Sidoniorum, & Bel, & Astarten deuenerati sunt) sic & pseudoprophetas furore agitatos multiplicasti. Nam alius quidem per aues, alius per victimas, alius per mortuos, alius vero alia quadam ratione vaticinabatur.

Speculatur Ephraim cum deo propheta, laqueus intortus super omnes vias eius. Ego quidem inquit, lege tibi prelata, datoq; tibi intellectu vt scires quomodo te oporteret viuere: veluti quempiam speculatorem & prophetam cum deo vaticinantem, demonstraui te cunctis gentibus, vt in dei cognitione deoque placente vita cæteris etiã ducatum præstares, vt ad mei cognitionem peruenirent. Reperi autem laqueum tortuosũ super omnes vias vitæ tuæ, vndique enim læsæ sunt & illaqueatæ animæ respicientium in te, partim ab idololatria tua, partim ab reliqua vitæ tuæ formula. Quidam hunc locum sic accipere maluerunt. Ipsi Ephraim multos habenti deos, speculator & propheta cum quolibet deo constitutus est. Alij enim cultores & vates fuerunt Astartes, alij ipsius Chamos, alij alius. Eapropter laqueus intricatus super omnes vias eius, hoc est ꝑpterea errauit, & rectã diuinæ cognitionis & virtutis semitã amisit. Pharis

A Hi quoque speculatores constituti Israeli, prę se quidem ferebant speciē pphetarū dei, populum vero illaqueabant incuruū existentē. Subinde etiā alij facti sunt, qui dominū sermone captioso irretire conabantur, non recta accedentes ipsum. Quod si omnis potestas ab deo ordinata est, consideret & videat quilibet princeps quomodo sit speculator & propheta dei. Erit autem, si & alijs iustum in iudicijs denunciet, ac in operibus suis illud ipsum etiam secure. sin minus, laqueus est tortuosus.

Insaniam in domo domini fixerunt. Necdum, inquit, in cæteris ciuitatibus idola statuerunt, verumetiam in templo dei execrationes infixerunt. has enim nominauit insaniam ceu ab dementia, insania, & stupore factas. Vel insaniam, vt supra memoratum, vanam prophetiam appellat, quam in templo domini, hoc est populo collocarunt, & firmam & stabilem faciendo. Non enim desierunt habere pseudoprophetas. Domus dei, caro etiam deifera est, in qua insaniam suam infixerunt, cruci affigentes passum pro nobis in carne. Domus domini est peræque mens nostra, in qua insaniam infigimus, dum oculos nostros flectimus in vanitates & insanias falsas, circa vanam hanc vitam in rabiem adacti furentesve. Insania est amor, insania est ira, insania est ad qualemcunque voluptatem immundam impetus.

Corrupti sunt iuxta dies collis, recordabitur iniustitias eorum; vlciscetur sese de peccatis ipsorum. Quia collibus applicuerunt se, illicque facta sacrificia dilexerunt, corrupti sunt animabus suis: & hactenus quidem tolerauit ea mala deus, nunc vero vltionem sumet de omnibus diebus iniquitatis illorum. Vel vetustioris historiæ mentionē nobis ad memoriam reuocat. Nam Gabaa ciuitas erat Beniamin, quæ collem valet, si quis traducat in nostram linguam. In hac quum Leuita quispiam transiens diuersorio vteretur, vt fit, per noctem conuenientes scelerosi vrbis illius incolæ, vxore eius rapta per totam noctem impure abusi sunt, adeo vt illic tandē moreretur ea plane nocte. Hic maritus corpus seu cadauer coniugis suæ membratim dissectum reliquis tribubus adlegauit, cōmissum illis flagitiū ostendens. Quæ ardentes indignitates sceleris, ascenderunt contra Beniamin tribum in Gabaa, hoc est ille. vbi semel atque iterum collatis signis dimicando victi sunt & corrupti, non ferente auxilium domino contra Beniaminitas qui tantum flagitij designauerant: iuxta cæterarum tribuum populo indicando, quod & ipsi supplicijs digni sint, eoque in mortem traduntur, quod ipsi iniqui quum essent, iniquos punire volebant. At vero tandem clamantes ad deū profusis lachrymis confortati sunt ac resumptis viribus Beniaminitas debellarunt. Proinde ait quod quemadmodum in colle Gabaa perierunt & hi & illi, sic interibunt Iuda duę tribus, & Ephraim decem, inter se mutuo interfectæ. Contigerunt hæc quando Ioas rex decem tribuum venit ad Amasiam regem Iuda, & abstulit partem de mœnibus Hierosolymorum. Iudi.xix.

Tanquam vuam in deserto inueni Israelem, & veluti scopum in ficu præcocem, patres ipsorum uidi. Ingressi sunt ad Beelphegor abalienatique sunt ad ignominiam. Et facti sunt dilecti, ceu execrati. Ob oculos hic ponit quod non iniuria eos tradat in perniciem. Ego enim, inquit, velut si quis in deserta terra & prorsum vacante plantis, reperiat
C vuam vel ficum in arbore ficu præcoquam, cum minime modica voluptate ea decerpit, sic ego inquam ipse alijs hominibus in impietate spiritum ducentibus, Abrahami & ab illo descendentium patriarcharum repertas virtutes collegi, eorumque mihi posteros adsumpsi: at enim ex ipsis hi progeniti haudquaquam eos imitati sunt, cęterum traditi obliuioni beneficijs meis, Beelphegoro seruierunt, abalienatique sunt, hoc est defecerunt ab me ad contumeliam sui. Re nanque vera pudor & ignominia eorum talis deus Beelphegor erat, quod iam olim dilecti mihi propter patres, facti sint per propriā suam impietatem veluti execrati Moabitæ. illorum enim idolum coluerunt. Scopū autem, hoc est metam & speculam appellat præcocem ficum, quod omnes speculentur ceu primo prodeuntem. At deicidæ, qui antea quidem dilecti fuerunt deo propter patres, nunc execrabiles facti sunt, eoque abalienati sunt, non æmulātes patrum suorum virtutem; fabricantes crucem ad ignominiam Christi, vnde introierunt ad principem abominationis, toti illius dominatui subditi familiaritatem eius consecuti. hoc enim est ingredi. Porro nusquam volens mortem peccatoris dominus, in anima destituta ab omni bono fructu inuenit cogitationem aliquam Israeliticam, ac cœlestia spirantem, adeoque diuinis contemplationibus dignam, ceu vnam veræ vitis propaginem; quæ per angustam viam expressa vinum proferet compunctionis. Præterea in

ſtcu voluptaria dico vita, inuenitur quiſpiam a Deo, qui præcox ſpeculator fit, ante extremum illum diem futura præuidens, ad eaque ſeſe præparans. pater aliis ac dux D diuinioris vitæ conſtiturus. Atqui hic animaduertendum, ne fors Beelphegoro impuritatis dæmoni initietur operaque ignominiæ aggreſſus, abalienetur a deo, fiatque antea dilectus tanquam execrati, nimirum qui fornicati ſunt tum, quum Phinees Iſraelitam, propter Madianitin luxit. Nam & illi, vt ſcriptura teſtimonium dicit, Beelphegor initiati fuerunt.

Ephraim veluti auis euolauit. Celeriter inquit, defecit ab me, non ſecutus patres illos ſuos. Vel quod celeriter ad captiuitatem abducetur.

Gloriæ ipſorum ex partu, doloribus & conceptionibus. Propterea etiamſi educauerint liberos ſuos, orbabuntur illis confeſtim. Quoniam noluerunt glorificari per me & auxilium meum, ſed enim gloriam ſuam æſtimarunt numeroſam ſobolem, putantes forſan ex tali ſuorum copia ſeſe robuſtiores futuros, nequicqnam huiuſmodi ſperarunt: Etenim quando educauerint liberos ſuos, iamque virilis eos ætas firmauerit bellum aduentans talibus eos filiis ſpoliabit, ideoque nequicquam labores propter liberorum educationem ſuſtinebunt.

Hinc ipſis dolor & calamitas ueniet, Qui ita? Quia relinquentes liberos ſuos, & ab ipſis relicti, non parum ærumnarum ſunt paſſi. Ego vero quando mecum expendo quo modo mortales nos omnia occupamus, nullos, non labores & ſolicitudinum dolores ſuſtinemus propter perditam huius mundi gloriam, de nobis hæc dici exiſtimo, quod E bonis operibus, quæcunque ceu liberos educamus proferimuſque ad gloriam reſpicientes humanam, non fruamur, ſed perdamus potius, hic mercedem noſtram auferentes. Partim etiam væ, adeoque ærumnam etiamnum ſentimus, ceu negligentes mandati, Nihil faciatis ad humanam gloriam.

Math.vi *Caro mea ex ipſis.* De vnigenito hæc dei filio accipienda videntur. Quum enim dixiſſet, orbabuntur ſobole ſua, iam adijcit, non tamen omnino eos excindam perdamve, nam caro mea quam aſſumam, ex ipſis erit. Vnde & Paulus ait: Ex quibus Chriſtus ſe-

Ro, ix cundum carnem. Atqui hoc etiam pacto intelligere licet: Auditis propheta minis dei aduerſus Iſraelem, precaturne vel ipſe, vel ſui contribules, & ſecundum carnem congeneres ſint participes futuræ iſtius iræ. Propterea inquit, caro mea ex ipſis, hoc eſt extra

Ro. xi ipſos: longe quæſo ab ipſis remouear & ego, & caro mea, ſiue cognati & contribules.

Pſal.xxv Cognatos enim apoſtolus carnem appellat, quum dicit: Si quo modo prouocem ad æmulendum carnem meam, hoc eſt ſecundum carnem cognatos mihi Hebræos, ſeruemque ex eis quoſdam. Non diſſimile quiddam Dauid etiam habet: Ne ſimul, inquiens, perdas cum impiis animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam.

Ephraim quemadmodum vidi, ad uenationem exhibuit filios ſuos. Ephraim præſto eſt ut educat liberos ſuos ad traiectionem. Hæc veluti ex prophetæ perſona dicuntur: Video, inquit, domine, quod Ephraim ex quo iniquitates ac ſcelera commiſit, tantum non ipſe liberos ſuos protulerit ad venationem, hoc eſt ad captiuitatem & traiectionem, hoc eſt mactationem ceu iugulationem. Quidam enim captiui ducti ſunt, alij vero ab hoſtibus iugulati ſunt: itaque neminem alium accuſet orbitatis, ſed ſemetipſum. Ad ira- F cundiam enim prouocans deum per impietates ſuas, ipſe hoſtes adduxit, perinde ac qui dominum occiderunt, Romanum vindicem accerſiuerunt. Vel quia filios ſuos Ephraim idolis immolabat, & ad venationem & iugulationem deſtinabat, propterea non immerito ſobole ſua viduabitur, haud iniuria priuatus illis, quos idolis iniuſte ad mactationē, ad victimā ceu ferā quādā & prędā prodebat, perīde atque ipſe ego vidi. Nec enim eſt mendacium hoc. Hiſce adſtipulatur etiam Dauid, Effuderunt, inquiens, ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum, quos immolarunt ſculptilibus Canaā. Prauorum etiam dogmatum aſſertor quiſpiam factus, multos tales liberos per verbum ſectæ ſuæ ad iugulationem quam in animabus ſuis patiuntur tradit; prius tamen ad vena-

Pſal. tionem. nam ſiquando germani eccleſiæ doctores conantur venari illos, nec voti

lxxvij compotes facti fuerint, tum demum mactant, eccleſię eos anathematis haſta quidem auferentes.

Da ipſis domine. Quid dabis ipſis? matricem ſterilem, ſiccaſque mammas. Quia, inquit, in prolis ſuæ exuberantia confidunt, tanquam per eam propter multitudinē aduerſus hoſtes præualeant, ac idcirco auxilium tuū adſpernētur, nihil omnino pariant, ſint plane infœcundæ ipſorum vxores. Si vero pariant, non lactēt, nō educēt, ſed ante tem-

pus absumantur proles: sic fiet vt tollendorum liberorum spe orbati, te auxiliatorem
A suum inuocabunt. Hęc propheta precatur ipsorum etiã cura tactus, veluti amãs fratrũ
suorum, vt ne pariant impios liberos, neq; educẽt: ac pro diuina gloria æmulatur ceu
amans dei. Præterea cuius peccatorum matrix est, in qua concipitur in peccatis, secũ-
dum id quod dictũ est: Aablienati sunt peccatores ab matrice. Quæ vero illa est? Cuius
libet peccati prima occasio & obiectio: fornicationis, videre: cædis, irasci. Mãmæ edu psal. vij
cantes genitum malum, cogitationes sunt sceleri consentientes, & sermones qui
bus augescit. Proinde precatio est prophetico spiritu digna, ne matrices hatce maligni
tates pariant, effœtæ factæ, neve vbera producta mala enutriant. Christi quoque occi
soribus matrix est sterilis, legislatio nimirum literæ, prophetici que sermones sunt eis
aridi.

*Omnes malignitates ipsorum in Galgal, quoniam illic odi eos, propter malignitates studio
rum suorum. E domo mea eijciam eos.* Postquam in Galgalis maxime fuerunt impij,
horum meminit, & ait: Propter illic non optima admissa facinora, odi ipsos, ac eiiciam
eos ex domo mea, vel ex Palęstina, quam pro domo habuerunt ab me sibi traditam:
vel ex templo meo: alio enim ipsos transferam.

Nec posthac eos diligam. Non enim ipsos ex captiuitate reduxit, sed illorum poste
ros, æque ac terram promissionis in Aegypto agentibus quidem Hebræis daturum
se pollicitus est, quæ posteris eorum tandem obtigit. Nam quum egressi murmurarent
B in deserto, ipsi quidem interierunt, filios eorum promissione excipiente. Atqui etiamsi
illos ipsos dilexisset, quos tamen nunquam sese dilecturũ nunc ait, nihil mirum esset.
Nam si recte intuearis rem, inuenies propheticam refertã minis, ac rursus bonis promis
sionibus, vt in præfatione dictum. Propterea interminatur, vt audientes emendentur,
ac emendata vita sua non adducant sed potius auertant minas, mala ve quæ intermina-
tus est dominus. Nam in eos qui mores & vitam suam non in melius alterauerint, om-
nino inducuntur mala. Hæc propalam Iudæis quoque Christi interemptoribus conue
niunt. Etenim & illi eiecti sunt ex domo. Primum ex parte, quando eiecit e templo do
minus negociatores, qui ex patris sui æde emporium faciebant: deinde in vniuersum
omnes: post hac, quando templum diruit, nec amplius eos diligere pertexit. peruenit
enim super ipsos ira in finem, & dorsum ipsorum semper inflexit, ad seruitutẽ eos tra
dens, vt ita omnis ipsorum in Christum malignitas persolueretur, quem ab Galilęa di
cebant natum, iniuriam illi inferendo. Scrutare enim, inquit, & vide quoniam prophe- Iohan. vij
ta ex Galilæa non est excitatus. Quia vero Galgal reuolutionem significat, considera
quod quando ad ima terræ huius deuoluimur, cœlestia non spirantes, scrutare, inquit,
quod propheta non est ex Galilæa, sed ex cœlo, quæ est domus dei: haud iniuria hoc
patientes, quando neque ad cœlestia conspeximus.

Cuncti principes eorum inobedientes. Quasi dicat: Si subditi tãtummodo impij fuissent
forsan pepercissem ipsis propter principum virtutem, æque atque propter Mosen pe-
perci rursum Israelitis: nunc vero & principes immorigeri sunt mihi. Nec vnus modo
C vel duo, sed vniuersum omnes. Qui igitur noxam illis condonabo? qui parcam? ecquis
mediator stabit?

Laborauit Ephraim, radicibus suis exaruit, ne fructũ porro proferat. Radices regnum ap-
pellat. Primũ enim vocatis in iudiciũ principibus, nunc radicẽ & regnũ elãguisse dicit
hoc est marcidam factã & aridã, vt qui exciderit ab mea pinguedine & adiutorio, adeo
vt fructum deinceps nunq; sit platura. Quũ.n. in seruitutẽ decẽ trib⁹ vindicasset Salma
nasar, nõ vltra regnũ Ephraĩ substitit. Vel radicẽ simpliciter decẽ tribuũ robur accipit
quod arefactum est quod successerit ipsis de⁹, vt nõ vltra fortes liberos progenerarẽt:
Quare si genuerint, interimam desiderabilia ventris eorũ. Radix eorum, inquit, vniuersa
adeoque robur ita plane exaruit, vt nõ amplius sint producturi liberos, qui pro ipsis cõtra
hostẽ dimicent. Ac si quos genuerint, ego occidam, per prælium eos hostibus traden
do, etiamsi ipsis grati sunt ac delectabiles. Ipsi quidem per sese nõ sunt digni vt desi
derẽtur, deligãturve, verum quatenus ventris sunt eorũ propagines, sunt ipsis etiã chari:

Repellet eos deus, quoniam non audierunt ipsum eruntque errones in gentibus. Repulsis
ipsis deus ex Palæstina, faciet errones captiuos, quoniã prænunciante ipso, quę passuri
essent, nõ habuerũt fidẽ, nec obtẽperarũt. Ecquis nõ videt Iudęorũ synagogã una cum
doctoribus suis deflorescentẽ, nõ cõstitutã super patrũ maiorũve radice, sed effractã
arefactãq;, nec amplius vel fructum vel prophetã, vel doctorẽ proferẽtẽ? Sed quæ-

cunque genuerint vel cogitauerint, ventris sunt desiderabilia. Ex ventre enim ea sonãt non ab ore domini dei omnipotentis:& ea quidẽ occidentia secundũ literam intellecta D quæ est mortua, & non viuens. Præterea ipsos in gentibus errones constituet, non tantum quod locum ex loco sint commutaturi, verum quod mente etiam sua sint erraturi,
Psal.44. id quod inter gẽtes maxime demõstratur. Gẽtibus enim susceptis, ipsi non ingredietes,
I. Tim.iiii manifestissimi planetæ seu errones deprehenduntur. Quinetiam nos ab ipsis principes
Matt. xij constituet. Constituet enim, inquit, principes super vniuersam terram. & quemadmodum Paulus ait: Regno incõcusso accepto, ne simus inobedientes dicenti: Tolite iugum meum super vos. Neque arescant radices nostræ, quas per baptisma tenemus, accipiẽtes spiritum sanctum, qui dat nobis vt fructum feramus per vbertatem. quilibet enim baptismate tinctus, donum sanctum possidet, quo confortatur vt ad mandata sese strenue gerat. Optimum itaque fuerit non habere desideria ventris, vel circa escas occupatos & hærentes, vel aliam quampiam humanarum cogitationum generationem Sin tenuerimus, beneficium suum impertit nobis deus, occidens eam per verbum suum in nos trãsfusum, quod viuax est & efficax, omnique in se penetrantius accipiti. Errat etiam in gentibus, gentium consuetudinib° sese accomodans, diuinationibus, auspiciis, auguriis, idque genus aliis ipsarum superstitionibus sese dedens.

CAPVT X.

E



Itis palmites proferens ac gemmas Israel, fructus eius abundans. Iuxta multitudinẽ fructuum suorum multiplicauit aras Dicto quod radix eius clanguisset, ac sterilis esset facta, nunc subdit quod & antea vitis ac vinea gemmascens, ac in multam exuberantiam extensa fuerit, propter fœcunditatem. liberorumque exuberantiam
Psal.lx. perinde ac Dauid ait: A mari septentrionali adusque mare australe imperium tenebat. Attamen hac partus effusa multitudine non est vsus ad dei gloriam, sed quot quot fuerunt, tot etiã altaria excauarunt. hinc & iure imminuetur ipsorum copia.

Iuxta bona terræ suæ ædificauit columnas. Dei bonis, inquit, dilatati, & opulenti redditi, iniurii in ipsum fuerunt, idolis extruẽtes aras haudquaquam viles, sed assumptuosas ac preciosas, iuxta bona quæ dabat eis deus. Dico autem aurum & argentum, aliamque materiem.

Partiti sunt corda sua. Diffiderunt, inquit, ab me corda sua, vt nullum mecum partem habeant. Vel quod alius alii deo aram excitauerint, patientes idola, & alius alii dã tes corda.

Nunc excindentur. Non post multum temporis, sed nunc. Quandiu enim non dederunt corda sua idolis, & non adeo grauiter impii extiterunt, procul ipsis fuit internecio. At postquam tã quisq; corde suo ab deo dissociatus est, irruet super ipsos pernicies.

Ipse suffodiet ac demolitur altaria ipsorum, columnæ eorum in miseriam incident. F
Ipse nimirum deus, a quo dissepararunt corda sua: vel rex Babylonius. Nam & ipse altaria succendit in ciuitatibus passim, & preciosas columnas diripuit. Vitis etiam palmites & gemmas proferens est, qui nullo in hoc vitæ cursu bono destituitur, sobole fœcundus, & aliis luxurians. At qui inseruiens affectibus, cuilibet forsan horum altare cõstituit, exhibẽs mẽbra sua serua iniquitati ad iniquitatẽ, iuxta bõa terræ suæ, hoc est, quatenus terra ipsius aut caro delectatur his, & bona ea iudicat. Columnas etiã erigit, immutabilem in quolibet affectu prauo habitum. Eiusmodi patitur etiam cor suum, duobus dominis inseruiens Beneficium vero ab deo accipit, quando altaria eius demolitur deus, vel tradens ipsum Satanæ in carnis perniciem, vt spiritus seruetur: vel alias in camo & freno maxillas eius cohibens, & contritionem & afflictionem in viis eius faciẽs vt dimoueatur ab habitudine quam in malignitate est adeptus, cum per ademptionem fortasse liberorum, tum aliorum bonorum priuationem. Hæc omnia & deicidis Hebræis inuenies, etsi non intellexerint.

Propterea nunc dicent, Non est rex nobis: quoniam non timuimus deum. Rex vero quid nobis faciet loquens verba, occasiones vanas, legabit testamentum. Docet iamnunc eos qualibus oporteat pœnitẽtia ductos verbis vti. Quando enim viderint regnum suũ dissolutum, dicent: Hoc nobis contigit, quia deum nõ timuimus, cui nos cõfidere par

A erat, non autem regi: nam rex non potuit nobis opem ferre, sed potius nobis imposuit vana promittens, alias alia subinde prætexens nunc cum Assyrio quidem, nunc vero cum Aegyptio fœdera feriens, & contractum faciens de auxiliis in bello mittendis. Iohã. xix
Hæc & propalam Iudæi de Christo ad Pilatum dixerunt: Ne scribe quod sit rex Iudęorum. qui & Christi doctrinam mendacia verba calumnianter appellabant: Enimuero Ephes. i.
ipse legabit testamenntum credentibus in eum, nouum, pacem faciens per sanguinem eius inter cœlestia ac terrestria. Præterea omni non timenti deum, non est regnum reuera, sed irrationalitas in eo sceptris potitur; ac motuum turbulentia suam in ipso rẽ publicã administrat, a quibus rex verbũ dei vituperatur, tãquã loquatur verba Iohã. xiiij
sola, ad spem futurorum ablegans. Testamenti huius diuus peræque Iohãnes meminit, Ibidẽ. xv
vbi Christus dicit: Si diligitis me, mandata mea seruabitis. Nec porro loquor vobis Ibidẽ. xiiij
vt seruis, sed vt amicis: &, Proficiscor locum parare vobis: & rursus, Nisi quis abiun- Luc. xiiij
ctus fuerit ab omnibus suis rebus ac bonis, non potest meus esse discipulus: &, Qui Marci. viij
perdiderit animam suam, in vitam æternam inueniet ipsam.

Orietur ut gramen iudicium super sulcum agri. Quemadmodum, inquit, gramen diffunditur magis & multiplicatur in pratis, vbi neque aratum ipsum interturbat, neque ligo, quod illic non colatur locus, sic meum iudicium, & calculus noster iustus citra vllum obstaculum prodibit.

Vitulæ domus On accolæ erunt inhabitantes Samariam. Sedebũt apud simulachrum au-
B ræ vaccæ, cultum in Bethel, hanc enim dicit domum On, hoc est inutilis plane imaginis. Assidebunt autem tum, quum inuaserint eos pericula, opem inde inquirendo. Hæc autem dicit illorum dementiam corripiens, vt qui bruti pecoris imaginem pro suppetiis ferendis implorent. Prodiit etiam iudicium dei super solo æquarum & excisum populum Iudaicum; quem neque vates, neque sacerdos in posterum coluit, sed ascendit super ipsum veluti super solum incultum spina pungens quæpiam affectio, ex qua dominum etiam spinis coronarunt. Iudicio enim iusto traditi sunt Romanis. Super gentes etiam desolatas & in nihilum redactas, reuera iudicium dei, hoc est lex effloruit, prodiitque. Vbi enim exuberauit peccatum, superabundauit & gratia. Nos enim habemus legem, qui finem eius tenemus: finis autem legis Christus. Bene autem prodiit, dictum est: ab vmbra enim apparuit spiritus. Inhabitantes porro Samariam sunt qui nunc Israelitæ dicuntur, qui Samaritanis æquiparantur. Vt enim illi videbantur legem seruare nec interim tamen a patriis traditionibus desistebant, sic & illi legem quidem obseruare apparent, a patribus tamen sibi suis traditam erga Christum impietatem diligunt. Proinde domum incommodi incolunt. incommoda nanque est litera.

Quoniam luxit populus super ipsum, & quemadmodum exacerbauerunt ipsum, lætabuntur admodum super gloria ipsius. Non solum, inquit, nihil commoditatis acceperũt ab aureo isto simulachro, sed maiorem inde luctum adepti sunt. Etenim traditio est hebraica, quod quando aduenit cum copiis suis rex Syrię Ader contra Samariæ vrbes tum Manaim Rex Samarię accersiuit pro auxiliis Phua regẽ Babyloniorum: cui opem fe-
C rẽti, depellentique Ader Syrum, quum non haberet mercedi tantum quantum reddere (multum enim illi debebat pro eo beneficio) auream ei vitulam dedit. Luxit itaque populus Deum suum tali contumelia affectum esse: verumtamen arbitrabantur, quæ eorum erat amentia, quod etiamsi eum ad amarulentiam ea ignominia prouocassent Babylonii ipsum glorificaturi essent, ceu deum honorantes. Ac eiusmodi spes eos gaudere facient.

Quoniam translatus est ab ipso. Translatus est vitulus datus Babylonio Phua. Audito quæ deinceps sequuntur:

Ipsumque in Assyrios ligantes abduxerunt munera regi Iareim. Hoc est, vindici suo regi Phua. Iareim enim, vt præmemoratum est, significat si transferatur, vltorem, seu vindicatorem. Pulcherrime autem dixit ligantes, tanquam super vitulo deridens illorum dementiam.

In domo Ephraim accipietur, pudetfietque Israel in consilio suo. Phua, inquit suscipiet aureum vitulum, ceu in domo Ephraim datum hoc in domo regis: attamen populus contumelia afficietur super suis consiliis de tali simulachro. non enim honorauerunt ipsum Chaldæi, sed commin.uentes confiarunt. Sunt qui hæc de Christo pariter intellexerunt, quem populus quidem suus lugebat, videlicet discipuli & mulieres, ad quas dixit: Filiæ Hierusalem, ne flete super me. Alij deinde pectora sua tunde-

bant, quando erat in cruce. Iudæi vero maledicentes, exacerbauerunt eum; & gauisi
sunt quãdo gloria eius trans lata est ab ipso, dũ in cruce dehonestaretur, nec habebat spe D
ciem, neque formam, Ac ligans eum Pilatus, remisit ad Herodem, qui per arroganti
xix. am Assyrius etiam rex erat. Hunc ad modum Christum in nobis commorantem, quem
per baptisma habemus in interiore nostro homine, transfert ab nobis regnans in mor
i.Cor.v. tali nostro corpore peccatum; ac ligans ipsum, corpus dico, vt ne quippiam operetur
quod decetat virtutem, hosti & vltori defert munus, hoc est diabolo, qui hostis
ij.Cor.ij. existens salutis, eius qui Corinthi fornicatus erat, & vindex factus est, assumens ipsum
in perniciem carnis, vt spiritus seruetur. Haud dissimiliter Phygellum & Hermogenẽ
Ioh.14. a Paulo sibi traditos castigauit, ne blasphemarent. Magnum enim donum est tali vltori
Christianos nos ligatos esse vt nullum Christi mandatorum agamus, dicentis: Si dili-
gitis me, mandata mea seruabitis.

Abiecit Samaria regnum suum tanquam sarmentum super faciem aquæ. Id est adeo faci-
le regnum ab Samaria tolletur excinderturque, vt leue sarmentum ab aqua auellitur,
diripiturque. Vel regnum vitulum appellat, quem citra negocium legauit in Assyrios
vt memoratum est.

Diruenturque altaria On, peccata Israelis. Spinæ ac tribuli ascendent super aras eorum.
Diruenturque altaria idoli, quæ causa peccati fuerunt populo Israelitico. per ea enim
deum ad iram suscitabant. Deinde vbi terra vastata fuerit & aræ dirutæ, loca spinis
erunt plena. Quinetiã regem Christum abiecerunt, pro nihilo eum reputantes Samari- E
tani vt supra indicatum est, Iudæi. Postea vaticinatur idolicorum altarium demolitio
nem, quæ post Christi aduentum facta est: ab vno idolo On, cætera omnia intelligens
vel demonstrans. Abiicit etiam incredulus regnantem intra sese incredulitatem atque
peccatum, super faciem aquæ baptismatis, diruunturque eo pacto infidelitatis in ipso
aræ, ruinque apparet plena spinis ac tribulis, antea plena visa religio. Sic fidelis abiicit
per æque regnans in sese peccatum, super aquam lachrymarum, faciem suam tali aqua
sensum habente lauans, ex quibus peccatis & propter quæ ipsi bellum est. Ac membra
eius, peccati aræ (est autem peccatum idolum substantia & vtilitate vacans) implentur
tum spinis & tribulis. pungunt enim & feriunt peccata, ob pœnitentiam.

Dicentque montibus, Tegite nos: & collibus; Cadite super nos. Talis ac tanta, inquit,
vehementia & amarities calamitatum erit quæ comprehendent eos, vt vnusquisque eo
rum exoptet potius montium colliumque super se ruina contegi, quam Babylonicis
incidere malis. Non frustra vero, meminit cum montium tum collium, sed postquam
in Bæthel sacrum faciebant vaccæ, fecit mentionẽ istorum altarium. in montibus vero
inseruiebant idolis aliis, nimirum Astartæ, ipsique Chamos & Baal. hæc ipsa iamnunc
recordatur, tanquam ipsis causa fuerint calamitatum, vt qui neque alias commenda-
rent eis, & ante ingruentia ista mala ipsos etiam occiderint. Hæc dominus in euangelio
Luc.xxiii quoque prædixit, nempe quæ quantaque mala eos inuasura essent.

Ex quo colles peccarunt in Israele. Non tantum, inquit, ex quo vaccæ cœperunt ado-
rari, peccauit Israel, sed antehac etiam, dũ colles acceperũt culturã. Etenim buculas istas
Hieroboã statuit: Solomõ vero a mulierib⁹ persuasus, ĩ excelsis collib⁹ aras extruxit. F

Illic statuerunt se, ne apprehendat in colle eos bellum, super liberos iniustitiæ uenit castigare ipsos iuxta cupiditatem meam. Et congregabuntur super ipsos populi, ut castigent eos super duabus iniustitiis eorum. Et stabiles & immobiles steterunt super idolorum cultu
in collibus, dicentes quod bellum eos non apprehendat, neque cuiquam ærumnæ inci-
dant, qui in ara idola deuenerentur. Atqui reuera venit super eos prælium, tanquam
reuera filios iniustitiæ seu iniquitatis, vt castigarent eos iuxta cupiditatem & volun-
tatem meam. Hoc autem bifariam intelliges, vel quod acriter & acerbe castigauerit, hoc
enim est quod desidero, eo ꝙ sint incorrigibiles: vel ꝙ leniter & tolerabiliter eos cor-
ripuerit, perinde ac pater filium corrigit, id quod dei proprium est. Verum quod sequi
tur, ad perniciem & vastationem pertinet. In posterum, inquit, cõgregabũtur aduersus
eos populi multi vt affligant eos, quod duo flagitia cõmiserint. Primũ, ꝙ me benefacto
rẽ suũ reliquerit: alterũ, quod ad stulta & inutilia plane idola accurrerit. Peccauerũt etiã
qui dominũ dederunt neci Iudæi. quũ enim auaritiæ affectione languerent, quæ collis
ob suam elationem dicitur, non sustinebant glorificari dominum. Stãtes igitur ea fue-
runt imbuti praua opinione, Quoniam si hunc occiderimus, non apprehendet nos bel-
lũ, nec venient super nos Romani, vt nos auferant. At occupauit eos bellum, quoniam

A duas iniquitates admiserunt, dominum cruci affigentes, deinde calumniantes ipsius resurrectionem. Super omnem quoque tribunum non recipientem vt se existimet esse cinerem, ac in ima desigat oculos, sed in excelsis istis locis dæmones curantem, veniet deiectio, quæ est bellum sublimitati. Omnis enim sese exaltans humiliabitur. Et exaltans ianuas suas, quærit perniciem. Dominus enim aciem suam instruit contra superbos, seseque illis opponit. Duabus itaque iniustitijs superbus iniuste agit, vtrunque facit, attollens se nedum contra homines, verumetiam aduersus deum.

Ephraim iuuenca docta diligere contentionem. Indomitus est Ephraim, nolens sub iugo meo esse, sed nunquam non diligens vincere ac facere quæ sibi videantur. Vel quod ego docuerim ipsum vincere, hostesque in fugam vertere: sed non custodiuit eam institutionem meam.

Adueniam ego super pulcherrimam ceruicem eius. Hoc est, humiliabo submittamque ipsum per hostes: & persuadebo meę cognitionis iugũ accipere, ac reges eius potissimũ humiliabo. Nam regnum nominauit pulcherrimam ceruicem eius. Etenim reges in pluribus imperabant, populo ad consimilem impietatem iter monstrantes. Bene dixit ceruicem, vt ostenderet eos ceruicosos. Hunc ad modum Pharisæi & sacerdotes cæteris altiores fuerunt, sed enim submisit eos, ad ipsis ad crucem fixus.

Scando super Ephraim, Iudam silentio prætereo. Postquam, vt in superioribus recitatum est decem tribus cum regibus suis in nullum non idololatriæ genus exciderant: B Iudas vero, seu duæ tribus moderate se gererent (nam Amasias & Ezechias & Iosias pij erant) ait: Ascendam iamnunc super Ephraim, & grauabo ipsum, Babylonios aduersus eum adducens: Iudæ vero interim parcam. Etenim quum aduenisset Sennacherim obsidione cingens Hierusalem, centum octuagintaquinque milia angelus domini vna nocte perdidit, vnde ille perterrefactus aufugit. Proinde Ephraim, siue crescentem ĩ vitiositate humiliat dominus, grauiter ipsi impositus, ac manu sua fortiter ipsum premit: Iudam vero confitentem non grauat, vt qui sese sua sponte per pœnitentiam affligeret: subindicans iuxta, quod extemplo modica afflictio æternum gloriæ pondus operatur. iiij.Re.xix

Fortis erit in ipso Iacob. Rationem reddit cuius rei gratia in pręsentia parcat Iudę. Robur, inquiens, in ipso faciet virtus diui Iacob, quam ęmulatus est. Adumbrat autem & obscure monstrat iustitiam Ezechiæ illius enim lachrymis & virtute inspectis Deus Sennacherim ab Hierusalem re infecta dispulit. Iacob sonat etiam dominum non lingentem, propter suam probitatem. Nec enim inuentus est dolus in ore eius cuius typum gessit, Christi. Significat etiam habitantem domum, quæ est domus dei viuentis: vel domum tabernaculi nõ manu factã, quã ex nobis assumpsit, quã hodieque immoratur Ille igitur inter Iudæos fortis robustusque fuit, qui etiamsi crucifixus est ex imbecillitate, viuens tamen per potentiam dei, iniurios hostes suos vltus est, ac post resurrectionem suam rependit eis vicem. Hanc ad rationem omnis Iacob, hoc est affectuum suorũ supplantator & suppressor, robustus erit in Iuda, id est per confessionem. Qui enim didicerit supplantare passiones, ille vere confitetur, non reuertens ad proprium vomitum.

C *Seminate vobis ad iustitiam.* Duplex est adhortationis ratio. Adortatur enim aliquis ad bonum vel supplicia indicans inobedientiam, vel coronas & præmia recte agẽtium. Et hic igitur deus ostendit quæcunque mala nõ obtemperantes ipsi apprehẽdẽt. Virtutem quoque Iuda ob oculos posuit, cuius causa venia donatus est. Posthac cæteros admonet dicens: Seminate vobisipsis, non enim deum iuuabitis, sed vosipsos. Iustitiam autem verum dei cultum appellat. Iustum est enim creatori & autori cultũ tribuere, & non idolis. Vel vniuersam virtutem intelligit, quæ iustitia nominatur, eo quod virtutes operans iuste iudicat, rationi subdens affectus irrationalitatis, nec quod peius est potiori pręferens, id quod praui & iniusti est iudicis.

Vindemiam facite ad fructum vitæ. Seminantes iniustitiam, & iniuria deum afficientes, cultum eius idolis deferendo, ac natura iniustum, per vitiositatem suam virtuti anteponendo, illi ad mortem vindemiam fecerunt, ab hostibus occisi. Vobis autem qui sementem fecistis ad iustitiam conferentem (est autem semen, bona omnino cogitatio quæ in opus exit) vobis inquam messis in fructum vitæ proueniet. Effugietis enim hostium enses. & viuetis: fruentes in hac vita præcedenter, deinceps vero & consequenter futura cœlesti. Præterea sensibilem & externis bonis gaudentem, veluti carnalibus adhuc, etiam promittit.

Accendite vobis lumen cognitionis. Hoc est, agnoscite deum, deficientes ab idolis

Inquirite dominum interea usque dum ueniant fœtus iustitiæ uobis. Monstrat ipsis ratio-
nem per quam seminent & illuminentur. At qualis ille modus? Dominum, inquit, in- D
quirere, quærere autem citra intermissionem, donec iustitiam perfeceritis, & fructus
eius, hoc est reliquas virtutes, & lumen cognitionis. Vel: Quærite, pro, precamini do-
minum, vsquequo permotus inflexusque vobis sese reddat. Quod si iustitiam opera
bimini, propterea ne cōfidite. citra nanque dei opē ipsa nō potest eripere vos, ipsum igi
Psalm. tur inquirite, rogantes vt vos ab, quæ metuitis, periculis liberet. Haud his dissimilia
Dauid ait: Oculi nostri ad dominum deum nostrum, tantisper dum misereatur nostri.
Sin Christus est iustitia, iuxta diuum Apostolum, videtur hic locus adhortari legis
doctores: Seminate in cordibus auscultantium, semina ad Christum, vere iustitiam, du
centia. Hoc enim est vobisipsis seminare. discipulorum nanque profectus ad præcepto
rem quoque pertinet. Ac colligite veluti in vindemia literam, non vt in ea stetis, sed
vt illum inde decerpatis, qui dixit: Ego sum vita. Infert ergo: Accendite, inquit, vobis
lumen cognitionis, qui legi assidetis futurorum bonorum vmbram habenti: lumen co-
gnitionis Christi vobis accendite. Quin aliquis sibi lumen incendit, sibique prælucet,
Psal. n. dum ad nos accedit. Quoniam autem Dauid ait, Accedite ad ipsum, & illustramini.
non iniuria nobisipsis lucem præbere, & facem accendere iubemur. Quærite qui in lege
agitis, dominum, nam ipse dabit vobis fructus iustitiæ. Siquidem ex operibus legis
non habebitis iustitiam, siue iustificationem: iustificabimini autem ex fide in Christum
Iesum. Iam si seminans in carnem, ex carne corruptionem metet: seminans autem in spi E
ritum, ex spiritu vitam æternam colliget: demus operam neque in carnem seminare,
neque in spiritualia sic festinemus semen spargere, vt spectemur inde hominibus. non
enim nobisipsis ita seminamus, sed volucribus cœli, quibus non celata semina sunt ex-
posita. Verum si per fidei opera seminemus, tum lux cognitionis & contemplationis
illucescet nobis.

Vt quid conticuistis impietatem, & iniustitias eius messuistis? Decebat vos impie agen
tes pœnitentiæ pharmacis vti, nec reticere impia flagitia, sed confiteri. Nunc vero id
non facientes, decerpsistis iniustitias impietatis, digna pro ipsis supplicia referētes. At-
que hæc secundum quosdam impietas, bifariam intelligitur, vel erga deum, vel homi-
nes seu proximum. Quadrant autem hæc omni sacerdoti; doctori & principi, adeo-
que magistratui Non enim oportet silentio præterire delicta, siquando fratres impie
Leuit. 19. agant. Lex enim præcepit: Argue fratrem tuum, nec accipies vel admittes super ipso
ij. Timo. x peccatum. Dein Paulus etiam peccantem corā omnibus reprehendi iubet, vt & reliqui
sic in trepidationem conijciantur. Quocirca si taceat cuius loqui interest, ipse etiam de
metit fructus iniustitiæ, non eius tantummodo qua peccans ille iniustus est, verum &
eius qua ipse peccantem iniurius est, non excidens eius ad bonum impetum.

Comedisti fructum mendacem, quoniam sperasti in curribus tuis, in multitudine potentiæ tuæ. Exurgetque pernicies in populo tuo, & omnia munimenta tua peribunt. Vanam
spem, fructum mendacem appellat. Tu, inquit, sperasti in ingenti populi tui copia & in
curribus: at vero diuersum eueniet. Populus enim bellicosus vna cum curribus interi-
bit, & ipsæ ciuitates diruentur, neque quicquam proderit murorum firmitudo & mu F
nitio. Hæc ad quemuis etiam principem dicuntur qui arbitratur sibi munio-
nem & securitatem parare humanis cum consilijs tum inuentis. Hebræi quoque quum
abunde argenti dedissent militibus qui sepulcrum Christi custodiebant, mendacium de
cerpserunt, dicentibus illis quod non resurrexisset. propterea Romanis aduenientibus
fiduciam ponentes in multitudine populi, & munitione vrbis, perierunt: Interitus au-
tem ille in medio ipsorum erat. seditionem enim inter sese suscitarunt; nec ab externis
hostibus tantum, verum & ab seipsis absumebantur. Præterea fames perniciem in me-
dio, ipsorum pariebat, adeo vt ne matres quidem suis parcerent charissimis alioqui pi
gnoribus.

Tanquam princeps Salama ex domo Hierobaal matrem cum liberis in terram præcipitauerūt, si faciem uobis a facie malitiarum uestrarum. Quum idolorum cultui, vero deo
relicto, Israelitæ olim se dedissent, immisit super eos deus Madianæorum principes,
Oreb, Zeb, Zebee & Salmanā. Is igitur Salmanam, quem hic Salamavates appellat, in
Iudic. viij tantum crudelis erat & ferox, vt matrem vna cum pueris suis infantibus solo illideret
& in terram præcipites daret, ac eum in modum miserabilissimæ morti traderet;
hoc autem faciebat mulieribus ex domo Hierobaal, hoc est Gedeonis, siue He-

bræis vxoribus. Nam domum Gedeonis vniuersam Hebraicã cognationem dicit. Hanc
igitur ad formulam vobiscum agam o domus Israel, tradamque vos hostibus propter
A peccata vestra, qui infantes vna cum matribus miserabiliter perdent. Hierobaal autem
Gedeon vocatur, quod sacrum opus egerit, Baal idoli columnam auferendo, lucum
pariter idolo dicatum vna nocte excinderet.

CAPVT. XI.



Vb diluculum abacti sunt. Diluculo, inquit, abacti sunt. Quãdo
inquit, expectarunt Assyriorum auxilium, vt ipsis appare-
ret instar diluculi in nocte hæsitationis constitutis, & in
ãgustia belli, tũc abacti sunt Babylonem captiui. Vel quia
celeriter ac breui post tempore perniciem sustinebunt. dilu-
culum enim non perinde longum tempus continet. sol enim
ortu suo insequens, diẽ facit. Ad hæc deus vsque dũ tolerãs
est mali, dormitarę dicitur: vbi vero cœperit se vlcisci, tũc
exurgere videtur. Dicit igitur: Quoniam alio tempore dor-
mitabam, veluti in nocte, non videns eos: nunc vero
tãquam diluculo facto, expergefio, ac in posterum reijciam eos.

Abiectus est rex Israel. Abiectus est quidem, quatenus translatus est Babylonem rex
Israel. Abiectus est etiam, quatenus cessauit deinceps regnum Samariæ, vt sæpe recita-
B tum est. Reiecti sunt etiam tenebras eligentes Hebræi, quando euangelici verbi lumẽ
apparuit. Quod si per diluculum accipiamus præcursorem diuum Iohannem baptistã,
qui aduenientem solem Christum nunciabat, abiecti sunt tum, quando eis diceret: Geni-
mina viperarum, ne incipiatis dicere in cordibus vestris: Patrem habemmus Abraham. Lucæ. iij
Et: Omnis arbor non faciens fructum bonum, excinditur, & in ignem proijcitur. Quur
vero hoc passi sunt? Quoniam abiecerunt ipsi Christum, regem Israelis. Sic quæ in no- Ephes. v
bis deum ad iracundiam prouocant, diliguntur quidem ab nobis tantisper dum noctẽ
& sensus vacuitatem habuerimus. Vbi vero audito dicente, Expergiscere qui dormis
& surge ex mortuis: & Christo illucescẽte, extra noctem illam & insensibilitatem trans-
lati fuerimus, perueneri musque ad perceptionem eorum quæ egimus, diluculumque
nacti esse videbimur, imperium videlicet diurnæ adeoque lucidæ constitutionis, tunc
abijciũtur a nobis ãtea dilecta, & ipse qui prius in nobis regnabat, princeps tenebrarũ.

Quia infans est Israel, & ego dilexi eum, & ex Aegypto accersiui filios eius. Quemadmo-
dum aduocaui filios eius, sic abierunt ex facie mea, proque dementia & infantili cogi-
tatione sua hoc supplicium sufferent. Ego quidem ex Aegypto ipsos accersiui, & ex a-
mara illa seruitute liberaui: ipsi autem recesserunt a me, nolentes ostẽdere se mihi, ac ser-
uire mihi, sed idolis. Vel in hunc etiam modum hoc intelligere poteris. Perinde nan-
que: ac quopiam ambigente cuius rei gratia adeo execrabiles vocauerit primum, respõ-
det, propter patres. Nam Iacob cognomento Israel infans erat, hoc est simplex & non
fucatus, non fictus, quem dilexi adhuc in aluo matris suæ existentem. Iacob enim Malach. i
C dicit dominus, dilexi, Esau odio prosecutus sum. Eam ob causam filios eius eripui ex
Aegyptiorum seruitute, ipsi vero patrum & maiorum suorum nomine honorati, fuge-
runt ab me, non singuli vel bini, verum secundum copias & iuxta tribus itidem vt
vocaui eos ex Aegypto vno agmine. Christus ipse Israel etiam dicitur, vt qui deum
ipse viderit. Nemo enim patrem vidit, nisi qui ex deo est. Ille igitur infans fuit, & hunc
ex Aegypto vocauit deus pater, vere dilectum suum. Præterea Iudæorum filij.
Christi etiam pueri dicti propter cognationem carnis, secundum illud. Ecce ego & pue-
ri mei, quos mihi dedit deus: quoties ab ipso vocabantur, aufugerunt. Vnde dixit: Heb. ij
Quoties volui congregare liberos tuos, & noluisti? Obserua autem quando quispiam Ma. xxiij
malignitate infans est, tum diligit eum deus, Israelem ex ipso faciens, deum & cer-
nentem, & cognoscentem. Si quidem in maleficam animam non ingreditur sapientia.
Porro ex Aegypto aduocatur peccator, hoc est, ex multum errante scientia, marcescen- Sapien. i.
teque cognitione seculi huius. Proinde nos sobrios esse oporret, nequando simul ac
vocati sumus a deo ad cognitionem filij eius, liberi nostri, id est cogitationes humanę, i. Cor. viij
quas nos generamus, & consilia, ab deo excidant. Nam cogitatio mortaliũ misera res
est, impẽsęq; fragiles & fallaces sunt cõsultationes ipsorũ. Hic & Paul⁹ ait: Si vero quis
piã videtur nouisse aliquid, seipsum seducit, excęcatusq; est nihil sciẽs: Sciẽtia. n. inflat,

Ipsi Baaleim immolabant. & sculptilibus suffitum faciebant. Baaleim, vt sæpe dictum est, Baal ipsius idola nominat: sculptilia vero, cæterorum deorum. Indicat autem de- D
mentiã ipsorum q relicto eo qui ex Aegypto ipsos redemisset, huiusmodi seruirent idolis: ac propriam suam bonitatem & benignitatem per sequentia in apricum statuit.

Ego in pedes erexi Ephraim, recepi eum super brachium meum. Tantam ego benignitatẽ eis ostendi, vt factus sim ipsis veluti nutrix. Et quemadmodum illa paruulum aliquem infãtem in manus accipiura, pedes eius colligit, vel eum primumveluti in pedes erigit, sicq; eum subleuat: non dissimilẽ ad rationem ego feci, ac veluti pedes illorum colligẽs, vel apte digerens, assumpsi super dextram meam. Inde iuxta obscure hoc indicat, per inde quasi dicat: Non reliqui eos vagari citra ordinem, citra ve legislationem, sed collegi palantes ipsos, legem ipsis ferendo & brachium meum, hoc est robur meum, ipsis pro auxilio in bellis exhibendo, quod imbecillitatem eorum baiularet. Infert igitur:

Et non cognouerunt quod sanem eos in corruptione hominum. Non cognouerunt, inquit,
quod cæteras gentes perdens & vastans, ego ipsos sanarem, adeoque eis parcerem &
commodarem. Etenim Aegyptios & Palæstinam inhabitantes exterminaui. Colligebat
etiam pedes dominus sese tentantiũ, eosq; veluti in pedes statuebat, sapiẽter respondẽs:
tentabatq; eos assumere super brachiũ suũ, ipsisq; demonstrare potẽtiã operũ diuinita-
tis suæ, quando dissolutũ seu paralyticum curauit, quando cæco visum restituit, quando
alia simpliciter signa & prodigia exhibuit. Verum ipsi non agnouerunt quod medicus
ipsorum demissus esset qui perditos sanaret. Non enim egent medico bene valentes. E
Lucæ.ix. Præterea quosdam in vitijs propere currentes, colligit pedibus, & in pedes rite erigit,
docens reflectere cursum ad brachiũ suũ, hoc est opera sua, imitarique eius politiam &
administrationem. Brachium enim, fortitudinis in operante vita symbolum est. At-
Hiere. enim plerique non agnoscunt quod in perditione humanarum cogitationum & volun
xxxv. tatum sanet eos, hoc est, animas: id quod & alibi dicit: Feriam peius, & sanabo melius.
Extendi eos in vinculis dilectionis meæ. Ligaturus alicuius manus extendit eas, vt vin-
Psal.79 cire queat. Idem hoc in loco dicit, Extendi eos, pro eo quod est, paraui eos idoneosque
feci vt ligarentur dilectione mea. Hoc autem veluti de vite æque ait, atque Dauid: Ex
tendit palmites eius vsque ad mare, & ad flumina adnata eius.

Et hæc hactenus. Quod reliquum erat Theophylacti in Osee prophetam enarrationum, temporis iniuria absumpsit.

A PROLOGVS BEATI Hieronymi presby. in librum Victorini super Apocalipsim.



IVERSOS MARINA DISCRIMINA transfuadantes, inueniunt casus. Si turba uentorum fuerit, uehementior formido est. si terga iacētis elemēti moderatior crispauerit aura, pertimescūt insidias. Ita mihi in hoc uidetur quod
B misisti uolumine, quòd in Apocalypsim explationem uidetur continere Victorini. Et est periculosum, & obtrectatorum latratibus patens, de egregij uiri opusculis iudicare. Nam & anterior Papias Hierapolites episcopus & Nepos in Aegypti partibus episcopus de mille annorum regno ita ut Victorinus senserunt. At quia me literis obtestatus es, uolui differre: sed ne spernerem precantem, maiorum statim libros reuolui: & quod in eorum commentariis reperi, Victorini opusculis sociaui. Ab iota inde quæ ipse secundum literam senserit, à principio libri ad signum crucis quæ ab imperitis erant uitiata scriptoribus correximus: exinde usque ad finem uoluminis addita esse cognosce. Iam tuum est dicernere, & quid tibi placeat roborare. Si uita nobis comes fuerit, & dominus sanitatem dederit, tibi nostrum in hoc uolumine potissimum sudabit ingenium, Anatoli charissime.
C

VICTORINI LIBER, In Apocalipsim.



Rincipium libri beatitudinem audienti & seruanti promittit, ut lectioni studens exinde opera discat, & quæ precepit custodiat. Gratia uobis & pax a deo, qui est, & qui erat, & qui uenturus est. Qui est, quia permanet. Et erat, & quia cum patre omnia fecit, non ex virgine sumpsit. Venturus est, vtique ad iudicandum Septiformi spiritu.) In Isaia legimus, Spiritus sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ & pietatis, spiritus timoris domini. Isti septem spiritus, vnius scilicet dona sunt spiritus sancti. Et ab Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus ex mortuis. In homine suscepto perhibuit testimonium in mundo, in quo passus, suo nos sanguine soluit a peccato: & debellato inferno, primus resurrexit a mortuis, & mors eivltra non dominabitur: sed g
ipso regnante mundi regnum destructum est: Et fecit nos regnum & sacerdotes. Id est omnem fidelium ecclesiam, sicut Petrus apostolus dicit, Gens sancta, regale sacerdotium: Ecce venit cum nubibus: & videbunt eum omnes populi. Qui primo in suscepto homine venit occultus, post paululum in maiestate & gloria veniet ad iudicandum manifestus. Quod autem dicit. In medio candelabrorum aureorum ambulantem similem filij hominis; similem dicit post mortem deuictam, cum ascendisset in cælum, adunato & isto corpore cum spiritu, & gloriæ suæ, quam recepit a patre, potestate: quasi filium hominis ambulantem inter medium candelabrorum aureorum, sicut in Salomone dicit, Inter semitas iustorum ambulabo. Cuius antiquitas est immortalitas, Maiestatis origo, in capite candor ostenditur. Caput autē Christi deus est. Et in capillis albis albatorū est similitudo: lanæ similis, propter oues: similis niui, propter innumerabilem candidatorum turbam de cælo datorum. Oculi eius vt flamma ignis, præcepta dei sunt, quæ credentibus lumen ministrant, incredulis incendium. In facie autem eius claritas vt sol) Claritas quod dixit; apparitio illius fuit, qua locutus est hominibus facie contra faciem. Solis autem gloria minor est quam gloria domini. Sed propter ortum & occasum, & rursus ortum, quod natus sit, passus est, & resurrexit, ideo dixit similem scriptura faciem eius gloriæ Solis. In veste sacerdotali, carnem quæ corrupta non est a morte, & habet passionem, sacerdotium apertissime traditum. Mammæ, duo sunt testamenta: & zona, chorus sanctorum, vt aurum per ignem probatum. Aliter, Zonam auream accinctus pectori, conflata conscientia, & purus spiritualis sensus ita traditus est ecclesijs Per gladium bis acutum de ore ipsius emicātem, ostenditur ipsum F
esse qui & nunc Euangelij bona, & prius per Moysen legis notitiam vniuerso orbi protulit. Sed quia ex eodem verbo omne genus humanum, tam veteris quam noui testamēti iudicaturus est, ideo bis acutus commemoratus est. Gladius enim militem armat, gladius hostem interficit, gladius desertorem punit. Et vt ostenderet apostolis quia iudicium ānunciabat, ait: Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Et postquā consummauerat parabolas, ait ad illos: Intellexistis omnia? & dixerunt, ita. Propterea omnis scriba doctus in regno dei, similis est patrifamilias proferenti de thesauro suo noua & vetera. Noua, euangelica verba. vetera, legis & prophetarum. Et de ore suo processisse & Petro ait, Vade ad mare, & mitte hamum: & piscem qui primus ascenderit, aperto ore eius inuenies staterem, id est duos denarios; & da pro me & te. Et Dauid similiter per spiritum ait, Semel locutus est deus, duo hæc audiui, quia semel decreuit ab initio dominus quod futurum est vsque ad finem. Denique cum iudex sit ipse a patre constitutus, volens ostendere quoniam verbo prædicationis iudicabuntur homines, ait: Putatis qui ego vos iudicabo in nouissima die? Sed verbū quod vobis locutus sum, illud vos iudicabit in nouissima die. Et Paulus apostolus contra Antichristum ad Thessalonicenses ait. Quem dominus interficiet spiritu oris sui,

Hic eſt ergo bis acutus gladius, procedens de ore eius. Vox eius tanquam vox aqua-
A rum multarũ.) Aquæ multæ, populi huius mundi intelliguntur. Sed & donũ baptiſmi
quod emiſit per apoſtolos, diffunditur ad ſalutem hominum. Pedes eius ſimiles ori-
chalco.) Tanquam fornace conflatos apoſtolos dicit, qui per paſſiones conflati præ-
dicauerunt verbum eius. Per quos enim ambulabant prædicatio, merito pedes nomi-
nantur. vnde propheta anticipauit dicendo: Adoramus vbi ſteterunt pedes eius, do-
minum primum. Vbi illi primum ſteterunt, eccleſiam confirmauerunt, id eſt in Iudęa,
vbi omnes ſancti conuenturi ſunt, & dominum ſuum adoraturi. Stellæ ſeptem in dex
tera dixit, quia ſpiritus ſanctus ſeptiformis virtutis datus eſt in poteſtatem eius a pa-
tre, ſicut Petrus ad Iudæos exclamauit: Dextera dei exaltatus, acceptum a patre ſpi-
ritum effudit, hunc quẽ videtis. Sed & Iohannes Baptiſta anticipauerat diſcipulis ſuis
dicendo: Non enim ad menſuram dat deus ſpiritum. Pater amat filium, & omnia dedit
in manus eius. Iſtæ ſunt ſeptem ſtellæ, ſeptem eccleſiæ quas nominatim vocabulis ſuis
vocat, ad quas & facit epiſtolas: Non quia ipſæ ſint eccleſiæ principes, ſed quod vni
dicit, omnibus dicit. Nihil enim differt, vt quis vexillationem paucorum militum maio
ri numero anteponat. In toto orbe ſeptem eccleſias omnes eſſe, & ſeptẽ nominatas vnã
eſſe catholicam, Paulus docuit primo: quod vt ſeruaret ipſe, & ipſum ſeptem eccleſia
rum nõ exceſſit numerum, ſed ſcripſit ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephe
ſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes. Poſtea ſingularibus perſonis
B ſcripſit, ne excederet modum ſeptẽ eccleſiarum. Et in breui contrahens prædicationem
ſuam, ad Timotheum ait: Vt ſcias qualiter debeas conuerſari in eccleſia dei viui. Hunc
typum a ſpiritu ſancto per Iſaiam prædicari legimus de ſeptem mulieribus quæ ap-
prehenderunt hominem vnum. Vnus autem homo, Chriſtus eſt, non ex ſemine na
tus. Septem mulieres, eccleſiæ ſunt, panem accipientes ſuum: & cum eis ſunt velatæ,
quæ petunt auferri improperium ſuum, vt inuocetur nomen domini in illis. Panem ſpi
ritum ſanctum, qui nutrix in vitam æternam ſuam ſibi per credulitatem promiſſam. Et
tunicas ſuas, id eſt ſibi promiſſas, quæ cooperiri ſe optant; de quibus ait Paulus: Opor
tet & hanc fragilitatẽ veſtiri inuiolatam: & mortale hoc veſtiri immortalitate. Auferri
improperium ſuum. Improperium eſt peccatum priſtinum, quod aufertur in ba-
ptiſmo, & incipit vocari homo Chriſtianus quod eſt, inuocetur nomen tuum ſuper
nos. In his ergo ſeptem eccleſiis putes fieri de vna eccleſia ſeptem: & pro qualitate fi-
dei & electionis aut ad eos ſcripſit qui & laborant in ſeculo, & operantur de frugalita-
te laborum ſuorum, & patientes ſunt, & cum videant homines quoſdam in eccleſia diſ
penſatores præpoſteros, ne diſperſio fiat portant, admonent tamen eos de amore, vt in
quibus fidei eorum deeſt, agant pœnitentiam aut ad eos qui locis crudelibus inhabitãt
inter perſecutores, & perſeuerant eſſe fideles: aut ad eos qui ſubtextu miſericordiæ illi
licita peccata in eccleſia faciunt: aut ad eos qui negligentes, nomine tantum Chriſtia-
ni ſunt: ad eos qui humiliter ſtructi, in fide fortiter perſeuerant: aut arguit illos qui ſtu
dent ſcripturis, & laborant cognoſcere arcana prædicationis, & dei opus facere nolunt
C id eſt miſericordiam & amorem. Omnibus pœnitentiam denuncians, omnibus iudi-
cium annunciat. Et in prima quidem epiſtola ait: Scio laborem tuum, & opera, & pa-
tientiam tuam.) Scio laborare te & operari; video patientem te eſſe, ne putes me lon-
ge morari a te. Et quia non potes portare malos: & qui ſe dicunt apoſtolos eſſe, inue-
niſti eos mendaces, & patientiam habes propter nomen meum. Hæc vniuerſa ad lau-
dem ſpectant, & laudem non mediocrem. Sed tales viros, & talem claſſem, & tales ele
ctionis homines oportet omnimodo admoneri ne iſtis ſibi bonis conceſſis fraudentur.
Pauca dixit ſe habere aduerſus illos. Amorem, inquit, tuum priſtinum dereliquiſti; me
mento vnde excideris. Qui cadit, de alto cadit. Ideo dixit, vnde quoniam omnimodo
vſque ad nouiſſimum amoris opera exercenda ſunt: quod eſt principale mandatum. De
nique niſi fiat, minatus eſt mouere candelabrum de loco ſuo, id eſt ſpargere plebem.
Odire autem ſe opera Nicolaitarum, quæ & ipſe oderat, hoc ad laudem ſpectat. Nico-
laitæ autem erant illo tempore ficti homines & peſtiferi, qui ſub nomine Nicolai mini
ſtri fecerunt ſibi hæreſim, vt delibatum exorcizaretur, & manducari poſſet: & vt
quicunque fornicatus eſſet, octaua die pacem acciperet. Ideo collaudauit eos ad quos
ſcribit, quibus talibus & tam magnis viris promiſit lignum quod eſt in paradiſo dei ſui

A Idem spiritus, quem paulo ante quam filium hominis, inter candelabra aurea ambulātē
se vidisse fatetur: & nunc exinde recolit quæ per legem in similitudinibus renunciata
erant, & per hanc scripturam coniungit omnes priores prophetas, & aperit scripturas
Et quia postquam inuitauit in cælum omnes credentes in nomine suo dominus noster,
statim spiritum sanctum effudit, qui laturus est in cælum, ait statim factus sum in spi-
ritu. Et cum aperiatur per spiritum sanctum mens fidelium, & illud illis manifestetur,
quod & prioribus est prædicatum, significanter solium, positum est, quod est sedēs iu-
dicij & regis: superuod solium vidisse ait similitudinem iaspidis & sardij. Iaspidis a-
quæ color est: sardij ignis. Hæc duo iudicia posita esse vsque ad consummationem or-
bis super tribunal dei exinde manifestantur, quoniam iudiciorum duum vnum iam cō
summatum in cataclysmo per aquam, aliud autem consummabitur per ignem. Irim au-
tem circa solium. Eosdem colores habet iris, & arcus dicitur, de quo etiam ad Noe &
filios eius locutus est dominus ne timerent in resurrectione dei. Iam statuam, inquit,
arcum meum in nubibus: nec iam aquam timeatis, sed ignem. Ante solium autem tan-
quam mare vitreum simile crystallo, donum baptismi, quod per filium suum pœniten
tiæ tempore antequam iudicium iudicet effudit, ideo ante solium, id est ante iudicium
Cum autem dicit mare vitreum simile crystallo, aquam mundam, stabilem non vento
agitatam, non in procliuo defluētem, sed tanquam donum dei immobile traditum ostē-
dit. Quatuor animalia, quatuor sunt euangelia. Primum, inquit, simile leoni, secundum
B simile vitulo, tertium simile homini, quartum simile aquilæ volanti: habentes alas se-
nas in circuitu, & oculos intus & foris: & non cessabant dicere, hagios hagios, hagios:
sanctus sanctus sanctus dominus deus. Sedentes vigintiquatuor seniores habentes tri
bunalia vigintiquatuor, libri sunt prophetarum & legis, referentes testimonia iudicij.
Sunt autem vigintiquatuor patres: duodecim apostoli, & duodecim patriarchæ. Ani-
malia igitur quod differentia vultibus sunt, hanc habes rationem. Simile leoni animal,
euangelium secundum Marcum, in quo vox leonis in eremo rugientis auditur, Vox
clamantis in deserto, Parate viam domini. Hominis autem figura Matthæus enititur
enunciare nobis genus Mariæ, vnde carnem accepit Christus. Ergo dum enumerat ab
Abraham vsque ad Dauid, & vsque ad Ioseph, tanquam de homine locutus est. ideo
prædicatio eius hominis effigiem ostendit. Lucas sacerdotium Zachariæ offerentis ho
stiam pro populo, & apparentem sibi āgelum dum enarrat, propter sacerdotium, & ho
stiæ conscriptionem, vituli imaginationem tenet. Iohannes euangelista āquilæ similis,
assumptis pennis ad altiora festinans, de verbo dei disputat. Marcus euangelista sic in-
cipit, Initium euangelij Iesu Christi, sicut scriptum est in Isaia propheta: Vox claman-
tis in deserto. hæc est leonis effigies. Matthæus, Liber generationis Iesu Christi filij
Dauid filij Abraham. hæc est facies hominis. Lucas autem dicit: Fuit sacerdos nomi-
ne Zacharias, de vice Abia, & mulier ei de filiabus Aaron. hæc est imago vituli. Iohā-
nes sic incipit, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat ver-
bum, hoc erat in principio apud deum. hæc est similitudo aquilæ volantis. Non solum
C autem, sed & ipsum verbum dei patris omnipotentis, qui est filius eius dominus no-
ster Iesus Christus, feret easdem imagines in tempore aduentus sui ad nos. Et cum præ
dicatus est tanquam leo, & catulus leonis, propter salutem hominis homo factus est
ad mortem deuincendam, & vniuersos liberandos. Quod seipsum obtulit hostiam pa-
tri pro nobis, vitulus dictus est. Et quoniam mortem deuicit, & ascendit in cælo ex-
tendens alas suas, & protegens suam plebem, aquila volans nominatus est. Hæ prædi
cationes quamuis quatuor sunt, vna est tamen, quia de vno ore processit: sicut fluuius
in paradiso, cum sit vnus, in quatuor partes diuisus est. Oculos autem intus & foris ha
bere animalia, id est prædicationem noui testamenti specialem prouidentiam ostendit,
quæ & secreta cordis inspicit, & superuenientia videt, quæ sunt intus & foris. Alæ se-
næ sunt testimonia veteris testamenti librorum: ideoque vigintiquatuor faciunt tot
numeros, quot & seniores super tribunalia. Sed sicut animal volare non potest, nisi
pennas habeat, sic nec prædicatio noui testamenti fidem habet, nisi habeat veteris te-
stamenti prænunciata testimonia, per quæ tollitur a terra, & volat. Semper enim quod
ante dictum est, & postea factum inuenitur, illud fidem facit indubitabilem. Rursum
tamen & alæ si non hæreant animalibus, vitam vnde trahant non habent. Nisi enim
quæ prædixerunt prophetæ, in Christo essent consummata, inanis erit prædicatio il-
lorum. Hoc tenent ecclesia catholica, & ante prædicata & postea consummata, vo-

cientis, id est membrorum humanorum: vt sicut per vnum corpus omnes homines
A debitum mortis susceperant, ita per vnum corpus vniuersi credentes renati in vitam
resurgent. Modo ergo facies Moysi aperitur, & creditur, & reuelatur, ideo Apo-
calypsis reuelatio dicitur; modo liber eius resignatur: modo hostiæ oblationis intel-
liguntur: modo sacerdotium, charisma, fabricatio ædis: testimonia aperte intelligun-
tur vigintiquatuor seniores & quatuor animalia citharas & phialas habentes can-
tantes canticum nouum. Coniuncta veteris testamenti prædicatio cum nouo, popu-
lum Christianum ostendit cantantem canticum nouum, id est confessionem suam pu-
blice conferentem. Nouum est filium dei hominem fieri: nouum, eum corpore in cæ-
los ascendere: nouum remissionem peccatorum hominibus dari: nouum, sancto spiritu,
signari homines: nouum, sacerdotium accipere sacræ obseruationis, & regnum expecta-
te immensæ repromissionis. Cithara enim chordam in ligno extensam significat, id
est carnem Christi passionis ligno coniunctam: phiala, confessionem, ex noui sacer-
dotij propagine, & angelorum multorum, immo omnium. Et vniuersæ domi-
nationes domino nostro referent iam gratiarum actionem liberationis hominum,
de clade mortis. Resignatio sigillorum, vt diximus; appertio est veteris testamenti;
& prædicatorum prænunciatio in nouissimo tempore futurorum: quæ licet scriptu-
ra prophetica per singula dicit, omnibus tamen simul apertis sigillis, ordinem ta-
men suum habet prædicatio. Nam aperto primo sigillo, dicit se vidisse equum al-
B bum, & equitem coronatum, habentem arcum; hoc enim primo factum est. Post-
quam enim ascendit in cælos dominus, & aperuit vniuersa, misit spiritum suum;
cuius verba prædicationis tanquam sagittæ, ad corda hominum pergentes, vt vin-
cerent incredulitatem. Corona autem super caput prædicatoribus est promissa, per
spiritum sanctum. Cæteri tres equi. bella, fames, & pestes, in euangelio a domino;
prædicata manifestius significant. ideoque ait vnum de animalibus dixisse, quia o-
mnia vnum sunt, Veni, & vide. Veni dicitur inuitato ad fidem, vide dicitur ei qui
non videbat. Ergo equus albus, verbum est prædicationis, cum spiritu sancto mis-
so in orbem. Ait enim dominus: Prædicabitur hoc euangelium per totum orbem
terrarum in testimonium coram gentibus, & tunc veniet finis. Equus roseus, &
qui sedebat super eum habens gladium, bella sunt significata futura, vt legimus in
Euangelio: Surget enim gens contra gentem, & regnum aduersus regnum: & erunt
terræmotus magni, hic est equus roseus. Equus niger autem famem significat, ait enim
dominus: Erunt fames per loca. Propriæ autem extenditur verbum vsque ad Anti-
christi tempora, quoniam magna fames est ventura, quamque omnes lædentur. Statera
in manu, libra exanimis. in qua singulorum merita ostenderet. Ait dein, Vinum & o-
leum ne læseris. id est, hominem spiritualem ne plagis percusseris. Hic est equus ni-
ger. Equus autem pallidus; & qui sedebat super eum, nomen habebat mors: hæc ea-
dem quoque inter cæteras clades præmiserat dominus, venturas pestes magnas &
mortalitates. Cum enim dicat, Et infernus sequitur eum, id est expectabat deuora-
tionem animarum multarum impiarum. Hic est equus pallidus. Animas autem oc-
C cisorum vidisse sub ara, id est sub terra. Ara enim, & cælum & terra dicitur: sicut lex
ait, imaginaria veritatis facie meditante, quæ duas aras, aurum intrinsecus fecerat.
Nos autem intelligimus auream ita dicit, domino nostro nobis testimonium perhi-
bente. ait enim: Cum offers munus tuum ad aram. Vtique munera nostra, ora-
tiones sunt quas offerimus. Et ibi recordatus fueris habere aliquid fratrem tuum ad-
uersum te, relinque ibi munus tuum ante aram. Vtique ad cælum ascendunt ora-
tiones. Sicut ergo cælum intelligitur ara aurea; quæ erat interior (nam & sacerdo-
tes semel in anno introibant, qui habebant chrisma, ad aram auream, significan-
te spiritu sancto Christum hoc semel facturum) sic & ara ærea; terra intelligitur sub
qua est infernus, remota pœnis & ignibus regio; & requies sanctorum: in qua qui-
dem ab impiis videntur & audiuntur iusti; & neque illuc transmeare possunt. Nos
ergo tantos, id est animas occisorum, expetere vindictam sanguinis; id est corporis
sui de habitantibus super terram, voluit nos cognoscere qui omnia videt. Sed quia
in nouissimo tempore sanctorum remuneratione perpetua, & impiorum ventura est
damnatio, dictum est eis. Expectate, & pro corporis sui solatio acceperunt, inquit,
stolas albas, id est donum Spiritus sancti. Sextum sigillum, Factus est terræmo-
tus magnus, ipsa est persecutio nouissima. Sol fit, vt saccus, incredulis splendor

doctrinæ obscurabitur. Luna sanguinea, ecclesia sanctorum ostenditur pro Chri-
sto sanguinem fundere. Stellas, eiusdem fideles turbari, Agitata ficus amittit gros-
sos, persecutione homines ab ecclesia separari. Cælum inuoluit, ecclesia de medio
sit, & mons & insulæ de locis suis motæ. Nouissimam arundinem similem virgæ;
vt metiretur dei templum, & aram, & adorantes in ea, potestatem dicit quam dimis-
sus postea exhibuit ecclesiis. Nam & euangelium postea scripsit. Cum essent Valen-
tinus & Cherintus & Ebion & cæteri scholæ Satanæ diffusi per orbem, conuenerunt;
ad illum de finitimis prouinciis omnes, & compulerunt vt ipse testimonium conscri-
beret. Mensura autem filii dei, mandatum domini patrem confiteri omnipotentem.
Dicimus & huius filium Christum ante originem seculi spiritualem apud patrem geni-
tum, hominem factum, & morte deuicta in cælos cum corpore a patre receptum,
effudisse spiritum sanctum donum & pignus immortalitatis. hunc per prophetas præ-
dicatum, hunc per legem conscriptum, hunc esse mandatum dei, & verbum pa-
tris, & conditorem orbis. Hæc est arundo & mensura fidei. Et nemo adorat aram san-
ctam, nisi qui hanc fidem confitetur. Aulam autem exteriorem eiice foras. Aula atri-
um dicitur, vacua inter parietes area, hos tales non necessarios eiici iussit de ecclesia:
quia data est, inquit, calcari a gentibus, id est huiusmodi hominibus. ita vt a gentibus
conculcetur, Deinde repetit de nouissimi temporis ruina & excidio, & ait: Ciuitatem E
sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus, Et dabo duobus testibus meis, &
prædicabunt amicti cilicio dies mille cclx, id est triennium, & menses sex. hoc enim
faciunt menses quadraginta duo. Est ergo illorum prædicatio triennium, & menses
sex & regnum Antichristi alterum tantum. De ore illorum prophetarum exire ig-
nem contra aduersarios, potestatem verbi dicit. Omnes enim plagę quotquot futu-
ræ sunt ab angelis, in eorum voce mittuntur. Multi putant eum Heliam esse, aut He-
lisæum, aut moysen. sed vtrique mortui sunt: Hieremiæ autem mors non inuenitur,
quia omnes veteres nostri tradiderunt illum esse Hieremiam. Nam & ipsum verbum
quod factum est ad eum, testificatur ei dicens: Prius quam figurarem te in ventre, co-
gnoui te: & prius quam de vulua procederes, sanctificaui te: & prophetam in gentibus
posui te. In gentibus autem propheta non fuit: & ideo verbum dei verax necesse habet
quod promisit exhibere, vt in gentibus propheta sit. Hos duos candelabra duo & du-
as oliuas ideo nominaui, vt si in alio legens non intellexisti, hic intelligas. In Zacharia
enim vno ex duodecim prophetis scriptum est, Hi sunt duæ oliuæ, & duo ca delabra
qui in conspectu domini terræ stant, id est sunt in paradiso. Hos ergo oportet inter-
fici ab Antichristo post multas plagas seculo infixas: quem dicit ascendisse bestiam de
abysso. De abysso autem eum ascensurum, multa testimonia enim nobis in hoc capitu-
lo contrahenda sunt. Ait enim Ezechiel, Ecce Assur cypressus in monte Libano. As-
sur deprimens cypressos excelsas ramosas, id est populos multos in monte Libano. Re-
gnum regnorum, id est Romanorum Formosus in germinibus, id est fortis in exerci- F
tibus, Aqua, inquit, nutriet eum, id est multa milia hominum subiecta erunt illi. Et
abyssus hausit illum, id est ructauit eum. Nam & Esaias pene iisdem verbis loquitur.
Fuisse autem eum iam in regno Romanorum, & fuisse inter Cæsares, & Paulus apostο-
lus contestatur, ait enim ad Thessalonicenses, Qui nunc tenet, teneat, donec de medio
fiat: & tunc apparebit iniquus ille cuius est aduentus secundum efficaciam satanæ in
signis & portentis mendacibus. Et vt scirent illum venturum qui tunc erat princeps
adiecit. Arcanum, inquit, malitiæ iam oritur Sed non sua virtute, nec patris; sui sus-
citatur, sed, dei iussu. Quare ergo Paulus idem dicit? Idcirco quod non receperunt amo-
rem dei, mittet eis deus spiritum erroris, vt omnes persuadeantur mendacio, qui non
sunt persuasi veritate. & Esaias ait, Sustinentibus lucem, illis tenebræ ortæ sunt. Hos
ergo prophetas ab eodem interfici manifestat Apocalypsis, & quarta die resurgere,
ne quis æqualis domino inueniatur, Sodomam autem & Aegyptum dicit Hierosoly-
mam. Dictus populi persecutor id efficiet. Diligenter ergo & cum summa solicitudi-
ne sequi oportet propheticam prædicationem, & intelligere quoniam spiritus ex parte
prædicit & præpostérati & cum præcucurrerit vsque ad nouissimum, rursus tempora
superiora repetit, & quoniam quod futurus est semel, aliquoties quasi factum osten-
dit: quod nisi intelligas, aliquoties vt factum, aliquoties vt futurum, in grandi caligine
inuenieris, Ergo interpretatio sequentium dictorum ea monstrabit, vt non ordine lec-
tionis, sed rationis intelligatur, Apertum est templum dei, quod est in cælo, Apertio

A est domini nostri. Templum enim dei, filius eius est, sicut ipse ait, Soluite templum,
hoc, & in tribus diebus excitabo illud. & dicentibus Iudæis, Quadraginta & sex annis
ædificatum est templum istud: euangelista inquit, ille dicebat de templo corporis sui.
Arca testamenti, euangelij prædicatio, & indulgentia delictorum, & omnia bona quę
cum illo aduenerint, illa dicit apparuisse. Mulier autem amicta sole, & luna sub pedib⁹
suis, habens coronam duodecim stellarum, parturiens in doloribus suis, antiqua eccle
sia est patrum & prophetarum, & sanctorum apostolorum, quæ gemitus & tormenta
habuit desiderij sui vsquequo fructum ex plebe sua secundum carnem olim promissū
sibi uideret Christum ex ipsa gente corpus sumpsisse. Sole autem amicta, speciem re-
surrectionis significat, & gloriam repromissionis. Luna vero casus sanctorum corpo-
rum, & debitum mortis, quo deficere nunquam potest. Nam quemadmodum minui-
tur vita, sic & augetur. Nec in totum extincta est spes dormientium, vt quidam pu-
tant. sed habent in tenebris lucem sicut luna. Corona stellarum duodecim, chorum
patrum significat secundum carnem natiuitatis: ex quibus erat Christus carnem sum-
pturus. Draco roseus stans & expectans, vt cum peperisset filium, deuoraret eum: dia-
bolus & angelus refuga scilicet. qui omnium hominum interitum per mortem æqua-
lem posse esse opinabatur. Sed qui de semine natus non erat, nihil morti debebat. ꝓpter
quod nec deuorare eum potuit, id est in morte retinere. In tertia enim die resurrexit,
denique & priusquam pateretur, tentare eum accessit tanquam hominem. Sed cum in-
B uenisset non illum esse quem putabat, discessit, inquit, ab illo ad tempus. Hunc dicit ra-
ptum ad solium dei, & nos legimus in actibus apostolorum quemadmodum loquens
cum discipulis suis, raptus est in cælos. Virga ferrea, gladius persecutionis, Omnes re-
cessisse de locis suis, id est quod boni mouebuntur, persecutionem fugientes quatuor
āgeli per quatuor āgulos terræ, siue quatuor vēti tenētes Euphratē fluuiū, gētes sunt qua
tuor, quia ōni gēti adeo deputatus est āgelus, sicut dicit, Statuit eos super numeros an
gelorum dei, donec sanctorum compleatur numerus, suos non egrediuntur terminos,
quia in nouissimo cum Antichristo venient. Quod autem dicit, turba multa ex om-
ni tribu, credentibus electorum numerum ostendit, qui per sanguinem agni baptismo
purgati, suas stolas fecerunt candidas, seruantes gratiam quam acceperunt. Septimo
autem sigillo silentium fit in cælo semihora, Semihora initium est quietis æternæ.
sed partem intellexit, quia interruptio eadem per ordinem repetit. Nam si esset iuge
silentium hic finis narrandi fieret. Angelum autem ascendentem ab oriente solum,
Heliam prophetam dicit; qui anticipaturus est tempora Antichristi, ad restituendas
ecclesias & stabiliendas a magna & intolerabili persecutione. Hęc in apertione librorū
veteris testamenti & noui prædicata legimus. Ait enim dominus per Malachiam: Ec-
ce ego mittam vobis Heliam Thesbitem conuertere corda patrum ad filios. & cor ho
minis ad proximum suum. id est ad Christum per pœnitentiam: conuertere corda pa-
trum ad filios, secundum tempus vocationis Iudæos ad sequentis populi fidem reuo-
care. Ideo ostendit etiam numerum ex Iudæis crediturum. & ex gentibus magnam
C multitudinem Mitti etiam in cęlum orationes ecclesię ab angelo, & suscipi illas, & con
tra iram effundi, & scopari regnum Antichristi per angelos sanctos, in euangelio legi
mus. Ait enim: Orate ne incidatis in tentationem. Erit enim angustia magna, qualis nō
fuit ab origine mundi. Et nisi abbreuiasset dominus dies illos, non esset salua omnis ca-
ro. Hos ergo archangelos malos septem ad percutiendum Antichristum mittit. Nam
& ipse ita dixit: Tunc mittet filius hominis nuncios suos, & colligent electos eius de
quatuor angulis venti a finibus eius vsque ad fines eius. & ante ait per prophetam: Tūc
erit pax terræ vestræ, cum surrexerint in ea septem pastores, & octo morsus hominū,
& indagabunt Assur, hoc est Antichristum, in fossa Nambrot, in damnatione diabo
li. Ecclesiæ specie similiter commoti fuerint custodes domus, Ipse autem in parabola
ad apostolos sic ait, cum venissent ad eum operarij, & dixissent, Domine, nonne bonū
semen seminasti in agro? Vnde ergo ibi lolium? respondit eis, Inimicus homo hoc fecit
cui dixerunt, Vis imus, & eradicamus illud, qui ait: Non: sed sinite vtraque cresce-
re vsque ad messem: & in tempore messis dicam messoribus colligere lolium, & face-
re manipulos, & cremari igni æterno: triticum autem colligere in horrea mea. Hos mes
sores & pastores & operarios hic Apocalypsis ostendit esse angelos. Tuba autem
verbū est potestatis: & licet repetat per phialas: non quasi bis factū dicit. sed quoniā
semel futurum est quod est decretum a deo vt fiat, ideo bis dicitur. Quicquid igitur

in tubis minus dixit,hic in phialis est,Nec aspiciendus est ordo dictorum,quoniã sępe D
spiritus sanctus vbi ad nouissimi temporis finem percurrerit, rursus ad eadem tempo-
ra redit,& suplet ea quæ minus dixit. Nec requirendus est ordo in Apocalypsi, sed
intellectus. Sequendus est enim & ipse propheta. Sunt igitur scriptæ in tubis & phia
lis, aut plagarum orbi missarum clades.aut ipsius Antichristi insania,aut populorum
detractio.aut plagarum differentia,aut spes in regno sanctorum, aut ruina ciuitatum
aut ruina magna Babylonis ciuitatis,id est Romanę. Aquila magna medio cælo volãs
spiritussanctus significatur, in duobus prophetis contestans magnam plagarum iram
imminere,siquo modo quisque volasset nouissimo tempore conuersus, vt aliquis ad-
huc saluus esse possit. Nam fortem quem dicit de cælo descendisse, amictum nubę,&
iris super caput eius,& facies eius tanquam sol, & pedes eius columna ignis, & habe-
bat librum in manu sua apertum, & posui pedes suos super mare & terram:dominum
nostrum significauit,sicut superius enarrauimus. Facies eius tanquam sol,id est de re-
surrectione. Super caput autem eius iris,iudicium intelligitur quod per illum factum
est, vt futurum est. Liber apertus,Apocalypsis est quam Iohannes vidit. Pedes eius
conflatos & superius diximus apostolos esse. Nam calcari ab eo & marina & terre-
na,omnia sub pedibus eius subiecta significat, Angelum eum dicit, id est nuncium,
scilicet patris, Vocatur enim magni consilij angelus. Quod clamasse dicit voce magna
vox magna,est cœlestis, omnipotentis dei verba hominibus nunciare, & contestari, E
quia post clausam pœnitentiam spes postea futura non est. Septem tonitrua locuta vo
ces suas, spiritussanctus septiformis virtutis per prophetas protestatus est omnia futu
ra, voce illius in seculo testimonium reddit. Sed quia dicit se scripturum fuisse Iohan-
nes quanta locuta fuissent tonitrua, id est quæcunque in veteri testamento erant ob-
scura & prædicata, vetatur scribere,sed relinquere ea signata,quia erat apostolus, nec
oportebat gratiam sequentis gradus in primo collocari: quia tempus, inquit, prope
est. Apostoli enim virtutibus, signis,portentis,magnalibus factis, vicerunt increduli
tatem. post illos,iam eisdem consumptis, ecclesiis datum est solatium propheticarum
scripturarum interpretandarum: quos interpretes prophetas dixit. Ait enim a-
postolus, Et quidem posuit in ecclesia primum apostolos, secundo prophetas, tertio
doctores,& reliqua.& alio loco ait,Prophetæ duo aut tres dicant, & alij æstiment.&
ait,Omnis mulier orans vel prophetans detecto capite,deturpat caput suum, Cum au
tem dicat,Prophetæ duo vel tres dicant; & alij æstiment: non de catholica prophetia
dicit, inaudita,& incognita, sed etiam prædicata & nota. Aestiment autem vtrumne
interpretatio cum testimonijs congruat dictionis propheticæ,Constat ergo Iohanni nõ
fuisse necessarium superiori virtute armato,cum Christi corpus,id est ecclesia, suis mẽ
bris ornatum,suo loco respondere debeat accipere libellum, & comedere subostentio
ne facta memoriæ. Dulcis in ore prædicationis est fructus loquenti, & audientibus
dulcissimus:sed & prædicanti & perseuerantibus in mandatis,per passionem amarissi-
mus. Oportet autem te iterum prophetare,inquit, populis & linguis & nationibus:
hoc est quoniam quando hoc vidit Iohannes,erat insula Pathmos, in metallum dam- F
natus a Domitiano Cæsare. Ibi ergo vidit Apocalypsin.& cum senior iam putaret se
per passionem accepturum receptionem,interfecto Domitiano omnia iudicia eius so
luta sunt, & Iohannes de metallo dimissus,sic postea tradidit hanc eandem quam ac-
ceperat a domino Apocalypsin,hoc est,oportet te iterum prophetare. Accepisse au-
tem arundinem omnes gentes, quæ dimicaturę Antichristo, contra istos statuendæ
sunt,& gladijs alterutrum sunt casurę. Qui ait illum coloris esse rosei, id est coccinei,
operis illius futurum talem dedit ei colorem. Ab initio enim homicida, & omne ge-
nus humanum non iam debito mortis,verum varijs gladijs ac vitijs oppressit,Septem
capita septem reges Romanos,ex quibus & Antichristus est, In priori didicimus cor-
nua decem reges in nouissimo tempore. Hos eosdem plenius ibi tractabimus.
Mulierem autem volasse in desertum auxilio alarum magnæ aquilę,dono scilicet p-
phetarum ecclesiam illam catholicam,ex qua in nouissimo tempore creditura sunt cẽ-
tum quadraginta quatuor millia hominum Heliæ. Sed & ceterum populum viuum
inuenturę in aduentu domini hic dicit,Sic & dominus in euangelio ait, Tunc qui in Iu-
dæa sunt,fugiant in montes;id est, quosquot in Iudæa fuerint collecti, eant ad illum
locum quem paratum habent, & nutriantur ibi triennium & menses sex a facie diabo
li. Alæ duæ magnæ,duo sunt prophetæ,Helias,& qui cũ eo fuerit propheta. Aqua

A quam emisit de ore suo serpens, iussu suo exercitum eam sequi significat. Aperuisse
terram os suum, & deuorare aquas, vindictam de præsentibus manifestam. Hanc igi-
tur licet parturientem significet, postea partu edito fugientem ostendat: tamen non
vno tempore vtraque facta sunt. Christus enim ex quo natus est, scimus tempora in-
tercessisse: vt illa autem fugiat a facie serpentis, adhuc factum non esse. Deinde ait, Fa-
ctum est bellum in cælo, Michael, & nuncij eius. Et non est inuentus ei locus iam in
cælo: & iactatus est draco magnus anguis antiquus in terram. hoc est initium Anti-
christi. Ante tamen oportet prædicare Heliam, & pacis tempora esse: & postea consũ-
mato triennio & sex mensibus prædicationis Heliæ, iactari eum de cælo, vbi habuit
potestatem ascendendi vsque ad illud tempus, & angelos refugas vniuersos. Sic &
Antichristum de inferno suscitari Paulus apostolus ait, Nisi prius venerit discessio;
& apparuerit homo peccati, filius perditionis, & aduersarius, qui se eleuat super omne
quod nominatur deus, aut quod colitur. Quod autem dicit draconis caudam traxisse
tertiam partem stellarum, bifarie hoc accipitur. Multi enim arbitrantur tertiam par-
tem hominum credentium posse eum seducere. sed verius intelligi debeat angelorum
sibi subiectorum cum adhuc princeps esset, cum transcenderet constitutionem suam,
tertiam partem seduxisse. Ergo quod superius dicebamus, ait Apocalypsis, Et stetit
super arenam maris. Et vidi de mari bestiam ascendentem similem pardo. Regnum illi-
us temporis Antichristi cum varietate gẽtium, & populum commixtum significat. Pe-
B des tanquam vasis fortis, & spurcissimæ bestiæ. Duces, pedes eius dixit. Os eius tan-
quam ora leonum, inquit, est, id est ad sanguinem armatum. Os enim eius, vasio illius
est, & lingua quæ ad nihilum, processura est nisi ad sanguinem effundendum. Capita
septem, septem montes sunt in quibus mulier sedet, id est ciuitas Romana. Et reges sep
tem sunt. quinque ceciderunt: vnus est: alius nondum venit: & cum venerit, breui tem
pore erit. Et bestia quam vidisti, de septem est, & octaua est. Intelligi oportet tempus
quo scriptura Apocalypsis edita est, quoniam tunc erat Cæsar Domitianus. Ante il-
lum autem fuerat Titus frater illius, & Vespasianus pater, Galba, Otho, & Vitellius.
Hi sunt quinq; qui ceciderũt: vnus extat, sub quo scribitur Apocalypsis, Domitianus
scilicet. Alius nondum venit, Neruam dicit. Et cum venerit, breui tempore erit. Bien-
nium enim non impleuit. Et bestia quam vidisti, inquit, de septem est: quoniam ante
istos reges Nero regnauit. Et octaua est, ait: modo cum illa aduenerit, computat loco
octauo. Et quoniam in illo est consummatio, adiecit, In interitum vadit. Nam decem
reges accepisse regalem potestatem, cum ille mouerit ab oriente, aut mittitur ab vrbe
Roma cum exercitibus suis. Hæc cornua decem & decem diademata Daniel ostendit
& tria eradicari de prioribus, hoc est tres duces primarios ab Antichristo interfici. Cæ
teros septem dare illi honorem, & consilium, & potestatem. de quibus ait, Hi odiens
meretricem. Vrbem scilicet dicit. Et carnes eius comburent igni. Vnum autem de ca
pitibus occisum in morte, & plaga mortis eius curata est, Neronem dicit. Cõstat enim;
dum insequeretur eum equitatus missus a senatu, ipsum sibi gulam succidisse. Hunc
C ergo suscitatum deus mittet regem dignum dignis, & Christum qualem meruerunt
Iudæi. Et quoniam aliud nomen allaturus est, aliam etiam vitam instituturus, vt sic,
eum tanquam Christum excipiant Iudæi. Ait enim Daniel, Desideria mulierum non
cognoscet, cum prius fuerit impurissimus: & nullum deum patrum cognoscet. Non
enim seducere populum poterit circuncisionis: nisi legis vindicator. Denique & san-
ctos non ad idola colenda reuocaturus est, sed ad circuncisionem colendam, si quos
potuerit seducere. Ita demum faciet vt Christus ab eis appelletur. De inferno autem il
lum surgere, & superius diximus, verbo Isaiæ: A qua nutriet illum: & abyssus auxit
illum. Qui tamen licet nomine mutato, & actu immutato veniet, ait spiritus: Numerus
eius nomẽ hominis est, & numerus eius sexcẽti sexaginta sex. Cum attulerit ad literam
græcã hũc numerũ explebit. A.I N.L.T.C C C.F.V.M.L.X L O L X X C C C;
I.I I I.E V N.L C C.N V.I I I.P.C I X, k X X O L X X C C. Aliam bestiã subeũ
tem de terra magna, falsum prophetam dicit, qui facturus est signa & portenta men-
dacia ante illum in conspectu hominum. Habentem cornua quasi agni. id est speciem
iusti hominis: loquentem quasi draco. loquetur autẽ diaboli malitia plenus. Hic enim
facturus est vt ignis de cœlo descendat: sed in conspectu hominum. Hæc magi per an-
gelos refugas & hodie faciunt. Faciet etiam vt imago aurea Antichristo in templo
Hierosolymis ponatur, & intret angelus refuga, & inde voces & sortes reddat. Faciet

etiam hic ipſe vt accipiant ſerui & liberi notam in frontibus aut in manibus dextris
numerum nominis eius, nequis emat vel vendat. Aſpernationem autem & exacerba- D
tionem Daniel ante prædixerat. Et ſtatuet, inquit, templum ſuum ſuper Samariam ſu
per montem inclytum & ſanctum, id eſt, Hieroſolymis imaginem, ſicut Nabuchodo
noſor feceras, tunc hic ſubſtituet. modo hoc dominus reſoluens, admonens eccleſias
ſuas de nouiſſimis temporibus & periculis, ait: Cum autem videritis aſpernationa quę
dicta eſt per Danielem prophetam, ſtantem in loco ſuo: qui legit, intelligat. Aſperna-
tio dicitur, quando exaſperatur deus quod idola pro eo colantur, vel dogma hære
ticorum in eccleſijs introducatur. Euerſio autem, quod ſtabiles homines ſignis falſis
& portentis ſeducti euertantur de ſalute. Angulum volantem medio cælo quem di-
cit ſe vidiſſe, quem ſuperius tractauimus, eundem eſſe Heliam, qui anticipat prædica-
tione ſua regnum Antichriſti. Alium autem angelum, angelum ſequentem eundem
que comitem prædicationis prædicat prophetam. Quod autem ait, Mitte falcem acu
tam, & vindemia botriones vineæ: de gentibus periturls ſignificat in aduentu domi-
ni. Equidem pluribus ſpeciebus hic illud oſtendit. ſicut in meſſe arida: ſed ſemel in ad-
uentu domini & conſummationis & regni Chriſti, & apertione regni ſanctorum futu-
rum eſt. Quod autem dicit miſſum in torculari iræ dei, & calcatum extra ciuitatem:
calcatio torcularis, retributio eſt peccatoris. Et exiet ſanguis vſque ad frenos equorū.
Exiet vltio vſque ad principes populorum, id eſt rectores, ſiue diabolum, ſiue ange-
los eius. nouiſſimo certamine exiet vltio ſanguinis effuſi, ſicut ante prædictum eſt: In E
ſanguine peccaſti, & ſanguis te perſequetur. Per ſtadia mille ſexcenta, id eſt per om-
nes mundi quatuor partes. Quaternitas eſt enim conquaternata, ſicut in quatuor facie
bus quadriformibus & rotis. Quater enim quadringenti, mille ſexcenti. Eandem re-
petens perſecutionem Apocalypſis dicit angelos ſeptem habentes plagas, quoniam
in his finita eſt ira dei, Percuti populum contumacem ſeptem plagis, id eſt perfecte,
vt in Leuitico. Dicit quæ in vltimo futura ſunt, cum eccleſia de medio exierit, Quod
autem dicit ſteteſſe eos ſuper mare vitreum, habentes citharas & phialas, id eſt ſuper
baptiſmum ſuum ſtabiliter in fide conſtitiſſe: & confeſſionem ſuam in ore habētes, ex
ultaturos in regno corā domino. Ad propoſitum reuertamur. Ait enim: Veni oſtendā
tibi dānationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas. Et vidi, inquit, mu
lierem ebriam de ſanguine ſanctorum decreto ſenatus illius conſūmatę nequitię, & om
nē contra fidei prædicationem etiam latam Indulgentiam ipſe dedit decretū in vniuer
ſis gentibus. Sedere autē eam ſuper beſtiam ruffā actricem homicidiorū, diaboli ima
go eſt: vbi etiam & capita hæc de quibus tractauimus, meminis. Hanc quidem Babylo
nem propter confuſionem dicit, & in Apocalypſi & in Iſaia & in Ezechiele antē ruſ-
ſam nominauit. Denique ſi compares quæ contra Aſſur dicta ſunt, & Iſaias contra Ba
bylonem dicit, quæque Apocalypſis dicit, vnum eſſe omnia inuenies. Equum enim al
bum eſſe, & ſedentem ſuper eum dominum noſtrum cum exercitu cæleſti aduenientē
ad regnandum oſtendit. A mari enim Aquilonis vſque ad mare Phœnicię, & vſque
ad fines terræ maiores partes has in aduentu domini mundari. Omnes animæ gentium
congregabuntur ad iudiciū. Nam mille annorū regnū nō arbitror eſſe terminū, Aut ſi F
ita ſentiendū eſt, cōpletis annis mille regnare deſinūt. Sed vt mei ſenſus capacitas ſentis
proferri, quoniam denarius numerus decalogum ſignificat. centenarius virginitatis co
ronam oſtēdit, Qui enim virginitatis integrum ſeruauerit propoſitum, & decalogi
fideliter præcepta impleuerit, & contra impuros mores vel impuras cogitationes intra
cordis cubiculum vigilauerit, ne dominētur ei: iſte vere ſacerdos eſt Chriſti, & millena-
rium numerū perficiens, integre creditur regnare cum Chriſto, & apud eum recte liga-
tus eſt diabolus. Qui vitijs & dogmatibus hæreticorum irretitus eſt, in eo ſolutus eſt
diabolus. Sed quia completis mille annis dicit eum ſolui, completo perfectorum ſancto
rum numero, in quibus corpore & corde virginitas regnat, aduenientie abominandi aduē
tu, multi ab eo, amore terrenorum seducti ſupplantabuntur, & ſimul cum eo ingredien
tur ſtagnum, & poſt modicum tellus reddet ſāctorum qui dudum quieuerant corpora
immortale cum æterno rege ſuſcipientes regnum: quos non ſolum corpore virgineo,
ſed & lingua & cogitatione exultaturos cum agno demonſtrat. Ciuitatem uero quum
quam dicit quadratam auro & pretioſis ſplendere lapidibus, & plateam ſtratam, & flu-
men per medium, & vitæ lignum ex vtraque parte faciens fructus duodecim per
menſes duodecim, & ſolis lumen ibi non eſſe; quia agnus eſt lux eius, & portæ eius

des ingulis margaritis,ternę portæ eius ex quatuor partibus,& claudi non posse ciui
A tatem quadrã:sanctorũ adunatã turbã ostẽdit,ĩ quibus,fides nullo modo fluctuare po
tuit,sicut & Noe præcipitur vt ex quadratis lignis faceret arcam , quæ diluuij posset
impetus ferre.Preciosos lapides, fortes in persecutione viros , quod nec tẽpestate per-
secutionũ moueri,nec impetu pluuiæ a vera fide solui potuerũt. Propterea auro mũ-
do sociantur,ex quibus regis magni ciuitas decoratur,Plateę vero eorũ corda ostẽdunt
ab omnibus mundata sordibus,vbi deãbulat deus, Flumen vero vitæ spiritualis nati
uitatis currere gratiam ostendit. Lignum vitæ ex vtraq; ripa , Christi secundum osten
dit aduentum,quem venturum & passurum vetus lex prædixit, & in euangelio mani
festatur.Fructus vero duodecim per singulos menses, duodecim apostolorum diuersę
gratię ostenduntur,quas ab vno ligno crucis suscipientes,populos fame consumptos,
verbi dei prædicatione satiant,Et quia dicit in ciuitate Solem non esse necessarium,e-
uidenter ostendit creatorem luminum fulgere in medio eius:cuius splendorem nullus
sensus cogitare poterit,nec lingua proloqui.Ex quatuor partibus portas dicit esse ter-
nas virtutes,prudentiam,fortitudinem,iustitiam, temperantiam, quæ inuicẽ sibi hæ-
rent:& dum mutuo miscentur ,duodenarium efficiunt numerum.Portas vero , duode
cim apostolorum esse numerum credimus,qui in quatuor virtutibus vt preciosæ mar
garitæ fulgentes,inter sanctos lumen doctrinæ suæ manifestantes ad ciuitatem sancto
rum ingredi faciunt,vt de conseruatione eorum,angelorum lætentur chori. Nõ posse
claudi portas,euidenter ostendit,nulla contradicentium tempestate apostolorũ doctri
B nam superari,etiamsi fluctus gentium,vel hæreticorum insana superstitio, dum a fide
fuerit superata eorum,vt spumæ dissoluuntur , quia petra Christus est , a quo & per
quem ecclesia firmata,nullis fluctibus insaniẽtiũ hominum superatur.Ergo audiendi
non sunt,qui mille annorum regnum terrenum esse confirmant , qui cum Cherintho
hæretico sentiunt.

Ex officina chalcographica Petri Vidouæi,

An.Domini M. D. XLIII.


1972